



G. P. Morosini
New York
No





11326 **BONANNI** (F.). Numismata summorum pontificum Templi Vaticani fabricam indicantia, chronologica ejusdem fabricae narratione, ac multiplici eruditione explicata, atque uberiori numismatum omnium pontificiorum lucubrationi veluti prodomus praemissa a Patre Philippo Bonanni. Romae, 1696. — Numismata pontificum romanorum quae a tempore Martini V. usque ad annum M.DC.XCIX. Tomus primus (& secundus). Romae, 1699. Ensemble les deux ouvrages formant 3 tomes, reliés en 1 très fort in-fol., pleine peau de truie, estampé à froid sur les plats, tr. mouchet. (Rel. de l'époque). 1.250 fr.


(Cicognara-2779 et 2780), xv-240 + xxxvi-869 pp. de texte. Illustré de 1 frontispice et 184 planches gravés hors texte, offrant des plans, vues, coupes ou élévations de toutes les parties de la Basilique Saint-Pierre de Rome, ainsi que des vues générales, vues de ponts, reprod. de décorations intérieures, illustrant l'architecture d'un grand nombre d'édifices, ainsi que de nombreuses monnaies ou médailles, depuis l'origine jusqu'à l'année 1699. Première édition de ces deux ouvrages. Exemplaires à l'état de neuf réunis dans une condition de reliure véritablement extraordinaire de fraîcheur, paraissant seulement sortir de l'atelier du relieur.

on the title page the
library stamp of a cardinal
~~ax~~ and ~~li~~tions from
the Albani family
with the initials B.A. (Biblioteca
Albani)

Cicognara 2779

cf. also Bonanni, Numismata
summorum pontificum Templi
Vaticani fabricam indicantia
Romae 1696

probably from the library
of Cardinal Alessandro





Gio: Batta Lonardi inve. e del. Girolimo Frezza Sculp. con lic. de Sup.

NUMISMATA PONTIFICUM ROMANORUM

QVÆ A TEMPORE MARTINI V. USQUE AD ANNUM M.DC.XCIX.

Vel authoritate publica, vel privato genio in lucem prodiere,

Explicata, ac multiplici eruditione Sacra, & Prophana illustrata

A P. PHILIPPO BONANNI SOCIETATIS JESU

TOMUS PRIMUS

Continens Numismata à Martino V. usque ad Clementem VIII.





R O M Æ,

Ex Typographia Dominici Antonii Herculis. M.DC.XCIX.

CVM FACVLTATE SVPERIORVM.

SANCTISSIMO PATRI D. N.

INNOCENTIO XII.

PONT. OPT. MAX.

PHILIPPVS BONANNI SOC. JESU.



UMISMATA omni metalli genere exculpta, ficuti magni nominis & pręclarę memorię pignora Decessorum Tuorum PATER BEATISSIME ubique ſparſa prodierunt, ita nunc eadem obſequii, & reverentię ſigna ante Sacros Tuos pedes venerabundus depono. Illa dum temporis edacitate, vel invidia perditorum Hominum, vel ignavorum incuria omninò deperdi animadverterem, ſimulque Maximorum Pontificum præclara geſta in jis recenſita omninò evaneſcere, rem pretio dignam fore in meum animum induxi, ſi licet (inter omnes viribus impar) quotquot poſſem arriperem, eademque paginis conſignarem, quibus diuturniori eorum ævo conſultum eſſet, & Pontificum Romanorum glorioſi nominis apud Homines æternitati.

§ 2 Non

Non tamen puto me Pontificio ſacroque vertici in opere, quod exhibeo, regalem coronam imponere, & nitore quodammodo novo ſplendidiſſimum caput illuſtrare. Satis ſuperque Pontificia Dignitas ſe ipſa attollitur, ejus lucem extinguere fruſtra laborat oblivio, & Pontificum ſplendor veluti Sol, periturę poſtquam occiderit vitę, ſibi ſemper par, ſemperque major fama Orbi renaſcitur, ſcilicet temporum pati neſcit injurias corona illa, quę cæleſti ſtructa metallo, artifice Spiritu Sancto concinnata, ſuis radiis, omni luce præſtantioribus ſemper effulget.

Attamen gemmatas bullas ex ipſo Pontificio diademate temerario auſu ereptas ab jis exiſtimo, qui Pontificia numiſmata, vel deſtruunt, vel ſaltem incuria deperdunt, quę egregia ipſorum Pontificum dicta,factave omnium oculis proponunt, quibus novas coronas ſibi demeruerunt. Suſpexit lætans olim Roma in funebri pompa Lucii Sillę aurearum coronarum congeriem, quę à Civitatibus, & Amicis ei dono collatę luxum omnem ſuperabant. Et gratas Tibi PATER BEATISSIME fore non dubitavi in ſpecimine, quod exhibeo,Deceſſorum Tuorum imagines ſuis dotibus exornatas, quas perenniori Poſterorum memorię tradendi quoquomodo poſſem, curam adhibui.

Cur Tibi BEATISSIME PATER hoc qualecumque mei erga Sedem Apoſtolicam ſtudii argumentum humillime delatum voluerim, ea nominatim impulit ratio, quòd Tuę ſunt omnes divitię, quas produco, Tuę Deceſſorum Tuorum dotes,quas in Te collectas ſplendidiſſime micantes gratulamur. Eas dotes hic recenſere Tua modeſtia prohibet, etſi quamplurima Tuę Pietatis, Juſtitię, Charitatis, & Beneficentię decora etiam lapidea monumenta, licet elinguia, concelebrent.

Cùm igitur tribuendum eſſe unicuique ſuum omnia jura clament, Eccleſię filium par eſt ſub ejuſdem Eccleſię Moderatoris auſpiciis ſtudium omne collocare,

præ-

præſertim cum de ipſa Eccleſia ejuſque Pontificibus agit.

Feci id ego pro viribus in hac Pontificiorum Numiſmatum collectione, in quam, ut fontem Bonitatis Tuę, quo etiam abiectos rigare ſoles, corrivari permittas, Tuos pedes exoſculans inſtanter expoſco.



JUDI-

JUDICIUM

PP. REVISORUM GENERALIUM

De Numiſmatis Pontificiis Explicatis
à P. Philippo Bonanni.

Legimus omnia prædicta numiſmata explicata, quę fuere PP. Reviſoribus exhibita, nempe incipiendo à Martino V. uſque ad INNOCENTIUM XII. regnantem. Cenſemus poſſe mandari typis, & quidem multa cum laude. Argumentum enim curioſum, & ſci tu-dignum egregia pertractat cum magna eruditione, tum antiqua, tum moderna, tum ſacra, cum prophana; modoque facili, & claro, metodoque concinna, & ordinata.

THYRSUS GONZALEZ

Præpoſitus Generalis Societatis JESU.

Cum librum, cui titulus: *Pontificum Romanorum Numiſmata*, quæ à tempore Martini Papæ V. uſque ad annum 1699. vel auctoritate publica, vel privato genio in lucem prodiere, explicata, ac multiplici eruditione ſacra, & prophana illuſtrata à P.Philippo Bonanni Societatis Jeſu, aliquot ejuſdem Societatis Theologi recognoverint, & in lucem edi poſſe probaverint, facultatem facimus, ut typis mandetur, ſi jis, ad quos pertinet ita videbitur, cujus rei gratia has litteras manu noſtra ſubſcriptas & ſigillo Noſtro munitas dedimus.

Romę 1. Novembris 1698.

Loco ✠ Sigilli

Thyrſus Gonzalez.

Impri-

Imprimatur,

Si videbitur Reverendiſs. Patri Sac. Palatii Apoſt. Magiſtro.

Dominicus Beliſarius de Bellis Epiſc. Melphicten.

APPROBATIONES.

IN explicatione Numiſmatum Pontificiorum incipiendo à Martino V. uſque ad Leonem XI. & Alexandro VII. uſque ad SS. D. N. Innocentium XII. feliciter regnantem per Adm.Rev.P. Philippum Bonanni Soc. Jeſu Sacerdotem uberrimè, ac diligentiſſimè adornata, & à me perlecta, juſſu Reverendiſs. Patris Fratris Paulini Bernardinii Sac. Pal. Apoſt. Magiſtri, nihil reperio Catholicæ Fidei aut diſciplinæ contrarium; plurima verò occurrunt ſtudio Sacrorum Rituum, & Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ deditis profutura. In quorum fidem hæc dabam ex ædibus Cancellariæ Apoſtolicę.

Nona Junii 1698.

Franciſcus Blanchinus.

DE mandato Reverendiſſimi P.Fr.Paulini Bernardinii Sacr. Apoſtolici Palatii Magiſtri attentè perlegi præſens volumen, in quo continentur obſervationes, ſeu explicationes Pontificiorum Numiſmatum, Pauli V. Gregorii XV. Urbani VIII. & Innocentii X. & in eo nihil reperi contra bonos mores, aut Catholicam Religionem, imò potius ſacra Eruditione, quę præſertim Pontificiam Hiſtoriam valeat illuſtrare, undique refertiſſimum agnovi, adeoq ue ſi P.S. Reverendiſs. videbitur cenſeo omninò dignum eſſe, ut publicam lucem aſpiciat, & typis edatur.

Die 8. Auguſti 1698.

Philippus Buonarroti.

Imprimatur,

Fr. Paulinus Bernardinus Ordinis Prædicatorum Sac. Apoſt. Pal. Magiſter.

L E C T O R I

Eques Prosper Mandosius.

Ominum gentium linguæ celebrent
Incœptum feliciter
Bellissimum, ac diu expetitum, expectatumque Opus,
Quod felicissimè
Philippus Sapientiæ lumine absoluit.
Absoluit porrò secundante genio,
Ingenio fœcundante,
Facundo eloquio,
Industria summa,
Industriori providentia,
Ratione providentissima;
Cunctorum magis, magisque curiositatem invitans,
Majorem latioremque campum
Venustatum, & eruditionum aperiens.
Et cum abundè integritate, & candore
Historiæ satisfecerit
Ingenti augetur incremento ejus gloria,
Urbis, imò Orbis honore, & amore
Dignissima.
Lector itaque
In tanta varietate Numismatum,
Quæ
Egregio expressa cælamine,
In Cælum præconiis sunt efferenda,
Opulentissimo fruere gazophylacio omnibus reserato.
Inspice, suspice
Exaratas perdoctos calamo paginas,
Quibus
Vtilitatem sibi jucundam præbet Author,
Sibi verò nominis immortalitatem.
Illustrius plane nihil, atque laudabilius,
Quam
SVMMORVM PONTIFICVM
Munificentiam, ac magnificentiam,
Sacram, profanamque,
Opera splendida videlicet,
Facta excelsa, & facinora præclara,
Admirabili concinnitate
Non solùm mentibus patefacere, verùm etiam oculis
Exhibere.
Gratias hinc publice, privatimque reponas,
Laudesque debitas,
Ac perpetuę gratitudinis tribue monumentum.



LECTO-

LECTORI.


X universa Antiquitate, cujus monumenta ad Nos pervenere, Nullam esse cognitu digniorem ea, quam Numismata symbolica referunt, asseruit eruditissimus Carolus Patinus, quamobrem tot nobiles Viri in re nummaria antiqua peritissimi de hac liberalium disciplinarum parte copiose hactenus disseruerunt, & luculentos de numismatum figuris, & inscriptionibus commentarios ediderunt. Pauci tamen, vel fere nullus ea numismata aut illustrarunt, aut saltem recensuerunt, quæ ad Pontifices Romanos spectant, ex quibus eorum facta ediscere Posteri possent sine ullo erroris periculo, imo cum ingenti Historię Pontificiæ lucro, & legentium oblectamento. Sunt enim numismata (ait Doctissimus Præsul Joseph Maria Suaresius) *Memoriæ tabulæ admantinæ, glorię perennis, & immortalis charta, inclusumque est in nummis nobile historiarum opus, atque adeo alibi collapsum restituunt numismata, & illustrant historiam antiquam.* Retulit quidem multa Ciacconius, quamplurima addidit ejus locupletator nostrę Societatis Scriptor P. Augustinus Oldoinus, at nemo ex illis propositorum numismatum aperuit sensum, inscriptionem, seu expressionem abunde explicuit. Quamobrem miratus meritò fuit nostri AEvi Scriptor præclarus R. P. Claudius Molinetus, quòd ex Authorum numero non mediocri, qui laminis æreis effigies numismatum priscorum Cæsarum sculpi curarunt, easque eruditissimis illustrarunt notis, nec unus quidem etiam Romæ quid simile extremis (ut ajunt) digitis in Sedis Apostolicæ decus, & gratiam attigit. Dum ergo rem indignam prorsus unà cum amicis, eodem quo ille accensus desiderio, querebatur, à multis extimulatus laudem Summorum Pontificum eorum nummis contentam ab hominum silentio, atque oblivione toto conatu vindicare decrevit; tabulis propterea quotquot numismata congerere potuit impigro studio consignavit, ejusque opus anno 1679. Parisiis editum in lucem prodiit.

Introd. ad histor. num. cap. 1.

Cap. 2. disser de num.

At cum bona præclari Authoris venia fidenter dicam, multa in tali opere desiderari scitu digniora, pleraque insuper à falsitate vindicanda esse, utpote quæ à Scriptore recensita ex aliorum enarratione, qui non adeo accurate, ut par erat, Romana monumenta perlustrarint, de qua re Auctor ipse conqueritur; viro insuper, qui Romam nunquam inviserat, & Roma longissime aberat, ubi certe diu commorari necesse erat, ut quidquid scitu, & notatu dignum in monumentis, in inscriptionibus, in Archivis reconditum est recognosceret, & tabulis fideliter consignaret.

Id circò ab amicis, clarissimisque viris impulsus, novum hoc opus aggredi non dubitavi, non quidem tantum mihi tribuens, ut me hic exquisitum aliquid præ cæteris, & suis omnibus absolutum numeris perfecturum sperarem, sed tantùm, ut mihi Romæ degenti bene comperta enunciando, quæ procul à multorum oculis submota, meliori ea in re sorte usus patefacerem, ac reliqua Pontificia numismata ab eo tempore, quo Author præfatus scripserat in lucem edita recenserem, & meo qualicumque labore aliorum

acuerem industriam, qua paulò diligentius incumbant in eadem studia, ac inde non mirificam solùm voluptatem ob imagines tot Summorum Pontificum, aut exquisitam Artificum elegantiam capiant, sed præterea penum suam doctrinæ, & eruditionis insigniter locupletandam norint.

Enimverò in antiquioribus numismatibus, tum ab Imperatoribus, tum à Coloniis, præclarissimisque viris in lucem editis præteritorum sęculorum felicem artium peritiam, ingeniorum judicium, præclaras, ac sagaces enigmatum adinventiones demiramur, discimus insuper quidquid vel Græca, vel Romana gessit Respublica, illud enim spectandum, vel legendum exhibent numismata. In eis si bella placent, apparent descripta vexilla, trophea, triumphales currus, arcus, armaturæ omnes, Clipei, Cassides, Ancilia &c. Si Religio, apparent in nummis Pax, Felicitas, AEternitas, Pietas, Templa, Sacrorum Ritus, Deorum simulachra, Aræ, Vasa, Litui, & Funerum varietas. Visuntur Fasces, Ludi sæculares, Theatra, Diademata, Tiarę, quidquid tandem de veteribus celebrari potuit, aut ignorari non decet, in æternis numismatum tabulis asservatur.

At non minora sunt Pontificia numismata eruditionis argumenta, quę vetustiora passim suppeditant, virisque literatis conjecturarum præbent occasiones, in quibus sæpè œdipo indigeant, qui obscura pandat oracula, & ad ævi quo formata sunt historiam conducant, ab jisque lumen scriptoribus accēditur, eorum denique notitia minime contemnenda videri deberet, tametsi aliam in se non contineret utilitatem, quàm quod ex jis agnoscere possimus quorum sint monimenta, & à quibus cusa, vel formata, quæ manibus versamur numismata, & characterum in aversa eorum facie vim, vel percipere, vel saltem investigare; quandoquidem nihil frustra in jis positum, vel effictum licet arbitrari. Licebit etiam male formatos, & cusos nummos intueri, quos licet in obsequium Pontificium aliquis civis ediderit, barbaras aliquando, vel ineptas addidit inscriptiones; licebit etiam adulterinos à veris distinguere, quos, vel inscitia opificum, vel audax lucri sitis efformavit. Omnes enim quot quot in publicis Museis, aut domesticis Cimeliis reperire potui expressos ad hunc finem referam, haud inutilem fore operam arbitratus, si quoquomodo Posterorum curiositati obsecundarem, eorumque laborem, quantùm in me erit, sublevarem. Quo enim longius à fonte rivi decurrunt eo minus perspicuas aquas habent.

Sed neque rem nummariam, quæ ad Pontifices Romanos spectat tractare constituimus; majus opus est, quàm ut illud suscipere nobis per vires liceat, sed jis relictis nummis, quorum in commerciis usus est monetarum vim habentibus, eos seligimus, quos medallias appellat inter eruditos Scaliger, quam vocem esse Arabicam putat, quòd etiam nunc Arabes Christianorum monetas nuncupant Methalias, quibus caput alicujus Principis, aut imago alia præfertur; sed de vocis hujus æthimologia examen omittimus, illam luculenter exposuit D. du Fresne in appendice ad Glosarium vocum mediæ, & infimæ latinitatis, & Patinus historiæ numismatum cap. 5.

Ad Euseb. Gothof. ad cod. Theod.

Numismata ergo illa recensebimus, quæ nunquam in censum monetæ venerunt, sed quæ gloriosis Pontificum Romanorum actionibus immortale decus charactere suo conciliant in Cimeliarchis asservata; fateor tamen in

proposi-

propofita hujufmodi numifmatum congerie pauca aliqua numerari, quæ aliquando ufum pecuniæ obtinuerunt, nec omittenda effe illa duxi, in quibus infignis alicujus rei monimentum extabat; namque apud Prifcos etiam quamplurima fuiffe Patinus refert, quæ pecuniarum loco habita fuerint, neque nomen illud fuum aliunde quàm ab antiquitate mutuata, adeo ut numifma nihil fit jam aliud, quàm nummus antiquus. Sane illud præteriri filentio non debet, quod Caffidorus docet his verbis, *ut figura vultus noftri metallis ufualibus imprimatur monetamque facis de noftris temporibus futura fecula commonere. O magna inventa prudentum. O laudabilia inftituta majorum ut & imago Principum fubiectos videret, pafcere per commercium, quorum confilia invigilare non definunt pro falute cunctorum.* Infuper ut Viri illuftres ex numifmatis decus, & famam aucupantur, ita fperabant viciffim fore, ut ipfa numifmata ex imaginibus impreffis immortalitate effent donanda, cum nullus fit fecuturis fæculis Heroum hiftorias lecturus, qui non pariter eorumdem nummos, vel ob folam antiquitatem in pretio effet habiturus, quo nomine fanè numifmata nobis vel maxime commendantur.

His adde quod ex Urbani VIII. eruditiffimi Pontificis numifmatibus præfertim edifcimus, multa ab eo cufa, quæ monetarum ufum haberent, multaque pariter in rei alicujus perenne monumentum fimili ejufdem expreffione infignita, jifdemque omninò infcriptionibus condecorata. In utraque etiam numifmatum claffe, (ut notat Lukius) alia funt votiva, Caftrenfia, Irenica, Triumphalia, Aufpicalia, memoriæ dicata, feù Memorialia Feralia, Lugubria, Socialia, Typica, Gratulatoria, Iconica, Monitoria, Honoraria, Obfidionalia, Caftrenfia, Militaria, Miffilia, quæ in vulgus fparguntur, atque omnia antiquitatis prærogativam, ac dignitatem fua obtinent duratione, ideo nummos immortalitatis ftudium, & cura invenit, ficut fepulchrorum monumenta, & elogia.

Intellexere hoc quicumque propagandi ad Pofteros nominis immenfa quadam cupiditate flagrarunt, atque vultus fuos, aut res geftas non folùm libris, columnis, faxis, tabulis, ftatuis confignari voluerunt, fed nummis, ut certiori quodam æternitatis pignore fe, fuaque oblivione liberarent, quam fane mentem manifeftè aperit Ducis illius Græci facinus ab Athenæo relatum, qui cum numifmata curaffet fpargi ad perpetuam memoriam in campis, ac ruinis Corinthi, tum demum mori non dubitavit.

Sola quippe opera in multorum gloriam incifa, vel erecta, præclara licet fuerint, & diuturna; injuria tamen temporũ poft brevem annorum circumfcriptionem fuerunt penitus deleta, *& tamen illis omnibus* (ait Tertullianus in Apologetico) *& ftatuas funditis, & imagines infcribitis, & titulos incidistis in æternitatem.*

Quis autem adeò illiteratus aut nefcit, aut non ingemifcit librorum veterum non fatis unquam lugendam jacturam? Unde Romanarum rerum Scriptor Livius deplorabat; fi quæ in commentariis Pontificum (fcilicet Ethnicorum) aliifque publicis privatifque erant monumentis, incenfa Urbe pleraque interiiffe. Ita ftatuæ lapideę licet præftantiores materia, propitio fato fæculorum vim elufiffe videantur; attamen manca funt, & mutila fere

omnia, quæ ſuperſunt monumenta, ſive ſtatuę ſint, ſive lapides, quibus inſcripta ſunt Veterum elogia, ut jure dicendum ſit illud Poetæ.

Tabida conſumit ferrum, lapideſque vetuſtas,

aut alterum

Miramur periiſſe homines, monumenta fatiſcunt,
Mors etiam ſaxis nominibuſque venit.

Multò minus picturæ temporis edacitatem effugiunt, contra quam longè adhuc minus habent præſidii. Incredibilem etiam numiſmatum multitudinem carie quoque conſumptam fateri debemus. Illa tamen integra magis, magiſque incorrupta, & materiæ beneficio, & numero, & varietate longe antecellunt, ſi cum cæteris ueteribus monumentis conferantur, ſemper in dies tum in Europa, tum in Aſia, è terræ viſceribus eruuntur, ut Priſcorum memoria, etſi in multis deperdita, in novis repertis videatur quodammodo reviviſcere, multaque egregia eorum facinora, quę in cæteris monimentis penitus deperiere, in numiſmatis palam fiunt, in quibus longè certius, & fælicius hiſtoriæ veritatem indagare fas eſt, eamque nanciſci.

Si in antiquis miræ ſpecies Arborum, Animalium genera incognita detecta ſunt, herbarum, florum, aliarumque rerum naturalium mirabiles formæ, incognitæ leges, & Senatus conſulta, Deorum Veterum imagines ſacrificiorum apparatus, ludorum, bellorum, triumphorum, tripodes. aræ, litui, congiaria, teſſeræ, Coloniæ, Provinciæ, Urbium initia, aliaque innumerabilia, de quibus liberalem, & honeſtiſſimam voluptatem artes innumeræ perceperunt; non minus Pontificia numiſmata hoc prætio æſtimanda erunt. Quippe jis, & facta egregia indicantur, inter quæ Sanctorum Apotheoſes, Sacra bella in hoſtes Chriſtiani nominis ſuſcepta, in publicum bonum Legationes; Fœdera inter Principes, Regeſq; Maximos conciliata, Ritus Eccleſiæ varii, ſacra indumenta expreſſa, erga imagines Sanctorum cultus, Templorum erectiones, & quid quid in publicum bonum providi Paſtores peregerunt, quæ omnia non ſine oblectamento, & utilitate Animorum recenſeri poſſunt, imò debent antequam numiſmata ipſa temporum edacitate Poſterorum oculis ſubtrahantur. His adde inſcriptiones quamplurimas marmori, vel metallo inciſas, quæ carie conſumuntur penituſque delentur.

Non enim deſunt qui pretioſi metalli, ex quo conflata ſunt avidiſſimi ipſa numiſmata deſtruunt, ſimulque monumenta delendo in jiſdem repoſita irreparabilem jacturam pariunt, jis quidem deteriores, qui omnem hanc operam in coacervandis, vel excutiendis id genus monumentis poſitam, ut inanem, aut etiam importunam longè à ſe abeſſe patiuntur, vel jis qui vel uſu, vel opportunitate ad hæc eadem monumenta pertractanda deſtituti, non contemptu, ſed mera ignoratione reconditæ in jis utilitatis, in ſequiorem ſententiam de illis, eorumque æſtimatoribus adducuntur. Sanius alii ab aliis diſcrepant, qui incredibili illorum ſtudio incenſi, ac proinde in colligendis jis aſſidui, nulli nec ſumptui, nec diligentiæ parcunt, ut luculentum illorum vel numerum, vel delectum inſtituant, undè poſtea aurum ſuum adſervant, imò eorum poſſeſſione non ſecus ac ingentis theſauri cuſtodia continuò efferre ſe ſe ſolent, & oblectare, ſed eadem ad ornamentum

veteris

veteris elegantiæ, & varietatem quamdam literarum aliquo usu edocti plurimum conferre non diffitentur.

His igitur viris numismata hæc Pontificia proponam, ut præclaram antiquitatis partem ab interitu, & ludibrio pro meo modulo vindicem, quamquam haud me in eorum numerum referendum putem, qui eruditione aliqua præditi de hujuscemodi re apte differere possent. Scio quidem Domitii Pisonis documentum ajentis, volumina, quæ publica donantur luce, *thesauros esse oportere*, *non libros*, cogito insuper, *quàm sit magnum dare aliquid in manus Hominum*, id quod Plinius frequenter usurpabat. At manifestum pariter est quod apud omnes probatur, nullum adeo præclarum, omnibusque absolutum numeris inveniri inter Homines posse, cujus viribus veritas, (ut cum Seneca loquar) *occupari penitus possit*, *multumque ex illa etiam futuris sæculis semper relinqui*. Scriptoris tenuitatem materia ipsa supplebit, & operis defectus suo pretio proposita numismata compensabunt. Sed antequam opus aggrediar aliqua animadvertenda esse perpaucis proponam, & primò, fidelissime omnia ea fuisse delineata, singula enim (paucissimis exceptis) attente recognovi, quæ mihi suppeditarunt Principes, & Viri summæ amplitudinis, nec minoris humanitatis, in quorum Cimeliis, & Museis asservantur Florentię, Neapoli, Bononiæ, Parmæ, & Romæ præcipue, ubi fere omnia illa edita fuerunt.

Plin. jun. lib. 7.

Secundò cuncta sub uno, eodemque modulo fuisse expressa; sequutus enim sum præclaros scriptores, ut quid quid in parva amplitudine excusum numismata minora præferebant, in amplitudine majori facilius recognosceretur adamussim delineatum. Eo modo post Illustrissimum Præsulem Antonium Augustinum Archiepiscopum Tarraconensem antiqua Cæsarum numismata vulgavit, & in sexaginta, & octo æneis laminis incisa ab insigni artifice Jacobo Bieo Antuerpiano Princeps Carolus Dux Croy, & Arschotani, magnis impensis undique conquisita, aliique permulti tali forma expresserunt. Neque refert, quòd numismatum formæ suis explicationibus insertæ non sint, quando numerus adiectus singula eorum repandit, & in accurato indice, quem in fine operis referemus, omnia possint ejusdem numeri beneficio recognosci, cujusnam formæ sint, quo tempore vulgata, apud quem, quove ex metallo formata serventur,

Tertiò notum sit lectori pluribus in locis tabulas hasce à Bieo incisas me indicasse sub nomine Augustini Tarraconensis Episcopi, deceptum à Dialogis ejusdem Augustini cum dictis tabulis in lucem emissis, & à P. Andrea Scotto Soc. Nostræ latino idiomate redditis.

Quartò multoties in lucubratione numismatum à me recenseri permulta à Pontificibus acta post quam ipsa numismata in lucem prodierint, non quidem ut probem in monumentum earum actionum vulgata fuisse, sed ut dicta confirmem, & elogium in inscriptione comprehensum magis explicem, clariusque virtus Pontificis elucescat.

Demum numismata ità insculpta, & expressa, ut non sint ætate, & anno Pontificatus ex ordine disposita, unum quod in primis optandum erat, & futurum operi congruum; contigit enim, ut non eodem simul tempore omnia numismata delineare potuerim, sed quædam serius, & hæc non suo

quidem,

quidem, sed præpostero ordine fuerunt distribuenda, ac collocanda. His adde, non omnia numismata, præsertim antiquiora insignita esse temporis nota, qua vel annus Domini, vel Pontificatus indicaretur.

Authores, seù sculptores numismatum non semper detego, cum eorum nomina ex paucis innotescant. Asserit P. Molinettus in sua præfatione sub Eugenio IV. Nicolao V. Calisto III. & Pio II. multa efformasse Andream Cremonensem, Victorem Camelium aliqua sub Sixto IV. Raphaelem postea Urbinatem, Julium Romanum, & alios, qui Leonis X. Clementis VII. Pauli III. ævo claruerunt. Fuerunt & deinde egregii artifices Paduani Joannes Cavinus, & Alexander Bassiranus, ac Laurentius, & Franciscus Parmenses, qui artem in memoriam Julii III. Pauli IV. Pii IV. & V. & Gregorii XIII. fæliciter contulere, verùm & exinde ad hæc usque tempora floruere non pauci, qui in honorem Summorum Pontificum in opere cælaturæ certatim studuerunt, scilicet, Nicolaus Bonis sub Sixto V. & Gregorio XIV. Paulo V. & Clemente VIII. Georgius Ran, & Joannes Antonius Moro, Paulo V. & Greg. XV. Urbano VIII. Innocentio X. & Alexandro VII. Gaspar Mola, & Cormannus, Clemente IX. & X. Eques Hieronymus Lucenti, Clemente X. & Innocentio XI. Joannes Ameranus, Innocentio XII. etiam Ferdinandus à S. Urbain.

Utrum autem in exponendis numismatis genuinum sensum inscriptionis adeptus sim, & res indicatas bene explicuerim, tuum erit Lector æquissime judicare. Non enim nego, quòd in dubiis, aut obscuris nonnunquam conjecturis usus sim, semper tamen rem in medio ab aliis judicandam reliquens. Sunt nonnulla numismata, quorum sensum detegi nullo pacto potest, utpotè quæ nullam epigraphem habent, qua via ad veritatem demonstretur.

Opus demum prodam non quidem ex omni parte quantùm satis esset limatum, licet industria, & labore non modico confertum, si quos in eo benigne Lector deprehendas errores excusa. Si quid animadverteris, & cum aliqua industriæ laude conjunctum judices, id, quoniam Divini muneris totum est, Deo adscribe. Ego verò Dei Opt. Max. fretus ope rem ipsam aggredior, non tam perficiendi spe, quam tentandi voluntate.



INDEX

INDEX PRIMUS
PONTIFICUM

Chronologico ordine expreſſus.



INDEX SECUNDUS.

PONTIFICUM

Alphabetico ordine dispositus.

INDEX TERTIUS COMPLECTENS.

LEMMATA

Juxtà seriem Numismatum,

MARTINI V.

EUGENII IV.

NICOLAI V.

CALISTI III.

PII II.

 Ales

P A V L I II.

S I X T I IV.

I N N O C E N T I I VIII.

A L E X A N D R I VI.

Reſerauit

PII III.

JULII II.

LEONIS X.

ADRIANI VI.

CLEMENTIS VII.

PAULI III.

Tu autem

IVLII III.

MARCELLI II.

Hilaritas

Humilia

P I I V.

G R E G O R I I XIII.

Spes.

SIXTI V.

URBANI VII.

GREGORII XIV.

INNOCENTII IX.

CLEMENTIS VIII.

Pax,

L E O N I S XI.

P A U L I V.

INNOCENTII X.

Abluto

ALEXANDRI VII.

CLEMEN-

CLEMENTIS IX.

CLEMENTIS X.

INNOCENTII XI

Felix

ALEXANDRI VIII.

INNOCENTII XII.

INDEX QUARTUS COMPLECTENS
LEMMATA
Numismatum Ordine Alphabetico disposita.

A

B

C

D

Domus

E

F

G

H

Hugonot-

I

M

N

Non

Q

R

S

T


I
MARTINVS·V·COLVMNA·PONT·MAX·
II
ANNO·PRIMO·MCDXVII·PONT·
ROMA
III
QVEM CREANT ADORANT
ROMÆ
IIII
OPTIMO PONTIFICI
ROMA
V
DIRVTAS·AC·LABANTES·VRBIS·RESTAVR·ECCLES·
COLVMNÆ·HVIVS·
FIRMA·PETRA·
VI
IVSTI INTRABVNT PER EAM
VII
SIC·OMNIS·MVNDI·GLORIA·


ANNI TVI
NON DEFICIENT
Psal. 101.



MARTINI V. NUMISMATA.



I

MARTINVS. V. COLVMNA. PONT. MAX.



MARTINO V. Summo Pontifice Numismatum seriem, quæ ad Summos Pontifices spectant, ordimur, eam præcisè ob causam, quia ejus tempore circa annum 1430. non quidem incæpit numismatum usus; (mos enim fuit apud Antiquos ea cudendi) sed quia apud Italos restitutus, ex quibus ad cæteras deindè manavit Nationes. Docet P. Claudius Franciscus Menetrier in suo tractatu circa Insignium originem cap. 2. omnia ea, quæ in vitis Pontificum ante Bonifacium VIII. exprimuntur à Ciacconio, Victorello, Panvinio, & aliis, fictitia esse, & pro libito inventa ab Artificibus, eò quòd (ut ille putat) ante annum 1200. Insignia Familiarum non dum fuerant inventa. Hanc circa Tesseras Gentilitias indaginem prosequendi non est hic locus. Illud solùm afferam, quod refert ex Jovio Georgius Vasari: nullum videlicet ex historiarum monumentis deprehendi antiquiorem Victore Pisanello, Veronensi pictore, qui vultum Martini V. aliorumque Virorum suo ævo præstantiorum, ut Paulus Jovius refert, in cera effinxit, ac deinde ex metallo fudit, & in ejus aversa facie expressit Tesseram gentilitiam familiæ Columnæ, à qua Martinus V. traxit originem. *Vas. par. 1. pag. 308.* *In epist. ad Magnum Etruriæ Ducem.*

Exhibet igitur primum Martini V. numisma ejus imaginem cum pluviali pretiosis gemmis ornato, verbis in girum expressis MARTINVS. V. COLVMNA. PONT. MAX. circà quam pauca hæc notatu digna visa sunt: & primò hoc in numismate Pontificis imaginem fuisse expressam juxtà Veterum morem, apud quos cùm numismata in usum pecuniæ inventa, tum ut gloriosis Heroum actionibus immortale decus conciliarent, ut advertit Carolus Patinus, omnia Principum, Regumque imaginibus fuisse insignita, ut videlicet in pecunia Principum effigies insculpta singulos certos redderet (juxta Aristotelis documenta) de eorum valore & pretio, *Introduct. ad hist. nu. cap. 5.*

tio, de quo Rex Theodoricus apud Cassiodorum var. lect. cap. 32. sic loquitur. *Omninò monetæ debet integritas quæri, ubi & vultus noster imprimitur, & generalis utilitas invenitur: quidnam erit tutum, si in nostra peccetur effigie, & quam subiectus corde venerari debet, manu sacrilega violare destinatur?* Sic Principum imago ait Gaspar Antonius Thesaurus de Aug. monetæ §. 13. parte prima: *reverentia quadam improbos homines ab ejusdem adulteratione deterrebat*. In numismatis verò aliis, quibus viri illustres decus, & famam aucupabantur, ut ex imaginibus impressis eorum historias spectarent Posteri, ac incitarentur ad immortalitatem nominis acquirendam, qua, ob res, ab ipsis insigniter gestas, illi fruebantur.

Decoratur eadem imago pretiosa veste, quam Cappam, sive Pluvialem ideò appellarunt Latini, quia à pluvia defendebat; nam in Processionibus solet etiam deferri, ut in Litaniis majoribus, & Rogationibus duo, qui preces in Clero sæculari concinunt, Pluviali sunt amicti. Propria erat antiquitùs vestis Cantorum. Gemin. lib. 1. cap. 127. Ita consuetudines Compendienses antiquæ apud Martenne pag. 453. inquiunt. *Ad Vesperas sint omnes in albis, sint tres Cantores in Cappis*. Talis amictus ex necessitate primò, non ad magnificentiam receptus ab Ecclesia fuit, quando primùm institutæ Processiones, aliæque functiones subdivales, in quibus Sanctorum Reliquiæ ab Episcopis, Parochisque gestandæ erant; opportuna enim tunc hujusmodi vestis ad arcendam pluviam, unde etiam habebat retro adnexum capuccium, capiti nimirùm obtegendo. Hoc verò capuccium in veteribus, & à Carolo Magno Aquisgranensi Ecclesiæ donatis cappis pro modulo capitis compactum erat, ut videre est in bardocucullis nautarum &c. licèt nunc habeat tesserarias parmas benè amplas, inferiùsque rotundas, manente adhuc, qui capucii acumen terminabat, in multis flocco. Proindè licet in Pontificum Romanorum electionibus post sæculum XI. inveniamus, moris fuisse, ut electus Pontifex cappa rubea indueretur, sicque à suis adoraretur Electoribus; nunquam est tamen invenire ullius veteris Pontificis imaginem, cum cappa expressam,
Pag. 271. „ ut advertunt Collectores Act. SS. Maii, Qualem exprimit Ioanne Baptista „ de Cavaleriis, qui primus Pontificum Romanorumeffigies à Sancto Petro ad „ Gregorium XIII. typis incisas vulgavit, quamvis is in sua præfatione profi- „ teatur descripsisse se illas, partim ex sepulturis, picturis, & musivis antiquis, „ partim ex numismatibus: ex reliquis autem, quas ad vivum repræsentare „ non poterat, eas se exhibere, saltem quas à multis retrò sæculis in antiquio- „ ribus Urbis Ecclesiis depictas cernere licet, vt sic antiquitatis, nihilominùs „ speciem aliquam, vel in ipsa habitus ratione videre, in eaque Te oblectare „ Lector posses. Innocentium ille ejus nominis primum post quadraginta Pontifices cappa circumtexit, de qua loquimur, qui Pontifex obiit anno 416. Verùm non adeò multa sæcula numerari posse advertunt supracitati Authores pro iis saltem picturis, quæ hodierni usus Pontifices cappis amiciunt; adduntque in Paralip. ad Conat. in Catal. Pontific. Primum Pontificum, quem certò repererint expressum cum cappa, esse Honorium Quartum, qui vixit anno 1285. in suo numismate, quod ex museo Equitis Gualdi sic exhibet Ciacconii locupletator Oldoinus, cujus habitus rationem exponit in ipso Honorio, similem etiam citant nummum Innocentii Quarti annis quadraginta vetustiorem Honorio prænominato. Vixit enim Innocentius Quartus anno 1250. quem exhibet idem Oldoinus; sed advertunt isti, nummo non esse præstandam fidem ex triplici Tiaræ coronamento, tunc adhuc ignotæ, quod est evidens nouitatis argumentum.

Ratio autem cur recens electum cappa potiùs quam alio quovis vestimento Ecclesiastico induendum Romani consueverint, hæc fuisse videtur supradictis Auctoribus, quòd cum Pontifex ex quovis cleri gradu deligi posset, nec conveniret adorationem electi differri, usque dum ad eos, qui fortè deficerent, gradus successiuè ascendisset, opportunissima omnium videbatur cappa, communem gradibus omnibus, etiam inferioribus indumentum.

Rubra autem illa erat, siuè purpurea, quæ quidem decebat Pontifices electos ob eorum dignitatem. Expressit tale indumentum Martini V. in suis numismatibus Reu. P. Claudius Molinetus, non ut numisma ipsum præfert, sed triplici orbiculo ante pectus colligatum contra consuetum morem, quo unica fibula eius-

ejusdem partes copulat, non sine mistica significatione juxtà mentem Ruperti lib. 3. de Divin.offic.cap.24. *Benè ab anteriori parte patula est* (inquit ille,) *& omninò propter solam necessariam fibulam, inconsuta, quia profectò immutata jam, & immortalia corpora nullis animam occludent angustiis, corda non contegent, nec obsistent internæ Trinitatis contemplationi*: Ditatur insuper pretioso, aureoque ornatu, quod tamen Ecclesiastici Ritus non exigunt, sed quamplurimis rationibus admittunt in Sacris Sacerdotum indumentis, allatas ab erudito Abbate Bartholomæo Piazza cap. 19. de usu Color. Ecclesiastic. inter quas potissima ea est, quòd Pontificis Summi excellentia auro aptissimè significetur, eoque metallo inter cætera pretiosissimo, ac purissimo Pontificia morum probitas demonstrari possit, qua toti Orbi præcellere ipse debet, cæterisque præire.

Cæterùm nec fastum secularis Principis suo ornatu redolet Pontifex (scite ait ad Fabiolam Sanctus Hieronymus) *nomen Dei totam Pontificis coronabat pulchritudinem ad innuendum, quòd omnis ejus apparatus Dei gloriam respiciat; non enim, ut terrorem suis subditis incutiat, & sibi arroget, ex pompa: Regit formidabilem majestatem Pontifex sacro ornatu decoratus; at dumtaxat, ut decentiùs divinis operetur, suoque venerando amictu religionis sacrosanctæ mysterijs reverentiam apud spectatores sacri muneris conciliet, suique misterij splendore divinum augeat cultum, & honorem*. Non est igitur, quod Sectarii Christi humilitatis exemplum urgeant, ut Pontificum Romanorum pompam, & ornatum lacerent. Certè Calvinus ipse, licet Papæ juratus hostis, in Opusculo aduersus Libertinos cap.4. de veritate convictus patentissima, fatetur, *Ipsum Papam formam Religionis non abijcere, neque auferre vitæ æternæ expectationem*. *Apud Sausai appen. de oscul. ped. pag. 500.*

Usus ornamenti pretiosi in vestibus Sacerdotalibus antiquissimus est: sic Summus veteris legis Sacerdos auream Tiaram gerebat in capite, ac gemmas in pectore pretiosas. Quamobrem Pontificum studia sacras vestes pretiosis ornamentis jure ditaverunt. Sic Leo Quartus *fecit vestem Sericam de Fundato vnam* (teste Bibliothecario) *habentem historiam Aquitanam*, sic antè illum Paschalis ex eodem Bibliothecario. *Fecit vestem de staurace habentem pauones, & in medio Crucem*; in ipsis exprimendo vel Trophea, precibus ex hostium armis relata, ut in Pluviali Beati Pii Quinti apparebant, vel sacras functiones, puta Portæ Sanctæ aperitionem, sacras supplicationes, Altarium consecrationes, non ad vanam pompam, ut Rex Sinarum solet, cujus Regale indumentum draconum iconibus insignitur, aut olim Demetrius, qui terrarum Orbis plagas Regio in amictu, (referente Plutarco) superbè ostentabat, verùm ut animos erigerent ad Cęlestia, Deique cultum augerent; Et nè à Martino Quinto divagemur; pretiosam ille Bullam Pontificio Pluviali addidit, quam narrat Vasarus fuisse gemmis, auroque constructam magno artificio à Laurentio Giberto pictore Florentino, viro pari peritia prædito in efformandis aureis icunculis, gemmisque cum auro colligandis; elaboratam insuper fuisse ab eodem mitram pretiosissimam lapillis magni valoris exornatam. *Par. 1. pag. 190.*

Quæ omnia sacra misteria redolebant, uti etiam apud Pontifices græcos eorum Mantum, seù Cappa, de qua Dominicus Macrus verb. Mandias, quæ est aperta ex parte anteriori, atque talaris, & circa collum crispata, nigri coloris, sericis rasis, rubris albisque virgata ad instar fluminum, quæ prædicationem significant, juxtà illud Christi effatum; *Flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ*, colores autem rubescens, & albescens sanguinem, & aquam, quæ de latere Christi in Cruce fluxere, designant. Habet præterea Gregoras libr.7. cap. 1. adesse ad quatuor latera hujus cappæ totidem frustà quadrata colorum diversorum, quæ quatuor Evangeliorum librum denotant, sed hæc sacrorum Rituum Commentatoribus relinquamus. Aliqua superest insinuare de verbis, quæ circum Martini V. effigiem expressa sunt, nempè MARTINVS . V. PONT. MAX. Vocabatur ille antequam ad solium Divi Petri eveheretur Otho, seù Oddo de Columna, Martinus deindè dictus ob reverentiam Sancti Martini Episcopi Turonensis in Gallia, cujus die festo anno 1417. vigintiocto Cardinalium, triginta Prælatorum, & Nationum quinque suffragiis electus fuit Romanus Pontifex, Quintus hujus nominis appellatus, licet reuera Martinus Tertius potius dicendus esset, nam

Ciacconius pag.813. Tom.2.col. 231. Martinus Secundus perperam vocatus fuerat Quartus, ait Ciacconius; unum enim tantùm habuit ante se; Martinum videlicet Tridentinum: alii verò duo Martini, (ut eorum ex Bullis, & aliis monumentis liquet) Marini, non Martini vocati sunt.

Illum dixerunt Pontificem Maximum, juxtà antiquissimum morem, quo Sacri Populorum Antistites Pontifices dicebantur, & ne in simili titulo, quem in quamplurimis nummis expressum inveniemus, iterum hæreamus, de illo in præsenti paulò diffusiùs agendum nobis est, ne quid desit, quo singularum vocum in numismate expressarum sensus intimus innotescat. Et primò notandum est ex Julio Cæsare Bulengero, discrimen esse inter cognomina Principum, quæ à Senatu, aut Populo deferebantur, & inter appellationes, & cognomenta, quæ honoris causa illis tribuebantur. Trajano cognomen *Optimi*, Antonino *Pii* fuit, Julio Cæsari *Viri fortis*, *Augusti*, *Felicis*, Marco Antonino *Philosophi*; aliquos autem honorum titulos Romani Imperatores omnes sibi, vel adrogarunt, vel Populi eisdem tribuere, sic Imperatores *Optimi*, *& Maximi dicti sunt singuli*, *postquam* (ut aduertit idem Bulengerus) *Populus Romanus Julio Cæsari, Pompejo devicto, potestatem dederat; ut de Pompejanis suo arbitratu statueret, & belli pacisque arbiter esset, Imperatoris ei nomine quasi proprio addicto, ex quo tituli deindè Imperatorum fluxere.* De Imperat. Rom. Libr. 1. cap. 2. & 3.

Adverto tamen ex commentariis Samuelis Pitisci in cap. 76. Suetonii §. 7. de vita Cæsaris, Appellationem Imperatoris in historia Romana trifariam accipi. Primò pro *Prætor*, qui hoc nomine appellatus à militibus cum Imperium belli suis auspiciis administrandi à populo accepisset. Sic Cicero de orat. 1. 48. *Imperator, & Administrator belli gerendi*. Secundò pro *Victor*. Sic solitus appellari, qui res magnas bello gesserat, & decem millia hostium cæciderat, ut *Cicero Imperator Lentulo Imperatori*. Tertiò pro *Rex*. In hac significatione non fuit Cæsar Imperator dictus. Nam referente Suetonio. *Cæsar honores modo nimis non recepit, ut continuum consulatum, perpetuam dictaturam, præfecturamque morum, insuper Prænomen Imperatoris.*

His adnotatis, de Pontificis nomine dicamus aliqua. Quis autèm nescit, quot viri Eruditi (ait Joannes Georgius Beccanus) defatigaverint in etymologia ejus quærenda? de illa scripsit libellum eruditum Ignatius Braccius. Dominicus Macrus in hierolexico V. *Pontifex* refert, illud à Pontibus juxtà aliquos derivatum; Cum enim tunc delubra non adessent, effigies Deorum in fluminis ponte statuebant, atque inde nomine derivato, illi, qui Deorum præfecti Sacris essent à prima simulacrorum sede *Gephirei*, quasi Sipontani dicti sunt; Hoc à Græcis accepto, Romani eos, qui Sacerdotum in Collegijs apud ipsos locum Principem obtinerent, Pontifices appellarunt, simulque sanxerunt, ut eorum in numero Reges etiam propter dignitatis excellentiam censerentur. Lib. 9. Etymaten.

Dionysius Halicarnasseus ait, Pontificis nomen à reficiendo Sublicio Ponte provenisse, qui Oraculi jussu ex lignea tantùm materia compactus, nec æris quidquam, aut ferri addere liceret, quem sacrum existimabant, & cum reficiebatur Pontifices quædam sacra faciebant. Eamdem etymologiam refert D. Bernardus ad Henricum Senonen. Archiep. scribens. Libr. 2. Antiq. Rom. cap. 8. Epist. 42.

Sed quòd nomen tale non proveniat à Sublicio Ponte, notat supra citatus Braccius, indè deduci, quòd ante Pontem ipsum Pontificis nomen in usu erat, ac Pontificis dignitas; Pontifex enim, Numa regnante, primùm esse cæpit, ut constat (authore Plutarco in ejus vita) Pons autem Sublicius extructus est regnante Anco Martio inter Reges Romanorum quarto. Inde idem Braccius infert, Pontificis nomen derivatum fortasse fuisse à quibusdam Pontibus non suprà Flumina extructis, sed ubi comitia habebantur à Populo ad publica negocia peragenda, qui Pontes, (referente Paulo Manutio.) *Perpetui non erant, sed ad tempus extruebantur, vel in campo; utrobique enim comitia habebantur; Nec verè Pontes, sed mensæ angustissimæ pedibus altioribus fuere, singulæ singulis tribubus, ac Centuriis attributæ, Pontes à similitudine dictæ*, & idem Manutius de iis loquens, *legis à Mario conditæ hæc sententia fuit, ut pontes, quibus suffragiorum cistæ imponebantur, essent angustiores, ne scilicèt multos capere possent; nam in Turba fraudem aliquam committere* Cap. 3. Tit. Liv. lib. 1. Lib. de leg. Rom. Cap. 19. Lib. 5.

mittere difficilis negocii non est. In his igitur pontibus Pontifices præerant, tamquàm arbitri, ut ait Gellius, ibique Divina populo exponebant teste Manutio, qui mos Comitiorum antiquissimus fuerat apud Romanos, in quibus deinde, crescente Populorum frequentia, Numa Pontes hujusmodi probabilitèr excitavit ad tumultus evitandos, eisque Sacerdotes præfecit, à dictis Pontibus Pontifices enunciatos.

Aliam ejusdem nominis etymologiam affert idem Braccius, referens, antiquissimum Ethnicorum ritum Pontifices consecrandi, quem Aurelius refert his versibus. Cap.7.

Summus Sacerdos, nempè sub terram scrobe
Acta in profundum consecrandus mergitur
Mirè infulatus, festa vittis tempora
Nectens, Corona tum repexus aurea,
Cinctu Gabino sericam fultus togam.
Tabulis superne strata texunt pulpita
Rimosa rari pegmatis compagibus
Scindunt subindè, vel terebrant aream
Crebrove lignum perforant acumine
Pateat minutis, ut frequens hiatibus.
Huc Taurus ingens fronte torva, & hispida
Sertis revinctus, aut per armos floreis,
Aut impeditus cornibus deducitur,
Nec non ex auro frons coruscat hostiæ,
Setasque fulgor bracteolis inficit.
Hinc ut statuta est immolanda bellua,
Pectus sacrato dividunt venabulo.
Eructat amplum vulnus unda Sanguinis
Ferventis, inque texta pontis subditi
Fundit vaporum flumen, & latè æstuat,
Tum per frequens mille rimarum vias
Illapsus imber tabidum rorem pluit,
Defossus intus, quem Sacerdos excipit,
Guttas ad omnes turpe subjectans caput,
Et veste, & omni putrefactus corpore,
Quin os supinat, obvias offert genas,
Supponit aures, labra, nares objicit,
Oculos & ipsos perluit liquoribus,
Nec jam palato parcit, & linguam rigat,
Donec cruorem totum atrum combibat.
Postquam cadaver sanguine egesto rigens
Compage ab illa Flamines retraxerint,
Procedit indè Pontifex visu horridus,
Ostentat udum verticem, barbam gravem,
Vittas madentes, atque amictus ebrios,
Nunc inquinatum talibus contagiis
Tabo recentis sordidum piaculi
Omnes salutant, atque adorant eminus
Vilis quòd illum sanguis, & bos mortuus
Fœdis labentem sub cavernis laverint.

Vide Fortunatum Scacchi, qui ait, fuisse hujusmodi ritum diabolicum inventum, ad imitationem antiqui ritus Hebræorum, apud quos etiam Sacerdos sanguine inaugurabatur Exod.29. *Tolles quoque arietem alterum, quem cum immolaveris, sumes de sanguine ejus, & pones super extremum auriculæ destræ Aron, & filiorum ejus, & super pollices manus eorum, ac pedis dextri &c.* Cap. 87. Myrotec.2.

Interpetrationem à reficiendo Ponte derivatam adducens supra laudatus Beccanus, ineptas nugas confingi affirmat, additque Pontificis nomen, nil aliud significare, quam Pontificem esse Sacerdotem, qui fœdus inter Deum, & hominem conci-

conciliat, ità Bud. *in Comment. ling. græcæ* illum esse dicens, *quasi conciliatorem inter Deum, & homines*. Quod si à *Ponte*, & *facie* derivare, quis sibi suadeat cum Andrea Alciato, metaphoricè hoc significare *Quòd ad vitam æternam pontem nobis faciat*. Rectius alii, quos sequitur Baronius in Martyrologio, & Gutterus *de jure Pontif.* nomen compositum esse ex duplici verbo, *Possum*, *& facio*, quòd præcipuè convenire ajunt Sacerdotibus, quia (inquit Alciatus) *jus erat illis sacrificandi, facere enim apud veteres sacrificare est*. Confirmat hanc opinionem Braccius authoritate multorum, qui verbo *facio* usi sunt pro sacrificare. Ex quibus constat, Pontificis nomine Sacrum aliquid indicari, ac Summam Potestatem.

De verb. signif. in lege 57. *Lib.1. c.4.* *Lib.2.cap.6 Parerg.* *Cap.8.*

Quæ certè potestas cum Summo Pontifici data à Deo fuerit, licèt hoc vocabulum Pontificis omnibus Episcopis conveniat, antonomasticè tamen Pontifici Romano tribuitur, illique solùm *Maximi* additamentum fit, ut Romani Pontificis Primatus indicetur, quem asseruere Canones primi Concilii Nicæni, quod ut Evangelium se venerari fatebatur D. Gregorius Magnus, deindè verò aliorum Conciliorum Canones, Constitutiones, & Decreta confirmarunt, Sanctique Patres unanimiter celebravere, atque cùm Orientalium, tum Occidentalium Ecclesiæ contra Schismaticos Romanæ Ecclesiæ hostes fassę sunt, quorum labores illum conantur avertere, ac Dei Sponsam bicipitem mendaciis effingendo, Divinæ veritatis pulchritudinem planè destruere. Pontifici Maximo Gregorius Primus apposuit nomen *Seruus Servorum Dei*, quod literæ Apostolicæ præferunt, atque hæc circa imaginem Martini V. in primo numismate expressa dixisse sufficiat.

Lib.1.epist. 24. *Card. Papiensis epist. ad Paul. 11 281.*



ANNO . PRIMO . PONT. MCDXVII.

Opposita sequitur ejusdem numismatis pars, quæ parmam gentilitiam exhibet celeberrimæ Familiæ Columnæ, à qua originem duxit Martinus, Priscorum more, à quibus inter ea, quæ nummis adscribebantur, erant nobilitatis characteres, & gentilitia symbola, quæ Insignia Familiarum vocantur, seù Stemmata gentilitia; idcircò Insignia armorum nomine nuncupata, quoniam plerumque, ut ait Tiraquellus, hæc insignia in armis insculpi, & antiquis, & nostris temporibus consuetum, ut hinc armati facie operta dignoscerentur. Tesseræ gentilitiæ etiam dicuntur, ait Petra Sancta, expressæ idoneo lumine ad Familiarum discrimen pariter, & ornamentum, quibus verbis intelligunt Auctores peculiares colores, & characteres, ut dignoscantur tesseræ gentilitiæ ab Emblematibus, in quibus colores pro libito appinguntur.

De Nobilit. cap. 6. *De tess. gentil. c.2.*

Est igitur in hac nummi parte expressum Columnæ domus insigne sub clavibus, & mitra Pontificia, nempè Columna argentea cum basi, & capitulo, eique imposito diademate aurei metalli in parmula muricata. De quibus omnibus disserendum nobis esset; at quia de clavibus, & thiara Pontificia aptior dicendi locus recurret, nunc eorum elucubrationem omittimus.

Petr.Sanct. pag.552.

Cur autem Columna hæc argentea in Columnensium parma fuerit primùm expressa non est adeò facilè invenire. P. Claudius Molinetus explicans hoc Martini V. numisma asserit imaginem Columnensi Familiæ huic antiquissimæ *in scuto depingere concessum fuisse circa annum 1220. postquam scilicet Joannes Cardinalis à Sancta Praxede dictus, cujus titulus ab Honorio Tertio acceperat, ab eodem Pontifice missus Christiani exercitus, & ingentis classis Legatus ad Peleusium*, ut narrat Jovius in vita Pompeii Columnæ; *Eliopolim, quam Damiatam vocant, validissimam Urbem expugnavit, & Victor ex ancipiti periculo triumphum Romam detulit, Columnam scilicet, in qua Christus Hierosolymis flagris cæsus; quam in S. Praxedis templo suprà Suburram ad Exquilias hodiè veneramur*. Verùm quantum à veritate aberret; ex his quę afferenda sunt dilucidè apparebit.

Apud Ciacconium col. 1216. *Pag. 153.*

Extat in eodem Sanctę Praxedis templo sequens inscriptio marmore insculpta, à Ciacconio, & Ughellio relata. *Joanni tit. S. Praxedis Cardinali Columnæ,*

quòd

quòd Apostolicus Legatus in Oriente anno salutis 1223. *Columnam Christi Domini pœnis, & sanguine consecratam Hiersolymis Romam asportauit, patriamque Spolijs Orientis nobilem trophæo Christi patientiæ amplificaverit, Franciscus Columna Carbomani, & Rubiani Princeps, ne gentilis sui de Christiana Republica, deque Columnensi gente, cui vetus cognomentum sacratiùs fecit, egregiè meriti, memoria aboliretur, hoc ad Posteros monumentum posuit anno* 1635. Tom.3.col. 58.

Itaque vetus cognomentum Columna Christi illustrauit solùm anno 1223. Romam translata (ut dicitur ex supra exposita inscriptione) non verò solùm tunc illam in scuto depingere concessum fuit, ut vult Reverendus Molinetus; illam enim multo ante ostentabant in suis monimentis Columnensium Proceres. Dominicus de Sanctis inter imagines, & memorias Columnensium impressas Romę 1675. primam exhibet Andreę Episcopi Fundani sanctitate illustris, quem dicit, creatum fuisse Presbyterum Cardinalem à Simmaco Pontifice anno 490., fuisseque illum, quem memorat Sanctus Gregorius Papà lib.3. Dial., additque sepultum esse in Cathedrali Ecclesia Sancti Erasmi Cajetę cum insignibus ejusdem familię Columnensis anno 534. cum inscriptione, quam exhibet. De eodem loquitur Ughellius tom.1.Ital.Sacr. Suspicaturque esse illum Andream memoratum à Baronio anno 585.additque cum Baronio,in tabula marmorea, ubi inscriptio legitur apposita, videri insignia nobilis Familię Columnensium. Quę insignia adhuc extare recognovit pręclarus Vir Cajetę degens, rogatus ab Illustrissimo Ciampino, ut mihi gratificaretur. Pag. 779.

Itaque anno 490. Columnensem Familiam Columna in scutis expressa indicabat; De ea loquens Jovius in vita Cardinalis Pompei Columnę hęc habet. *Gentis verò nomen haud dubiæ deductum fuisse plerique existimant à Columna Oppido, cujus reliquiæ vigente adhuc nomine, ultra Algidum latina via conspicimus, Columnæ autem Oppidi nomen vetustatis famam, non aliundè, quam ex Antonini Pii Cæsaris itinerario accepisse videmus.* Vixit Antoninus anno 150. Casimirus verò Frescot in libro, cui titulus *I pregi della Nobiltà Veneta*: huic adhęrens opinioni addit, Columnę oppidum fuisse primùm Columen appellatum, cum asilum fuerit Romanis contra Latinos hostes; verùm è quibus historiarum monumentis hoc acceperit omninò silet. Alium Scriptorem adducit Volateranus, qui dicit, Columnenses ex oppido Columna descendisse,ipse enim nihil antiquiùs profert, quam 500. ferè ab hinc annis Oddonem quemdam *Magnum militem* appellatum, qui omnia simul hujus Familię castra possidebat. Deindè triplex facta divisio, prima, quę de *Gianazzano* dicitur, secunda de *Gallicano*, tertia de *Columna*; quibus Viri Principes propè 200. usque in hodiernum emicuere; concluditque Volateranus his verbis. *De Columnensium autem origine nihil sanè exploratum.* Eam opinionem refellit Rodulphus in suis Chronicis, ubi scripsit: *Nobilissimam Familiam Columnensium sunt, qui ajunt originem habuisse à Castro Columna; ego verò prout in scripturis antiquis legi attestari facilè possum Imperiali genere derivatam, & tempore Paschalis II. præpotentem fuisse.* Volateranum evincere conatur Philadelphus Mugnos, citatque Philippum Bursam Philosophum Mediolanensem, qui multa de hujus pręclarę stirpis nobilitate conscripsit, inter quę hæc habentur Pag. 4. Lib. 22. Autropol. In colum. Historia.

» Vera ejus origo, ut testatur Augustinus Lermin anno circiter Mundi 3824.
» fuit sub Scipione Affricano, quo Duce militavit Marius quidam adolescens, à
» quo suum genus trahere Columnenses opinatur, deindè sub Metello contra
» Jugurtam Numidię Regem; hic enim debellatis Mitridate, aliisque barbaris
» nationibus septies in consulari gradu fuit vocitatus. Ipse etiam Marius Colum-
» nam argenteam Chorinthię formæ, & Aquilam auream super capitello stantem
» effingens, in omnibus Ciuitatum captarum parietibus pro simbolo suæ magnitu-
» dinis, & rebus gestis sculpsit. Similiter eiusque Successores ad ejus exemplum
» tulerunt: civilibus deindè bellis inter Cęsarem, & Pompejum sedatis, & P.
» Cęsar ex Familia Marii supradicti cum Tracios rebelles sub Romani Imperii
» jugo firmare curaret, supra Civitatum, & Terrarum Porticus, & parietes
» Columnam Caii Marii stemma observavit, tandem in Libiam cum exercitu
» transiens usque ad Columnas Herculeas transcurrens in medio illarum ob me-

moriam

„ moriam ipsius Herculis, suorumque aliorum Prędecessorum aliam Columnam „ etiam plantavit, in cujus pedistallo hęc descriptio jacebat C. P. Marius P. Siluii „ filius, P. Marii nepos, & Caii Marii septies Romanorum Consulis pronepos „ Columnam hanc ob memoriam suorum Heroum Prędecessorum condidit. Il- „ linc progreditur in Numidiam, & super janua Jovis Maximi Templi hanc etiam „ descriptionem invenit, cujus continentia gręcanę linguę erat: Cajus Marius Consul „ Romanus ex stirpe Camnicæ natus, defensor Sacrorum Deorum, Columnam ejus „ stemmatem ad eorum honorem plantavit. Idcircò C. P. Marius ad exemplum „ Proavi in sinistra manu ejusdem templi aliam Columnam cum literis Ægiptiis „ condidit; in Epitaphio hæc verba leguntur. C. P. Marius C. Marii Prolis sep- „ ties Romanorum Consulis, Ægyptiorum Gubernator, Proconsul contra Tra- „ cios, Diis Saturno, & Hercule Progenitoribus cum hac Columna centum oves „ sacrificavit; mortuo deinde d. P. Mario postquam in Italiam rediisset, & ex „ aliquibus, quos superfuerunt, ejus filiis erat Celius vir doctissimus, qui primus „ hujus Familiæ cognomen Columnæ sibi vindicauit, & diligenter perquirens „ nonnullas Mundi partes, in Latio castrum Columnæ ædificavit, in cujus foro „ Columnam etiam plantavit, à qua omnes Successores de Columna fuerunt nun- „ cupati. Idem dicit Joannes Villani in Perseo: Cælius Columna tertius frater in „ arte omnium scientiarum celebratur, & tandem sub imperio Tiberii, qui fuit „ adoptatus ab Augusto circa annum à Christo natum 33. Castrum Columnæ in- „ coluit, & in medio ejus foro magnam Columnam corinthiam super marmoreum „ pedistallum artificiosè duobus leonibus, unoque urso constructam cum magna „ laude plantavit.

„ Nec solum, ut significaretur antiquissima Familiæ origo (addit supracitatus „ Philadelphus Mugnos.) Verùm ut intelligerent Posteri ejusdem Familiæ inco- „ lumitatem contra temporum vices ex ipsa Columna aptissimo fortitudinis sym- „ bolo.

Ex hactenus expositis narrationibus, etsi ejus pręclaræ Familię vera origo non detegatur, ex ipsa tamen caligine fulgor elucet, quo antiquissimam esse probetur, meritoque Jovium scripsisse in elogio Pompei Cardinalis *Columnæ gentis Proceres sexcentos annos in Urbe Roma, Latioque potentiâ, atque opibus summum claritatis locum tenuisse ex Annalibus constat, arbitranturque eos nonnulli à Germania oriundos*, at Sebastianus Munsterus de rebus Parmen. lib. 3. ait. *Nobilis Romanus de Familia Columna circà annum Christi 436. ex quo tempore Gothi in Italiam irruerunt saluti suæ consulens Franconiam pervenit.*

Fol.626.

Meritò igitur Rainaldus, Dux Juliacensis, & Geldriæ inter alios in literis obedientiæ, & congratulationis, Martinum V. *è domo Columnæ* (sunt verba literarum) *antiqua, & excelsa Romana stirpe claram detulisse fatetur orignem*. Meritò quoque alii Scriptores non pauci encomiis Columnensium stirpem decorarunt. Joannes Simonetta illam vocat *Illustrissimam*, & *Antiquissimam* Timocrates Arsenius *Nobilissimam*, Pandolphus *Pryscam*, Eleuterius *Nobilissimam*, *& Regiam*, Jacobus Trani *Potentissimam*; Julius Frontinus *Antiquam*, *& Celebrem* Joannes Virgilii *Imperialem*; Joannes Selinus *Generosam* Bernardus Cappelli *Gloriosam*, Joannes Godoi *Invictam*, Albertus Nicolinus *Constantem &c.*

Oldovinus col. 823.

Columnæ argenteę, qua Familiæ nomen antiquissimum exprimitur, ut notat Antonius Stephanus Cartari in suo Prodromo imminet aurea Corona, qua alia eiusdem Familiæ decora significantur; addita illa fuit anno 1328. à Ludovico Bavaro, cui impositam fuisse Imperialem coronam à Sciarra Columna narrat Sanctus Antoninus 3. parte lib. 2. cap. *6*. §. *6*. (Stephanum vocat Volateranus, & Franciscus Sansovinus cum aliis) quamvis invito Joanne XXII. Summo Pontifice. De hac re Nicolaus Pseudominorita in suo MS. quod est in Bibliot. Vatican. Sign. N. 4008. pag. 21. *Die* (inquit) 17. *Januarii, qua fuit Dominica de Nuptijs anno Domini* 1328. *præfatus Princeps Dominus Ludovicus Romanorum Rex fuit, non per Papam, sed per quatuor syndicos Populi Romani ad hoc specialiter constitutos in Ecclesia Sancti Petri in Imperatorem Romanorum solemniter corona aurea coronatus, & ex tunc Imperator vocatus.*

Prodromo Gentilitio pag.5.

Apud Odoricum Raynaldum Compen. Annal. ann. 1328. n.3.

Super ipsum stemma gentilitium, quod descripsimus, ubi est Pontificia Thiara

ra Sirenæ imago etiam ſolet exprimi, qua ejuſdem Familiæ invicti Duces Galeam antiquitùs exornarunt, cui Jovius à Stephano Columna rogatus aptiſſimè addidit; *Contemnit tuta procellas*, ut ejus generoſi animi contra bellicas incurſiones exprimeret.

In giro hæc verba inſculpta ſunt PONTIFICATVS. ANNO PRIMO MCDXVII. quibus indicatur eo anno numiſma fuiſſe efformatum, poſtquam varia ſchiſmata Romanam Sedem exagitaverant, & anno ſalutis 1410. Sigiſmundo, ex Rege Ungariæ Cęſare electo, ſuadente, Joannes XXII. Pontifex, concordiæ cauſa Conſtantienſe Concilium indixit, quo in Concilio, Auguſto præſente, Pontificatum abdicavit; exindè Gregorius, Sigiſmundi ſuaſu, Pontificatus inſignia depoſuit, tandem Regibus Angliæ, Franciç, & Hiſpaniæ, Auguſti ipſius Legatione ad authoritatem Concilii revocatis, Benedicti de Luna Pontificatus nomen abolitum. Ita pace aliquando Eccleſiæ reddita, Martinus V. Romanus omnium conſenſu Pontifex creatur, qui Germaniæ, Franciçque populis Sedem apud ſe deferentibus, in Italiam protinùs tranſiit, dictitans Rectorem Navis in puppi, non in prora eſſe oportere. *Caſalius cap. 21. de Imp. Rom.*

Idem numiſma paucis ab hinc annis reſtitutum fuit elegantiùs expreſſum à Curſoribus ſub auſpiciis Eminentiſſimi Cardinalis Franciſci Barberini Vice-cancellarii Literatorum patroni, deque antiquaria re optimè meriti, cum expreſſo etiam ſub ſtemmate verbo ROMA, quod in quamplurimis numiſmatibus, cum recentibus, tùm antiquis legitur, ut eo, in Urbe Romana, ſeù Romani Magiſtratus authoritate cuſum fuiſſe ſignificaretur, niſi malimus dicere; nobili additamento Romanę Urbis decorare illud voluiſſe. Maximi hujus nominis maximus accedat Interpres Hieronymus, ſanctitate, & eruditione cum primis, ſiuè PP., ſiuè eloquentiſſimis Gentilium Scriptoribus comparandus. Ille namque lib.22.adu. Jovin. inquit *Urbs potens, Urbs domina, Urbs Apoſtoli voce laudata interpretare vocabulum tuum Roma, aut fortitudinis nomen apud Græcos eſt, & ſublimitatis apud Hæbreos*. Addidit Lipſius, *Romæ gloriæ, & famæ nomen eſt*, & Virgilius Egloga 1.

Hæc tantum alias inter Caput extulit Urbes,
Quantum lenta ſolent inter Viburna Cupreſſi.

❀ III ❀

QVEM CREANT. ADORANT. ROMAE.

Ndicat numiſma Martini V. aſſumptionem ad Pontificatum, ſed antequam Ritum in Romani Pontificis conſecratione ſervatum exponamus, declarandus eſt Epigraphis ſenſus, in qua vocabulum *Romæ* indicat Romæ fuiſſe cuſum, ſeù reſtitutum numiſma, non verò ibidem electum Pontificem; Martinus enim V. dum Conſtantiæ morabatur occaſione Concilii Conſtantienſis, ibi Pontifex Summus fuit renunciatus, Felice Contelorio referente in ejus vita his verbis. *Die Lunæ octava Novembris* (quæ fuit anno 1417.) *hora tertia poſt meridiem ſolemni ritu domum ſuper lacu Coſtantiæ poſitam pro Conclavi paratam ingreſſi ſunt viginti tres ex viginti ſex, qui tunc ſuperſtites erant Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, Sacris peractis die Mercurij ventum eſt ad ſecretum ſcrutinium, quo die Jovis undecima ejuſdem menſis Oddonum de Columna in Summum Pontificem ſalutarunt, qui Martinus V. quoniam in feſto Beati Martini fuiſſet electus, voluit nominari*. Addit Victorellus delectum fuiſſe à 23. Cardinalibus, & 30. Electoribus perſonis Religioſis in ſacris Ordinibus conſtitutis partim Prælatis, partim aliquorum Ordinum, ſex videlicet pro qualibet natione, quæ quinque erant, videlicet Italica, Gallica, Germanica, Hiſpanica, & Anglica in eodem Concilio præſentes. Eandem electionem confirmant Diaria Conſiſtorialia collecta anno 1543. ab Angelo Maſſarello de Sancto Severino agri Piceni, qui fuit à Secretis in Concilio Tridentino, in quibus ait *Martinus V. fuit electus ab quinquaginta tribus Electoribus die 4. poſt ingreſſum Conclavis anno 1417. Die autem vigeſima prima Novembris, qui fuit dies Dominicæ coronatus eſt in Eccleſia Conſtantienſi per manus Domini Rainaldi de Brancacijs* Neapo-

In vita Martini V. pag. 5.

Apud Ciaconium col. 822.

Apud Moraldum.

Neapolit. Oldoinus autem col. 814. ſcripſit: anno Domini 1417. Die Sabbati poſt miſſam de Spiritu Sancto cantatam per Rainaldum Brancaccium Neapolit. Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Archidiaconum ab eo Coronationis inſignia ſuſcepit ante fores Baſilicæ Cathedralis Coſtantienſis omni aſtante Concilio, Imperatore Sigiſmundo Auguſto, & innumera populorum multitudine ex omni Germania, Gallia, Italia, Hiſpania, & Anglia illuc confluente. Contelorius verò diſcrepat à duobus

In vita Martini.

„ ſupra citatis Auctoribus ſic Martini V. electionem enarrans. Igitur ſtatim poſt „ electionem elevatus eſt in altari eadem die, comitantibus Sanctę Romanę Eccle- „ ſiæ Cardinalibus, cæteriſque Electoribus, ac Prælatis, & Sigiſmundo Roma- „ norum Imperatore ad Eccleſiam majorem Civitatis Conſtantienſis ſacro ritu de- „ ductus, & cum ſolemnitate ut ajunt *inthronizatus*, die Dominico vigeſima ejuſ- „ dem menſis poſtquam decima tertia die per Cardinalem Oſtienſem fuiſſet in Pre- „ sbyterum ordinatus, adhibitis de more ſolemnitatibus, præſente Imperatore „ ante Conſtantienſem Eccleſiam ab Amadeo Cardinale Salutiarum Sanctę Mariæ „ Nouæ Diacono coronationis inſignia ſuſcepit, demum ſuſcepta corona, equo, „ quem fræno arrepto Romanorum Rex Sigiſmundus dextero à latere, Fridericuſ- „ que Imperii Elector à ſiniſtro ducebant. Vectus frequenti proceſſione cum „ numeroſa populi multitudine ex ſacro Cardinalium cœtu, & Sanctæ Synodi „ Prælatis, ad Monaſterium Sancti Auguſtini ſe recepit. Interim tanquam Chriſti „ legitimum Vicarium recognouerunt Reges Francorum, Angliæ, Poloniæ, „ Caſtellę, Aragonum, Sicilię, Daciæ, Navarrę, & Sigiſmundus Germani- „ que Proceres, ut in Germania aliquandiu moraretur, Galliarum Rex, ut „ in ſuum Regnum ſecederet, rogabant. At demum ad antiquam Pontificum Se- „ dem Romam iter direxit die decimaſexta Maii anno 1418. Conſtantia recedens. Ejus itineris ſeriem exactè retulit in ejus vita Contelorius. Die 26. Februarii 1419. Mantuâ Florentiam perveniſſe narrat Ciacconius, die tandem vigeſimaoctava Septembris Romam exoptatus ingreditur, & in Eccleſia Sanctæ Mariæ de Populo excipitur, Dominica de more per forum Columnæ uſque ad Sanctum Marcum, deindè per viam Pontificiam pallio exceptus ad Palatium Vaticanum pervenit, ſummis honoribus à Senatu Populoque Romano comitantibus exceptus, multis noctibus equitatus facibus accenſis inclamat frequenter *vivat Papa Martinus*. Paſſim effuſa obviam omni urbana multitudine, effuſis Principibus tantę Urbis, qui hominem non ſecùs, ac quoddam ſalutare ſidus, vel unicum Patriæ Parentem expectabant. Diem illum faſtis adnotavere Romani decimo Kalendas Octobris anno Domini 1421. At hęc, quę ad electionem Martini V. ſpectant, delibaſſe ſit ſatis. Nunc totam electionis Pontificię Hiſtoriam in pauca conferre juvat. Reverendus Pater Mabillonius tomo ſecundo Muſæi Italici in ordinis Rom. comment. ubi agit de varia creatione Romani Pontificis ſic ait.

Lib. 2. cap. 12. de Baſilica Lateranenſi.

Vix ulla res alia tot tantiſque mutationibus obnoxia fuit, quam Romani Pontificis creatio; notat Raſponus olim *auxilio Spiritus Sancti invocato, creando Pontifici operam datam fuiſſe, eamque antiquitus expeditam plerumque, nec admodum magni negotij fuiſſe referentibus Cardinalibus, quem vitæ Sanctitas, & prudentia ſuper cæteros efferebant, conſenſu omnium adinventum, ſcilicet per viam ſcrutinii, compromiſſi, vel Spiritus Sancti.*

Cap. 11.

Joannes Garnerius Societatis Jeſu in notis ad librum diurnum Romanorum „ Pontificum in lucem datum ex antiquiſſimo codice MS. notat in ordinatione ſex- „ to, ſeptimo, & octavo ſæculo hæc obſervata fuiſſe. Primò, ubi primùm Sum- „ mus Pontifex è vivis exceſſerit, nuncius ad Exarchum mittebatur ab jis, qui „ Sedis Apoſtolicę vicem ſervabant. Secundò, poſt juſta defuncto perſoluta, & „ indictum tridui jeiunium, eligebatur Pontifex, convenientibus Cleri Optimatum, „ & Populi votis, decretumque condebatur, quod ab eligentibus ſubſcribere- „ tur. Tertiò, de electione mox referebatur ad Principem ideſt Conſtantinopoli- „ tanum Imperatorem, & poſtulabatur electionis approbatio. Quartò, referebatur „ etiam ad Exarchum Rauennæ. Quintò, ſcribebatur pariter ad Judices Archie- „ piſcopum Rauennæ, & ad Patricium Antiſtitem, & Apocriſiarium Conſtantino- „ polis. Has litterarum formulas invenies in eodem libro diurno capitulo 2. titulo 3. 4. & 5. qui mos fuit quamdiù Eccleſia Orientalis ab Occidentali non receſſit;

poſt-

„ postquam verò dirum schisma alteram ab altera distraxit,non fuit opportunum re-
„ scribere fidei formam ad homines,qui Sedem Apostolicam erroris arguerent, ne-
„ que charitatis paternę vinculo amplecti eos , qui per superbiam amplexus pater-
„ nas repellerent. Sextò,accepta confirmatione electus solemni ritu deducebatur ad
„ Confessionem Sancti Petri. Septimò:illic nondum ordinatus ad corpus Apostolo-
„ rum Principis profitebatur fidem.Octavò:mox ordinatus eamdem iterum expone-
„ bat.Nonò denique: de fide concionem in Urbe habebat, & ad vniversam Dei Ec-
„ clesiam mittebat.Singula hęc habent in diurno formulas ; quę formulę cap.2. lib. hujus diurni continentur , & desumptę ex iis , quę contigerunt in ordinationibus quatuor Pontificum Bonifacii V. anno 617. Leonis II. anno 682. Cononis anno 686. & Gregorii II.anno 714.quantum conjectura assequi fas est.

Hoc argumentum Onuphrius Panuinius vir impensè eruditus libris decem complexus, est eosque Sancto Carolo Borromęo tum Cardinali nuncupavit, in quibus varios creandi Pontifices modos ad octodecim enumerat, quorum Supremus is demum fuit, cum remotis non modò populis, sed cleri suffragiis jus creandi Pontificis ad solos Cardinales translatum est.

Joannes Garnerius supracitatus notat potestatem eligendi Pontificem primum contractam esse Cardinalibus à Nicolao Secundo anno 1059. deinde ab Alexandro Tertio , Gregorio Decimo , & Clemente Quinto , additque Reverendus Mabillonius sub Gregorio Decimo institutum esse Conclave Cardinalium ad novi Pontificis electionem , triplicemque electionis modum adinventum , scilicet per viam Scrutinii , Compromissi , vel Spiritus Sancti , quæ omnia in suis libris explicat maximè in libello 13. & 14. *Cap.2.tit.2.*

Antequam ad ulteriora procedamus notandum est cum eodem Patre Mabillonio in cap. 18. Post electionem Pontificis ejus institutionem duabus rebus peragi, *ordinatione* scilicet, & *inthronizatione* . Ordinationem in Vaticana Sancti Petri Basilica fieri consuevisse, Inthronizationem in Lateranensi.

Pater Garnerius in suo Ordine antiquo hęc habet de vetusta ejus ordi-
„ natione . Electus de Secretario cum cereostatis septem procedit, & venit ad
„ confessionem , & post Lytaniam ascendunt ad Sedem simul Episcopi, & Pres-
„ byteri , tunc Episcopus Albanensis dat orationem primam deindè Episcopus
„ Portuensis dat orationem secundam, postmodum adducuntur Evangelia , &
„ aperiuntur, & tenentur supra caput electi à Diaconibus. Tunc Episcopus
„ Ostiensis consecrat eum Pontificem, post hæc Subdiaconus annectit ei Pallium
„ deinde ascendit ad sedem , & dat pacem omnibus Sacerdotibus , & dicit Glo-
„ ria in Excelsis, ubi notat Garnerius, quòd quando eligebatur Pontifex ex Diaconis tunc tres ritus conjugi simul contingebat , quibus electus presbyter , Episcopus , & Summus Pontifex creabatur . Fiebat verò presbyter , & Episcopus aliorum more ; Summus autem Pontifex impositione Pallii accepti ex altari Sancti Petri . Id ostendunt hæc verba , *Archidiaconus annectit ei Pallium , & ascendit ad Sedem* . Pallium plenitudinem potestatis significabat ; nondum ulla coronationis mentio , Roma sæviente sæculari potestate . Adverte tamen quod supremæ in universam Ecclesiam auctoritatis judicium fuit non pręcisè acceptio Pallii , communis enim fuit cum omnibus Patriarchis , sed acceptio ex Altari Sancti Petri, cui Deus ovile suum pascendum commisit, cujusque in locum succedit Pontifex. *In append. ad notas cap. 2.*

Adverte secundo ritum expositum in usu fuisse circa annum 336. ut indicant illa verba *Episcopus Ostiensis consecrat eum Pontificem* . Refert enim Alemannus facultatem talem Episcopo Ostiensi concessam fuisse à Marco Pontifice , qui vixit anno 336. dicente Anastasio : *De parietin. Lateran.pag.81.*

Hic constituit ut Episcopus Ostiensis , qui consecrat Episcopum Vrbis Pallio uteretur , & ab eodem Episcopo Vrbis Romæ consecraretur . *In vita pag. 26.*

Eminentissimus Cardinalis Rasponus de Lateranensi Ecclesia alium ritum antiquum consecrandi Summi Pontificis exponit in sequenti narratione. *Lib. 2. cap. 1.*

„ Cum nondum usus Conclavis esset à Gregorio X. Primùm excogitatus, Car-
„ dinales post absolutas in Ecclesia Lateranensi Exequias demortuo Pontifice ,
„ digressi ad tertium diem revertebantur , & invocato Spiritus Sancti auxilio per
„ solemne sacrificium pro felici electione creando Pontifici operam dabant . Per-

„ acta electione, Prior Diaconorum Cardinalium novum Pontificem veste complumata operiebat, nomenque, quo illo in posterum uti vellet, enunciabat. Deindè Cardinales duo cęteris digniores latera ejus utrimque tegentes, deducebant ad Altare, ubi pronus ad terram Deum adorabat. Primicerio interim, & schola cantorum, ipsisque Cardinalibus in cantum effusis Hymni Te Deum, Eoque absoluto à Cardinalibus deducebatur ad sedem marmoream post Altare sub Apside sitam, in eaque assidens novus Pontifex omnes Cardinales, & Episcopos, & nonnullos alios ad pedis, & osculum Pacis admittebat, inde surgens à Cardinalibus per porticum deducebatur ad aliam sedem, quam stercorariam appellant, quæ olim extabat ante porticum Basilicæ Patriarchalis nunc verò in ejusdem Basilicæ claustris repositam videmus. In ea collocabatur, personante interea choro cantorum Sac. Scripturę verba *Suscitat de pulvere egenum, & de stercore erigit pauperem, ut sedeat cum Principibus, & solium Gloriæ teneat.* Quibus virtus humilitatis, à qua tanta futuri Principatus exordia sumenda erant, novo Pontifici insinuabatur. Paululum in ea sede moratus de gremio Cammerarii accipiebat denarios ternos, & eos in populum proiiciebat dicens. *Argentum, & aurum non est mihi ad delectationem, quod autem habeo tibi do.* Deinde Prior Basilicę Lateranensis, & unus ex Cardinalibus, vel unus etiam ex Canonicis ejusdem Basilicę Pontificem medium accipiebant, & dum ità per porticum procederent, juxta Basilicam ipsam acclamabatur, nomenque recens assumptum, Pontificis, & electio de ipso celebrata pronunciabatur. Sic autem deducebatur usque ad Basilicam Sancti Sylvestri, ubi ante Basilicam ipsam idem electus Pontifex assidebat in sede porphyretica, ibique obvjam ei denuò factus prior Basilicæ ferulam in regiminis, & correctionis signum porrigebat, & claves tradebat, tum Basilicæ, tum Sacri Lateranensis Palatii, & hæ symbolum erant potestatis, quam Deus Petro Apostolorum Principi contulerat claudendi, & aperiendi, ligandi, atque solvendi, & cujus post eum Successores omnes Romani Pontifices erant futuri. Exinde ferulam, & claves manu perferens ad aliam sedem migrabat priori similem, in eaque paululum commoratus ferulam, & claves reddebat Priori, à quo succingebatur cingulo holoserico rubro, & crumena ejusdem coloris, & materię, in qua duodecim pretiosi lapides, & musci frustulum erant; atque hęc Pontifici tribuere solitum Priorem Sancti Laurentii Lateranen. Basilicę scribit Panvinius in his, quæ tradit de eadem Basilica, & consessio quidem in duabus sedibus Primatum, quem à Petro, & prędicationis Evangelicę virtutem, quam Paulo Apostolis acciperet, designabat; cingulo verò continentia, & castitas notabatur. Crumena autem gazophilacium, quo pauperes Christi erant nutriendi, & duodecim sigillis prętiosorum lapidum exprimebatur potestas duodecim Apostolorum, quæ universa in Pontifice reperitur. Muscus denique odorem bonorum operum indicabat iuxta illud *Christi bonus odor sumus.* In hac eadem sede electus Pontifex palatii ministros ad pedes, & ad osculum pacis admittebat, ibique de manu camerarii argenteos nummos valoris decem solidorum accipiebat, ac ter in populum eos dispergens toties iterabat illud Prophetæ. *Dispersit dedit pauperibus, justitia ejus manet in sæculum sæculi.*

Prima Sessio. *Secunda Sessio.* *Tertia Sessio.* *Quarta Sessio.*

„ His peractis Dominico die proximè consequenti electus Pontifex cum omnibus Sacri Palatii ordinibus, ac Primoribus Civitatis Vaticanam Basilicam adibat, ibique ante confessionem Sancti Petri ab Episcopo Ostiensi, cujus peculiare munus hoc est, solemni ritu consecrabatur, qua functione persoluta, Archidiaconus, & secundus Diaconus Pallium Pontifici tradebat loquente solo Archidiacono. *Accipe Pallium plenitudinem Pontificalis officii ad honorem Omnipotentis Dei, & Beatissimæ Virginis ejus Genetricis, & Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ.*

„ Hæc autem fiebant cum Pontifex renunciabatur in Laterano; quod si electionem peragi contingeret apud Vaticanum, statim post assumptum nomen electus Pontifex à duobus Cardinalibus ad altare deducebatur, ubi humi procumbens adoratione, ac prece secreta peracta, in sede collocabatur post ipsum altare, ibidemque tum Cardinales Episcopos, tum alios ad pedes, & inde ad pacis oscu-

„ osculum admittebat, interim cantantibus cantoribus *Te Deum*. Die autem „ Dominico proximè consequenti ibidem concurrebatur, & coronatus more „ majorum ad Lateranense Palatium se conferebat, verùm antequam illius limen „ intraret, descendebat in sedem stercorariam, terque in ea pro more considens, „ ut diximus, pecunia in populum distribuens, à Cardinalibus per porticum in „ Basilicam introducebatur, ibique post Altare solium conscendens, ejusdem „ Basilicæ Canonicos, tum ad pedis, tum ad pacis osculum excipiebat, quibus „ persolutis, per palatium ibat ad sedes, ante Oratorium Sancti Sylvestri sitas, tum „ ea omnia, de quibus egimus, expediebantur.

„ Quod si fortè Romanum Pontificem extrà Urbem creari contingeret, tunc ac„ cedenti Romam, primùm, & Lateranensem portam intrare volenti obvii fiebant „ extra portam Clerici universi, sacris induti vestibus cum crucis labaro, & thuri„ bulis, ordine Lateranensem Ecclesiam intrantes, omnesque ritus, quos modò „ indicavimus observabant, mutato tamen aliquorum ordine. Quod si Pontifex „ Romam veniens consecratus conferret se ad Ecclesiam Sancti Petri, eadem fie„ bant, quæ in Lateranense Basilica, excepto quòd Canonicos Sancti Petri ad „ pedes tantùm excipiebat in porticu, neque sedem stercorariam adibat, quòd „ ea ibi non erat; quapropter postero die post missam absque tiara ad palatium „ Lateranense proficiscebatur, & ante ingressum Basilicæ stercorariam sedem „ adibat ordine, & ritibus supra narratis.

Ex allata Rasponi narratione duo præcipuè sese obiiciunt inquirenda. Primò circa multiplicem sedem, in quibus sedebat Pontifex. Secundò circa coronam ejus capiti impositam: & cum nihil certi ex ipsa deducatur, qua ætate ritus expositi in more fuerint, & quo anno mutati, ex aliorum Scriptorum auctoritate inquirendum hoc nobis est. Qui nam ritus ante sæculum decimumprimum observati sint ex Anastasio, & ex Ordinis Romani libellis diximus. Anno enim circiter 858. Anastasius, qui Nicolai inaugurationi interfuit iuxta dictum Illustrissimi Sausai in Panoplia Episcopali, testis est, *Fuisse illum solemni ritu coronatum* „ *ingenti cum cleri, ac populi plausu, & lætitia in Patriarchio Lateranensi*. Dum „ enim dicebat (ait Anastasius) indignum se tanti regiminis gubernacula esse su„ scepturum, impetum qui aderant facientes virtutibus, illum de eadem Basilica „ abstrahentes, sacris acclamationibus in Patriarchium Lateranense introduxe„ runt, Apostolicoque solio posuerunt. Postmodum verò à nobilissimorum cœti„ bus cunctoque etiam populo in Basilica Beati Petri deductus Apostoli, præsente „ Cæsare, consecratus est, Apostolicaque sublimatus in sede factus est Pontifex, „ & missarum solemnia supra sacratissimum corpus Apostoli beatificè celebravit; „ qui densis Optimatum populique agminibus cum hymnis, & canticis spiritua„ libus in Patriarchium iterum Lateranense perductus est: coronatur denique, „ Urbs exultat, Clerus lætatur, Senatus, & populi plenitudo magnificè gratu„ labatur.

Lib. 1. pag. 12.
In Ritual. Nicolai I.

Cum autem ab Anastasio nulla fiat mentio de multiplici sede, in quibus iuxta Rasponi relationem, Pontifex apud Lateranum collocabatur, dubitandi occasio datur, quo anno cæperit ritus ille, quoque defecerit, ut electus primò collocaretur in Throno Pontificali, qui in apside Basilicæ extabat, ubi omnes Episcopos, & Cardinales, ut loquitur Cencius Camerarius, ad osculum admittebat, deindè ad sedem lapideam duceretur, quæ dicitur stercoraria in porticu eiusdem Basilicę, in eaque sederet. Postea deductus ad cappellam Sancti Sylvestri propè Lateranense palatium, ubi erant sedes pertusæ porfireticæ, primo sederet ad dexteram in una ex illis sedibus, tumque claves Basilicæ à Priore Sancti Laurentii acciperet in signum regiminis, & correctionis: demum ad sinistram in altera positus easdem claves eidem Priori restitueret. Quando primùm usus cæperit *non constare* (ait Reverendus Mabillonius tom. 1. pag. 59.) *neque qui meminerit neminem invenisse ante Pandulphum; nam in creatione Pontificum, qui post Leonem Quartum electi sunt, videlicet post annum* 850. *omnes in solio Patriarchali intra Basilicam posito collocati perhibentur, non verò in istis sedibus, quæ extrà Basilicam positæ erant* (sic Benedictum Tertium Leonis Quarti Successorem) *Electores in Patriarchium Lateranense perducentes* (sunt verba Anastasii) *Pontificali solio, ut mos est, Pontificum*,

cana-

canaque consuetudo demonstrat, *posuerunt*. Ex quibus verbis intelligitur, nihil tunc temporis mutatum fuisse. Idem contigit in Nicolao Primo.

Primus igitur Pandolphus istarum sedium mentionem facit in Paschale Secundo, qui vixit anno 1099., cujus creationem hoc modo commemorat: *Paschalem Papam Sanctus Petrus elegit. His aliisque laudibus solemniter peractis chlamide Coccinea induitur à Patribus.*

Earundem mentio fit apud Cencium Camerarium ante sæculum duodecimum, hoc est uno sæculo ante natam fabulam de Pseudopapissa Joanna, quæ omnium eruditorum calculo, jam ubique repudiatur, ut falsa, & ridicula, idest ante Martinum Polonum, qui primus eam fabulam vulgavit.

De his sedibus marmoreis Robertus Cardinalis Bellarminus Vir eruditissimus, ac probitate morum præclarus prolixum habet tractatum in suo opere de Romano Pontifice, commentitiam esse ostendens de Joannæ Papissæ Pontificatu narrationem, & de inducto usu stercorariæ Sedis ad explorandum sexum eorum, qui deinceps Pontifices Romani eligerentur.

Illarumque Ritum perseverasse usque ad Leonem Decimum ad annum circitèr 1513. narrat Paris de Graffis, postquam abolitus est, cum Romanos fabulæ tam malè inventæ, quam facilè creditæ, pudere cæpit. *In Diar.*

Cæterum illum Ritum ad insinuandam novo Pontifici humilitatem primùm inductum fuisse putat Mabillonius; Stercorariam autem dictam unam ex iis, non quia esset perforata, ut aliqui fabulantur, sed quòd, Pontifice in ea sedente, interim caneretur hic versiculus ex psalmo 122. *Suscitat de pulvere egenum, & de stercore erigit pauperem*, nec alia de causa sedes illas pertusas fuisse quam quòd in antiquis Romanorum Thermis repertæ ob materiæ prætium, non ob formam, aptæ judicatæ fuerunt, quæ ad novi Pontificis sessionem adhiberentur.

Potest confirmari Mabillonii opinio ex relatione Olimpiodori, qui narrat in Thermis Antonini dumtaxat plusquam mille ac sexcentas marmoreas sedes perforatas fuisse in commoditatem eorum, qui balneis uterentur, ex quibus deindè ad Lateranum Palatium tres illæ translatæ sunt. Hæc circa sedem, ubi electus Pontifex collocabatur. Quæ verò ad Coronam attinent plura essent inquirenda: Et primò; quo tempore usus cæperit coronandi Pontifices. Secundò, cujus generis ornamentum, seu corona ejus capiti imponeretur. Exprimitur in Numismate Tiara, quæ à triplici Corona, qua decoratur, Triregni nomen habuit; At quo tempore adinventa sit, non ita certum. Ejus originem inquirendi locus alibi dabitur opportunior, modò de solo coronandi Ritu solemni indaginem instituimus.

Constat ex multorum Pontificum dictis antiquissimum morem fuisse imponendi Electorum capiti sacrum ornamentum, quod Regni, & Tiaræ nomine explicant Authores.

In ordine Romano, quem Reverendus Mabillonius posuit numero 15. Authore Petro Amelio, ut ex variis argumentis deducit idem Mabillonius, ex Eremita Augustiniano Urbani V. Sacrista, dein Gregorii XI. Bibliothecario, postea Episcopo Senogalien., qui vivebat anno 1370. hæc habentur capite 3.
„ Descendens de Palatio (Pontifex) usque porticellam, ibique inveniet equum
„ faleratum, sed non collum ipsius, sed nates de scarlato, & ascedens equum, &
„ de manu Diaconi, qui stat à dextris Regnum recipiens, induit ipsum sicque
„ vadit &c.

In alio ordine Romano, cujus Authorem probat supralaudatus Pater Mabibillonius loco XIV. esse Jacobum Cajetanum, qui fuit Diaconus Cardinalis S. Georgii in Velabro, creatus à Bonifacio Octavo, cujus erat Nepos anno 1295. caput 19.cui titulus est de *Corona, quæ vocatur Regnum imponenda Papæ, per Priorem*
„ *Diaconorum Cardinalem*, hęc verba continet: post Missam, Papa omnia pretiosa or-
„ namenta habebit, & Pallium, & Mitram optimam, & Chirothecas, & Annulum
„ Pastoralem, & sic cum omnibus venit, vel ad portam, vel ad gradus Ecclesiæ
„ & ibi Prior Diaconorum Cardinalium extrahit sibi Mitram, & ponit ei Coro-
„ nam, quæ vocatur Regnum in capite, toto populo acclamante &c.

In Cærimoniali Romano ædito jussu Gregorii X. qui vixit an. 1271. dicitur

ubi

ubi erat Pontifex (nempe in Basilica Lateranensi, *& dicit sit Nomen Domini benedictum, & deponit Regnum, & assumit Mitram*.

Ex alio ordine Romano à Cencio de Sabellis Cardinali, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camerario scripto, capit. 1. in quo quæritur, *quid debeat Dominus Papa facere tempore Adventus, & in Natali Domini* num. 3. ait: *expleta, Missa Dominus Papa coronatur ad portam ipsius Ecclesiæ ab Archidiacono cum uno Diacono*, & capite 48. ubi agitur de electione Romani Pontificis scripsit: *Missa autem celebrata revertitur ad Palatium coronatus cum Processione, & honore Arcuum* vixit Cencius sub Cælestino Papa III. ut ait Panvinius in Præfatione M. S. in Bibliotheca Vaticana, & post Innocentii mortem Pontifex renunciatus anno 1216. Honorius Tertius nominatus est. Ritualem autem vetustissimum ante annum 1592. in Romana Ecclesia usurpatum asserit Felix Contelorius Archivi Vaticani secreti olim Custos in Epistola ad Cardinalem Barberinum, cum ei prædicti libri transcriptum, exemplar dono daret.

Apud Mabilon. num. 12.

Mabil. in admonitione ad ordinem 12.

Alius extat ordo Romanus expositus ab eodem Patre Mabillonio titul. XI. conscriptus à Benedicto Canonico Basilicæ Vaticanæ, & oblatus Guidoni de Castello tunc Cardinali Sancti Marci, qui postmodum ad summum Pontificatum evectus appelari voluit Cęlestinus Secundus, ac proinde scriptus fuit ante annum 1043. quo Guido fuit Pontifex electus. In eo numero 48. dicitur *in die Resurrectionis cum venerit D. Pontifex ad Sanctam Mariam ubi fit statio, descendit de equo, deponit Coronam de capite*, & numero 21. *finita Missa Pontifex ab Archidiacono coronatus ascendit equum, & procedit cum processione ad Palatium, &c.*

Itaque ex supra allatis variorum antiquorum Ritualium verbis consuetudinem coronandi Pontifices ab anno 1592. jam institutam fuisse probatur, nec antiquiorem tali anno fuisse aliqui autumant, verùm ex actis Paschalis II. qui vixit anno 1099 tunc temporis in more positam fuisse innuitur, scribente Pandulfo *induitur à Patribus, & Tiara capiti ejus imposita comitante turba &c.* ejusdem Ritus idem Author meminit in Calisto Secundo, & Honorio Secundo (vixit 1225.) atque ut vidimus ex Anastasio, Nicolaus Primus circa annum 858. fuit solemni Ritu coronatus, quamuis non explicetur coronæ forma eidem imposita. Pontifices enim redimitos modò Tiara referunt Authores, modò Mitra, nunc Regno, & quidem unica Corona, aliquandò verò triplici decorato, de qua re in Numismate Alexandri VI. fusiùs agendum erit.

Pro comperto tantùm habuimus ex ordine Romano, quem, ut vidimus, Jacobus Cajetanus Cardinalis sub Bonifacio VIII. scripsit, nempè circa annum 1295. imponendam esse summo Pontifici coronam à primo Diacono, de quo in aliis antiquioribus ordinibus nulla fit mentio.

Curiosæ indaginis quæstio est, cur Diaconi munus sit Pontificio capiti imponendi diadema; cum enim vocabulo Coronæ, aut Diadematis Regnum demonstretur; ita dare, aut imponere alicui Diadema, sit eum renunciare Dominum rerum; hęc quidem actio, vel nulli, vel viro in maiori dignitate constituto aptiùs convenire videtur, non Diacono, cui non solùm ipse Pontifex Summus, sed Episcopi, & Sacerdotalis dignitas præest.

„ Illud pręmitto, quod notat Paschalius de Coronis: Diadema duplici ratio-
„ ne sumi; primò sunt, qui accipiunt ab uno Deo nullius humanæ potestatis in-
„ terventu. Secundò sunt, qui & ab homine; Priores supra se suscipiunt ne-
„ minem extra Deum datorem summę potestatis, cujus unico beneficio regnant;
„ posteriores alieno permissu dominantur, & fatentur se esse in clientela majoris
„ alicujus potestatis. Prioris quidem generis sunt Pontifices, qui notam summi
„ culminis, seu coronam accipiunt à Deo, manu tamen hominis, hoc est pro
„ ministerio Dei, & non alibi, quam apud Deum, hoc est in æde sacra, quam
„ vocamus Ecclesia, & impositio Diadematis res est Religionis manans ab Aucto-
„ re Deo, cujus est coronare summa capita, ad eam rem adhibens manus illorum,
„ qui serviunt altari suo.

Lib. 10. c. 6.

„ Sicuti autem in more positum fuit apud quasdam gentes, ut non manu, &
„ ministerio Sacerdotali, sed Viri alicujus, & genere, & factis maximi, cui id
„ esset iuris hæreditarii, Diadema Regni imponeretur. Quapropter Corona

Idem cap. 7

Regia

„ Regia, aut Imperatoria vix ab alio contrectabatur, quàm ab illo, cui id juris in „ Ecclesia concessum, eadem prorsùs ratione Pontificiam coronam Diaconus im„ ponit, quem Pontificum leges ad id munus delegerunt, tanquam sibi proxi„ miorem, & aptiorem administrum. Optatus libr. 1. contra Parmenianum Ecclesiasticas dignitates recensendo, notat, quòd sicut in primo Gradu Episcopi sunt constituti, sic Presbyteri in secundo, & Diaconi in tertio, quia nihil certiùs, quam Diaconum dignitatis titulo proximè Presbyterum attingere, quòd proximus sit sub Episcopo, & Presbytero sacrorum munerum dispensator. Quare Franciscus Maria Cardinalis Brancatus dissertatione de Benedictione Diaconali refert verba Cardinalis Jacobatii libr. 1. de Conc. artic. 12. pag. 49. qui ait, *Quod si una cum Cardinali Diacono assumatur Cardinalis presbyter ad serviendum Pontifici celebranti, Cardinalis Diaconus præfertur, & à dextris Pontificis sedebit; non quia sit dignior, sed quia servire, & assistere Pontifici est proprium Diaconi officium, & non presbyteri assumpti in alterius defectum ad serviendum*; Itaque cum Pontifex Episcopali, & Sacerdotali dignitate sit insignitus proximior, & immediatus Minister in rebus Ecclesiasticis Diaconus adesse debet, ab eoque merito imponenda est corona, prout Martini Quinti numisma factum indicat, adjuvante interim alio, utrisque habitu Diaconorum proprio circumamictis.

Apud Sansa Panop. Sacerd. lib. 1. par. 2. cap 10. Pag. 307.

Constat hic habitus ex tunica, quæ dicitur Dalmatica, quæ si ejus exordium perscrutemur nomen accepit *à Dalmatis*, quibus hoc vestis genus familiare erat; Lampridius inter primoris ætatis Scriptores ferè unicus est, qui hujus indumenti meminerit. *Dalmaticatus* (inquit de Commodo Imperatore) *in publicum processit, hoc est Dalmatarum veste indutus*. Est vestis, quæ à Colobio distinguitur, ut notat Ludovicus de la Cerda, *Colobium*, inquit, *genus vestis dictum, quia longum est, & sine manicis, hoc antiquitus utebantur; sed quia nuditas brachiorum culpabatur, usus Colobiorum in Dalmaticas est mutatus*: Itaque olim Colobia absque manicis postea manicata ad eum modum, quo hodiè Dalmaticæ.

Cap. 22. n. 1 Cap. 23.

Jam verò Dalmaticam tempore Sancti Stephani Papę Primi videlicet anno 255. fuisse in usu, legitur in actis Sancti Cypriani ipsi Stephano Coevi citatis à Sancto Augustino libr. 1. contra Episcopum Gauden., & Paulus Diaconus in passione ejusdem Beati Cypriani. *Expoliavit se birro, & tradidit Carnificibus, Dalmaticam verò tradidit Diaconis*. Alcuinus Dalmaticarum usum inductum à Sancto Sylvestro Papa existimavit, quemadmodum ex ejus verbis, quæ extant in libro, quem inscripsit de diversis officiis, cap. *Quid vestimenta significent*. *Planè constat; Dalmatica* (inquit) *quæ sequitur Orarium ab hoc dici, eò quod in Dalmatia sit reperta; usus autem Dalmaticarum à Beato Sylvestro Papa institutus est; nam antea Colobij utebantur, Colobium verò est vestis sine manicis*. Sausajus tamen adversatur. Asserit enim, quòd Sylvester decretum de Dalmaticarum usu ediderit, & quòd eas instituerit; esse assertum commentitium. Luitprandus Sancti Sylvestri decretum his verbis expressit. *Hic (Sylvester) constituit, ut Diaconi Dalmaticis in Ecclesia uterentur, & pallijs in læva*, ex quibus verbis non deducitur, quod Dalmaticarum usum instituerit, sed tantum ut Dalmaticis in Ecclesia Diaconi uterentur, quæ nimirum extra Ecclesiam à nonnullis perperam gerebantur. Ante enim Sanctum Sylvestrum erat consuetudo illa obfirmata saltem, quoad Episcopos, ut vidimus in Sancto Cypriano.

De Dalmatica cap. 4.

Quod verò spectat ad Diaconos deducitur ex tunica Beati Vincentii Diaconi miraculis clara, de qua Ado Viennensis in chronico ætate sexta sub anno 527. *Childebertus, & Clotharius Reges Francorum Hispaniam vastant, Cæsaraugustam circumdantes obsident. Sed cives tunicam Beati Vincentij Martyris circumferentes misericordiam Dei rogabant, qua de re flexi Reges Childebertus, & Clotharius pace composita in munere stolam Beati Martyris Vincentij acceperunt*, Sausajus pag. 376. cap. 3. de Dalmatica.

Sicque manifestum est usum Dalmaticæ in Ecclesia tàm Gręca, quàm Latina celebrem fuisse diu antequam Sanctus Gregorius nasceretur, & si per tempus liceret coacervari testimonia antiquitatis possent, quibus magis, ac magis hoc „ planum fieret abundantiusque probaretur. Idem Sausajus cap. 6. ait. De jure sacro „ compertum est Diaconum in Divinis misteriis excepto jeiuniorum tempore ministrare

„ nistrare Dalmatica, decoratum. Et quod Subdiaconus eadem veste sacra possit
„ uti jus Canonicum non permittit, sed consuetudo, quæ vim legis habet, quan-
„ do est diuturna, & rationabilis; Subdiaconi sola alba, nondum Tunicella,
„ nedum Dalmatica induti suo ministerio perfungi consueverant, quem morem
„ inde acceptum alias sectari Ecclesias Sanctus Gregorius ep. 64. lib. 7. ad Joan-
„ nem Syracusanum, sic apertè testatur. Undè ergò habent hodiè, ut Subdia-
„ coni lineis in tunicis procedant, nisi quia hoc à matre sua Romana Ecclesia
„ perceperunt?

Diaconus igitur super albam (quę vestis communis erat Ministris omnibus Divino Sacrificio circumstantibus) Dalmatica decoratus fuit, quin & stola ab humero sinistro super latus dextrum defluente, ac manipulo in læva, sic & Subdiaconi, ne jura Diaconorum affectarent, Canonicæ fuere præscriptæ leges, v. g. In Concilio Laodiceno vetustissimo Can. 21. definitum fuit, *quòd non opporteat Subdiaconos habere locum in Diaconio, & Dominica vasa contingere, nimirum quæ Divina mysteria continent*, & Canon. 22. *quod non opporteat Subdiaconorum uti Orario*. Orarium siquidem stola est, quam Episcopus, & presbyter super utrumque humerum ferunt impositam. Diaconis verò in Concilio 1. Bracarensi Can. 27. præcipitur ferre super scapulas.

Subdiacono præter vestes proprias ministrorum inferioris ordinis ait Honorius Augustodunensis de miss. Sacrif. cap. 229. *Conceduntur duæ aliæ idest Subtile, & Sudarium, quod Subtile, & stricta tunica dicitur, Sudarium, idest manipulus, cujus loco olim mappula portabatur*. Notat Sausaius pag. 390. *Subtile*, seu tunicam illam strictam, qua super albam Subdiaconus insignitur, esse illam vestem, quæ nunc tunicella vocatur; *Constat* (ait ille) *jam à diutissimo tempore in Altaris officio Subdiaconos ministrare indutos tunicella, & nunquam Dalmaticam gestare permissos, licet, ut ait Baronius in Martirologio annot. prid. Kal. Jun. hodiè non tantum Diaconos, sed & Subdiaconos in sacris Dalmaticatos ministrare*.

Olim Tunica, seù Tunicella Subdiaconi erat ex subtili lino, & strictiori forma, quam nunc soleat gestari, nunc porrò magis dilatatur, & ex eadem materia conficitur, qua extat confecta Dalmatica Diaconi, ne scilicet nimia disproportio inter duos præcipuos Ministros Sacerdotis spectantium oculis incongrua videretur, quamobrem passim liturgico libro pręscriptum est, ut Diaconus, & Subdiaconus Sacerdoti assistentes insigniti procedant paramentis ejusdem coloris, sic in rubrica de lotione pedum feria quinta, sed, & si colore eodem niteant, semper tamen inter Diaconi Dalmaticam, & Tunicam, seu Tunicellam discrimen spectari potest; Subdiaconi enim Dalmaticæ fimbrię addi solent, quibus caret Diaconi Tunicella. Porrò, & Episcopi, qui omnium Clericorum apex est, Dalmatica, & Tunicella sua peculiari forma præstant. Sausaius cap. 8. de Tunicellę, & Dalmaticæ mistico significatu ait: Innocentius Tertius libr. primo ministeriorum missæ cap. 55.
„ Pontifex induit tunicam poderem, idest talarem significantem perseverantiam,
„ Stephanus Eduensis in libro de Sacram. Altaris, & variis Ecclesiæ Ministris,
„ qui extat in Biblioth. Patrum edit. colon. tom. 10. Alia (inquit cap. 11.) Tuni-
„ ca Serica trahens originem à vermibus Christi caro est &c. de qua dicit, *Ego sum vermis, & non homo*.

Quoad Dalmaticæ, & Tunicellæ mysticum significatum Alcuinus in libr. de divinis officiis cap. quid significent vestimenta: Dalmatica (inquit) *Est vestimentum in modum Crucis monens indutorem suum crucifixum esse debere mundo, largitas brachiorum largitatem datoris significat*.

Amalarius Fortunatus de Dalmatica multa alia de morali sensu meditatur libr. 2. de Ecclesiasticis officiis cap. 21. Inter quæ. *Ipsa Dalmatica duas coccineas lineas sub & retro similiterque in anteriori parte, quia vetus testamentum, & novum rutilant dilectione Dei, & proximi; per colorem coccineum opera misericordiæ, quæ ex charitate fiunt in pupillis, & viduis, intelligimus; per candorem visitatorum munditia designatur*.

Sed inter cæteros, qui possunt videri apud Sausaium lib. 6. de Dalmatica Innocentius Tertius libr. 1. mysteriorum Missæ cap. 56. ingeniosè hæc commentatur.
„ Super hanc Tunicam Episcopus vertit Dalmaticam &c. quæ sui forma figurat

„ largitatem, quia largas habet manus, & protenſas, undè ſecundum Apoſto-
„ lum, *oportet Epiſcopum non turpis lucri eſſe cupidum, ſed hoſpitalem*. Non ergò
„ habeat manum ad dandum collectam, & ad recipiendum porrectam, ſed illud
„ efficiat, quod Propheta ſuadet. *Frange eſurienti panem tuum, & egenos vagoſ-*
„ *que induc in domum tuam. Cum videris nudum operi eum, & carnem tuam ne*
„ *deſpexeris. Ob hoc fortè ſpecialiter utuntur Diaconi Dalmaticis, quòd principa-*
„ *liter electi ſunt ab Apoſtolis, ut menſis ex officio miniſtrarent*. Hæc Innocentius. At de hoc ornatu Diaconi in numiſmate noſtro expreſſi indicaſſe ſufficiat.

Indicandum ſupereſt ſacrum coronationis ritum olim per actum fuiſſe ante fores Vaticanæ Baſilicæ, nunc verò in mæniano fieri, quod ſupra excelſam porticum Paulus Quintus extruxit, de qua luculenter egimus in noſtra hiſtoria Baſilicæ Vaticanæ; de quo ritu libri Rituum Eccleſiaſticorum diffusè agunt.

Nec culpari debet prætioſa ob hujuſmodi inſignia Pontifex, ut cæco livore Molinæus contendit. Non enim illa ſibi, ſed Chriſto deferri conſtat in ſuo Vicario. Coronam geſtat Pontifex non ex mundanæ ſuperbiæ faſtu, ſed miſtica ſignificatione, ad repræſentandum ſcilicet illum, cujus vices in terris gerit. Spineam Chriſtus patiens coronam non auream, ſed ſpinę iſtę in flores eruperunt. Chriſtuſque qui ignominioſo ſerto in paſſione ſua fuerat redimitus, poſtea redivivus viſus *Apoc. 19. 12.* eſt à dilecto ſuo Diſcipulo in capite ſuo habens diademata multa, Regnorum ſcilicet trium (explicat Sauſaius) quo jure ſub ejus adorando nomine incurvari ſcribit *De cor. pag. 74.* Apoſtolus, *Omne genu, Cæleſtium, Terreſtrium, & Infernorum*. Undè Eccleſia lætabunda concinit.

Philipp. 2. 10.

Ut trina Rerum machina
Cæleſtium Terreſtrium,
Et Infernorum condita
Flectant genu jam ſubdita.

Atque hæc de jis, quæ indicantur in ſecundo Martini Quinti numiſmate ſub numero III expreſſo dicta ſint ſatis: fuſiùs enim de his, ubi, de ſimili numiſmate Alexandri Sexti.

❁ IIII ❁

OPTIMO . PONTIFICI . ROMAE

Col. 828. ÆNeum numiſma honoris cauſa expreſſum hoc eſſe affirmat Oldoinus noſter, in quo *mulier ſedens ſignificat Romam, ut indicat titulus ſubſcriptus* *Pag. 487.* ROMA. *Typum illam eſſe Romæ* affirmat eruditus Scriptor Joannes Palatius clypeo inſidentis, & ab antiquis Cæſarum numiſmatibus ſolum differre quòd loco Victoriolæ bilancem ſuſtinet: Verùm nulli eorum ſubſcribens, typum Æquitatis dicam, Bilancem manu dextera tenentis, ſiniſtra autem cornucopiæ, & olivæ ramum. Exprimitur ſedens ſupra clypeum non ut expreſſa fuit Neronis imago parmæ inſidentis; ille enim, ut ſcribit Polibius lib.6. apud P. Pedruſium ovali fi- *In Nerone num. 11. pag. 72.* gura circumſcribitur; Hæc autem rotunda. Eumdem typum Æquitatis in nummo Galbæ haſtam tenentis vidimus, & ſtateram, quæ ei tribuitur; quia cuncta ponderat; Hinc, & pręceptum Pythagorę, *Stateram non tranſiliat*, quòd juſtitiam, & æquitatem exercendam admonet. In nummo Vitellii Æquitas cum æqua bilance, & pertica ad menſurandum apta, ſic pariter in nummo Veſpaſiani, & Helvii Pertinacis.

Innuitur bilance æquitas Pontificis, cujus ſingulare ſtudium illi erat teſte Platina.

Cornucopiæ bona indicantur, quæ è ſolo juſtitiæ ſemine germinant in Populis, olivâ verò quies, quæ omnia ſub Martini Quinti regimine feliciter floruerunt, narrante Ciacconio; Quòd ſub eo licebat frui otio, & liberè per ſilvas
„ nocte etiam tuto commeare, nulli latrones tum extabant, nulli ſicarii, &
„ fures, ſublatis è medio tyrannis, qui latrociniis vitam traducebant, & anno

prę-

„ pręcipuè 1425. in quo annum Jubilęum celebravit, multis ad Urbem concurren-
„ tibus, quòd pax, & tranquillitas univerſim eſſet, & tanta copia annonę, ut
„ onus tritici baiocchis viginti, hordei duodecim diſtraherentur Romę.

Inſcribitur OPTIMO PONTIFICI, ſicuti aliud numiſma argenteum ad civilem uſum impreſſum, quod refert Oldoinus extare apud Equitem Caſſianum à Puteo continens Martini ſedentis effigiem cùm eadem inſcriptione OPTIMO PRINCIPI, quem titulum, ſi Trajano olim, Veſpaſiano, & Antonino Rom. Imperatoribus præſtantioribus datum fuit, juſtius Martino Quinto tributum eſſe, hęc, quæ de illo breviter delibabo, ſatis probabunt.

In actis Synodi Conſtantienſis habetur, hanc potiſſimam ob cauſam tantam dignitatem Martinum fuiſſe adeptum, quòd nulli unquam factioni, vel conſentire, vel connivere viſus eſſet. Quòd in Magiſtratu non ſomno, & otio, ſed negotio, & ſolicitudini deditus, audire, refellere, approbare, ſuadere, diſuadere, hortari, & deterrere accedentes ad Sedem Apoſtolicam conſueverat cognita petentium honeſtate, vel ſecus. Mira enim utebatur facilitate, & honeſta petentes à ſe voti compotes dimittebat. In conſultationibus autem miræ prudentię vir eſt habitus. Tum, & quid agendum, & quid vitandum eſſet ſtatim re propoſita acutiſſimè diudicabat: Brevis in dicendo, cautior in agendo, adeò ut prius rem factam cernerent homines, quam ab eo excogitata putarent. Ejus autem ſermo plenus ſententiis erat, ex ejus ore nullum verbum, tam crebro, quam juſtitiæ nomen prodibat. Ad eos qui Provinciis jurique dicendo pręfuiſſent, ſcribere erat ſolitus, ut illius verbi divini meminiſſent. *Diligite Juſtitiam omnes qui judicatis terram*. Indigebat tum profectò tali Pontifice Eccleſia Dei, qui Naviculam Petri ſchiſmatis, & ſeditionum fluctibus quaſſatam, reducere in portum, ſalutis gubernaculo admoto, ſciret, & poſſet. Apoſtolica enim Sede, jam tertio anno vacante datus eſt novus Pontifex, quò mediante ſublata ſunt tria Schiſmatis teterrimi capita, reductuſque eſt ad Catholicæ Eccleſiæ veritatem Orbis Chriſtianus. (*Oldoin.* 314.)

Quòd ſi optimi Pontificis partes ſunt, Populorum ſibi ſubiectorum incolumitatem curare, illam certè Martinus totis conatibus peperit. Nam cum Bracchius à Montone, Dux belliger hoſtis Papæ, & Romanorum, videret Pontificem multiplici cura implicatum, multis Eccleſię Oppidis per vim potitus, Aquilam Urbem Regni Neapolitani gravi obſidione pręmebat. Hanc ob rem motus Pontifex comparato ſibi ſatis juſto exercitu liberare Aquilam annixus, non longè ab Aquila patenti Campo Bracchium ſuperat, & interficit; delatum itaque Romam Bracchii cadaver in loco prophano extra portam Sancti Laurentii ſepelitur. Hac autem victoria tanta tranquillitas exorta eſt redactis ad ditionem Eccleſiæ Peruſio, Tuderto, Aſſiſio, aliiſque Oppidis, quæ Bracchius occupaverat, ut Auguſti felicitas, & pax rediiſſe ſua ætate videretur. (*Ciaccon. col.* 817.)

Anno inſuper 1429. multas arces recepit, quæ tenebantur à Tyrannis qui vim tranſeuntibus inferebant, multis regulis capita amputavit, quòd armenta, & jumenta prædarentur. Idem dominis intulit Montis Rotundi, Campagnani, Magnani, & Montis Lupi, quòd viarum publicis prædones, & Latrones eſſent, & ita omnia pacata, & tuta reddidit. (*Idem col.* 818.)

Mortuo Petro de Luna, qui dicebatur Benedictus Decimus tertius anno 1424. ne aliquid deeſſet, quod Eccleſiam vexaret Ægidium cognomento Mugnoz Canonicum Barchinonenſem genere nobilem in Pontificem delectum, Clementemque VIII. appellatum à duobus Pſeudo Cardinalibus, ad Pontificatum deponendum primum induxit anno 1428., deinde ergà ipſum benignitate uſus Majoricenſem Epiſcopum declaravit, & Cardinales duos à Petro de Luna creatos cum in ſua pertinacia manſiſſent, in carcerem coniecit per Legatum Cardinalem de Tuſco in Hiſpaniam miſſo, qui vel necati, vel animi angore perierunt, atque hoc modo Martini Pontificis Sapientia, & induſtria omne Schiſma anno 1429. quinquageſimo poſt ejus initium ſublatum eſt, tum de jure, tum de facto, atque penitus extinctum. Extat in Conclavi Vaticano hęc hujus Pontificis, atque optimi Principis memoria. *Martinus V. Columna extincto Schiſmate pacem Eccleſiæ peperit.*

His pluribusque de causis optimi Principis titulum tribuere Martino Quinto, qui (utar verbis Contelorii claudentis historiam ejus vitę) *fuit Excelsi Princeps animi, non fractus adversis, non prosperis elatus, mitis in Reos, comes in suos, pacis studiosus, Ecclesiarum suæ Jurisdictionis assertor, libertatis vindex*. Obiit sexagenario major, & sepultus est in Basilica Lateranensi in ęreo Sepulchro cum hac inscriptione. MARTINVS PAPA V. SEDIT ANNOS XIII. MENSES III. DIES XII. OBIIT ANNO MCDXXXI. DIE XXI. FEBRVARII.

TEMPORVM SVORVM FELICITAS.



V

DIRVTAS . AC . LABANTES . VRBIS . RESTAVR. ECCLES.

COLVMNAE . HVIVS . FIRMA . PETRA.

EXponitur in hoc numismate, paucis ab hinc annis Romæ restituto, Templi frons cum porticu, in qua septem arcus Columnis suffulti, ac tres januæ debitis spatiis inter se distinctæ. Illas non expressit in simili numismate R. P. Claudius Molinetus, quas tamen in prototypo observavimus. His delineamentis opinatus est Illustrissimus D. Ciampinus de Sac. ędific. pag. 10. indicatam fuisse Basilicę Lateranensis faciem, non quidem illam, quam Constantinus primò excitavit, sed quam Nicolaus Quartus refecit, perficiens quod Adrianus Quintus incęperat, ut constat litteris ex Musivo expressis in eadem Basilica relatis à Severano. *Partem posteriorem, & anteriorem ruinosas hujus Sancti Templi à fundamentis reædificari fecit, & ornari opere Musaico Nicolaus Papa Quartus S. Francisci Filius*, quam faciem diversam fuisse putavit à *recentiori prout ad præsens visitur cum porticu sex magnis Columnis innixa, tribus puris, totidem striatis cum Capitulis doricis*.

Num. III. Mart. — *Onuph. lib. 1. cap. 7. apud Severan. pag. 516.* — *Ibid.*

Severanus verò de sept. Urbis Ecclesiis, qui Lateraneñ Basilicæ antiquissima monimenta omnia in ejusdem Archivo perlustravit, describens Basilicę porticum ait. „ Venendo hora alla descrittione della Chiesa, e della forma sua. „ Questa, come si è detto non è stata mai mutata dal sito, e modello, col quale „ Constantino la fece fabricare, se bene più volte è stata ristaurata, e rinovata „ sino dalli fondamenti. Haveva dunque il Portico nel quale erano sei Colonne, „ tre semplici, e polite, e tre scannellate, era ornato di figure di Musaico, e „ nelle cornici, ò architravi di esso erano scolpiti questi versi &c.

Cum ergò Porticus Basilicæ pari semper extiterit forma, & in numismate octo Columnę, non Epistilia, sed arcus septem suffulciant, tres insuper januæ appareant, non quinque, quas Lateranensis habet Basilica, nullo modo illam exprimi voluisse crediderim eos, quorum auctoritate numisma vulgatum est.

His adde quod Ciacconius narrat col. 875. non à Martino Quinto, sed ab Eugenio Quarto illam porticum extructam fuisse. *Eugenius* (ait) *porticum illam extruxit, qua ab Ecclesia ad S. Sanctorum itur*. Neque pariter Vaticanam D. Petri Basilicam repręsentat, in cujus porticu quinque januas fuisse, columnas insuper decem, inter duas parastatas ęquali spatio distributas, è veterum monimentis accepimus, & in tabula nostra secunda templi Vaticani docuimus. Hicque, resumo, non incurię tribuendum esse Sculptoris, quòd nec januas, neque Columnas, tum Vaticanæ, tum Lateranensis Basilicæ expresserit, sed potius ejusdem consilio, quippè qui ad indicandas multiplices à Martino Quinto extructas fabricas, porticum, & faciem Templi exculpserit arbitrariam. Quod si peculiarem Basilicam exprimi prò certo teneamus, eam potius recognoverim, quæ DD. Apostolis Philippo, & Jacobo sacra, SS. Apostolorum dicitur, ędibus Columnensium proxima; narrante Simeone Majolo cum Platina: *Ædes præterea ad duodecim Apostolos vetustate collabentes, restituit. Ubi, & annos aliquot habitavit*, idem affirmat Stephanus Infessura, & Albertinus scribens Sixto Quarto relatus à Michaele Angelo Rubeo in sua Roma pag. 287. *Palatium SS. XII. Apostolorum*

Centur. 15. cap. 15. — *In Diariis M. S.*

rum à Martino Quinto Columna fuit incohatum, quod quidem postea Sua Beatitudo à fundamentis sumptuosissimo Ædificio restituit, ac statuis variisque picturis, & marmoribus exornavit unà cum Ecclesia ibidem inclusa; Michael tamen Angelus de Rubeis in sua Roma pag. 286. narrat Julium Secundum, antequam Pontifex crearetur, talem porticum extruxisse. Cæterum quam aptè conveniat Martino Quinto Epigraphes numismati insculpta, ędificiis, ab ipso excitatis, abundè comprobatur.

Urbem ille adeò diruptam, & vastatam invenit cum Romam venisset, ut nulla Civitatis facies in ea videretur. Collabentes vidisses domos, collapsa templa, desertos vicos, cęnosam, & oblitam Urbem, laborantemque rerum omnium caritate, atque inopia. Civium itaque suorum calamitate permotus Optimus Pontifex, animum ad exornandam Civitatem ita adiecit, ut brevi novam quasi formam induerit; Hanc ob rem Civitas ipsa, eum, non modò Summum Pontificem, verùm etiam *Patriæ Parentem* appellavit.

Itaque ab externis hostibus quietus, ad Basilicas Romanas exornandas animum adiiciens, porticum Sancti Petri jam collabentem restituit, & pavimentum Lateranensis Basilicæ, opere vermiculato perfecit. Ejus studia Cardinales sequuti, Titulos suos ita certatim restituerunt, ut jam aliqua facies rediisse Urbi Romę videretur. In Lateranensi etiam Ecclesia testudinem ligneam superinduxit picturamque, Gentilis opus, pictoris egregii inchoavit. Cęteras Urbis Ecclesias, quæ reparatione indigerent reparavit, rationes deducente Laurentio Pauli Omnia sancti, Cive Romano, pecuniis ad dignitatem Pontificis conservandam destinatis. Hæc omnia in Epigraphe exposita comprehenduntur, verba autem addita COLVMNÆ HVIVS FIRMA PETRA exposuit Joannes Palatius scribens *Columnæ hujus prima petra; quia* (ait ille) *quam Martinus Columna primam petram posuit Ecclesia fuit, lapis angularis gestorum omnium Martini Papæ*.

Ciac. col. 818.

Old. col. 825.

Maiolus centu. 1 5.

In Martyrol. 5.

Diximus tamen expressam fuisse in numismate Templi alicujus frontem imaginariam, ut scilicet indicarent sacrorum Ædificiorum fabricas à Pontifice restitutas, eique non casu crucem impositam fuisse credendum est. Notat Gretserus moris fuisse olim Ecclesias in formam Crucis ædificare, Crucesque in earum fastigio ponere, de quo multa suppetunt exempla; nam in culmine templi Olivetani *Crux posita refulsit*, ad quam allusit S. Hieronymus cum dixit *Patibulo Domini coruscante, & radiante Anastasi ejus de Oliveti quoque monte Crucis fulgere vexillum*. Extabat talis Crux anno secundo Constantis Imperatoris Nepotis Heraclii circa annum 644. contra mores Hæreticorum hujus temporis, quibus prima cura est Cruces verticibus Templorum, & Turrium deturbare, præsertim Calvinistarum, Turcarum exemplo, nam, & isti Cruces sublimi loco fulgentes, ferre nequeunt: quò circa Crucem, quæ in fastigio templi Beatissimæ Virginis Constantinopoli in Patriarchio eminebat, Terra, Marique Urbem illam adeuntibus conspicuam dejecerunt. Ad hæreticos Turcicum istum spiritum à Copronianis deriuatum esse refert Gretserus, quorum parens Copronimus misit Theodorum in Moabitidem Regionem, ut scribit Theophanes an. 756. inter cætera etiam hoc *prohibens*, *ne Ecclesias ædificaret, & Cruces erigeret*.

Lib. 2. cap. 14. de Cruce.

In cap. 1. Saphoniæ.

Extat in cryptis Vaticanis, ut refert Torrigius pag. 67. Crux candidi marmoris alta decem palmis, octo lata, quæ extabat in apice veteris Basilicæ Vaticanæ imposita à S. Sylvestro, ut notatur in adjecta inscriptione. HÆC CRVX ERAT IN SVMMITATE EXTERIORIS FACIEI VETERIS BASILICÆ MDCVI. Illam exponit Illustris. Ciampinus tab. 9. pag. 34. de Sacris Ædificiis, ac etiam delineata videtur in nostra historia Basilicæ Vaticanæ tab. 5. fig. 2. Crux etiam extabat in apice operis Musaici Tribunę S. Petri à Constantino erectæ, ut apparet in tab. 13. ejusdem Auctoris pag. 12.

IVSTI

VI

IVSTI INTRABVNT PER EAM

Numisma hoc æneum expressit Pater Augustinus Oldoinus in additione ad Ciacconium in quo Salvatoris Imaginem portę impositam cernis,& duo ad postes Candelabra cum lemmate . IVSTI INTRABVNT PER EAM : juxta illud Apoc. *Non intrabit in eam aliquid coinquinatum , aut abominationem faciens, & mendacium* . Simile numisma idem Author attulit in vita Nicolai Quinti col. 952. in vita etiam Bonifacii IX. col. 694. rursus in Clemente Sexto , in vita demum Bonifacii Octavi , cum ejusdem effigie in aversa parte expressa , quod Romæ in Museo Equitis Francisci Gualdi se vidisse affirmat Oldoinus.

Ab hoc indicari portam Sanctam, quæ anno Jubilæi ineunte aperiri solet nonnullis visum : At quia nullus ex nominatis Pontificibus portam Sanctam aperuit (vt in Alexandri Sexti numismate clarissimè constabit , & de Bonifacio Octavo ex cap. *Antiquorum habet &c.* & ex libello Jacobi Stephanesci Cardinalis Sancti Georgii in velabro conjicere licet) *modernum* illud esse dicamus oportet cum Victorello *ad speciem antiquitatis confictum* . Si post usum Portæ Sanctæ formatum dicas , conjice numismatis authorem indicasse Bonifacium Jubilęi Institutorem , vel restitutorem fuisse ; cęteros verò Pontifices , in quorum actis exprimitur, eumdem annum Jubilęi celebrasse. In portæ autem typo adumbrasse Christum Dominum , qui Via , Veritas , & Vita divino suo Sanguine æternæ felicitatis valvas reservavit. Quæ omnia , ut clarius intelligantur , ejusdem anni Jubilęi , quem Sanctum dicunt , brevem notitiam, ejusdemque initium , ac progressum exponere necesse est .

De illo scripserunt luculenter quamplurimi , inter quos eruditè Illustrissimus Franciscus Maria Phebęus Magister SS. Ceremoniarum sub Alexandro Septimo , deinde Archiepiscopus Tarsensis , & S. Spiritus in Saxia Commendatarius , & ante illum Andreas Victorellus de jis qui sua ætate celebrati fuere , aliique , ex quibus aliqua delibabo .

Et primo sciendum est , esse in Ecclesia Thesaurum Indulgentiarum , qui conflatur ex superabundantia infinita meritorum Christi ; Exigua enim prætiosissimi Christi Sanguinis guttula innumeros valuisset à faucibus callidissimi hostis eripere . Itaque ne incassum effluens eius unda purpurea , vel inanis tantæ effusionis miseratio redderetur , quidquid infinitum supererat , mox in relabentium redemptionem erogandum , non in agro abscondit Dominus , sed in ęrario Ecclesiæ , nunquam defuturo deposuit , ab ipsa Romana Ecclesia per manus D. Petri , ejusque Successorum pro debito filiorum , satisfactione pęnarum , salubriter dispensandum .

Earumdem verò Christi satisfactionum cumulo infinito postea accessere satisfactiones Deiparæ Virginis , & aliorum Sanctorum, & Martyrum , qui ultra mensuram debitorum suorum pęnas sustinuerunt .

Quando autem harum indulgentiarum usus , seù applicatio horum meritorum in bonum Fidelium inductus fuerit ab Ecclesia Romana Catholica , non adeo certum est apud omnes Authores . Adeat Lector cap. 11. lib. 1. tract. de Jubilęo Illustriss. Phebęi , ubi hanc indaginem prosequitur . In præsentiarum illam ommittimus , utpotè ab instituto nostro nimis remotam , ubi solùm de anno Jubilęi aliquid dicendum est , alibi tamen circa indulgentias plura fortasse referemus .

Annum igitur Jubilęi incępisse mille annos ante Bonifacium Octavum asserit Pancirolus , cum fideles centesimo quoquo anno Romam devotionis causa pergere consuevissent . Idem affirmat Angelus Pientinus lib. 1. cap. 9. perpendens exordium Constitutionis Bonifacii VIII. Verùm quia non multis ab hinc annis videtur ab Ecclesia fuisse inventum ex Polidoro Virgilio , Navagero, aliisque, qui Bonifacio illum adscribunt ; præmittendum est prorsus quidem ignorari, quando haberi cęperit , quamvis ante Bonifacii tempora non eadem , qua postea solemni-

Lib. t. for. [illegible] di [illegible].

Lib. de rer. [illegible].

ſolemnitate in uſu fuerit, & à pluribus fide dignis Senioribus Superioribus Bonifacius ipſe accepit, & diplomate illo, quod de ipſo Jubileo edidit haud obſcurè indicavit. Quare (ut inquit Coqueus cum loquitur de Jubileo anni 1300. refellens Mornęi mendacia verbis ex Navarro acceptis) Bonifacius Octavus *videtur potius novaſſe, quam inueniſſe*. Vixit autem Bonifacius anno 1300. à Chriſti nativitate, Conſtitutionemque edidit, cujus initium *Antiquorum habet fida relatio*. Turſellinus etiam hiſt. Lauret. lib. 1. cap. 15. dicit *Sæcularem annum vel inſtituit, vel inſtauravit*. Rutilius Benzonius lib. 3. de Jubileo plures congerit probationes, quibus evincere ſtudet Indulgentiam anni centeſimi multo antiquiorem eſſe Bonifacio, eumque nihil adidiſſe niſi antiquæ conceſſionis confirmationem, majoremque celebritatem. Hoc innuere videtur Clementis VIII. conſtitutio loquens de Jubileo. *Quam ſanè vetuſtam inſtitutionem anni Centeſimi Bonifacius Papa Octavus Prædeceſſor noſter ſuo Apoſtolico decreto ad certitudinem præſentium &c. confirmavit*.

In Antimor par. 2. pag 178.

Navar. de Jub. Extrau. de pœnit. & remiſs.

Cap. 5.

Non deſunt tamen contrariæ haud ignobilium Authorum ſententiæ. Ex omnibus præcipuum affero ex Alexandri Sexti Conſtitutione, quæ incipit. *Conſueverunt*. *Sanè* (inquit) *cum Annus Jubilæi remiſſionis, & gaudii, qui quolibet anno centeſimo ab illius primævi ordinationem per felicis recordationis Bonifacium Octavum inſtitutus*.

Hieronymus Ghilinus in Annal. Alexandri ait in præſenti anno 1300. *Summus Pontifex Bonifacius Octavus Sanctiſſimum Jubilæum in beneficium animarum fidelium decrevit, quod fuit primum in Eccleſia Catholica inſtitutum*. Idem aſſerit Andreas Victorellus, ubi adducit occaſionem habitam à Bonifacio Jubilæum conſtituendi. Verùm de his ſatis, ne pluribus fatigemus Lectorem, & ſolum advertimus tempore Bonifacii Octavi anno, ut diximus 1300. fuiſſe celebratum Jubilęum, quam ſolemnitatem quolibet ſęculari anno recolendum inſtituit, conceſſitque Peregrinis, aliiſque exteris verè pœnitentibus, & confeſſis quindecim, Urbis autem incolis triginta vicibus Baſilicas Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli viſitantibus pleniſſimam delictorum omnium remiſſionem.

Ad An. 1300.

De Jub. par. 1. pag. 17.

Quærenti cauſam, ob quam centeſimo quoquo anno recurrente Bonifacius Jubilæi celebrationem inſtituerit, reſpondet Cardinalis Cajetanus, à Sancto Georgio dictus, qui acta ejus omnia hiſtoriæ mandavit; *Quia quæ non exibentur alimenta avidius ſumuntur, dum quiſque in vanum gratiam elabi, quam ſibi nunquam reditura ſperat, rèfellat*.

Cap. 12.

Anno deindè 1350. Clemens Sextus Avenione, dum degeret, ut tradit Auguſtinus de Angelis hiſt. Eccl. ad ann. 1342. motus viſione reverendæ cujuſdam „ perſonæ, manu duas claves geſtantis dicentiſque ſibi. Aperi oſtium, & ex „ eo ignem mitte, quò calefiat, & illuminari valeat totus Mundus, quinqua- „ geſimo quoquo anno Jubilęum celebrandum fore ſancivit, & celebritates ejus „ provinciam commiſit Anibaldo Cardinali Ceccano Legato ad id ſpecialiter de- „ putato, cum ampliſſimis facultatibus reducendi ſtatutum numerum dierum „ viſitationis Eccleſiarum.

Hanc anni reductionem perſuaſiſſe Clementi Franciſcum Petrarcham, eo tempore Summi nominis Virum, ait Victorellus, epiſtola, quam vincta oratione ad Pontificem exaravit, in quâ ſic legitur.

Lib. 2. de Jub.

Lib. 2. Epiſt.

Annus eat, redeatque Sacer; mundoque ſalubris
Stat morbis medicina patens, ſit proxima culpæ
Spes veniæ, pelaguſque gravi jactante procella
Sit prope naufragium portus; ne litotra longe
Dum petimus, miſere mediis moriamur in undis.
Nam quis ad extremæ longiſſima tempora vitæ
Pervenit, aut ævi centenos conficit annos?
Vivimus, & morimur oculi trepidantis in ictu.
Ergo retro metam ſtatuas, quæ crimina Mundi
Diluat, abſolvatque Reos, & vincula ſolvat.
Nec nova res petitur, nec ſcriptis diſſona ſacris
Quæ tibi nota uni, niſi me tua fama fefellit,

Certè

Certè ego commemini, dum quinquagesimus annus
Sanctus in Orbe fuit, Dominique hæc justa notavi,
Sanctificabis eum qui noxia cuncta remittat
Et Jubilæus erit. Scis quid loquor, Annue tandem,
Quod tua Roma gemens, genibusque affusa precatur.

Alij verò scribunt illam obtinuisse tres Romanos Cives præclaros, à Senatu Romano ad Clementem missos videlicet. Jacobum Sabellum, Britium Saulium, & Jacobum Columnam.

Albericius Rosate in Dictionar. Legal.

Concessionis hujusmodi rationes innuit ipse Pontifex, ubi ait. Nos „ attendentes quod annus quinquagesimus in Lege Mosaica (quam non venit „ Dominus solvere, sed spiritualiter adimplere) Jubilęus remissionis, & gau„ dii, facerque dierum numerus quo lege fit remissio, censebatur quoque ipse „ quinquagesimus numerus in Testamentis, veteri quidem ex legis datione, „ novo ex visibili Spiritus Sancti in discipulos missione, per quam datur pec„ catorum remissio, singulariter honoratur, quodque huic plura, & grandia di„ vinarum adoptentur mysteria scripturarum, & clamor pecularis populi nostri „ Romani, videlicet hoc humiliter supplicantis, ac nos adinstar Moysis, & „ Aaron per proprios, & solemnes nuncios ad hoc destinatos specialiter oran„ tis pro toto Christiano populo, & dicentis Domine aperi eis thesaurum „ tuum fontem aquæ vivæ, desiderantes benignius exaudire, nos quidem, ut si„ cut illius Israelitici populi, & cunctorum fidelium augeatur devotio, fides „ splendeat, spes vigeat, Charitas vehementius incalescat, volentesque quamplu„ rimos hujusmodi indulgentiæ fore participes, cum pauci multorum respectu „ propter vitæ hominum brevitatem, valeant ad annum centesimum pervenire, „ de Fratrum nostrorum consilio prædictam concessionem indulgentiæ ex supra„ dictis, & aliis justis causis, ad annum quinquagesimum duximus redu„ cendam.

In tali reductione voluit Pontifex, ut præter Basilicas SS. Petri, & Pauli, Lateranensis Ecclesia visitaretur, & jure; cum Gregorius Undecimus, eam „ omnibus antepofuerit dicens. Declaramus, decernimus, & definimus Sa„ crosanctam Lateranensem Basilicam pręcipuam Sedem nostram inter omnes alias „ Urbis, & Orbis Ecclesias, & Basilicas etiam super Ecclesiam, seù Basilicam „ Principis Apostolorum de Urbe supremum locum tenere, eamque de jure ma„ jorem aliis omnibus Ecclesiis, seù Basilicis supradictis, ac super omnes, & sin„ gulas præfatas Ecclesias, seù Basilicas prioritatis, dignitatis, & prẹeminen„ tiæ, honore lętari. Lateranensi postea Basilicæ, alterius Sanctæ Mariæ Majoris dictæ Visitationem addidit Gregorius Undecimus, vt constat ex Constitutione Pauli Secundi. *Ineffabilis providentia*. De redacto in quinquagesimum annum Jubilęo scripsit Antoninus auctor Germanus his verbis MS. lib. Vatic. de Roman. Pontifice. *Eodem anno de mense Januarii prædictus Dominus Papa præsentibus Ambasciatoribus Romanorum in anno quinquagesimo futuro omnibus visitantibus Urbem concessit Indulgentiam plenariam, & annum illum statuit Jubilæum in perpetuum, quem olim Bonifacius Octavus statuerat de Centesimo in Centesimum*. Extat de eo Clementis Diploma, quod Anibaldus Cardinalis Legatus Romanis attulit, transmissumque est ad Præsules totius Orbis Christiani, ut illud promulgandum curarent; *Dudum de Fratrum nostrorum Consilio &c.*

Tom. I. Bullar. constit. I. super universos.

Sign. 3675.

Apud Rainal. ann. 1349. num. II.

Post hæc Urbanus Septimus anno Pontific. II. Christi 1389. constitutione edita 3. idus Aprilis annum Jubilei temporibus inde futuris de trigesimo tertio in trigesimum tertium observari debere, & annum proximum 1390. indixit, ea motus ratione, *quòd* totum tempus (ut refert Gobellinus) *Vitæ Domini Nostri Jesu Christi post ejus nativitatem, vndè omnes indulgentiæ peccatorum emanarunt, ac Thesaurus Ecclesiæ cumulatus est, triginta trium annorum curriculo completum fuerit*. Eadem repetunt plerique auctores, quibus consentanea refert Pulus II. in sua de Jubilęo constitutione.

In Cosmodrom. æt. 6. c. 81.

Rainald. Annal. ann. 1389. num. I.

Nunc tamen annum non celebravit Urbanus morte præventus, sed Bonifacius Nonus scribente Rainaldo. *Affulsit lætus Catholicis annus 1390. proposita amplissima*

lissima lustraturis Apostolorum limina ex Urbani Sanctione Criminum venia insignis, quò maximo concursu populi, pietatis novo sensu delibuti, sacrarum expiationum, anni Jubilæi promerendarum. Ergo se in Urbem contulere, ut Theodoricus Niem. lib. 1. cap. 68. testis oculatus narrat. *An.* 1390. *num.* 1.

Anno deinde 1423. Martinum Quintum, de quo agimus, reductionem Urbani Sexti ratam habuisse constat ex pluribus auctoribus præsertim Victorello, qui addit eius Pontificis Constitutionem, qua Jubilęum inductum fuit invenire in Vaticano Archivo se non potuisse. Illustrissimus etiam Phębeus affirmat, nullam epistolam, quæ ad Jubilęi annum spectet in Martini Quinti Regestis apparere, miraturque quòd de actis anni 1423. Historici de hoc anno omnino siluerint; At uterque asserit constare auctoritate Pauli Secundi, celebritatem à Martino habitam, illique ea qua par est reverentia deferendum esse fatetur. Ex constitutione enim *Pastoris æterni &c.* quam Paulus Secundus edidit, hæc verba citat Victorellus *Martinus Quintus reductionem per eumdem Urbanum factam hujusmodi ratam habens ... ipsam in sua firmitate persistere, & anno trigesimo tertio observari debere censuerat*, eadem dixere Sixtus Quartus, & Julius Tertius in suis diplomatibus indictionis Jubilęi. *Apud Ciaccon. col.* 820 *Cap.* 5. *par.* 2. *de Jubilæo.*

Posteris tradidit Octavius Pancirolus, Martinum Quintum non publicasse, sed solummodo confirmasse Constitutionem Urbani Sexti, at illum deceptum esse ostendunt gravissimorum auctorum relationes. Honuphrius Panvinius de Martino ait. *Hic Pontifex annum Jubilæum quintum celebravit*. Victorellus idem affirmat, & Olimpius Riccius postea S. R. E. Cardinalis in tract. de Jub. cap. 21. Ciacconius pariter in Martino Quinto ait anno 1425. *Martinus Quintus Jubilæum celebravit multis ad Urbem concurrentibus*. Advertit tamen Illustrissimus Phębeus cum Bzovio deceptum fuisse Ciacconium asserentem Jubilęum celebratum anno 1425. Si enim Martinus confirmavit reductionem annorum 33. quam celebrandam anno 1390. indixit Urbanus Sextus profectò celebranda erat à Martino post annos 33. nempe anno 1423. Circa quem notat Julius Rosęus in schol. ad lib. centes. Cardinalis Sancti Georgii, sub Martino Quinto pauciores Romam venisse quam sub Bonifacio Nono ob perturbationem eorum temporum. *Hist. de Jubil. pag.* 257 *col.* 818.

❦ VII ❦

SIC . OMNIS . MVNDI . GLORIA.

NUmisma hoc ultimum Martini Quinti apud neminem asservatum scio, expressum tamen vidi à Luckio.

Illud Symbolicum vocat supracitatus auctor; Symbola enim continet, nimirum quæ aliquid diversum ab Imagine significant, sic enim in antiquis Ethnicorum Augustum per Capricornum accepimus, per Cometam Julii Cæsaris animam, per Anchoram Constantiam. Aliquando Symbola inveniuntur sine titulis, aliquando verba Symbolis addita in nummis explicant ipsa Symbola v. g. *Fides publica* duabus implicatis manibus declaratur, ac sic de reliquis virtutibus. Idem numisma ostendit Jacobus Typotius ex Museo Octavii de Strada in sua Hierographia Rom. Pontific. par. 1. num. 7. ubi hæc habet. En tibi representat Hieroglypton rerum humanarum eventus; eodem enim incendio abeunt in favillas Tiaræ Pontificum, Coronæ Cęsarum, Diademata Regum, Tituli Antistitum, Insignia Principum, & quibus hæc omnia comparantur, aut conservantur, imò qui hæc omnia continet ipse rerum Orbis.

Cęlata fuere hæc eadem Symbola in ejusdem Pontificis ęneo sepulchro, quod referente Vasaro, Simeon Sculptor Florentinus excudit post januas ęneas Vaticanæ Basilicæ absolutas cum Antonio Filareto, & adhuc videmus in Basilica Lateranensi ante Capita Apostolorum, in quo post mortem, ob apoplexiam obitam, Pontificatus sui anno 13. positum fuit ejus Cadaver, comitante Clero, non *aliter flente*, quàm si Ecclesia Dei si Urbs Roma unico atque optimo parente orbata fuisset: hoc elogio appicto. *Par.* 1. *pag.* 255. *Ciacc. col.* 819.

MARTINVS PAPA V.
SEDIT ANN. XIII. MENS. III. DIES XII.
OBIIT ANNO MCDXXXI.
D. XXI. FEBRVARII
TEMPORVM SVORVM FAELICITAS.

Ut ſcilicet Poſteris inviſentibus vitæ hujus brevitas indicaretur; ut olim apud multos non tantum Chriſtifideles, ſed ipſos ethnicos, mos erat illam variis ritibus inculcandi ſolemnioribus anni diebus, & præcipuè inaugurationis; ne ob dignitatem, qua cæteris mortalibus præerant, faſtu quodam noxio elati, mortalitatis propriæ obliviſcerentur.

Refert Honorius antiquum morem fuiſſe die Paſchatis dum *Sacra ſolemni pompa peragerent Epiſcopi*; ante illos ſtupam incendi, refert Hieronymus Rubeus in hiſt. Rauennæ ritum olim in uſu, & poſtea ablatum à Julio Archiepiſcopo Rauen. ſolebat enim Sabbato Sancto ſolemni ritu ſtuppa, quæ à ferrea Catenula dependebat, comburi candelis, quæ in arundine geſtantur ad humanæ gloriæ inanitatem ſignificandam, utque eorum mentibus, qui Eccleſiaſticis honoribus inſignirentur, humilitatis ſenſus affricaretur, & apud Græcos referente S. Petro Damiano hanc teneri conſuetudinem, ut cum Imperator quis in dignitate creatur, quidam ſibi præſto fiat obvius, qui videlicet una manu vaſculum plenum mortuorum oſſibus offerat, in alia ſtuppam lini ſubtiliter pexam, cui protinus ignis adhibetur, & repente in ictu oculi, flamma ſubito vorante, conſumitur, ut in altero debeat conſiderare quod eſt, in altero valeat videre quod habet.

In Gemma Romæ cap. 123.

Apud Novarium tom. 5. libr. 7. c. 20.

Hanc conſuetudinem confirmat Guglielmus Durandus lib. 4. ration. divin.
„ offic. cap. 6. ibi enim hæc habet. In quibuſdam Baſilicis circa medium Chori
„ manipulus ſtupæ appenditur, cui Pontifex tranſiens ignem apponit, ut in con-
„ ſpectu Populi cito incineretur, per hoc ſecundum aduentum commemorans in
„ quo Chriſtus vivos, & mortuos, & ſæculum per ignem judicabit: Hoc etiam
„ fit ut Pontifex ignem apponens conſideret, quòd ipſe debet in cinerem redigi,
„ & ornatus ejus in favillam converti, & quòd, quemadmodum ſtupa facile
„ comburitur, ſic etiam facile, & quaſi in momento præſens tranſit Mundus, &
„ concupiſcentia ejus, quia ſecundum Jacobum Apoſtolum vita noſtra *vapor eſt*,
„ *& ad modicum parens*, ne forte qui glorioſus incedit in temporali gloria dele-
„ ctetur; *nam omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quaſi flos agri*.

Sed ne à Summorum Pontificum actis divagemur, ſimilem antiquiſſimum Græcorum morem refert Benedictus Canonicus in opuſculo m. s. ad Guidonem Cardinalem ſcripto anno 1130. de ritu antiquo celebrandi officii die natalis Domi-
„ ni. Hæc ille habet pag. 7. deſcribens reditum à Vaticano Papæ Coronati. Cum
„ autem intrat Presbyterium manſionarius Eccleſiæ porrigit ei, hoc eſt Pontifici,
„ arundinem cum Cereo accenſo, tum Pontifex accipit eam, & ponit ignem in
„ ſtupa poſita ſuper capita Columnarum ad figuram finis mundi per ignem.
„ Idem affirmat pag. 21. referens ritus Paſchalis. In die Paſchæ in Eccleſia Sanctæ
„ Mariæ Majoris cum intrat Pontifex Presbyterium Eccleſiæ, manſionarius præ-
„ parat ei arundinem cum Cereo accenſo, quam accipit, & ponit ignem in ſtupa
„ ſuper capita Columnarum quæ ibi ſtant.

Sect. 2. de Cor. Pont.

Viget adhuc in Romana Eccleſia ſtupæ comburandæ ritus, die tantum celebratus, quo electus Pontifex ſolemni pompa ſacra tiara coronatur, ſic enim ille præſcribitur in lib. Sac. Cæremoniarum.

„ Ante Pontificem immediatè Magiſter Cæremoniarum præcedit cum dua-
„ bus arundinibus ſuper alteram ſtupam, & ſuper alteram verò Candelam arden-
„ tem portans, & cum Pontifex Capellam Sancti Gregorii exierat, Cæremonia-
„ rius ad eum converſus Ignem ſtupæ mittit, & geneflexus alta voce dicit *Pater*
„ *Sancte ſic tranſit gloria Mundi*, quod tertiò facit diſtincto æquali ſpatio, ante-
„ quam perveniat ad portam Capellæ ideſt Baſilicæ Vaticanæ.

Quò autem tempore talis ritus originem habuerit, & à quò fuerit præſcri-

de

ptus penitus ignorant Authores. Eruditissimus Joannes Baptista Casalius de veter. Christianorum ritibus cap. 79. agens de ritibus in elect. Pontific. *advertendum* (inquit) *ex prædictis ritibus aliquos abiisse in desuetudinem, alios commutatos, & servari solitos ante solemnem Coronationem ipsius Summi Pontificis*, & cap. 81. agens de titulis excelsis Pontifici attributis, advertit ritum, ex quò memores illi erant pristinæ conditionis, & humillimæ originis, videlicet ritum apponendi Pontificem electum in quadam sede, *stercoraria* nuncupata cantante Cantorum Choro versiculum illum psalm. 112. *Suscitans de pulvere egenum, & de stercore erigens pauperem, ut sedeat cum Principibus, & solium gloriæ teneat*; *Qui ritus* (inquit Casalius) *temporis successu in desuetudinem abiit*, fuit in ejusdem locum forsan alter non penitus dissimilis subrogatus, ut per tres vices Magister Ceremoniarum ante ipsius Pontificis Coronationem Manipulum stupæ accendens ad eumdem Pontificem electum respiciens dicat. *Beatissime Pater sic transit gloria Mundi*.

Indicavit nobis Benedictus Canonicus supraallatus anno 1130. hunc morem in usu fuisse, non tamen die Coronationis celebratum.

Quod verò tali die positus in usu fuerit circa annum 1470. conjecturâ me depræhendisse visus sum ex his, quæ subiiciam.

Augustinus Patritius jussu Innocentii Octavi circa annum 1490. sacros ritus antiquos collegit in posterum seruandos, eosque typis edidit Episcopus Corcirensis, ut affirmat Reverendus Abbas Mabillonius in append. ad ord. Rom. fol. 584. Musæi Italici num. 4. Præmisit illis Patritius epistolam nuncupatoriam eidem Summo Pontifici, in qua asserit, eos omnes in eo libro à se exaratos, quos à viginti annorum elapsorum spatio adhibitos in Ecclesia fidis è monumentis depræhendit, nempè ab anno ferè 1470. Cum ergò Patritius Sacrarum Cæremoniarum collector libr. 1. in tit. de Coronat. Sum. Pontific. ritum stupæ comburendæ præscripserit, conjectura assequimur, illum ante annum, quo talis Auctor scribebat, adhibitum, aut ab ipso additum cæteris ritibus, quos servatos esse usque ad tempora Leonis scimus, puta ritum sedendi in sede stercoraria, qui deinde, ut notavimus ex Diariis Paridis de Grassis, circa annum 1513. justas ob causas cessavit. Nisi potius affirmare magis arrideat eumdem ritum stupæ subrogatum fuisse tempore, quo Pontifices Avenionem morabantur, ubi sedes stercoraria non erat, ut existimat Chimentellius de honore Biselli: qui deindè ritus, redeunte Romam Gregorio XI. anno 1376. simul cum alio stupæ resumptus ad Leonem usque Decimum perduravit, ut scilicet utroque conditionis humanæ inanitatem Summi Pontifices edocerentur, sicuti etiam antiquitus, referente Dominico Macro ad repræsentandam recenti Pontifici in die possessionis ejus commiserabilem humanitatis fragilitatem, negationem Petri excitabant in mente ostendendo illis porphireticam columnam, super quam Gallus æneus insistebat, eratque propè Lateranensem portam, quæ ab Alexandro Septimo ob id auferri visum fuerat, quia insipiens vulgus apocrypha traditione deceptus, existimabat eamdem Columnam fuisse, supra quam Gallus cantaverat in Passione Christi Redemptoris.

Cap. 20. fol. 91.

Hierol. v. Sedes.

Viget igitur adhuc, reliquis proscriptis, sacer ritus combustionis stupæ, quam collucentem Majorum more cum Pius Tertius, vidisset, audivissetque vocem illam, *Sanctissime Pater, sic transit gloria Mundi*, eum flevisse statim referunt Annales, & humanam sortem brevi perituram ingemuisse, & quidem justissima de causa.

Quid enim in hoc mundo stabile, quid verò firmum est? Quod porrò non breve, & incertum, casui non serviens? Quale istud bonum est, quod vel auferendum abs te metuens, vel à te relinquendum scias? Nam si nullo arripiatur casu, vel morte certè perdendum est. (Pelagius ad calcem epistolæ, qua Demetriadem alloquitur, pereleganter his admonebat.) *Etsi vita nostra tendatur per mille annos, & ad extremum illum totius diem ætatis quotidiana deliciarum voluptate veniamus, quale hoc quæso diu est, quod fine deletur? Aut quis illius voluptatis fructus est, qui statim ut cessaverit, videbitur tibi non fuisse? Age jam transactum vitæ tuæ tempus animo revolve. Nonne videbitur tibi umbra quædam fuisse, quod transit, ut ad instar somnij tenuis incertum esse omne quod videtur. Hoc idem, & decrepitus*

Ciacc. col. 211.

senex sentire potest, cui dicere convenit cum Propheta. Dies mei sicut umbra declinaverunt, & ego sicut fœnum arvi.

Summa itaque dementia est currere post defectum, appetere non appræhensibile, instar fumo, uti imagine pro veritate, velle diù ea vita vivere, quæ iuxta Gregorium Summum Pontificem vitæ æternæ comparata mors est potius dicenda, quam vita. Atsi caducæ vitæ legibus subiiciuntur homines, quamvis in summa Pontificia dignitate constituti, cum Petri Successor sit Romanus Pontifex, Primatum in Dei Ecclesia non solum tenet, sed ejus series non interrupta manet, ac stabilitate viget, cum nec poterit perfidorum hominum inuidia, nec Imperatorum persecutionibus, nec ipsa morte divelli: idcircò numismata Martini Quinti Epigraphe absolvimus, quam nobis sacer sugerit Vates in Psalmo 101. Pontificem Romanum alloquentes. *ANNI TVI NON DEFICIENT.*



EUGE-

I



II



III



IV



V



VI




VII





VIII













EUGENII IV. NUMISMATA.



I

EVGENIVS . IIII PONT. MAX.



ANTEQUAM ad Petri solium conscenderet Eugenius anno 1431. Gabriel Condolmerius nuncupabatur Canonicorum Sæcularium Cœlestino habitu primo indutus in Monasterio Sancti Georgii in Alga Venetiis, cujus extiterat Institutor, deindè Apostolicæ Cameræ Clericus, & Thesaurarius, tandem presbyter Cardinalis à Gregorio XII., cujus erat à sorore nepos, creatus.

Exprimitur in Numismate ejus Imago diademate insignita, quod vocatur Regnum. Quando nam hujus diadematis usus incæperit, & undè emanarit alio in loco investigabimus; hic tantùm adnotare sufficiat: Diadema Pontificis Romani eminere inter omnia Diademata: *quod æquum fuit, cum Regnum Christi quod à Pontifice gubernatur in Terris Vicaria potestate, supereminat omnia Regna*, sic ait Paschalius de Coronis. *Lib.7.c.27.*

Constat illud è materia pretiosa, nempè auro, & gemmis, quæ singula aliquid Celeste significant, de quibus suo loco. Illud non omittendum, quod narrat Vasarus: Eugenii jussu compositum fuisse à Laurentio Ghiberto insigni artifice Florentino pretiosissimum Diadema, in quò pondus auri 15. librarum erat, vnionum quinque cum dimidia, quæ simul cum cæteris gemmis triginta millium scutorum pretium æquabant. *Part.2. pag. 190.*

Interius est album lineum, seù sericum velamen, fasciculæ ex eo utrinque dependent: Infulę dicuntur aliquando, seù Vittę Sacerdotales, & Regales. Circa quas sciendum est, Vittarum nomine propriè significari eam partem Infulæ, quę aspiciebatur antiquitus dependens ab Infula, qua caput, seù Sacerdotum, seù Militum velabatur,& aspiciebatur tamquam exiens de casside, quod liquet ex loco Silii Italici, ubi is dicit infulam dependentem è casside Nabidis Sacerdotis Ammonis. *Lib. 15.* Undè Vittatus Sacerdos dicebatur. Vittas autem tribuebant Sacerdotibus castis, & piis, doctis item Viris, & benè de patria meritis militibus. Ita Virgilius 6. Æneid.

Quique Sacerdotes casti, dum vita manebat:
Quique pij vates, & Phœbo digna loquuti:
Inventas, aut qui vitam excoluere per artes;
Quique sui memores alios fecere merendo:
Omnibus his nivea cinguntur tempora Vitta.

Sicut ergò Infulę, seù Vittæ ornarunt capita Summorum Sacerdotum apud Ethnicos tamquam propria eorum insignia, & Summorum Magistratuum, puta Romæ Consulum, ut notat ex Jornande Carolus Paschalis lib.4.cap.22. pag.278.; sic jure meritò sanius additę sunt Mitrę, & Coronæ Pontificię tamquam pretiosa Coronæ additamenta, ejus dignitati maximè congrua.

Crucem in Diadematis fastigio pro pretiosiore gemma prefert, cum nihil magis in ornatu Pontificis fit, quod effulgeat, quam Crux, imminet Crux globo aureo, ut scilicet significetur (iuxtà sententiam Abbatis Bartholomæi Piazza) Summus Pontifex Caput esse totius Orbis Christiani, qui Cruce utitur loco Vexilli. *De color. Ecclesc. cap. 19.*

Exi-

II

Casimiro Frescot Pregi della Nobiltà Veneta pag.30.

Apud Molinet.pag.3.

In Eugen. pag 492.

EXhibet aversa hęc numismatis facies Eugenii Pontificis Parmam gentilitiam, in qua argentea fascia in campo cianeo micat. Illi iminet Pontificium Diadema cum clavibus subjectis, in formam Crucis dispositis.

Undè nam insignia ejus ortum habuerint apud Authores non inveni. Venetiis honesta, ac populari Familia natum Eugenium, sed antiqua, refert Platina, *quæ ipso Pontifice renuntiato Patritiatum obtinuit*. Idem affirmat Joannes Palatius, Casimirus autem Frescot pag.21. narrat originem duxisse è Familia Papiensi, quorum aliqui inter nobiles numerati fuere anno 1381. cæteris inter populares adscriptis, ex quibus Pontifex ortum habuit.

In Præfat.

Illum fuisse affirmat R. Claudius Molinetus, qui primus Parmam Gentilitiam in moneta efinxit; cum priores Pontifices *duabus Petri clavibus in decussum trajectis eorum aduersam partem ornarent*. Verùm si antiquorum monimenta perlustremus, potest hoc dici de monetis, ab aliquibus tantùm Summis Pontificibus cusis, ut apparet in nummis anni 1362. sub Urbano V. in nummis anni 1371. sub Gregorio XI. relatis à Balutio ex Musæo V. C. Joannis Foy Vaillant antiquarii Regis Christianissimi, non tamen de omnibus.

Tom. 3. de Cruce lib.1. cap.21.

Notat eruditissimus Gretserus quòd etsi Pontifices Romani omnes, ut Apostolici, Apostolica clavium Sancti Petri in formam Crucis gerant insignia, eaque à Sancto Petro, vel potiùs Christo Pontifice Maximo primo hæreditaria; Tamen complures sanctæ Crucis insignibus pro sua sunt usi pietate.

E tota serie Pontificum seligit aliquos Gretserus, nam Bonifacius IV. quaternas Cruces quintam decussatam ambientes obtinet. Sixtus III. Gelasius item I. Sergius II. & III. & Adeodatus pro signo suo Constantinianum signum tenuerunt. Leo IV. nomini suo sanctam Crucem supereminentem. Leo IX. liligeras Cruces geminatim immissas pro insignibus gessit, Gregorius Septimus, signum Crucis hastæ affixæ pro insignibus habuit. His addi possunt numismata Summorum Pontificum, quos *Avenionenses* vocat Balutius, & ab eodem expressa ex Musæo V.C. Joannis Foy Vaillant, nempè Clementis V. Joannis XII. Benedicti XII. Clementis VI. & Innocentii VI. quorum omnes nummi Crucem ostentant, in aversa verò facie Pontificum Imagines.

Cæterum, quidquid sit de monetis à Pontificibus cusis, eorumque insignibus in eisdem apictis, satis superque constat Martinum V. suæ familiæ insignia primùm publicasse in numismate, quod usum pecuniæ non haberet.

III & IV

SVB EVGENIO . PAPA . IIII . ANNO . XRI . M . CCCCXLI . VNITI . SVNT

GRAECI . ARMENI . IN SINODO . FLORENTINA . CVM . SEDE APOSTOLICA

DUplici numismatis facie compræhenditur ejus inscriptio. In altera est; SVB EVGENIO . PAPA . IIII . ANNO . XRI . M.CCCCXLI. VNITI . SVNT; in altera verò GRAECI . ARMENI. IN SINODO . FLORENTINA . CVM . SEDE APOSTOLICA

Cusum illud fuit in memoriam Pacis initæ in Concilio Florentino inter Græcos, & Latinos, sed antequam illorum controversiæ eorumdemque concordiæ seriem exponamus, aliquid circa ipsas Imagines, licet rudi minerva expressas, indicandum est. Præfert prima facies Pontificem ipsum Sacerdotali infula tectum, superimposito pallio in modum Crucis plicato. Cum igitur, ut vidimus in superiori numismate, nihil magis sit quod effulgeat in ornatu Pontificis, quam Crux, etiam à pallio ante, & retro Crux ipsa effingitur, intextamque acu Crucem gestat

ſtat ſuper humeros, & ſupra pectus, pendulamque aliam habet, quæ à ſinu ſuo ſuper cor defluit, hocque ornatu totus ejus decoratur apparatus, ut ſic cum Apoſtolo palam profiteatur, *Se tantummodo gloriari in Cruce Domini ſui*. Hab.6.14.

Plura autem ſe offerunt adnotanda circà pallium, & primò quærendum eſt quid ſit pallium quave forma conſtructum. Ejus deſcriptionem habemus in jure Pontificio cap. 1. de uſu pallii. *Pallium Archiepiſcopale ſumitur prò quodam ornamento Archiepiſcoporum Crucibus nigris intexto, velut ſtola Sacerdotalis, quod ſuper alia ornamenta defertur ſuper humeros; velut Corona, pectuſque circumdat, & antè pendet*. At luculentiùs Innocentius Tertius Papa (qui cum adhùc Lotharius diceretur, eſſetque Sacræ Romanæ Eccleſię Diaconus Cardinalis ſcripſit de myſteriis Miſſæ) lib. 1. cap. 63. Pallium (ait) quo majores Epiſcopi utuntur eſt de candida lana contextum, deſuper habens circulum humeros conſtringentem, & duas lineas ab utraque parte pendentes, quatuor Cruces purpureas, ante, retrò, à dextris, & à ſiniſtris, ſed à ſiniſtris duplex eſt, & ſimplex à dextris. Tres etiam acus aureæ inſiguntur pallio, ante pectus ſuper humerum, & poſt tergum. Super dextrum humerum non inſigitur. Hæc quælibet acus pretioſum continet lapidem. Ex recentioribus verò noſter Marcus Paulus Leo de uſu pallii pag. 7. his verbis illud deſcribit. Forma pallii eſt circularis ex faſcia lanea alba longitudinis nouem palmorum, latitudinis verò quadrantis palmarii, quę per humeros, & bracchium, veluti torques aurea circumoluta conduplicat ſiniſtram circuli medietatem illa ſui parte, quæ à dextris humero, & bracchio deſcendit, necnon utrâque ſui extremitate palmarem menſuram paulò excedente, velut duabus lineis deorſum tendentibus ſecat, ſiniſtra nimirùm extremitate antè pectus, dextera verò poſt terga, æqualiter dimidiando circulariter pallii ſuperficiem. Utriuſque lineæ extremitas cooperitur ferè per dimidiatum palmum velo quodam ſerico nigri coloris, ſub quo occultantur duæ laminæ plumbeæ ejuſdem formæ, & menſuræ ad eum finem appoſitę, nè lineæ deformiter involuantur, & criſpentur, ſed unaqueque ut ſuo extenſa loco debitum ſervet decorem.

Hanc autem formam non ſemper fuiſſe eamdem, ſed decurſu temporis variatam advertit Pater Papebrocchius in actis Sanctorum in appendice poſt Paſchalem Secundum. Joannes enim Sanctæ Romanæ Eccleſię Diaconus, qui circa annum 980. quatuor libris complexus eſt vitam S. Gregorii Papæ I. libr.4. cap.84. illum ex vetuſtis picturis indutum repręſentat pallio mediocri, à dextero videlicet humero ſub pectore, ſuper ſthomachum circulatim deducto, deindè rurſum per ſiniſtrum humerum poſt tergum depoſito, cujus pars ſuper eumdem humerum veniens propria rectitudine non per medium Corporis, ſed ex latere pendet; ex quibus verbis colligitur Pallium Pontificale ſęculi decimi, quo ille ſcribebat, & latius fuiſſe, quam iſtud Gregorii, & ſua rectitudine non ex latere, ſed per medium corporis pendere ſolitum, itaut per medium corporis penderet pars illa, quę Gregorio pendebat ex latere. Hujuſmodi pallium videtur opere muſivo in triclinio Leoniano expreſſum, quod refert Alemannus de parietinis Lateranenſibus cap. 70. Forma prorsùs alia viſa eſt ſeculo xij quando anterior tenia non à tergo per humerum circumducta, nec poſterior ſimiliter per humerum circumducta à pectore pendebat, in modum longioris teniæ antè, & retrò innodatæ, ſed eadem tenia utrinque bifida, ſivè duplex in duas utrobique, veluti aſſutas tenias detinebat. Hęc videtur in abſide ab Anaſtaſio Papa circa annum 1154. exornata, quod opus ipſe vivens abſolverat, ſicut iſtud vivens inchoaverat ante illum Caliſtus Secundus ſub anno 1120. Pag.125.

In ſepulchro verò Honorii Quarti anni 1288. ſculpta cernitur ſtatua juſſu Pauli Tertii ex Vaticano ad Templum Aræ Cœli translata, in ea pallium quod olim aut lunatum erat, aut ad modum V, vel Y furcatum ſuper pectus, & humeris deſcendebat, jis incumbens; nunc affixum planetæ; atque infrà ſcapulas reductum in bracchia, circumdat Præſulem per modum circuli in plano poſiti. Hæc etiam forma cernitur in ſtatua Bonifacii IX. anno 1404. tumulati, ſed & iſtud paulatim obſervari deſiit, ut probat monumentum Martini Quinti anno 1431. mortui expreſſum à Patre Oldoino in Addit. ad Ciacconium & ex ęre in Lateranenſi Baſilica Tom.2.pag. 829.

ſilica poſitum. Talem quoque formam obſervavi in monumento quod Julius Secundus circa annum 1510. ſibimet vivens poſuit in Æde Sancti Petri ad Vincula expreſſo à Patre Oldoino to. 3. pag. 248.

Has pallii diverſas formas intuemur in imaginibus Pontificum, quibus eorum acta illuſtravit idem Author, ſed nulla temporum chronologica obſervatione, quâ certò ejus mutatio poſſit affirmari. Cur autem Pallii nomine tale Summi Pontificis ornamentum ſignificetur inquirens eruditiſſimus Præſul Sauſajus, poſt diverſam nominis Ethimologiam ſaniùs ſibi videri ait, *à palliando dici*, quia nempè *ſuppoſita indumenta cooperit*, docetque illud extrà occidentem dictum fuiſſe *Prygium*, quòd Phrygiorum opere texeretur, Crucibuſque paſſim inſigniretur, non tantùm quatuor, quibus pallium notari diximus ex deſcriptione Innocentii Tertii. Viſuntur enim antiquæ Sancti Epiphanii effigies, quæ ex antiquis monumentis adhibentur à Pontio, qui (prout narrat Sanſajus cap. 3.) Romæ S. Epiphanii libellum edidit, ornatu ejuſmodi decoratæ, ità veteres fuerunt aliꝫ imagines, non quòd ex græcia pallii inoleviſſet uſus, ſed quòd Græci Antiſtites indultum à Papa illum geſtarent, qui tum jis conficiendis Phrygiorum opera, qui in Urbe erant, utebatur.

Inquiri autèm poteſt, cur tale Pontificium ornamentum ex lana conficiatur, vel an ex alia materia olim confectum fuerit pretioſiori, quod dignitatem Pontificiam deceret. Quæſtioni locum facit Joannes Diaconus, cum ſcribit lib. 4. Vitꝫ Sancti Gregorii, *biſſo candenti contextum fuiſſe pallium Gregorii Magni*, quod tempore Joannis, ideſt anno 875. in ſepulchro Sancti Pontificis cernebatur; byſſi autem nomine, vel ſignificetur tenue linum, ſivè ſericum filum, ſequitur, quòd non fuerit laneum, ſed aliquid pretioſiùs. Pater Joannes Garnerius Societatis Jeſu, qui typis vulgavit librum Diurnum Romanorum Pontificum ex antiquiſſimo Codice M. S. Complectentem formulas ſcribendi, quibus ſexto, ſeptimo, & octavo ſeculo Summi Pontifices uti ſolebant, inſuper ordinationes Pontificum, & Epiſcopi ſuburbicarii, profeſſiones Fidei, privilegia, præcepta, conceſſiones, aliaque hujuſmodi non pauca; inter notas, & diſſertationes eruditas, quas hic author addidit, ultimo loco habet tertiam circà uſum pallii, in qua ait, in neutram partem ſolvi poſſe quæſtionem ex nullo argumento, & primò quidem non à veterum ſcriptorum teſtimonio, ſecundò non à traditione, ſive uſu, tertiò conſenſione utriuſque Eccleſiæ, quartò ratione petita ex myſtica lanæ ſignificatione. Licèt enim dicat Iſidorus Peluſiota, loquens de pallio orientalium eſſe laneum, quòd repræſentet pellem ovis deperditꝫ, quam Bonus Paſtor repertam cum erraret, humeriſque impoſitam reportat in ovile; non gravis res eſt momenti; nam rationes myſticas tùm varias varii excogitarunt, ut nemo non poſſit aliqua pro ſe uti; quamobrem putat hic Author, pallium ex lana inductum fuiſſe circiter initia noni ſeculi, atque ex eo tempore mutationis remanſiſſe perpetuum lanꝫ uſum ob ceremonias, quibus propter analogiam nominis bona gens noni ſeculi Virgini Agneti offerre cꝫpit agnos, quorum ex lana conficerentur pallia: nihil enim conſtantius, quàm quod ſolemnibus ejuſmodi ceremoniis addicitur. Hæc afferit ſupradictus Garnerius; dubito tamen, an propter analogiam nominis talis ritus fuerit inſtitutus, an potiùs ex eo, quod ex Divi Ambroſii ſermone nonageſimo narrat Molanus in ſuo erudito tractatu de imaginibus lib. 3. cap. 6. his verbis. *Sancta Agnes cum agno pingitur, quia dùm Parentes Beatæ Agnetis aſſiduis pernoctationibus vigilarent ad tumulum ejus, videbant exercitum Virginum in noctis mediæ ſilentio, quæ auro indutæ cum ingenti lumine præteribant, inter quas videbant Beatiſſimam Agnetem ſimili veſte fulgentem, & ad dexteram ejus agnum nive candidiorem*, undè cantat Eccleſia die 28. Januarii, *ſtans à dextris ejus agnus nive candidior*.

Ritum autem, quem indicat Garnerius agnos offerendi Beatæ Agneti refert
De uſu Pallii pag. 6. „ Pater Marcus Paulus Leo. Extat (inquit) non longè a mꝫnibus Romanꝫ Urbis „ extrà portam Piam celeberrimum monaſterium ſub titulo Sanctꝫ Agnetis olim „ Monialium, hodie Canonicorum Regularium Sancti Salvatoris annuo gravatum Canone duorum agniculorum ſine macula, & niveum prꝫſeferentium can- „ dorem, perſolvendo Baſilicꝫ Lateranenſi. Hos priùs aqua diligentèr defecatos, „ floribuſque Coronatos, & ſericis funiculis diſcriminatos ſingulis annis in feſto

Sanctæ

„ Sanctę Agnetis intèr Missarum solemnia olim dùm cantabatur à choro versicu-
„ lus ille *Agnus Dei* celebrans benedicebat, hodie verò regularis Abbas ex dicta
„ Congregatione Pontificalibus indutus vestibus post Missam solemniter à se ce-
„ lebratam benedicit, utrosque agnos in majori ejusdem Ecclesiæ Ara, unum
„ videlicet à Cornu Epistolæ, alterum verò a Cornu Evangelii, quos postea ad
„ Populi, eorum lanam exposcentis, devotionem, ex altero latere detonsos re-
„ cipit Præfectus Ceremoniarum nomine Ecclesiæ Lateranensis Canonicorum,
„ traditque ejusdem Ecclesiæ mansionario, qui illos super equum tapeto, ac duo-
„ bus pulvinaribus serico panno obductis ornatum imponit, & per Urbem circum-
„ ducendo ad Summi Pontificis pedes deponit, & ab eodem Pontifice communi
„ benedictione receptos Camerarius Collegii Subdiaconorum Apostolicorum
„ accipit, traditque pascendos alicui monialium Monasterio, ad ejus libitum eli-
„ gendo, nisi aliter Domino Papæ videatur. Ex lana deindè horum agniculo-
„ rum præcipuè pallia contexuntur, atque Canonicis Basilicæ Sancti Petri tra-
„ duntur imponenda altari, sub quo Corpus Sanctissimi Apostolorum Principis,
„ & ritu solemni benedicenda à Maximo Pontifice. Remanent verò posita supra
„ altare nocte integra, factisque de more vigiliis Subdiaconis, qui ea attulerunt,
„ restituuntur, à quibus honesto loco conservantur usquequo Pontifex jis uti vo- *Cap.* 3.
„ luerit, ità refert Illustrissimus Sausajus.

Pallium autem à solo Romano Pontifice semper collatum fuit. Æquum enim erat, sicut legitur apud Sanctum Augustinum, omnes Episcopos ad Petrum, ideſt sui nominis, & honoris auctorem, reverentiam illam deferre, ut à quo Episcopi authoritas emersit, sic etiam Episcopale decus sese profiterentur Episcopi accipere. Certè sicut olim in sacerdotio Hebręorum erat Summi Sacerdoti superhumerale insigne, ità in Christianę Religionis Sacerdotio Pallium Summi tantùm Romani Pontificis cessit usui, à quo tamen sæpe Patriarchis, & Metropolitis Archiepiscopis magna ex causa jampridem consuevit communicari. Quod si Archiepiscopus non susceperit pallium, licèt verò sit Archiepiscopus, non tamen habet perfectam officii plenitudinem, nec enim potest sine pallio convocare Concilium provinciale, non chrisma conficere, non dedicare Basilicam, non ordinare Clericos nec Episcopos consecrare, ita in Glossa de authoritate, & usu Pallii. Eo autem uti debet quando Missę Sacrificium ritu solemni celebrat, & potest ferre quando præsidet in Synodo Provinciali. *Epist.* 91.

Licèt verò pallium Metropolitanorum insigne sit, & Archiepiscoporum potest Episcopis concedi ex privilegio, & ex regula Canonica Can. *prisca consuetudo* dist. 100. Honor pallii non datur, nisi meritis exigentibus, & fortitèr postulanti. Pallium Summi Pontifices aliquando præsentibus dabant, aliquando mittebant absentibus (ut notat Pater Garnerius in lib. Diurno Rom. Pont. cap. 3.) dandi præsentibus antiquum ritum exhibet ordo Romanus, oblato triplici libello, qui legitur descriptus in libro antiquo S. Rom. Ecclesiæ rituum cap. de petit. pallii, & Antistes supplicans illum manu sua subscribebat. Absentes verò literas mittebant, quorum formulam exponit idem author in libro diurno supradicto. Est etiam in veteri libro rituum Romanæ Ecclesiæ descripta formula, qua missum pallium tradebatur per Apostolicum delegatum Metropolitanis, qui postea dicti sunt Archiepiscopi, hoc est Episcoporum Principes, ait Sausajus de pallio cap. 7. Primis temporibus cum pallium per literas à Pontificibus mitteretur, literæ continebant, non tantùm exhortationem ad vitam sanctiùs instituendam, sed etiam aliquando mandata de extirpandis hęresibus, zizaniisque in Agro Ecclesiæ succrescentibus. Constant hæc etiam ex Epistolis Symmachi, Pelagii II. & Sancti Gregorii.

His prænotatis duo supersunt maximè scitu digna; & primò quidem quonam tempore Pallii usus incęperit: secundò, quid per tale ornamentum significare voluerint ejus Authores. Circà ejus originem, non defuit qui affirmaverit, à Constantino derivasse, cum Pontificibus interdùm concessit etiam superhumerale lorum, ideſt Pallium, at audaciæ tribuit Bollandus hanc opinionem, studetque probare, id fuisse antiquitus Pallium in Ecclesiastico Magistratu, quod erat in civili Toga, & utriusque fuisse unam, eamdeque originem, progressum, & mutationem in forma aliquantulum dissimili. Sępe laudatus Joannes Garnerius eam originem inqui- *Loco citato.*

inquirens concludit, quòd ficut in Orientali Ecclefia nullum defignari poteft tempus, quo geri à Patriarchis cęperit, ficque nec in occidentali, quare perpetuus poteft dici ufus in Summis Pontificibus. Fuit certè ufus ante annum 336. quo anno Marcus Papa, mortuo B. Silveftro, Oftienfi Epifcopo permifit pallium gerere tunc cum electum à Clero Romano in Summum Pontificem more Majorum ordinaret, dicente Anaftafio. *Hic conftituit, ut Epifcopus Oftienfis, qui confecrat Epifcopum Urbis pallio uteretur.*

Num. 25.

Illuftriffimus Præful Andreas Saufajus de Myfticis Galliæ Scriptoribus cap. 2. de Pallio ait. *Pallium Pontificalis dignitatis infigne à nonnullis adfcribi Sancto Clementi, fed errare, cum à Sancto Lino hujus origo manaverit, ut conftat libro primo tit. 10. libri antiquiffimi Rituum Ecclefiafticorum, feù Cæremoniarum Sanctæ Romanæ Ecclefiæ.* Et quamvis Rupertus Tuitienfis Abbas, qui vixit in principio fęculi duodecimi fub Pafchale II. Pontifice fcripferit, à Sancto Petro hujufmodi Pontificium infigne primò traditum Materno, qui miffus fuit à Beato Apoftolo ad fundandam Ecclefiam Trevirenfem, atque adeo ab exordio nafcentis Ecclefię Pontifices illud geffiffe, cum hoc nullus antiquus Author referat, & ex libro rituum conftet à Beato Lino adhibitum; & antiquę ejus effigies repręfentent, illum hoc geftaffe, ideo huic fententię affentiendum effe concludit.

Bellarm. de Script. Ecclef.

Quidnam autem hoc infigni Pontificio fignificare voluerit ejus inftitutor, apud Scriptores incertum. Pater Garnerius afferit, id ipfum proportione aliqua fignificari in Ecclefia, quod torque in militaribus, regiifque Ordinibus, cum autem in Ecclefia dignitati poteftas refpondeat, pallium hoc una cum dignitate plenitudinem poteftatis fignificat, prò modo tamen perfonę, à qua geritur; nam in Summo Pontifice in Ecclefiam univerfam, in aliis Patriarchis in fingulas fuas Dioecefes poteftatem fignificat, quę poteftas (inquit Alemannus) ficut argumento clavium antiquitus intelligebatur deinde Pallii quoque veluti expreffa in magnitudine pingitur. Fulcitur hęc opinio ex actis Cœleftini Papæ, à quo delegatas fuiffe vices Cyrillo Alexandrino Patriarchæ in Ephefino Concilio res eft, vel leviter imbutis antiquę hiftoriæ lectione compertiffima, ab eoque in collatę dignitatis indicium miffa fuiffe facra honoris infignia. Rem narrat inter cęteros Theodorus Balfamo, Patriarcha Antiochenus in Nomocanonem Photii tit. 8. c. 1. editionis

De pariet. Later. pag. 72.

„ Parifienfis pag. 89. his verbis. Hujus quoque temporis Patriarcha Alexandri-
„ nus habet, ut cum Phrygio (ideft Pallio Pontificali.) celebret. Habuit autem
„ hanc facultatem Sanctus Cyrillus Alexandrinus à Romano Papa Cęleftino quan-
„ do fuit Ephefina Synodus adversùs Neftorium, cum non poffet Cœleftinus adef-
„ fe Ephefi, & judicare Neftorium, vifum eft, ut Sancto Cyrillo à Cœleftino
„ permitteretur huic Synodo pręfidere. Ut itaque conftaret, eum habere jus, &
„ authoritatem Papæ, fedit cum Phrigio, & damnavit Neftorium. Ab eo autem
„ tempore cum eodem Phrygio facrificant, & procedunt Patriarchę Alexandrini.

Myfticè verò plura fignificat, & plura refert eruditiffimus Suafius ex Innocentio III. Rabano, Mauro, Alcuino, Hugone de Sancto Victore, & aliis. Nos
„ ex libro primo Myfter. Miffæ cap. 63. Innocentii III. pauca afferemus. Pallium
„ (ait) in finiftra duplex eft, ad tolerandas præfentis vitæ moleftias, quę per fi-
„ niftram fignificantur, fimplex verò in dextra eft, ut deferens pallium ad vitæ
„ futurę quietem obtinendam, quæ per dexteram repræfentatur, toto affectu ad-
„ fpiret. Pallium item quatuor purpureas Cruces habere folebat, quę funt qua-
„ tuor virtutes politicę, quæ nifi Crucis Chrifti fanguine purpurentur fruftra fi-
„ bi virtutis nomen ufurpant. Harum prima eft Juftitia, quę in anteriori parte
„ effe debet. Secunda eft Prudentia, quæ debet effe in pofteriori parte. Tertia
„ eft Fortitudo, quæ finiftrę convenit. Quarta eft Temperantia, quę dexterę con-
„ gruit, nunc autem Cruces in pallio affixę, non fine mifterio nigrę funt. Pallio
„ denique tres infiguntur acus, fivè Aciculę, in quarum prima fignificatur Com-
„ paffio proximi, in fecunda officii adminiftratio, in tertia judicii diftrictio. Pri-
„ ma pungit Animam per dolorem, fecunda pungit Animam per laborem. Ter-
„ tia pungit Animam per terrorem. Trium Acuum, fivè Acicularum una figitur
„ in anteriori parte, altera in pofteriori, tertia in humero finiftro. In dextro
„ enim acus non figitur, quia in ęterna quiete, quę per dextram repręfentari fo-

" let nullus est afflictionis aculeus. Circulus Pallii per quem humeri, dexter scilicèt, ac sinister constringitur significat pœnæ formidinem ab illicitis cohibentem, & amorem justitiæ à superfluis temperantem. Hęc ex Innocentio. Adde etiam, quod extremitati duarum linearum ante, & retro pendentium, duę laminę plumbeę serico nigro coopertę juxtà earumdem laminarum latitudinem annexæ sunt. Hujus generis est pallium, quo nunc latina utitur Ecclesia. Gręci enim prò pallio fasciam quamdam, seù Zonam latiorem sanè, ac longiorem, quàm stolam, sed instar stolę collo imponunt, dextra tamen eius pars multò est longior, & ad terram usque defluit, cujus pars major per sinistrum humerum post tergum reiicitur, ità verò, ut Crux una à tergo maneat, altera ad dextram, tertia ad sinistram appareat, quarta verò ad eam pallii partem, quę ab humero sinistro pendet. Hujus generis pallium prò tempore Beati Gregorii fuisse animadvertit qui examinat Diaconi verba illud describentis. Hunc item in modum non solùm in imaginibus Summorum Pontificum typo ęneo incisis à Lino Papa ad Milthiadem usque, sed in vetustis quoque Ecclesiarum musivis, pręsertim in Pontificum imaginibus, quas Formosus Papa circa annum 896. pingendas Romę in Basilica Vaticana curavit in hanc eamdem formam pallium pictum fuisse inveniet, item videbit multos Pontifices ante Gregorium, & posterius tempora forma pallii, qua nunc Gręci utuntur decoratos. Devia in desuetudinem deducta est, nova ad majorem commoditatem reperta, & in usum recepta. Atque hæc circà pallium delibasse sufficiat.

Secunda verò numismatis facies ostendit Imagines Joannis Paleologi Gręcorum Imperatoris à dextris, & Armenorum Legati à sinistris, qui ante effigiem Divi Petri sunt genuflexi; ambo enim interfuere cum ipso Eugenio Pontifice in Synodo Florentię celebrata, cujus historiam brevi epilogo comprehendemus.

Decreto Costantiensis Concilii absoluti anno 1417. statutum fuerat, ut Papię " celebraretur, sed cum pestilente constitutione inficeretur Papiense Cœlum (ut " dixit Chronicon. Germath.) placuit Pontifici Martino V. Concilium transferre " Senas, cumque illuc ex multis Nationibus convenirent, multi quidem ex largitionibus promissis contra Martinum moliebantur, ut de Pontificatu dejiceretur, quod ubi advertit Pontifex, statim Concilii conventum disolvit; ne quis " calumniari posset Pontificem sibi timere, statim post septem annos Synodum " generalem celebrandum eique Concilio deputavit Basileam.

Apud Barthol. Caranzam Sum. Concil. pag. 640.

Fuit inchoatum Basileense Concilium anno Domini 1431. Præsidente Juliano Cardinale Sancti Angeli Legato Apostolico legitima potestate à Martino V., & Eugenio IV. tunc recens electo, facta. Et usque ad annum Domini 1442. continuatum. Paulus Langius in Chronico Citirensi *Lausannæ anno Domini* 1448. *prævia obsidione Urbis dissolutum fuisse; atque ex glorioso principio humilem finem consequutum esse scribit*. Item indicatur in Bulla Nicolai V. quæ ad finem sess. 45. addita apud Binium reperitur.

Dum Concilium Basilęę continuaretur certior factus Eugenius in frequentia vilescere Comitia ob bellum inter Philippum Burgundiæ, & Federicum Austriæ, aliasque ob causas, decrevit consentientibus Cardinalibus Bononiam transferre Concilium, quò etiam Joannes Paleologus Imperator Constantinopolitanus venire promittebat, & instanter urgebat Triremes in Græciam mitti prò accessu, & redditu Prælatorum, ut Græci tanto temporis intervallo ab Ecclesia disiuncti Romana, iterum sub uno reducerentur Ovili. Hæc cum Romæ pridie Idus Novembris ann. 1431. Cardinali Juliano scripsisset Eugenius, minimè consensere Patres Basileenses.

Respondentes Græcorum causam nec certam, nec sufficientem, nec opportunam. Quia propter incertam Græcorum unionem non esset deserenda Germania, quæ semper fidelis fuit. Cum tamen periculum immineret ne inficiatur Bohemia, si deseratur. Græcorum cantilenam trecentis annis durasse, ac quolibet anno renovari nullo fructu: Interim Clerum Germanum reformandum: Verùm cum Pontifex accepisset Bohemos ad Concilium invitandos die 15. Kal. Januarii, mandavit per literas Concilium dissolvi, aliud Concilium Bononiæ indicens, intra annum cum dimidio celebrandum; nec ullis rationibus à Sigismundo Imperatore, & Julia-

& Juliano Cardinali in contrarium adductis, removeri à proposito potuit. Sexto igitur Kal. Feb. anno 1431. Cęsari in Italia Placentiæ degenti respondit, decretum jam de reducendo Bononiam Concilio, assentiente Cardinalium Senatu: Basileenses ex adverso Patres, qui se notandos infamia putabant, si post evocatos ad Concilium Bohemos, istis non expectatis, discederent, Eugenio repugnantes literis datis 21. Januarii promulgarunt Concilium non posse dissolvi sine irreparabili Ecclesiæ Catholicæ damno. Constituisse propterea Conventum Basileę protrahere, donec Bohemiæ Religio restitueretur, & Reges ad concordiam revocarentur. Cum Basileensibus conspirarunt plures Ecclesiæ, pręcipuè Gallicana, Angli etiam, & Castellani suos misere Oratores, & Præsules; sed ante horum adventum aucta Basileensia Comitia suas celebravere sessiones, quarum secunda die 15. Kal. Martii habita est anno 1432. gravibus se cępit erroribus implicare; Concilium pręferens Pontifici; declaransque quòd Concilium sit supra Papam. Quantùm à veritate aberraret non est hic disputationi locus, sed historiæ tantum brevissimæ indicare, quare Concilium Basileense, legitimè quidem congregatum, illegitimè absolutum fuit, & quæ ab eo definita contra Pontificis auctoritatem fuere; omnes Pontifices reprobarunt.

Part. 3. tit. 22. c. 10. §. 4. Sessione tertia sub die 19. Aprilis Patres non audientes vocem Domini (inquit S. Antoninus) Conciliabulo nullas vires habente, nisi ut Sinagoga Sathanæ, auctoritate sua temerarię pręsumptionis cœperunt Eugenium ad Concilium adeundum citare. At Eugenius, ut ad saniora consilia revocaret, Internuntios Basileam misit, qui loculentissimis sermonibus concordiam, & auctoritatem Pontificis insinuarunt: Non tamen his permoti Basileenses respuere concordiam; contendentes Concilium præferri Pontifici, & sessio sexta contumaciæ insimularunt Eugenium, & die 18. Decembris Eugenium monuere, Basileam venire, & sess. 11. Pontificem citarunt sub pęna amittendi Pontificatum; & quanto ille mitiùs agebat, ut ad concordiam reduceret, tantò gravius illi respondebant. Post multas Concilii hujus audaces altercationes anno salutis 1437. dissidia nata sunt inter Basileenses, inter quos Græci duo: eodem die sancita decreta, unum in quo Basilea delecta est pro futuro Concilio, ac si eam respuissent Gręci, Avenionem designarunt, vel aliquam Sabaudiæ Urbem: Alterum, quò Florentia, vel Utinum designata à digniori parte, sed numero impari; cui præerant Legati Apostolici Cardinalis Cęsarinus, & S. Petri ad Vincula, faventibus Gręcis, quibus Florentia placuit.

Eugenius ad tollendum Concilium Basileense conversus, illud primò quidem Bononiam transtulit; sed Imperator, aliique Pręlati pręter Cardinales, qui tum Basileę erant, non modò Pontifici non obtemperarunt, verùm etiam eum bis, *Ciac. col. 87* terque monuerunt, ut Basileam accederet; aliter se in eum acturos, ut in pręvaricatorem, & contumacem. Motus istis verbis Eugenius, ab opere destitit, adeo enim bellis undique vexabatur, ut vix & vivendi facultas daretur. Verùm recuperata Urbe Roma, convocavit Concilium Ferrarię anno 1438. quòd diceret Gręcos cum Ecclesia Romana in fide conventuros, eumdem locum sibi delegisse.

Idem Ferrariam proficiscitur anno 1438. mense Februario, ibique Concilium celebravit, in cujus secunda sessione Basileenses iterum damnavit, & excommunicavit.

Ex Diario. Inter hęc B. Francisca Vidua Romana monita à S. Gregorio Papa nomine Christi, ut tantis calamitatibus agitatum Pontificem confirmaret, eum monuit, opem *In ejus vita lib. 2. cap. 15. & 26.* non defuturam Divinam. Non defuit quidem, nam postea anno eodem Ferrarię aperta Synodo adfuit Joannes Paleologus Gręcorum Imperator (qui die nona Martii dicti anni cum Josepho Patriarcha Constantinopolitano cum aliis Pręlatis Gręcis Ferrariam ingressi sunt) ea pompa, quę adhuc videtur efformata in valvis ęneis Basilicæ Sancti Petri. Adfuere etiam Patres Latini, qui mitrâ redimiti considebant numero 160. ultra Gręcos.

At, ne ultra procederet, pestis obstitit, qua sęviente Eugenius sess. 16. postrema Ferrarię celebrata, Synodum Florentiam transtulit: die Januarii 16. ann. 1439. Pontifex è Palatio exivit pompa non vulgari, duodecim equi albi phaleris *Victorel. apud Ciac. col. 879.* operimentisque nobilibus insignes parati erant. Unus arculam sacrosanctam Eucharistiam continentem deferebat. Alteri Eugenius mitra, & pretioso pluviali ornatus insedit: Viri 50. pedestres cereis facibus divinam Eucharistiam comitabantur

bantur; ipse etiam Pontifex multis cereis comitatus erat. Marchio Urbis Dominus Pontificis equi frenum manu tenens, ejusque filius pedibus incedebat, donec Eugenius Ferraria egrederetur, Cardinales, & Episcopi hinc inde equestres sequebantur, exercitus etiam præeuntium, & sequentium.

Ex diariis Pontificiis habemus, Pontificem 27. Januarii Florentiam intrasse, deinde mense Februarii cum Grecis Imperatorem per portam S. Galli, quibus Grecis comeatum Pontifex erogavit, pro quorum expensis 40. nummorum millia Eugenius mutuò acceperat à Florentinis, mitra sua preciosa in pignus oblata, teste Gennadio in litteras Marci Ephesini; die 26. ejusdem mensis habitam fuisse primam Congregationem in causa Fidei, & Concilii, in qua adfuit cum ipso Pontifice etiam Imperator. In prima publica sessione pridie nonis Julii fuisse multa agitata circa unionem Ecclesię Romanę cum Gręca.

Inter hęc Conciliabulum Basileense eò dementię devenit, ut abrogato Eugenio, Amadeum tum Sabaudię Ducem, qui eremiticam vitam ad Ripaliam cum quibusdam nobilibus ducebat, Pontificem crearet, Felicemque appellaret, quem Eugenius damnavit in octava sessione. *Ciac. col. 873.*

Celebratum est Concilium prędictum per viginti, & quinque sessiones quorum sexdecim celebratę sunt Ferrarię, reliquę verò Florentię, in quibus omnibus disputatum est inter Latinos, & Gręcos. Primùm de processione Spiritus Sancti à Filio, & an rite facta fuerit à Latinis, & additio in Symbolo *Filioque procedit &c.* secundo de Igne Purgatorio, tertio de Papę Principatu, cui & Orientalis, & Occidentalis Ecclesia meritò paret: quartò de Azimo, & fermentato pane: quinto de Panis in Eucharistia transmutatione; Quę tamen disputationes talem contentionem inter Gręcos, & Latinos pepererunt, ut coacti fuerint cessare à disputatione, ut res citrà ullam controversiam inter eos tractaretur, & sic facta est tandem unio earum Ecclesiarum, & definitio prędictorum articulorum sub forma, quam referunt Historici, inter quos vide Caranzam pag. 649. *Barth. Caranz. in Sum. Concil pag. 649*

Dum jam absolveretur Concilium, Armenorum Patriarchę Legati ad Synodum ipsam venerunt, dicentes se suamque Ecclesiam cum Catthólica conjungi, ac ipsum Synodi decretum piè servare velle. Quibus benignissimè susceptis sub quodam brevi compendio Orthodoxæ Fidei veritatem, quam Romana profitetur Ecclesia, per hoc decretum, sacro approbante Concilio, ipsis etiam Oratoribus adhuc consentientibus, tradidit Eugenius Pontifex: quo ab eis accepto, una cum Gręcis Florentia discesserunt, & dissolutum est Concilium. *Idem pag. 652.*

Ejus unionis monimentum extare in Basilica Vaticana, affirmat D. Joannes Palatius his verbis expressam, *EUGENIO IV. PONTIFICE, GRÆCI, ARMENI, ÆTHIOPES, AD FIDEI UNITATEM REDEUNT*, verùm non in Basilica, sed in Bibliotheca Vaticana jussu Sixti V. fuerunt hęc verba expressa sub Concilii Florentini pictura. Sunt quidem in valvis ęneis Basilicę, quę portam occludunt olim dictam argenteam, hęc Carmina, relata à Panvinio, & Oldoino col. 888. *De Sept. Eccles. pag. 37.*

Ut Græci, Armeni, Æthiopes hic aspice ut ipsam
Romanam amplexa est Gens Jacobita Fidem
Sunt hæc Eugenii monumenta illustria Quarti
Excelsi hæc animi sunt monumenta sui.

Illa Maffęus Veggius de rebus antiquis Eccles. B. Petri etiam retulit in suis m. s. ubi tamen dicit, *Indos Romanam amplexos esse, Arabesque Fidem*.

Miraculo voluit Deus ostendere, & ipsum adfuisse Concilio; Nam cum S. Bernardinus vellet Gręcos, qui Concilio intererant, veram salutis, & veritatis viam docere; magno animi dolore cruciabatur, quòd illorum non calleret idioma: secum autem cogitans admiranda Dei opera, & ut ille suis Apostolis contulerit, ut possent omnium gentium linguis loqui, obnixè rogabat eum, largiretur Græcis intelligentiam eorum, quę dicturus esset ad illos. Mox ferventi spiritu multa in Deum fiducia fretus, ascendit suggestum gręcèque concionatus est de Catholica fide, Græcos summo studio erudiens, itaut mirarentur omnes, dicerentque eum non minùs probè orasse gręcè, quam si in Græcia natus esset, sed Deus movebat linguam ejus, & loquebatur per eum. Cum enim è suggestu descen-

descendisset, ut omnes laudarent ejus grecè dicendi facultatem, & copiam, ille Deo soli honorem tribuens mansit expers Græcę linguæ, ut antea fuerat. Hæc omnia narrat Surius in ejus vita cap. 38., qui licet Concilium non exprimat in sua narratione, ait tamen, de quodam Ecclesiæ Concilio generali, quod PP. Godefrido Henschenio, & Danieli Papebrachio in actis Sanctorum die 20. Maii pag. 311. visum est intelligendum esse Concilium Florentinum habitum anno 1439., quò S. Bernardinus vivebat.

Numismatis elucubrationem claudamus, referendo ordinem, quò in eadem Synodo sedes dispositæ fuerint, prout didicimus ex jis quæ Victorellus narrat se à Platina accepisse, ac statuta fuisse ante ejusdem Concilii primam sessionem; scilicet. Pontificis solium quatuor ferè passus distabat à Templi ara, infra illud sedes Imperatoris Alemaniæ uno fere passu, sed vacua deinde sequebantur sedes Cardinalium, Metropolitanorum Episcoporum ad 150. In altera parte è Regione Imperatoris Græcorum Sedes, purpureo auroque contexto peripetasmate enitebat, deindè Sedes Patriarcæ Constantinopolitani Pontificia Sede quatuor ferè palmos inferior, sed ut Pontificia purpura decorata, scabello adjecto purpureo, deinde Sedes Vicariorum absentium Patriarcharum, deinde Metropolitarum, & aliorum Orientalium suo ordine; in ęde mediana ante aram in solio pulcherrimo aureo velamine exornato inter Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli capita, anteque cerei fulgebant, Judex Magnus, & justus Dominus noster Jesus Christus, sanctum scilicet Evangelium sedebat. Episcopi Latini, & Græci sacris vestibus amicti, feria quarta majoris hebdomadę in Sancti Georgii Martyris Templo, ubi Pontifex clara voce dixit Benedictus Dominus Deus Israel, divinas laudes precesque decantarunt, sederuntque deinde, & Patriarchę exortatio ab ejus Referendario, Pontificis, & Imperatoris jussu, ex scripto ęcumenicæ Synodi indicto, latinè, & græcè lecta fuit. Recepit, approbavitque pars utraque lecta, & scripta. Deo gratias egerunt; hymno, & prece absoluta, dimissa Synodus est.

Apud Ciac. col. 860.

Ab Andræa de Sancta Cruce Patritio Romano, & Advocato Sac. Consistorii in collectione disputationum, seu collationum, quæ tum habitæ sunt inter Latinos, & Græcos, qui conspexit sacrosanctum hunc Ecclesiæ Catholicæ Senatum, ità fuit proditum. Summus Pontifex aderat mitra gemmata, ac sacris indutus vestibus, similiterque Cardinalibus Episcopis, & presbyteris stantibus, mitra dempta, quibus absque ornamento albæ erant, Cardinalibusque Diaconis Diaconorum vestibus albaque mitra. Cæteris Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis ornamento Cardinalium Episcoporum more consedentibus.

Absolutum fuit Concilium anno 1439. Anno autem 1442. die 7. Martii Pontificem discessisse Florentiâ Senas versus, associantibus quindecim Cardinalibus, & tota Curia, habemus ex Diariis. Ciacconius verò refert illum Senis profectum die exaltationis S. Crucis Viterbium pervenisse die decima quinta Septembris, triduumque ibi commoratum, vigintiduo Cardinalibus comitantibus Romam venisse, ubi vigintiquinque dies post ejus reditum anno eodem Concilium indixit, celebrandum apud Lateranum.

Ex Diariis Angeli Massarelli.

Col. 872.



V

QVEM · CREANT ADORANT · ROMAE.

Numisma nostra hac ætate Romæ restitutum idem prorsus exhibet, ac aliud Martini V. à nobis expositum, dempta Eugenii IV. imagine, quam artifex in aversa parte exculpsit, Electionem indicat Eugenii Pontificis, quem Martino V. sepulto, ingressi quatuordecim Cardinales (ut ait Ciacconius, & Spondanus) Conclave, quod in ædibus Dominicanæ Familiæ apud templum sanctæ Mariæ supra Minervam paratum, septa prius platea usque ad plateam Rotundæ appellatam, tertio die omnium suffragiis in Romanum Pontificem elegerunt anno 1431. Quinta deinde idus Martii antefores Basilicæ Vaticanæ coronam

... col.

illi

illi imposuit Lucidus Comes Diaconus Cardinalis sanctæ Mariæ in Cosmedin juxtà Ciacconium S.R.E. Archidiaconum. Oldoinus verò noster col. 885. animadvertit tredecim tantum fuisse Cardinales, non quatuordecim, qui Eugenium elegerunt, prout refert Panvinius; fuerat enim è vivis ereptus ante electionem Pontificis Angelus de Anna Episcopus Cardinalis Prænestinus, quem inter Electores Ciacconius numeravit.

Indicata Eugenii electione nihil est, quod addamus circa numismatis elucubrationem, ad quam ea omnia spectant, quæ in tertio Martini V. numismate adduximus.

VI

NICOLAI. TOLENTINATIS. SANCTITAS. CELEBRIS. REDDITVR

SIC TRIVMPHANT ELECTI

Verba sunt apposita sub imaginibus in numismate expressis, quæ in memoriam revocant D. Nicolaum Tolentinatem Ordinis Eremitarum Sancti Augustini Fastis Sanctorum ab Eugenio IV. adscriptum, Pontificatus decimo sexto, prout declarant alia verba in circuitu numismatis insculpta NICOLAI. TOLENTINATIS. SANCTITAS. CELEBRIS. REDDITVR, non verò ut scripsit R. P. Molinetus *Nicolai à Tolentino Sanctitate celebris*. *Anno Domini* 1446. *Ciac.* 875. *Pag.* 5.

Antequam ejus celebritatis seriem, ac sacram pompam enarremus, aliqua sunt præmittenda, ad uberius tum numisma tum rem ab eo propositam elucubrandam, & quidem magis notatu digna de Canonizationum initiis, atque progressibus, brevitati semper consulens in magna, quæ mihi præbetur, dicendi copia. Et primò ipsum nomen Sanctitatis in lemmate expressum explico. Sanctitas igitur ex Isidoro nil aliud significat, quam à sanguine fuisse aliquid consecratum, & sicuti in vetere Lege omnia sanguine animalium sanctificabantur teste Apostolo Hæbr. 9. sic, & Beati existentes in Cœlo Sancti dicuntur, quia in sanguine immaculati agni à suis peccatis mundati fuere. Quapropter celebris redditur alicujus Sanctitas per Canonizationem, quę est canonica, & publica Sanctitatis alicujus hominis approbatio, & declaratio, quę solum ad Romanum Pontificem pertinet, vel ad Concilium legittimè congregatum, & ab ipso Pontifice approbatum, ut probat inter alios gravissimos Authores F. Angelus Rocca de Canonizat. Sanctor. cap. 4. Fit autem hęc declaratio ita infallibiliter, ut nulla penitus hæsitatione, sed firma fide credendum sit, Ecclesiam Catholicam in Canonizatione Sanctorum nullo modo errare posse. *Lib.* 5. *Etimolog. c.* 4.

Undenam hęc Canonizatio originem habuerit, quonam etiam modo progressa fuerit in Romana Ecclesia Sanctorum Canonizatio, magna solertia inquirunt, qui vetera monimenta acuratissimè perscrutantur. Scripsit inter alios volumen integrum de Canonizatione Sanctorum Illustrissimus Carolus Felix de Matta Episcopus Sancti Severini impressum Romæ ann. 1678., ubi ait primùm ab Apostolis præceptam fuisse Sanctorum venerationem, ut constat ex secunda Synodo Nicæna, quæ est septima generalis act. 3. ubi habetur. *Apostolicas autem Ecclesiæ traditiones, quibus veneratio, culturaque Sanctorum docetur, recipimus, & veneramur*. *Par.* 1. *cap.* 3. *Bart. Caranz. pag.* 530.

Hinc Sanctus Clemens primus Coadiutor D. Petri septem creavit Notarios in Urbe, qui Martyrum gesta conscriberent, quod observarunt etiam Pontifices SS. Anterus, & Fabianus. *Baron. ad ann.* 98. *nu.* 3.

Ad horum Pontificum exemplum quilibet Episcopus probos viros constituit, qui tale munus exercerent, ad hoc ut Martyrum memoriæ fierent, eorumque commemorationes celebrari possent, & ultra martyria scribebantur virtutes, & quæ ad Sanctitatem præseferebant, atque in hoc consistebat Sanctorum Canonizatio tempore persecutionum Ecclesiæ. *Baron. ad an.* 302. *n.* 26.

Post persecutiones, & obitum Virorum insignium sanctitate, & virtute, populi

Puli concurrebant ad eorum ſepulchra offerentes munera, faces ardentes, & hujuſmodi, ut eorum interceſſionibus gauderent, erigentes etiam Altaria, ut notat Belluacenſis.

Specul. hiſt. lib. 12. cap. 149.

Talem populorum cultum ſi Epiſcopus comprobaſſet, referens nomen illius in Sanctorum Catalogum, is pro Sancto canonizato tunc habebatur. Notandum tamen cum P. Bollando nonniſi ex decreto, & licentia Pontificum Romanorum poſitam eſſe in praxim talem facultatem ab Epiſcopis, cum conſtet ipſos in rebus minoris momenti ſolitos eſſe recurrere ad eamdem Sedem Romanam, ad quam ſolam hujuſmodi declarationes pertinere jure optimo ſancitum eſt, eo quòd decernere, ut quis à tota Eccleſia pro Sancto habeatur ad eum tantummodò ſpectat, qui jus habet proponendi toti Eccleſiæ quid credendum, agendumve ſit in jis, quę ſunt Religionis, uti procul dubio eſt Sanctorum canonizatio.

Diſſert. 20. de Canoniz.

Ex hujuſmodi particularibus Eccleſiarum Catalogis compilatus fuit Univerſalis, ſeù Martyrologium, cujus Auctor primus dicitur Euſebius Pamphili, quem imitati ſunt alii, relati à Baronio in Præfat. ad Martyrol. cap. 5.

Fuit etiam antiquitus alius modus indicendi Sanctis cultum, ſcilicet per communem Eccleſiæ conſenſum, quo inter Sanctos annumerati fuere Eccleſiæ Doctores, aliique Sancti Patres Græci, & Latini, ut refert Theodoretus, Palladius, aliique apud ſupracitatum Epiſcopum de Matta.

Ibid.

Univerſim verò obſervabatur, & apud Sedem Apoſtolicam, & per Diœceſes, ut publicus cultus indiceretur per elevationem reliquiarum Servi Dei. Sic indictus eſt Sancto Gregorio à Gregorio IV. & S. Gertrudæ.

Apud Surium 8. Jan.

Cum autem progreſſu temporis Populi cum etiam nonnullis Epiſcopis facilè moverentur ad colendum aliquos demortuos, cœperunt Canonizationum Cauſæ ad Generalia Concilia deferri, ut teſtatur Eugenius III. in Bulla Canoniz. Sancti Henrici I. Imperatoris, eademque de cauſa omnium Canonizationum cauſas ad Sedem Apoſtolicam Alexander III. avocavit, ut putat Illuſtriſſimus Phœbeus, quia ſub ejus nomine in 3. Decret. per Bonifacium VIII. collecto tit. 45. de reliq., & venerat. Sanctorum cap. *audivimus*, ſublatis jis, quæ ab Epiſcopis, & Concilio fiebant, non tamen prohibitus fuit cultus à concurſu Populorum exhibitus, quem poſtea decretum Urbani VIII. ſubſtulit.

Bullar. tom. 1. fol. 18.

Animadvertunt Auctores, quod, & ſi nulla inveniatur in ordine Romano antiqua formula ad faciendam ab ipſo Pontifice alicujus Sancti Canonizationem; eſſe tamen certum Pontifices Romanos tranſtuliſſe quamplurium Martyrum antiquiorum corpora ad varias Eccleſias, ibique ad publicam venerationem expoſuiſſe, quòd autem earum formulæ nullo modo inveniantur, ex eo proveniſſe putat Bollandus quòd hujuſmodi cauſarum definitiones fieri ſolebant in Synodis, quas ſæpè Romani Pontifices celebrabant, & quia hujuſmodi Synodorum acta vix ſcribebantur, ſed ſola voce decernebantur multa, ſic etiam approbabatur Populorum religio erga eos, quorum Sanctitas fuerat in Synodo relata, vel ex eo quia res iſtæ non fuerint ex quotidiè occurrentibus, quas Divrni, ſeu ordinis ratio ſolas ferè poſtulabat, undè factum ſit, ut non fueritnt ſcripto ſervatæ.

Ibid.

Nec unicam tantum viam ad ejuſmodi ſolemnes Canonizationes celebrandas Romani Pontifices tenuerunt. Prima, quæ dicitur à Romano Pontifice facta, legitur apud Surium ſub die 2. Martii Sancti Suithberti Epiſcopi Werdæ oppidi Imperialis à Leone III. circa ann. 800. ubi narratur modus in ea ſervatus, eamdem refert Angelus Rocca in comm. de Canonizat. Sanctorum, Robertus Cardinalis Bellarminus, de qua etiam Card. Baronius tom. 9. pag. 108.

Cap. 5.

Tom. 1. Controv. de Can. Sanct. cap. 8.

Bollandus verò, inhærens Bullario à Laertio Cherubino emanato, notat primam Canonizationem, de qua nequeat dubitari, fuiſſe Sancti Uldarici Auguſtani Epiſcopi hac vita functi anno 863. Ejus actionis totam ſolemnitatem in eo conſtitiſſe, uti ex ipſius decreto habetur, quod anno 993. conventus eſt factus in Palatio Lateranenſi pridie Kal. Februarii, reſidente Joanne Papa XV. cum presbyteris, & toto Clero, & ſurgens Reverendiſſimus Luidolphus Auguſtæ Epiſcopus petiit, ut omnibus adſtantibus legeretur libellus de vita, & miraculis Uldarici, & quod libitum fuit decerneretur quòd eo perlecto omnes communi conſilio decreverint memoriam illius piiſſimè venerandam, anathemati ſubjectis jis, qui decreto refra-

refragari præsumpserint observatoribus verò ejusdem benedictione cumulatis, quòd decretum ipsum omnibus Archiepiscopis, Episcopis, & Abbatibus in Gallia, & Germania mittendum scriptum per manus Stephani Notarii, & Scrinarii S. R. E. anno 993. subscriptum primùm ab ipso Pontifice, deindè à tribus aliis Episcopis. Tertiò ab Archipresbytero Cardinali; Quartò ab aliis octo presbyteris Cardinalibus; quintò ab Archidiacono, & tribus aliis Diaconis.

Ex hac Canonizatione habemus, sicut in aliis usque ad Cœlestinum III. annum nempè 1192. non fuisse fabricatos processus super sanctitate vitæ ejus viri, qui inter Sanctorum Album referendus erat, sed habitas tantum informationes extrajudiciales absque ullo juramento.

Deindè cautius procedendo cæptum est uti testibus cum juramento, ut legitur in Bulla Canonizationis Sancti Homoboni ab Innocentio IV. facta. Postea Honorius III. statuit, ut testes examinarentur cum majori diligentia, ut constat in Bulla Canoniz. Sancti Laurentii Episcopi Dublinensis, quod servatum est usque ad Clementem IV. circa annum 1265. sub quo cæptum est uti duplici inquisitione. *Bullar. fol. 35.* *Bullar. fol. 44.*

Quæ aucta deinde plurimum fuit, nam in Bulla Canonizationis Sancti Nicolai Tolentinatis, de quo agimus super miraculis, dicuntur examinati fuisse 371. testes, ex quorum depositionibus relatis in publico Consistorio, à Pontifice deputati fuere Cardinales, qui super continuatione Miraculorum inquirerent. *Bullar. fol. 301.*

In Bulla Canonizationis Sancti Bernardini Senensis tempore Nicolai V. Pontificis legitur, quatuor inquisitiones præcessisse, primam commissam tribus Cardinalibus, secundam tribus aliis, tertiam duobus Episcopis, & postremò deputatos Episcopos, quæ omnia in primo secreto Consistorio relata fuerunt. In alio requisita Cardinalium vota, & in ultima Congregatione vota Prælatorum; demum in Consistorio decretam canonizationem. *Bullar. fol. 307.*

Hic tamen ordo à Successoribus servatus non fuit. Ex quibus patet usque ad tempora Pii II. qui Pontificatum rexit usque ad annum 1464. nondum stabilitam fuisse formam in Canonizatione Sanctorum servandam, sed viguisse quamdam consuetudinem, relatam in Bulla Canonizationis Sancti Bonaventuræ facta à Sixto Quarto. *Bullar. tom. 1. fol. 366.*

Sub Pontificatu verò Leonis X. anno circiter 1520. prodiit Cæremoniale Romanum, in quo libro primo sect. 6. describitur forma procedendi ad Canonizationem, & ipsius Canonizationis, quæ dispositio servata fuit usque ad Pontificatum Urbani VIII. à quo prodierunt novissima decreta in sacra Congregatione generalis Inquisitionis die 13. Martii, & 2. Octobris anni 1625.

Atque hæc dicta sint satis de actu judiciali, quem Canonizationibus præesse necesse fuit. Quoad cæremonias verò in jisdem observandas, illæ quoque successiuè actui judiciali accesserunt. Prima, & antiquissima est, quam indicat Alexander Papa III. anno 1061. in decreto Canonizationis Sancti Eduardi Regis Angliæ apud Baronium excusans, quòd Anagniæ existens *ipse solus expediat negocium ardvum, & sublime* (verba sunt litterarum Apostolicarum) *quòd non frequenter solent, nisi in solemnibus Conciliis de more concedi.* *Ad Ann. 1061.*

Cum autem Pontifex pronunciaverit sententiam, inquit Kramtius, statim Cardinales incipiebant *Te Deum*, & Populi in laudes voces depromebant. Deindè Pontifex de solio descendens cum Cardinalibus Sacrum Corpus de tumba elevabat in altum. Hęc primùm in aula Concilii solebant agi, deindè ad majorem solemnitatem inductum est, ut vel in area ante Ecclesiam patente id fieret, vel intra ipsam Ecclesiam, ut apparet in ritu S. Petri Martyris, quem anno 1253. Innocentius Quartus Perusiæ in platea Ecclesię Fratrum Prædicatorum coram Populo statuit SS. Martyrum Catalogo adscribendum, ut in Const. *Magnis, & crebris*; sic etiam S. Stanislaus Episcopus Cracoviensis ab eodem Pontifice eodemque anno, ut in Bulla *Olim à Gentilium* in Ecclesia Asisii post Missarum solemnia prolata sententia inter Sanctos Martyres recensuit, inchoavitque *Te Deum*, quem Clerus explevit. *Libr. 7. Metrop. cap. 45 & lib. 8. Saxon. cap. 4.* *Ciac. col. 106.* *Elect. Long. Ac. 3. n. 13.*

Qui autem primus omnium inter Missarum solemnia peregerit Canonizationem fortasse fuit Alexander III. qui anno 1173. Sanctum Thomam Cantuariensem in

„ in album Sanctorum retulit, de qua Canonizatione in vita ipsius Alexandri hęc „ habet scriptus Codex Vaticanus, relatus à Baronio anno 1173. Romanus Pontifex ad instantiam Populi, & Cleri Anglicani eumdem Martyrem canonizavit „ Apostolica auctoritate, & inter cæteros Sanctos conscribi præcipit. In die „ namque Purificationis B. Mariæ, convocatis Episcopis,& Abbatibus, Campanię „ apud Signiam ad honorem ipsius specialiter Missarum solemnia celebravit.

Ad majorem solemnitatem cœpit postea Honorius III. Indulgentiam dierum aliquorum concedere, facta Canonizatione Sancti Laurentii Archiepiscopi Dublinensis in Civitate Reatina anno 1125. ut notat Phæbeus apud Bollandum, vel anno 1626. ut ait Illustrissimus Rocca in suo Catalogo Sanctorum pag.131.

Gregorius IX. Author libri Decretalium, quem ejus jussu Sanctus Raymundus de Peñafort Dominicanus per capita digestum condidit, in Canonizatione Sancti Antonii, Spoleti celebrata anno 1233. annum unum indulsit. Quod indultum deinde annorum decursu auctum est; donec Adrianus VI. in Canonizatione Sancti Bennonis anno 1523. Indulgentiam plenariam dedit.

Asserit Illustrissimus D. Angelus Rocca supradictum Gregorium Nonum, qui multos in Sanctorum Catalogum retulit præcipuè Sanctum Antonium Patavinum, & Sanctum Dominicum, normam canonizandi ferè præcepisse, ut apparet in ejusdem litteris Apostolicis, quas è Bibliotheca Vaticana desumptas Gerardus Vossius Vir pius, & eruditus in lucem emisit. *Cap. 33. & seq.*

Cæremoniæ autem sacrę in hujusmodi actionibus observari solitæ, primùm descriptæ reperiuntur teste Phæbeo, eruditissimo Cæremoniarum Magistro Pontificio tempore Alexandri VII. in Cæremoniali antiquo, quod vetustissimo *Ordini Romano*, succedens in usu fuerit usque ad tempora Leonis Decimi; sed qui nam ejus compilator fuerit, omninò tacet Phębeus.

Sub Leone deindè Decimo Marcellus electus Archiepiscopus Corcirensis modernum Cęremoniale edidit. In eo assignatur rubrica de modo communiter servato; si verò quæras, quo temporę Cæremoniale istud dispositum fuerit, respondet Phæbeus, veriùs putandum esse, quòd sub Clemente VI. anno circiter 1347., quia in Bibliotheca Vaticana reperitur Codex MS. sub eodem Pontifice signatus num. 4757. undè putat cętera exemplaria postmodum accepta esse.

Si rursus quæras, cur non fuerint in ordine Romano insertæ supradictæ Cæremoniæ, respondet Bollandus, quia, priusquam Canonizatio Sanctorum cœpisset inter sacrorum solemnia fieri, relictis aulis Concilii, nihil ea res spectabat ad ordinem sacrorum. Postquam autem spectare cœpit, fortasse, ut dictum est tempore Alexandri III. scripto fuit eorum ordo mandatus, sed scripto particulari, quod usque succederet Cęremoniale supradictum. Illud curiosus, & pius Lector poterit oculis percurrere.

In præsentiarum binos ritus adnotare nobis visum est in eodem præscriptos, alterum quidem vexillorum, in quibus imagines Sanctorum depictæ sacra pompa elevantur, alterum oblationum quæ Summo Pontifici offeruntur. Docet Phæbeus vexillorum originem fuisse anno 1414. quò inter Sanctos adnumeratus fuit Sanctus Rocchus à Patribus Concilii Constantiensis; hocque in ea Canonizatione peculiare fuisse, quòd Sancti Imaginem solemni pompa per Urbem detulerint Patres, ut scilicet ejusdem intercessione arceretur pestifera lues, quę tunc in Urbe grassabatur.

De oblationibus verò hæc habet Corcirensis rubrica, dum cantatur Credo „ tres Cardinales Commissarii descendunt ad portam inferiorem suggestus, & „ ordinant offertorium, & debito tempore antequam Papa lavet manus in sede „ eminenti veniunt ordinatè. Et primus, idest Episcopus Cardinalis offert duos „ magnos cæreos, & cum eo primus Orator offert cæreum suum, & canistellum „ deauratum cum duabus turturibus. Tum Presbyter Cardinalis offert duos ma„ gnos panes cum mappulis, & secundus Orator cęreum suum, & canistellum ar„ genteum cum duabus Columbis albis. Ultimo Diaconus Cardinalis offert duo „ vasa uini, & tertius Orator suum cæreum, & canistellum diversorum colorum „ cum variis aviculis.

De hujusmodi oblationibus nulla mentio fuerat in ordine Romano (cujus auctorem fuisse ajunt Jacobum Cajetanum sub Clemente VI. anno scilicet 1350.

in

in album Sanctorum retulit, de qua Canonizatione in ritu ipsius Alexandri hæc extante, quamvis in eo ritus de Canonizatione Sanctorum cap. 115. præscriberetur. In ordine autem, à Petro Amęlio, Summi Pontificis è sacrario, exarato circa annum 1390. caput 153., ubi narratur Canonizatio Sanctæ Brigittę an. 1391. facta à Bonifacio IX. in magno sacello Palatii Vaticani hæc habet. Post offertorium Domini Commissarii tres Cardinales de Canonizatione istius Sanctę exierunt de sacristia Sancti Petri cum oblationibus suis. Primò Dominus de Francia cum duobus magnis tortitiis accensis coopertis de auro, obtulit, osculando pedem, & manum: secundus Dominus Anglicanus cum duobus panibus coopertis cum tobaleis, & armis, & scudetis Sanctę Brigidæ, & trium Cardinalium Commissariorum, & osculatus est pedem, & manum Papæ, tertio D. Barensis cum duobus magnis Bacilibus de vino, & malvatico, quę vocantur Romæ sciphi deaurati, & cum armis, & scudetis Dominæ & Cardinalium prædictorum, & osculatus est pedem, & manum Papę, ultimò venerunt quinque Procuratores istius Sanctę cum advocato, & quilibet obtulit unam magnam candelam de una libra cerę albæ modicum laboratam cum rosis, & floribus viridis, albis, & rubeis. Item unum parvum canistellum totum depictum de colore viridi, in quò fuerunt duę Columbę albę, & duę Turtures, &c. Item notantur in eodem ordine alia munera missa Papæ post Missam solemnem nempè unam pintolam de auro valoris C. Ducatorum, & unum vitulum, 24. capones, 24. pullos, 24. columbos, dua barilia de vino.

Cum ergo de his oblationibus nulla mentio fiat in ordine Cajetani, qui dicitur scriptus circa an. 1350. annos nempe 40. ante ordinem Amelii, probabili coniecturâ arguitur illas tempore Amelii, & in sola Canonizatione Sanctę Brigidę initium habuisse. Quę deinde temporis decursu commutatæ fuerunt usque ad Leonem X. retentis tamen in omnibus Religionis pia significatione, ac peculiari erga Deum cultu, in eisdem significato, de quibus non inutile erit aliquid innuere.

Angelus Rocca in Comment. de Canonizatione Sanctorum pag. 120. exponens cæremonias in ipsa Canonizatione consuetas, dixit omnia, quæ tunc offerri solent, *mysteriorum plenam esse majorique ex parte à primitivæ Ecclesiæ ritibus ortum habere*. Dionysius enim Areopagita de Eccl. hier. cap. 1. affirmat, *quòd Apostoli visibilibus signis cælestia Sacramenta texerunt, & sub humanis imaginibus res divinas tradiderunt, & in materiali figura majestatem spiritualem repræsentarunt, ut prò modo, & ratione captus nostri figuris visibilibus, quasi adminiculis quibusdam ad mysteriorum augustiorem intelligentiam subvehamur*, post hæc Turturum, & Columbarum oblationes explicat breviter idem Rocca pag. 130. &c.

Joannes Baptista Mari Collegiatæ S. Angeli in Foro Piscium Canonicus vulgavit eruditum Opusculum de Mystica rerum significatione, quæ in Sanctorum Canonizatione offerri solent, aitque in Epistola ad Lectorem. Rationem habes quæ Ecclesia Romana proponit investigare, & curiosè quærere: occupationem laboriosissimam nuncupandam meritò esse, sed Sanctorum Patrum vestigiis inhęrendo latentes gemmas, & spirituales significationes demonstrare opportunum, & necessarium: cæremoniæ enim, quæ sunt in Ecclesia institutæ, sunt sicut folia, quæ arbores ornant, & cortex sustentans, quamvis fructum non proferant. Sicut etiam ligna vitem sustinent, & sepes non nutrit plantas, sed servat sic cæremonię externę, quamvis actus externi sint, ad pietatem tamen, ac Religionem conservandam, atque fovendam mirum in modum conducunt. Hæc omnia (testatur Innocentius III. in prol. myst. Missæ) Divinis sunt plena mysteriis ac singula cælesti dulcedine redundantia, si tamen diligentem habeant inspectorem, qui norit sugere mel de petra, oleumque de saxo durissimo.

In Canonizationis ergo actu duplex fit oblatio, una communis in actibus Ecclesiasticis, quam offerunt tres Domini Cardinales Commissarii Episcopus, Presbyter, & Diaconus nomine totius SS. Colegii Cardinalium immò totius Ecclesiastici status. Altera extraordinaria, & specialis pro isto actu, quæ fit per Oratores Principum nomine potestatis sæcularis. In priori offeruntur duo cærei, duo vasa vini, offertorium ordinarium pro missa candela, panis, & vinum: offerebatur autem ex

Apostolorum institutione panis, & vinum, quæ postea consecrabantur.

Cerei sunt 12. librarum unusquisque; hęc oblatio servit in missæ Sacrificio; altera non servit, sed est tantùm oblatio congratulatoria, mystica, & rerum spiritualium demonstrativa, debetque allegoricè sumi, & etiam pertinet ad obedientiam, & subiectionem. Offeruntur in hac extraordinaria, & extra in Jure antiquo expressa: tres quippe Oratores offerunt, primus cereum, & canistellum deauratum cum duabus Turturibus, secundus cereum, & canistellum argentatum cum duabus Columbis albis, tertius cereum, & canistellum diversorum colorum cum variis auiculis, sine tamen numero determinato, quæ auiculæ solent dimitti liberæ. Quamvis in Cæremoniali Romano nulla prorsus de hac emissione mentio fiat.

De harum oblationum significationibus plures Viri eruditi multa scitu digna scripsere, ut videre est apud Stephanum Durantum in suo de Ritibus Ecclesiæ Cattholicæ tract. lib. 2. cap. 26. extat liber m. s. de ritibus Ecclesiasticis eruditissimi Viri Fratris Petri Ruyffii Ordinis Minorum S. Francisci de Paula, multa scripsit supracitatus Canonicus Mari quem adeat Lector.

Quare inter aves eligantur potius Turtures, & Columbę respondet idem Mari, *quia Turtures, & Columbæ frequentius in sacrificiis veteris legis adhibebantur.* Levit. enim primo dicitur, *si de avibus holocausti oblatio fuerit Domino, de Turturibus, & pullis Columbæ offeret eam Sacerdos ad Altare.*

Offeruntur deinde diversæ aves, quia antiquitus etiam passeres offerebantur, & etiam ut significetur, majorem abundantiam gratię diffundi nunc in credentes, quam olim; tertia namque oblatio ad tempus gratię refertur, & duæ priores ad tempora naturæ, & scripturę. Per Turtures primùm naturæ tempus designatur, in quò statutum fuit à Deo matrimonium, à Turturibus fideliter servatum, & per Columbas tempus scripturę in quò separatus fuit populus Israeliticus à cæteris nationibus, ut Columbæ ab aliis separantur avibus. Per diversas aves tempus gratiæ proponitur in quò omnes admittuntur, ut in arca illa Noe, quę figuram Ecclesiæ Cattholicæ gerebat.

Perficitur demum Canonizatio trina oblatione, qua significatur, omnes ejus actus à lumine gratię Divinę in cereis, refectione spirituali in panibus, & lætitia glorificata in vino associari.

Sileat igitur Petrus Molinęus erroris minister, hostis Cattholicę, & Romanæ Ecclesiæ perditissimus, ut quid sacra omnia, & seria, in ludicra, & lęvia affectata quasi ex industria pervertit, & demum petulantiam omnem transgressus, impietatem omnem transcendit, negans Beatos in rerum natura existere, ridetque eorum mores, & honores sedemque Apostolicam contemnit sua procaci maledicendi libidine.

Sed ad id redeamus, unde digressa est dissertatio nostra, examinatis, exacteque discussis Sancti Nicolai Tolentinatis actionibus juxta morem, qui sub Eugenio IV. adhuc vigebat trecenta, & unum miracula relata fuisse in publico Consistorio affirmatur in Bulla Canonizationis, ad quorum probationem examinati fuere trecenti septuaginta, & unus testis, deinde sacri honores indicti, & Divus Nicolaus à Pontifice inter Sanctos Confessores adnumeratus.

Dubitationem tamen pariunt varię scriptorum relationes circa tempus, & locum, quò solemnis hec pompa celebrata Romę fuerit, an scilicet in Basilica Vaticana Sanctum, Pontifex declaraverit, vel potius in templo D. Augustino dicato.

Odoricus Rainaldus in suis Annalibus ad an. 1447. nu. 8. ait. *Paucos ante dies, quàm in morbum incideret* (Eugenius) *nimirum Februario ineunte in Sanctorum numerum collocavit D. Nicolaum Tolentinatem* (subditque) *quò circa miror hæc à nonnullis scriptoribus recentioribus accuratissimis in superiorem annum conici.* Verùm bona tanti Auctoris venia, omnes ferè contra ipsum clamant Scriptores; Er-

Bull. 301. ravit fortasse Rainaldus Bullæ, *licet militans in terris* innixus, quam de ipsa Canonizatione Eugenius emanavit mense Februario an. Potific. 16. scilicet anno à partu Virginis 1447. Canonizationem autem celebratam fuisse anno superiori die Pentecostes 5. Junii constat ex diariis Stephani Infessuræ testis oculati, qui fuit scriba Populi Romani in quibus hec habentur.

Dell' anno 1446. Lo di Pasqua Rosata fù Canonizato Santo Nicola da Tolentino dell'

dell'Ordine di S. Agostino, e disse la Messa lo Papa, constat ex Aloysio Torello, qui in vitis virorum Illustrium ex familia Augustinianorum Centuria secunda, citans Ambrosium Frigerium in Vita Sancti Nicolai cap. 5. sic loquitur, Mentre il Papa
„ col sudetto Sacro Collegio seguito da moltitudine innumerabile di persone se
„ ne passava dal Vaticano alla Chiesa di S. Agostino per Canonizarlo cadendo
„ all'improviso per la soverchia folla un Fanciullo in Tevere, & essendo stato ca-
„ vato morto, afflitto il Padre apena implorò l'ajuto del Santo, che subito risu-
„ scitò, volendo in questa guisa Dio nell'atto stesso della sua Canonizatione au-
„ tenticarla anch'egli dal Cielo, come il Suo Vicario la stabiliva in terra.

Ante Torellum scribens Bzovius dixit, *hoc anno ad diem Pentecostes Eugenius in numerum Sanctorum retulit, & à S. Petri Basilica ad templum Augustinianorum una cum Clero, & Populo progressus solemnia ibi celebravit.* *Ad ann. 1446. n. 6.*

Platina pag. 593. *Nicolaum Tolentinatem* (scripsit) *Ordinis Sancti Augustini miraculis clarum in Sanctos referens* (*Eugenius*) *à Sancto Petro cum omni Clero supplicando ad Sanctum Augustinum profectus solemnia ipse celebrat, astante populo Romano, Cardinaliumque omnium Cætu.*

Disertissimis verbis idem asserit eruditissimus Pancirolus agens de Sacris The-
„ sauris Romæ, ubi pag. 470. inquit; gratia però maggiore concesse (Eugenio)
„ à questi Padri (idest Augustinianę Familiæ) l'anno 1446. venendo quà da S.
„ Pietro in processione con i Cardinali, Clero, e popolo Romano à Canonizare
„ San Nicolò di Tolentino. His similia leguntur, in vita Sancti Nicolai part. 1. cap. 35. cujus Auctor est Frater Nicolaus ab Ascensione nuncupatus.

Angelus tamen Rocca de Canonizatione SS. sic ait. *Nicolaus Tolentinas relatus fuit in Sanctorum numerum Romæ in Basilica Sancti Petri ab Eugenio IV. die Dominico 5. Junii an. 1446.* citatque diarium Magistri Cæremoniarum: ubi nam hoc Diarium viderit penitus ignoro, scio tamen diu à me variis in locis, etiam in Bibliotheca Vaticana, humanissimè permittente Eminentissimo, & Reverendiss. Domino Cardinali de Noris, tunc ejusdem Bibliothecę primo Custode, perquisitum, nullibi fuisse inventum. *Pag. 133.*

Quòd si incertæ auctoritati, à Scriptore alioqui meritissimo prolatæ, ceteros Auctores posthabendos esse quis judicet; utrosque conciliari posse, mea quidem sententia proferam, si dixero Nicolai Tolentinatis sanctitatem primùm in Vaticana Basilica declaratam fuisse, ibique Sanctorum honores ejusdem imagini in vexillo expressæ delatos, deinde habita ab Ecclesiastico Cætu supplicationem ad Divi Augustini Templum, & ibi Sacra solemni pompa Pontificem peregisse.

Illam exposuit in suis Annalibus Pontificiis Alphonsus Ciacconius his verbis.
„ Die 5. Junii 1446. in festo Pentecostes præsentibus Cardinalibus, & Prælatis *Col. 875.*
„ Clero, & Populo Romano à S. Petro cum omni Clero Eugenius supplicando ad
„ Sanctum Augustinum profectus, solemnia ipse celebravit astante Cardinalium
„ omnium Cætu, & Populo Romano, Prothonotariis, Advocatis, Auditoribus
„ Rotæ, & Curialibus in dignitate constitutis pręsentibus, facem tenebant singuli
„ bilibrem, alii libralem, alii semilibralem juxta ejusque dignitatem, Presbyteri
„ & Fratres omnes semilibrem. Fratres Eremitæ confalonem fecerunt bombici-
„ num purpureum cum effigie B. Nicolai, & cum insignibus S. R. E. Sancti Au-
„ gustini, Papę, & Populi Romani, subter quò Papa exceptus fuit. Absoluta
„ Missa Fratres Augustiniani duos Cados Vini falerni, plures hædos, Phasianos,
„ Pullos, Gallinas, Anseres, Turtures, Coturnices, & Vitulam unam in obla-
„ tionem obtulerunt. Viæ velis opertæ, & ornatæ pannis aureis, bombacinis, &
„ laneis à Sancto Augustino usque ad Sanctum Celsum, & floribus, & herbis
„ odoriferis sparsis, myrti, rosmarini, genestæ, fœniculi, lauri, abrotani &c. Sumptus ab Augustinianis factus excessit quinque mille aureos. Huc usque Ciacconius; ex cujus narratione confirmatur quod superius dictum est, nempe ante annum 1520. quo à Corcirensi Episcopo Cęremoniale proditum est ritum oblationum arbitrariam fuisse, nullo Pontificio decreto stabilitum. Atque hęc dixisse sufficiat de Canonizationibus Sanctorum à Summis Pontificibus celebratis quibus numismatis propositi Jure aptatur inscriptio. SIC TRIVMPHANT ELECTI

EUGE-

VII

EVGENIVS . PP. QVARTVS.

Eugenii effigiem præfert numisma, quod ad civile usum pecuniæ factum etiam vidi. Pluviali indutus, sinistra Crucem stringit, dexteram elatam habet benedicentis instar, sedetque supra duos Leones quorum capita hinc inde exeruntur.

Illud servari in Musæo Equitis à Puteo affirmat Oldoinus in Eugenio col.892., in cujus aversa facie claves sunt decussatæ cum parma Gentilitia, & in giro expressa hæc verba, ROMA CAPVT MVNDI S. P. Q. R.

Pag. 538. Hunc nummum percussum fuisse à Populo Romano opinatus est Doctor Joannes Baptista Palatius in Vita Eugenii IV. *tunc forsan* (ait ille) *cum Romam rediens reconciliatus anno 1443. vectigal vini sustulit, namque cum supplicatione solemni ad S. Petrum pergeret Eugenius: cœpit Populus inclamare vivat Eugenius: moriantur nova vectigalia, eorumque Inventores, quò audito Pontifex exactionem illam sustulit.* (Ciacc. col. 874.)

Multa suggerit dicenda Crux Pontificia in nummo expressa, plura manus elata de benedictionibus, quas Summus Pontifex Populis impartitur, sed de his alibi opportunior se offeret differendi locus. In præsentiarum solos Leones quibus insidet observo.

Antiquissimum fuisse morem Leones exprimendi in Principum soliis ex tertio libro Regum habemus ubi dicitur cap. 10.

Fecit etiam Rex Salamon thronum ex ebore grandem, & vestivit eum auro, fulvo nimis, qui habebat sex gradus, & summitas Throni rotunda erat in parte posteriori, & duæ manus hinc atque inde tenentes sedile, & duo Leones stabant juxta manus singulas.

Pag.202. Quamobrem Illustrissimus Ciampinus in eruditissimo volumine de Vet. monimen. arguit Princeps cæteros à Regibus Israelitarum edoctos Thronis suis ornatum conciliasse. Alexander Wilthemius in suo Diphtico Leodiensi pulcherrimum affert exemplar cujusdam Consulis Romani in Throno sedentis, ad cujus brachiola stabant duo Leones. Veteri fortasse etiam more Pontificiis thronis Leones addidere hinc inde expressos, ut notat Pompejus Sarnellus in antiqua Basilicographia (Cap.48.); pari etiam cum ornatu Episcoporum Sedes in templis collocatas fuisse refert Baronius. Sicque Aurelius Episcopus Cartaginensis, dicato vero numini Templo, in quo Diana colebatur, quam cœlestem Virginem appellabant, cathedræ Episcopali Leonem submisit (An. 399. num.69.), quò ejusdem Virginis simulacrum vectabatur prout numismata Cartaginensium ejus Typum exprimunt, ab ipso Baronio relata ad an. 399. nu. 62. ita pariter Sedes illa Episcopalis, quàm dicunt Faldistorium quatuor capitibus Leonum exornatam scimus, ut indicant verba Divi Caroli Borromæi pari sanctitate ac eruditione sacra insignis (Lib. 2. de suppel. sac.), cum ait *quaternis lignis nuceis &c. laminarum argentearum tegmine ornatis, iisque singulis ab omni laterali angulo formam Capitis Leonini paululum prominentis in Summo exhibentibus decore aptè firmiterque constans.* Servatur adhuc Ravennæ in Monasterio Classensi Ordinis Camaldulensis antiquissimum Faldistorium Ligneum cum quatuor Capitibus Leoninis. Sicut igitur in Ecclesia moris fuit Sedes Episcopi sculptorum Leonum tergis imponi; Ita pariter Summorum Pontificum Thronis Leones addidere. Stephanus Balutius in sua historia Pontificum Romanorum, qui in Gallia sederunt, affert numismata eorumdem, scilicet Joannis XII. Innocentii VI. Urbani V. & Gregorii XI. Quæ Pontificem ostendunt eodem modo, prorsus sedentem supra duos Leones, ac numisma Eugenii IV. ita pariter Pontificem sedentem exprimunt numismata Martini V. ab Augustino Oldoino expressa col. 829. & aliud Gregorii XII. in Cimelio Illustriss. Ciampini asservatum.

Quod factum Religiosè putaverim auctoritate Eminentiss. Baronii suffultus, ut scilicet (ait hic Scriptor egregius) *Mysticum illud aperiretur, superbiam sæculi adversariam Christi, demonisque potentiam (in Leonibus significatam) Crucis virtute subactas.* Puto etiam antiquos voluisse significare præcipuam Pontificis virtutem

idest

ideſt vigilantiam. Paſtoris enim proprium eſt vigilare ad cuſtodiam Ovium. Inſuper fortitudinem, quæ eos à Luporum incurſu defendat. Leo autem utriuſque virtutis Typus eſt; hinc in ædificiorum pręcipuè in ſacrarum Ædium veſtibulis Leones marmorei ſive ænei tanquam divinorum Cuſtodes ſtatui ſolent.

Leo enim, dum vigilat, oculos clauſos, cum verò dormit reſeratos habere fertur. Imo nonnulli putarunt, ſed falsò, Leonem ſemper ſomni eſſe expertem, quippe qui magnos cum habeat oculos balpebraſque perexiguas, oculos penitus obtegere non poteſt: hinc ſplendor ab ejus pupilla emicans inſomnem ipſum repręſentat.

Quam bene Eugenio IV. Vigilantię, ac Fortitudinis Typus in Leone apictus fuerit, ſatis probant quæ de illo expoſuimus in numiſmate ſecundo, & tertio, quibus addi poteſt elogium ejus tumulo affixum, quod Canonici S. Salvatoris in Alga Romę exiſtentes, emerunt, cum in reædificatione novę Baſilicæ Vaticanæ dirueretur, ac, ne memoria tanti Pontificis periret, in Clauſtro collocarunt, videlicet: HIC IN PACE GRAVIS IN BELLIS PRO CHRISTI ECCLESIA, IMPIGER, IN INIVRIIS PATIENS, RELIGIOSORVM AMATOR, AC IN ERVDITOS VIROS MAGNIFICVS, CONSILII BASILEENSIS INSOLENTIAM ADVERSVS PONTIFICIAM ROMANAM POTESTATEM CONCILIO FLORENTIÆ CELEBRATO REFRÆNAVIT, AC FREGIT &c. *Apud Ciac. col. 878.*

Ad eandem vigilantiam ſignificandam ſolebant etiam Canum capita antiquitus exprimere. Extat Romæ opus Muſivum in Lyberiana Baſilica à Syxto III. anno 433. concinantum, in quo videtur Thronus in cujus ſummitate ſunt canum capita, qui mos etiam tempore Sancti Auguſtini viguiſſe deprehenditur ex ipſius Sancti Auguſtini Epiſt. 56. ad Dioſcorum de curioſis quæſtionibus. Balutius pariter ad capitularia exprimit Carolum Calvum in throno ſedentem, in cujus ſummitate duo Canes apparent. *Tom. 2. pag. 1276.*

Cęterum Leonum exprimendorum mos paulatim obſolevit, & nimia ſculptorum facilitas, ſeù curioſitas nova ſemper aliqua excogitandi per cupida, Pontificiis ſedibus diverſis ornamentis condecorarunt, appictis ſæpe animalium Iconibus, quę Gentilitia eorumdem ſtemmata præſeferebant, extat in Baſilica Liberiana Pauli V. effigies ex ære ſedentis Ponficalibus veſtimentis induti, quam Capitulum Beneficiorum, & gratię memor faciendam curavit. Sedet autem ſtipatus duplici dracone, quem ejus inſignia Gentiliti a ſub Aquila oſtentant.

VIII

REDDE CVIQVE SVVM

EXculpſit hoc numiſma Ægidius Sadeler acceptum ex Muſeo Octavii de Strada Civis Romani, illudque refert Jacobus Tipotius in hyerographia Romanorum Pontificum numero 8. Expreſſum etiam oſtendit ſub monumento Eugenii Auguſtinus Aldoinus, aitque fuiſſe ejuſdem Pontificis ſymbolum, quò videlicet Juſtitiæ Typum oſtenderet Principibus maximè perneceſſariam. Exprimitur illa in Bilance quam manus ex nubibus exerta in equilibrio ſuſtinet cum decempeda, quarum ope res dimetimur, & ponderamus ſub lemmate REDDE CVIQVE SVVM

Hoc eſſe naturę pręceptum ait Joannes Baptiſta Palatius, quod tamen cum *Homo niſi Deo adjuvante adimplere valeat propter paſſiones humanas, manus exercens Juſtitiam è nubibus deſcendere pingitur.* *Pag. 538.*

De hac pia interpretatione judicet Lector. Ex antiquorum monimentis accepimus moris fuiſſe hoc pacto manus exprimere ad res omninò contrarias indicandas. In nummo memoriali Antonii Lotaringiæ Ducis anno 1520. cuſo, referente ſeditionem Ruſticorum in Thuringia ejus virtute extinctam, ingenti ędita ſtrage, videtur è nubibus prodire manus gladio armata cum epigraphe FECIT POTENTIAM BRACHIO SVO. Sic in nummo Triumphali è nube indicat Solem cum lemmate VBIQVE SIMILIS, eoque exprimens Philippum Villadanum Magni Rhodiorum *Apud Lu-*

rum

rum Magistrum post Rhodum strenuè defensam anno 1522. Et ut de reliquis taceam, nummus est memoriæ dicatus, in quò nodo quodam Gordiano è manu pendente, quæ è nubibus educta est, Belgici ordines suos animos fœdere colligatos expresserunt. Id circò potius à Sculptoris ingenio emanasse putaverim, ne bilances in aere pendulas exprimeret.

Apud eund. pag. 48.

Vide pag. 573.

In Gordiani numismate puella est manu bilances sustinens æquali pondere onustas, ut Justitię typum exprimant in nullam partem affectu quodam pravo propendentis, cujus etiam rectitudinem regula, & decempeda indicat.

Rip. Iclo-nol. pag. 178

Quamobrem Deus Levit. 19. eam virtute Moysi, & populo Hębreorum inculcans, ait; non facietis *iniquum aliquid, in Judicio, in Regula, in pondere, & mensura*; Et quemadmodum mensura rerum multarum indicat pretium, ita pariter docet, Rectores hominum singulorum merita demetiri, nullique ea addere, vel minuere. *Oportet juxta suam quamque conditionem uniuscujusque reispectare modum*, dixit Pindarus.

Quam autem egregiè Eugenium Pontificem IV. Justitię Symbolum deceat egregia ejus facta satis superque comprobant, tum in pręmiis erogandis, tum in pœnis reis infligendis. Aliqua à Ciacconio relata breviter indicabo.

Post arma Eugenio à Columnensibus illata (ait hic Auctor) captus est Archiepiscopus Beneventanus Antonii Columnæ filius, ac quidam Masius frater, qui fassus est sibi in animo fuisse arcem Sancti Angeli dolo capere, interfecto ipsius Arcis Præfecto, eamque Columnensibus tradere; justum de eo sumptum est supplicium, Eugenio jubente, in Campo Florę ejus corpus quadrifariam sub furca divisum ad quatuor Urbis celeberrimas vias suspensum est.

Col. 869.

Anno 1437. die 10. Decembris reperti fuerunt Fures, qui sacrilegè capita Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli gemmis, & unionibus spoliaverunt, fuerunt duo Beneficiati Sancti Joannis Lateranensis, qui ea apud Nicolaum ipsorum Patruum Canonicum ejusdem Basilicę deposuerunt: abstulerant noctu die Lunę 2. Paschę Populo capita demonstraturi, Balassios duos, unum 48. alterum 47. charactorum, zapphirum magnum, tres adamantes ingentes, duodecim uniones crassos, & non contenti hac pręda, die Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli 18. alias gemmas abstulerunt illis. Carolus V. Rex Gallorum ob suam erga Sanctos Apostolos pietatem eorumdem capita exornaverat: triginta mille aureis furtum fuit æstimatum, quapropter in Sanctę Mariæ Arçceli Templo degradati 7. Septemb. in Campum Floræ adducti in cavetis ferreis altis à terra hastam unam, expositi, & deinde in Capitolium reducti, illic usque ad 12. ejusdem, quò tempore matutino Nicolaus Canonicus super Asinum sedens, & mytra papyracea in capite depicta, in qua erant duo diaboli, & duo beneficiati sequebantur caudis equorum tracti usque ad Plateam Lateranensem. Duobus Beneficiatis manus dexteræ abscissæ, & igne combusti tandem fuerunt ob scelus atrox, & sacrilegum, quod admiserunt.

Anno etiam 1443. 27. Maii capti, & torti fuere Cives quidam Romani potentes qui secretò coniurarunt adversus Eugenium, sed conjuratione detecta, & illorum confessione tormentis patefacta duo illorum Blasius Regionis Trivii, & Cola Martinus patibulo fuere suspensi, & die Martis 29. nobilis alius Romanus ad scalas Capitolinas capite truncatus particeps ejusdem coniurationis repertus.

E contra recti amans Eugenius sicuti pœnas Reis, sic præmia męrentibus elargiebatur.

Unum satis superque sit adducere composita inter Græcos cum Romana Ecclesia controversia, priusquam Roma Græci abirent, in Consistorio publico decem & octo Cardinales creavit, in quorum numero fuere duo Græci videlicet Bessarion Ruthenus, ac Isidorus Nicænus, Viri omni virtutum genere exornati, ut eorum auctoritate Græcorum natio, præmiis illecta, in fide contineretur & habere se alios dixit, quorum nomina deinceps renunciaturus esset.

Ciac. 873.

NICO-


I
NICOLAVS. V. PONT. MAX
II
TOMAS. LVGANO. DI SARZANA. MCDXXXXVII
III
IV
V
FELIX
ROMA
VI
ANNO. IVBIL. ALMA. ROMA
1450.
VII
RESERAVIT ET CLAVSIT. ANNO. IVB
M.CD.L.
VIII
SEDIT ANNO VIII. DI. X. X. OBIIT XXV. MAR MCCCCLV
ECCLESIA
ANDREAS GVACALOTIS
IX
VICTRIX CASTA FIDES



NICOLAI V. NUMISMATA.



NICOLAVS . V. PONT. MAX.



Effigiem Nicolai V. nummus exhibet cappa induti, & pretiosam tiaram gestantis in capite. De his cum nihil sit addendum præter ea, quæ diximus in Martino V. satis superque erit ejus natalitia indicare, vocabatur antequam Pontificiam Sedem conscenderet juxta Ciacconii relationem, Panvini authoritate innixi, Thomas Lucanus Sarzanus à Sarzana oppido Lucensis Agri, ante Nicolaum Quintum, nunc enim est Civitas. Quod nomen etiam indicat altera nummi facies, in qua in girum disposita hæc verba leguntur, TOMAS . LVGANO . DI . SARZANA, scilicet ex Familia, quæ Lugana dicebatur. Oldoinus autem in additionibus ad Ciacconium ait non ex ignobili Familia dictum esse *Luganum*, ut scripsit Panvinius, *sed ex honesta Parentumcella in Urbe Sarzanensi natum, Bartholomæum professione Medicum, & Andreolam Calderinam parentes habuisse*, quod probat ex sepulchralibus Inscriptionibus in Cathedrali Sarzanensi positis. Ejusdem sententiæ fuit Gregorius de Laude in Vaticinia Abbatis Joachim, ubi addit: „ Nicolaus antea dictus Thomas Parentumcellus adjutus beneficentia optimi Viri Nicolai Albergati, Bononiæ bonas artes didicit, ac sub Eugenio IV. acerrimus Defensor Fidei in controversiis, quæ cum Græcis Florentiæ sunt habitæ, postea Cardinalis tituli Sanctæ Susannæ, ac Romanus Pontifex designatus in sui Benefactoris Nicolai Albergati Cardinalis memoriam Nicolaus V. voluit nuncupari. „

Col. 949. *Col.* 961.

Eum die Lunæ 6. Martii anno 1447. Cardinales 18. in Conclavi supra Minervam elegerunt, & die 19. Martii Dominica, quæ dicitur *Lætare* coronatus est in gradibus Ecclesiæ Sancti Petri à D. Prospero Card. de Columna, deindè statim ascenso equo albo profectus est ad Sanctum Joannem Lateranum solemni pompa, ut moris est, sociatum à decem & septem Cardinalibus. Obiit verò 24. Martii 1455. apud S. Petrum.



TOMAS . LVGANO . DI . SARZANA . MCDXXXXVII.

Parmam Gentilitiam exhibet hæc nummi Pars, in qua claves Pontificię sunt in Crucem dispositæ: illas expressas fuisse ait, R. P. Molinetus; *Quòd nullum aliud Stemma Gentilitium nactus fuerit, humilis fortunæ, & obscuros Parentes sortitus*; Qui ex Familia Parentumcella divite, & nobili eum natum volunt, ejusdem insignia adducunt, quæ sub icone Pontificis addidit Joannes Palatius, & Ciacconius column. 955. ne ea Lectori ignota essent, exposuit. *Pag.* 7. *Pag.* 542.

Ut ut sit; sciens Nicolaus nihil, aut parum referre, quibus homo sit parentibus genitus, sed quibus moribus, quo ingenio, qua eruditione sit ornatus; quid

avaro, ambitioso, ignavo voluptatum sectatori Illustris Familia, Avorum nobilitas. Idcircò sapienter docuit non Majorum stemmate, sed animorum institutione veram nobilitatem contineri.

Docuit insuper nihil nobiliùs in stemmate ostentari posse à Pontifice, quam Claves. Indicant enim illæ Pontificiam, & Sacerdotalem potestatem juxtà illud *Tibi dabo Claves Regni Cœlorum*, qua cuncta subiiciuntur; sed de his fusiùs disserendum nobis erit in numismate tertio Innocentii IX. non omittendum tamen eas ab omnibus Summis Pontificibus suarum Familiarum stemmatibus superimpositas fuisse, addito Regno Pontificio; ut scilicet, non tantum authoritati Pontificiæ omnia subjecta esse indicarent, sed ipsos gloriari magis ob Pontificiam dignitatem adeptam, quàm conspicuis suorum decessorum operibus in gentilitiis insignibus expressis. Hic placet advertere liberalitatem, qua aliqui audacter addunt tesseras gentilitias Pontificum etiam multis sæculis ante, quàm eæ essent excogitatæ, sumptas ab hodierno usu Antiquiorum in Italia Familiarum, inter quas Pontifices penè singulos dividunt. Explodit hanc novitatem meritò Scriptor Italus Reu. Pater Aloysius de Tattis in suis Annalibus novocomensibus, cujus verba leguntur ad diem 22.Maii in actis Sanctorum à P.Papebrocchio collectis,ubi de Eusebio

Pag. 166. „ Episcopo Comensi loquens, ait. Incipiunt hodierni Scriptores aliqui cuique „ Episcopo cognomen Gentilitium addere, designando Familiam, ex qua nati „ sunt, qua in re, quam nullum subsit fundamentum, videt quisquis sine pas„ sione, ac præjudicio scit ponderare novitates. Non scribuntur Historiæ, sicuti „ fabulæ,hę in chimericis fundantur conceptibus intellectus. Illæ in solida ratione, „ quæ cum chronologis prædictis desit, relinquit compositionibus eorum apud sa„ pientem æstimatorem Inventionis paulò minùs, quam poeticæ notam. Nec ego, „ nec alius quisquam negaverit, florente Roma etiam diù ante Christum, Italicos „ Populos habuisse communiter usitata Familiarum cognomenta, sed ea simul „ cum Romani Imperii occasu, sic obscurata obliterataque sunt succedenti„ bus Barbaris, & Italiam sibi vindicantibus, ut earum, quæ sub illis fuerunt „ Familiarum, nec minima quidem superfit memoria. Summi Ecclesiæ Romani „ Pontifices omni ferè sæculo nacti eximios rerum suarum præcones, jacturam co„ gnominum Gentilitiorum sunt passi; hactenus supracitatus Author.

Primus ejusmodi tesseris usus fuisse scitur Bonifacius Octavus gente Cajetanus circa annum 1300. secuti subindè, sed inconstanter alii cæteri, cęterique omnes easdem sibi delegerunt; quas licet exprimere potuisset pro ultimis hisce sęculis, abstinuit ab illis Papebrocchius, nolens subire aleam invidiosi delectus. Qui autem Pontifici primus addiderit claves Parmæ Gentilitiæ diximus fuisse Martinum Quintum. Cæterum clavium insigne post Divum Petrum Apostolum omnibus ejus successoribus concessit antiquitas; hoc suppeditant Patrum testimonia propemodum infinita, hoc probant antiqui nummi, in quibus decussatæ claves reperiuntur expressę, ut in nummis Innocenti VI., Urbani V. & Benedicti XIII. in Musæo Joannis Vaillant asservatis, à Baluzio relatis in Vitis Pontificum, qui Avenione vixerunt; hoc innuisse sufficiat, fusiùs alibi de hujusmodi clavibus tractaturi.

Jure igitur Nicolaus usus est clavibus Sancti Petri pro insignibus, easque
Col. 955. in ædificiis, & aliis operibus ab ipso factis appictas notat Ciacconius: ad Trivii fontem fuisse ait Victorellus his caracteribus additis N. P. V. ideſt NICOLAVS PAPA QVINTVS.

III & IV

EAsdem claves devessatas in scuto Nicolai præferunt, hęc duo numismata ex fusili ære, & quidem crassa Minerva formata. Differunt à superiori exposito, quod in triplici Tiaræ Corona flammulæ emicant loco gemmarum.

An ex artificis arbitrio id factum fuerit, an potiùs lege aliqua præscriptum, incertum omninò est; nisi tamen suspicari quis velit, eo flammularum symbolo significatas fuisse Summi Pontificis cogitationes, quæ flammarum instar ad excelsa

semper

ſemper tendere debent, ac meditari cæleſtia; utpotè qui in ſolio Pontificio collocatus tam Cœlo propinquior redditur, quàm ob eam dignitatem ſuper humilem Hominum conditionem excellit.

Claves autem à Nicolao adhibitas, cum coloribus exprimerentur, in campo rubro fuiſſe affirmat Vaſarus par.2. pag.322. Quòd verò in altero ex his numiſmatibus corolla circumducta appareat, ſine conſilio illam fuiſſe expreſſam, haud exiſtimaveris. Sciunt rei nummariæ Periti, quamplura numiſmata coronata videri, nec unico Coronæ genere, alia ſiquidem quærna, alia laurea, aut Oleagina, roſtris diſtincta, ut in nummis Cæſaris Auguſti præcipuè, nobiſque illas oſtendent numiſmata Pauli II., Clementis VII. Pauli III., & Urbani VIII. ubi plura de Coronis numiſmati appictis dicenda erunt. Modò tantum innuimus, Coronam apud Antiquos fuiſſe ſemper lętitiæ ſymbolum, quia in lętitia coronabantur, è contra in luctu Coronas abiiciebant. Vide Athenæum libro 15. Hyginus in Aſtronomico ait; *Homines in maxima lætitia, victoriiſque Coronas habere conſtituerunt*, Divus Ambroſ. epiſt. lib. 4. *Coronatur Civitas tota, fit lætitia militantibus, atque privatis*.

Inter Coronas autem, quę lauro ut plurimum conſtabat, ut tradit Paſchalius pluribus in locis, ut quę in noſtro nummo exprimitur, appellabatur triumphalis, viſaque eſt in nummo VI Auguſti Cęſaris tab. 16. numiſmatum, quæ Caroli Ducis Chroyaci cura ęri inciſa vulgata ſunt, Auguſto decreta ob cives ſervatos, meritoque etiam Nicolai Pontificis appicta; ille enim, ut cum Oldoino loquar in „ additionibus ad Ciacconium; In Pontificia dignitate plurima edidit documenta „ pietatis, religionis, continentię, manſuetudinis, juſtitię, comitatis, in pri- Col. 964. „ mis verò multiplicis liberalitatis in egenorum inopia ſublevanda, in magnifi- „ cis ſacrorum ędium, & aliis ſubſtructionibus, in ampliſſimis Templorum do- „ nariis, in litterarum ſtudiis fovendis, in pręſtantium virorum ingeniis am- „ plectendis, ac premiis, & honoribus extollendis, diligentię verò conſilii, ac „ prudentiæ in ſchiſmate extinguendo, & intermiſſis pacis conſiliis repetendis, „ & ad exitum perducendis; quamobrem aptiſſimè ejus ſepulchro Epitaphium „ poſuit Eneas Sylvius, cui initium fuit.

HIC SITA SVNT QVINTI NICOLAI ANTISTITIS OSSA,
AVREA QVI DEDERAT SÆCVLA ROMA TIBI.

Aptiuſque de eo dici poſſet, quod olim de Cęſare Auguſto Philo Judęus dixit „ in legatione ad Cajum. Hic eſt ille, qui depulſis procellis, undequaque in- „ gruentibus ſerenitatem Orbi reſtituit: qui calamitatibus publicis, tùm Græ- „ carum, tùm Barbararum gentium attulit remedia; hic eſt ille, qui & aperta „ bella ſuſtulit, & occulta latrocinia. Hic eſt ille, qui mare, vacuatum navi- „ bus piraticis reddit plenum onerariis; hic civitates univerſas libertate donavit, „ res perturbatas reduxit ad certum ordinem.



FELIX ROMA

NUmiſma fuſum, in quo Domus variæ muro ſeptæ viſuntur, proculdubio ędificia à Nicolao V. Urbi addita oſtendit. Sed antequam earum deſcriptio fiat, ſciendum eſt fuſum illud eſſe juxtà morem antiquum, quo in nummis Urbes exprimebantur. Narrat in ſua Hiſtoria Borghinus, multos à ſe Pag. 199. viſos antiquiſſimos, in quibus Urbium icones, quarum authoritate cudebantur, videlicet Lucæ, Genuæ, & Patavii. Viget adhuc apud Sereniſſimum Magnum Etruriæ Ducem mos iſte antiquus in monetis, quas dicunt *Livornine*. Addit idem Auctor communem hunc morem etiam apud Romanos Pontifices viguiſſe viſumque à ſe nummum Nicolai II. qui floruit anno 1059. in cuius altera parte hæc verba erant in girum diſpoſita NICOLAI PAPAE SECVNDI. In medio autem

ædiculæ ſimul compactæ Urbis inſtar exprimebantur cum Epigraphe AVREA ROMA. Nicolaum II. imitatus eſt Clemens VIII. in numiſmate cuſo poſt Ferrariam in Pontificiam dictionem receptam, ut videbimus, imitatuſque eſt Nicolaus V. cujus numiſmata pertractamus.

Meritò igitur in hoc numiſmate Romanæ Urbis facies indicatur; Nicolaus enim, ut legitur in Inſcriptione ſepulchrali à Veggio appoſita. Extulit, atque altæ renovavit mœnia Romæ, ſed fuſiùs Jannozzius Manettus de vita, & geſtis „ Nicolai V. Quinque ſingularia, inquit, & præcipua fabricandi, & condendi „ opera, ac profectò memoratu, laudibuſque digna extra Urbem partim ad munitionem, partim ad ornamentum, partim ad aeris ſalubritatem, partim ad „ devotionem, vel minimè pertinentia efficere, & conſumare cupiebat. Ac ſic „ in mente ſua penitus, & omninò propoſuit. Quorum primum erat, ut Urbis „ mœnia pluribus ſimul locis jam collapſa; & confragroſa noviter repararet. Secundum ut ſacras quadraginta manſionum ædes à Gregorio Primo cognomento „ Magno Sancto Pontifice primitus inſtitutas, novis ędificiis, & conſtructionibus „ reformaret. Tertium ut vicum quemdam à porta Adrianæ molis inchoandum, „ & uſque ad Baſilicam Petri Apoſtolorum Principis porrigendum ita ſuis ſtationibus, ac munitionibus conderet, ut tuta ſimul Curia intrinſecus, ſecura, „ tutaque ſufficienter habitaret. Quartum ut Pontificale Palatium mirum in modum permuniret, atque regaliter exornaret. Quintum ut Sacram Divi Petri „ ędem à fundamentis nuper reędificaret. De quorum duobus prioribus ſingillatim, idcircò pauca dicemus, quia jam ea ipſa ad finem ſuum perducta, & „ omninò conſumata fuiſſe conſpicimus. De tribus verò ultimis, quoniam ædificia inuſitata, ac profectò mirabilia extitiſſent, ſi perfecta, & abſoluta, ut „ ipſe inſtituerat, tandem aliquando, vel in lucem apparuiſſent, paulò latiùs „ poſteà tractabimus, quippè ut ad ſecundum exornatum ordinem paulò procedamus, Urbis mœnia aperta flumentana ex parte inferiori verſus Orientem per „ Collatinam, per Viminalem, per Neviam, per Latinam, per Capenam uſque „ ad Trigeminam ubicumque ruinam, minitabantur, multis locis continuatis „ propugnaculis tranſpiramidem lapideam, mœnibus ipſis aſtantem, aliquot „ paſſuum millibus generosè admodum, & utiliter reparavit. A parte verò ſuperiori verſus Occidentem proſequens uſque ad prædictum Molis Adrianæ „ Pontem pulcherrimè reformavit. Pontem verò pluribus Turribus egregiè munivit, & molem ipſam extrinſecus crebris propugnaculis corroboravit, ac tectoriis dealbavit, intrinſecus autem aulis, & tricliniis ita inter ſe diſtinxit, ut „ utroque, & Arcis, & Regiæ officio accomodatiſſimè fungi poſſe videretur. A „ Ponte verò uſque ad Pottam Palatinam nihil innovavit, cumque ibi mœnia „ valida, & ſolida apparebant, tum etiam quia in conſtructione vici, de quo „ paulò poſt dicemus, ipſius amplificandi gratia funditus diruere, & demoliri „ conſtituerat; ex tranſuerſo verò ſuper montem propè quaſi ad verticem verſus „ meridiem totam Regionem illam novis muris, crebris Turribus, frequentibus „ propugnaculis tranſportam vulgato nomine Pertuſam magnis impenſis mirabiliter perfecit, atque uſque ad Regionem Sancti Spiritus Zenodochium reſpicientem, abſoluit. Ad ſecundum membrum breviùs accedamus. Cunctas Sanctarum Sationum ædes Carie, ac vetuſtate penè conſumptas Pontifex magnanimus, atque admodum Pius egregiè reparare, & reformare decreverat, atque „ hoc ipſum reformandi, & reparandi officium in pluribus minoribus Sanctæ Mariæ Transtyberim, & Beatæ Praxedis, & Sancti Theodori, ac Petri in Vinculis nuncupatis, plurimumque aliarum hujuſmodi Baſilicarum; ne omnium particularem mentionem faciamus, reparationibus, conſtructionibus inchoavit, „ Ad majora indè converſus in ſeptem celebrariores, & principales, ut ita dixerim totius Romanæ Regionis Eccleſias animum adjecit. Joannis etiam Lateranenſis, Mariæ Majoris, Stephani Cęlimontani, Sanctorum Apoſtoli Pauli „ exterioris, & Laurentii extra muros Baſilicas, partim munivit, partim reparavit, partim ornavit, partim in modum renovavit. De Septem illis majoribus, „ celebratiſſimiſque cæterorum omnium principaliſſima, mira, ac devota Beati

MS. in Biblioth. Vatic. num. 2046.

Petri

„ Petri ędes sola restabat, quam quia à fundamentis magnificè renovare, ac „ totam usque ad tecta ipsa reædificare constituerat. Huc usque supracitatus Manettus, qui cætera etiam describit, non ut facta, sed ut futura erant, & inchoata, quare illa relinquimus.

Quamobrem meritò argui potest, quam bellè numismati apicta sit Epigraphe FELIX ROMA. Non autem ob beneficia tantùm, illi collata à Pontifice Nicolao felicem Romam existimaveris, verùm felicissimam præcipuè ob Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli cineres in suo sinu servatos, quorum causa S. Pontifex Leo
„ sermone primo in nativit. eorumdem Urbi gratulatur dicens, Isti sunt Viri,
„ per quos tibi Evangelium Christi Roma resplenduit, & quæ eras magistra erro-
„ ris, facta es discipula veritatis. Isti sunt Patres tui, verique Pastores qui te,
„ Regnis Cælestibus inserendam, multò melius, multoque fęlicius condiderunt
„ quam illi quorum studio prima mœnium tuorum fundamenta locata sunt, ex
„ quibus is, qui tibi nomen dedit fraterna te cęde fędavit. Isti sunt, qui te ad
„ hanc gloriam provexerunt, ut gens sancta, Populus electus, Civitas sacerdo-
„ talis, & Regia per sacram B. Petri Sedem, caput Orbis effecta latius præsideres
„ Religione diuina, quam dominatione terrena. Quamvis enim multis aucta vi-
„ ctoriis jus Imperii tui Terra marique protuleris, minus tamen est quod tibi Bel-
„ licus labor subdidit, quamquod pax Christiana subjecit: hæc autem Civitas
„ ignorans suæ provectionis auctorem, cum penè omnibus dominaretur Genti-
„ bus, omnium gentium serviebat erroribus, & magnam sibi videbatur assumpsisse
„ Religionem, quia nullam respuebat falsitatem. Unde quantum erat per Dia-
„ bolum tenaciùs illigata, tantum per Christum est mirabiliùs absoluta.

Hac eadem dę causa festivo hymno Christianus Orbis Romæ gratulatur, cum ait.

O Roma felix, quæ duorum Principum
Es consecrata glorioso Sanguine
Horum Cruore purpurata cæteras
Excellis Orbis una pulchritudines.

Solebant has voces suaviter modulari Vaticanæ Basilicæ Cantores die Apostolorum Principi Sacra in solemnibus vesperis supra amplum Tholum à Sixto V. excitatum, quà patent fenestræ in girum dispositæ sub ejusdem Tholi Latherna, easque perstrepentibus Organis, canoræ Turbæ dupplicare non sine magna Christifidelium lætitia; At ob reddituum penuriam in minorem numerum Cantoribus redactis pium hunc morem obsolevisse mihi narravit Dominus Abbas Petrus Paulus de Rubeis Vaticanæ Basilicæ Beneficiatus pari humanitate, ac Sacrorum Rituum eruditione in hac Urbe conspicuus.

VI

ANNO . IVBIL. ALMA . ROMA 1450.

VII

RESERAVIT . ET CLAVSIT . ANNO . IVB. M. CD. L

SÆcularis solemnitatis Testimonium numisma est, in quo Porta Sancta exprimitur, quę anno Jub. à Pontifice reseratur, & clauditur. Est tamen restitutum, sive proximis elapsis annis primò fabrefactum, nec ab eo inferendum, Portam, quam dicimus Sanctam, à Nicolao reseratam fuisse, ut clarissimè patebit in expositione numismatum, quæ ad Alexandrum Pontificem VI. spectant, fuit tamen annus Jub. celebratus. Narrat Illustrissimus Phæbeus Nicolaum V. Initio anni 1449. proximum sequentem annum Jubilæum sacrum fore constituisse, & indixisse, ac comprobavisse Clem. VI. & Greg. XI. diplomata, eosque imitatum amplissima Indulgentiarum præmia, jis proposuisse, qui sacra exomologesi *De Jubil. part. 2. cap. 6.*

animos

animos expiassent, & quatuor Patriarchales Urbis Basilicas modo, ab Antecessoribus præscripto, piè lustrassent, Litteris ineunte hoc anno exaratis incipientibus *Nonnulli Prædecessores nostri &c.*

Qua nam ratione anno 1450. Jubilæum celebraverit Nicolaus, à vestigiis deflectens suorum decessorum, videlicet Bonifacii IX., & Martini V. quorum primus anno 1390. secundus verò an. 1423. uterque verò post triginta tres annos elapsos eamdem celebritatem lege firmarunt; nec Authores referunt, neque diplomate ullo fit manifestum.

Certum tamen est, quod ex Platina narrat Odoricus Rainaldus, scilicet, *Epitom. Annal. ann. 1449. nu. 15.* Nicolaum operam dedisse, ut Italiæ in arma concitatæ motus compesceret, pacemque inter Principes conciliaret, quò liber tutusque aditus ex Europa ad Urbem pateret.

Fuere itaque ex toto Christiano Orbe maximi Populorum concursus mira frequentia, pietatis, ac religionis studio, de quibus Sanctus Antoninus hęc verba historiæ mandavit; *3. Part. tit. 22. c. 12. §. 3.* *Venerunt ex omni Natione, quæ sub cælo est fidelium plurimi mares, & fœminæ*: consentit Platina; tanta multitudinem confluxisse Romam, *quantam nunquam prior ætas viderat.* Confirmat hæc etiam Jannozzius Manettus in vita *Nicolai V. tantæ*, inquit, *Pannonum, Germanorum, Cimbrorum, Britannorum, Gallorum, Hispanorum, Celtiberorum, Portugallensium, Græcorum, Dalmatarum, Italorum, cæterorumque Christianorum Populorum, ut omnes uno verbo summatim compræhendamus, catervæ quotidiè confluebant, ut concurrentium, Congregatio cuiuslibet mensis dimidio in stuporem admirationemque procederet.*

Jorni 18. Hujus anni eventus, fusè Rainald. exposuit.

Hic tamen non omittendum contigisse tunc funestum illud, ac lugubre, quodque plures scribunt: cum Populi scilicet multitudo, visa Salvatoris Imagine, quam ille in Veronicę linteo divinitus olim impressit, ad Urbis interiora rediret per alium Pontem, aliique obviam facti, qui ad Basilicam eamdem visendi studio contendebant, revertentes propellerent, tumultu exorto, adeò sese mutuo compressere, ut ad ducentos, & amplius exanimati in Ponte, ac plures etiam in Tyberim lapsi submersique fuerint. Affectumque ob id magno dolore Pontificem quasdam Domunculas, quæ angustiorem ad Pontem viam fecerant, dirui jussisse tradunt.

Toto eo anno omni studio, & diligentia adnixus est piissimus Pontifex, ut cuncta abundarent, nihilque deesset Populo ad Urbem confluenti; Cumque penuria esset Annonę, septuaginta Naves, frumento, onustas, ex diversis Regionibus *Ciaccon. pag. 958.* comparavit, Romamque invexit, quo homines certatim ad Urbem confluentes ali possent; consuluit etiam peregrinorum securitati contra grassatores.

Totum ferè annum illum maxima celebritate transegit, tantęque pietatis fuit, ut Gonzalus de Illescas, Platina, Manettus, & Ciacconius de eo tradiderint, stationes quotidiè cum Cardinalium cętu invisisse, quod Andreæ Victorello in additionibus ad Ciacconium col. *956. visum est incredibile.*

Contulit demum Nicolaus Jubilęi gratiam jis, qui diversas ob causas præditi, se Romam conferre non potuerant, extant namque ea de re, pleręque litteræ ad Joannem Castellæ, ad Alphonsum Aragoniæ, & Sicilię Reges eorumque Reginas, ad alios quoque Principes in regestis litterarum secret. quas citat Illustrissimus Phębeus de Jub. pag. *136.*

VIII

SEDIT ANNO. VIII. DI. XX. OBIIT XXV. MAR. MCCCCLV.

ANDREAS GVACALOTIS.

Antiquitatem ostendit hoc numisma mole magis, quàm venustate præclarum; Factum illud fuisse ab Andrea Guacaloto ejus nomen subscriptum ostendit: non quidem cusum, ut asserit P. Molinetus, *Pag. 8.* sed fusum post obitum Pontificis, ut indicat apposita inscriptio. Dicitur in ea accidisse die 25. Martii

tii anno 1455., quod etiam confirmat Ciacconius pag. 954. quamvis affirmat decessisse die 19. Aprilis Contelorius autem relatus in additionibus ad Ciacconium pag. 965. scripsit in secunda elenci parte, mortuum fuisse die 24. Martii an. 1454. Ejus mortis causam febrim, & podagram fuisse, affirmant Authores, nec desunt, qui dicunt, mœrore animi accidisse, quo maximè cruciabatur post captam Constantinopolim; fuit hæc enim capta anno 1453. Gennadio Patriarcha referente, à Maumetho Otthomano Amuratis filio, Imperatore Constantino XV. Palealogo occiso, postquam calamitatem (ajunt) neminem vidisse hilarem Nicolaum, neque illum ampliùs prospera usum valetudine fuisse. Sepultus fuit in Basilica S. Petri Vaticana honorificentissima pompa, & sepulchro, tale Epitaphium ab Enea Silvio compositum meritò insculptum est.

Hic sita sunt V. Nicolai Antistitis ossa
Aurea, qui dederat sæcula Roma tibi
Consilio Illustris virtus Illustrior omni
Excoluit Doctos, doctior ipse viros,
Abstulit errorem, quo schisma infecerat Orbem
Restituit mores, mœnia, Templa, Domos.
Tum Bernardino statuit sua sacra Senecti
Sancta Jubilæi tempora, dum celebrat
Cinxit honore caput Friderici, ac coniugis aureo
Res Italas arcto fœdere composuit.
Atticæ Romanæ complura volumina linguæ
Prodidit: en tumulo fundite thura Sacro.

Fuit in numismate expressa navis, in qua Nicolaus, manu admota navis gubernaculo, sinistra Crucem pro malo gerit, quo emblemate recondita quędam intelligenda esse suspicor, dum arcana contemplor antiquorum, qui hoc hyeroglifico non solum oppugnationes contra hostes, ad sibi refugium, sed etiam felicitatem pręseferre studebant. Extat in quibusdam antiquis numismatis Jani Bifrontis Imago, qui in Italiam venit, & in aversa parte navis prora, qua nota veteres Romanorum nummos insigniri solitos, à litterarum monumentis proditum accepimus. Inter ea numisma est Antonini, in quò Janus hastam tenens indicat securitatem sęculi sub Pio Imperatore, qua de re Ovidius hunc morem scrutatus dixit. *Aug. in Dialog.* *Apud Aug. tab.41. n.9*

At bona posteritas Puppim signavit in ære
Hospitis adventum testificata Dei.

Ex eo numismate refert Angelus Roccha manasse ad posteros lusum quemdam in quibusdam Europę partibus ad hanc usque diem servatum, in quò pueri denarios in sublime jactantes alta voce dicerent, *aut caput*, *aut navim*, quorum alter post firmatum humi nummum, victoriam referebat qui divinasset. Manavit inde Romanus usus incidendæ navis in numismatibus, sicut videtur in Adriani nummo, item in Augusti, cum inscriptione FELICITATI AVG. Navis enim felicitatis, & salutis indicium fuisse apud Athenienses Plato in Fędro testatur. *Descript. Bibl. Vatic. pag. 39.*

Christianus etiam Populus felicitatis, & salutis suæ signum habet in navi cum Piscatore Petro in Anulo Summi Pontificis expressa. Quod enim Ovidius de Nave Jani dixit *Hospitis adventum testificata Dei*. Christifideles potest admonere, hospitem ipsis adfuturum Petrum, hoc est Christi Vicarium, ejusque Successores, in Ecclesia tanquam in navi verum Dei cultum allaturos, & salutem. Hanc profectò attulit Nicolaus suis præclaris actionibus pręsertim anno Jubilęi ut dictum est, qui publico fidelium beneficio cæleste Regnum reseravit. Idem numisma delineatum fuit in additionibus Oldoini ad Ciacconium pag.978. sed in contrario situ Pontifex apparet, & sinistra manu navis gubernaculum agens.

IX


VICTRIX . CASTA . FIDES


EXtabat in sepulchro symbolum Nicolai V. expressum in numismate ab Egidio Sadeler, relato à Jacobo Typotio in sua Hierographia pag. 26. num. 10. Quadrata Crux est, & trajecta vicissim palmis, coronata spinea rosarum Corona. Illud fidei nostrę victoriam explicare, quam ęterna, & vera pax excipit, asserit idem Typotius. *Crux quatuor Orbis plagas obtinet, & pacem quaqua versum offert, atque triumphos.* Joannes Ferus pag. 162. refert hoc idem simbolum Nicolai V. fuisse expressum à Petrarca supra nomen ejus mulieris Lauræ appellatæ cum eodem lemmate VICTRIX. CASTA. FIDES, ut scilicet indicaretur ejus mulieris integra fides, quæ quidem in Nicolao maximè semper enituit, pręcipuè cum omnes suę mentis vires insumpserit, ut Basileense schisma penitus extingueret: quo deinde extincto, ne ingratus erga Deum Pontifex ob tantum beneficium videretur suę fidei amplum argumentum præbuit, cum à S. Petro usque ad S. Marcum pedibus gradiens supplicationem fecit, & sacram Eucharistiam gestavit, rem illo sęculo insolitam, populo admirante, omnibus Cardinalibus comitantibus cum multis reliquiis Sanctorum, viis velis obtectis à S. Marco usque ad Basilicam Vaticanam.

Ciaccon. pag. 952.



CALI-


I
II
III
IV
V
ALISTVS. III. PONT. MAX.
ALPHONSVS. BORGIA. GLORIA. HISPANIÆ.
HOC. VOVI. DEO
VT FIDEI. HOSTES PERDEREM ELEXIT. ME
NE. MVLTORVM SVBRVATVR SECVRITAS
OMNES. REGES SERVIENT. EI


NVMISMATVM MODVLI.
I
2
3
4
5
6
7

CALISTI III. NUMISMATA.



I

CALISTVS. III. PONT. MAX.



RIMUM, quod intuemur in Califti Tertii numifmate, ejus Imago eft cum Pluviali, & Mitra, à qua binæ hinc indè propè aures in dorfum vittæ facerdotales dependent. Plurima de Mitra Pontificia fefe offerunt exponenda; fed ne ab Inftituto noftro difcedamus, illam quam breviffimè explicabimus. Et primò fciendum eft, inter infignia Pontificis inveniri Mitram, & Diadema, quod etiam Regni, & Thiaræ nomen fibi vindicavit, quæ hodiè apud Auctores vnico verbo ita funt compræhenfa, ut nihilominus utriufque Dignitas integra maneat, nec alterius majeftas alterius Sanctitati quicquam detrahit. Pontifex autem parce utitur Tiara; Mitra verò paffim, quæ fimplicioris eft ornatus, quemadmodum Innocentius Tertius animadvertit. *Mitra* (inquit,) *quæ Pontificatus fignum eft, Papa femper utitur, & ubique; Regno verò, nec ubique, nec femper*, prout etiam ex libro Sacrarum Cæremoniarum fatis fuperque liquet. Illud quoque notandum eft, quod Romanus Pontifex in fignum Imperii utitur Regno, ideft Corona Imperiali, & in fignum Pontificis utitur Mitra, quia Pontificis authoritas, & prior eft, & dignior, & diffufior Imperiali poteftate. Sacerdotium enim in Populo Dei Regnum præceffit, cum Aaron primus Pontifex Saulem primum Regem præcefferit, & Noe Nembroth. Hodiernus ergò ufus mitræ defumptus videtur ab fublimi illo infigni capitis Aaronis Summi Sacerdotis, ne in hac etiam parte minus illuftre effet Evangelicum Minifterium, quam prifcum illud legale.

Serm. in fefto S. Sylveftri.

Gulielm. Durand. fol. 3. cap. 13. num. 8.

Exod. 40.

Quo autem tempore illam geftare incœperit Summus Pontifex non adeò facile inventu eft, nec una inter Authores opinio. Ejus ufum, plerique docti noftræ ætate Viri haud admodum antiquum effe contendunt, quibus omninò perfuafum, vix ante fçculum decimum à Chrifti ortu huic Sacro Præfulum infigni locum in Ecclefia fuiffe. Rationes, ex quibus fuam fententiam deducunt, vide apud eruditiffimum Saufaium in Panoplia Epifcopali, qui multas proponit in Cap. primo, & illis refpondet cap. 2. & 3. additque aliquas probationes prifci ufus mitrę Epifcopalis; quarum prçcipua, eft: S. Joannem, qui Pontificatum geffit Ephefi, laminam auream in fronte geftaffe, ut aſſerit inter alios Polycrates; ficuti etiam apud Eufebium libro 5. cap. 23. Jacobus Alphei, qui Hierofolymitanę Ecclefię Pontifex fuit, fimilem bracteam auream in fronte geftaffe dicitur. Quę tamen lamina, licet Mitra non fuerit, aut Cidaris, aliquid tamen Mitra ipfa & Cidari prętantius fuiffe fibi fuadet idem laudatus Saufaius, cum Mitra, & Cidari minores Sacerdotes in veteri lege uterentur, lamina verò aurea folus Pontifex; quare, diademate Mitræ fuperpofito, ad Sacri Principatus indicium, juxta illud Ecclefias. cap. 45. *Corona aurea fuper Mitram ejus expreffa figno Sanctitatis, gloria honoris &c.* Sic paritèr Exod. 36. 29. Aaronem Pontificiam geftaffe coronam, feu laminam ex auro puriffimo conftat.

Exod. 29. 9.

Eam tamen laminam, qua Sanctus Jacobus ufus eft juxtà relationem Eufebii invenio expreffam nomine Mitræ; quamvis non fatis conftet cujufnam formę

fuerit. Custodita enim piè fuit à majoribus per multos annos in Hierosolymitano Sacrario, ibidemque extitit usque ad tempus, quo octava Synodus Oecumenica sub Agathone Pontifice apud Constantinopolim convenit, scilicet ad annum 680. in cujus exordiis, prima videlicet actione, legitur Epistola Theodosii ejusdem Civitatis Patriarchæ Ignatio Regiæ Civitatis Archiantistiti directa, qua sibi ejus conciliandæ benevolentiæ affectu, sacra Spolia Beati Jacobi Apostoli insigni munere transmittit. Interea (inquit) sperans penes Sacratissimam, & solertissimam affectionem tuam impetrare, quæ cordi sunt Poderem, & Superhumerale cum Mitra, Pontificalem Stolam S. Jacobi, & Fratris Domini, primi Archiepiscoporum, qua Antecessores mei Patriarchæ circumamicti semper in Sancta Sanctorum ingrediebantur, Sacerdotio fungentes &c. Tuo honorando mihi Capiti ex amore, & dilectionis copia transmisi. Sicuti autem ex traditione habemus, quòd in Ecclesiæ primordio Episcopi in sacris functionibus mitram gestabant, ita ex probatissimis Scriptoribus antiquissima monumenta declarant, Mitræ usum à Romanis Summis Pontificibus Episcopis communicatum fuisse: non levis suspicandi ratio prębetur, eam primùm adhibitam à Divo Petro Apostolorum Principe, ac Summorum Pontificum Antesignano, & ab eodem ad ceteros annorum decursu emanasse.

Apud Binium tom. 3. Concil. pag. 612. par. 1.

Saussai pag. 45.

Romæ Mitræ ornatu in sacris claruisse Sylvestrum Papam vetustissimo omnium monumento est ejus ipsa Mitra, quę Romæ inter Sanctorum Reliquias in veteri S. Martini Ecclesia, in Montibus nuncupata, etiamnum pietate majorum conservata ostenditur, cujus anteriorem partem ęre incisam ad venerandam Mitrę Pontificiæ antiquitatem Fr. Angelus Rocca Apostolici Sacrarii Pręfectus Clementi VIII. obtulit cum Sancti Gregorii, & Parentum ejus Imaginibus, inserendamque curavit ad finem tom. 1. operum S. ejusdem Gregorii. *Est autem Mitra illa coloris viridis holoserica, non villosa,* (ut Sausaius refert) *Phrigianæ artis in frontali superficie cernere est Virginem Deiparam, Regia Corona radiosa redimitam, Filium in gremio situm erectum læua amplexante, dextera vero Olivæ ramum Pacis aternæ Symbolum ferentem &c.* Itaque anno 330. quo S. Sylvester Ecclesiæ moderabatur Mitra utebatur Summus Pontifex; quod autem ab eo ad Episcopos emanarit circa annum 430. probat Theodorus Balsamon Patriarcha Antiochenus, relatus ab eodem Illustris. Sausaio. Narrat ille, à Cęlestino Papa, cum non posset adesse Synodo Ephesinę generali, vices delegatas fuisse Cyrillo Alexandrino Patriarchæ, ut Nestorium damnaret, ipsique Missa Sacra honoris insignia, inter quæ addit Nicephorus fuisse Missam, communicatasque vices Papæ gerendas in Orbe Orientali, quæ deindè omnia (subjungit) per successionem ad eos pervenerunt. Ac legimus apud Baronium à Gregorio VII. B. Anselmo Lucensi transmissam Mitram capitis sui, *tanquam potestatem suam eligandi, atque solvendi.*

Pag. 34.

Ibid.

Libr. 14. Hist. Eccles. cap. 34.

Ad ann. 1085.

Habuerunt etiam pręter Episcopos usum Mitrę per quandam Indulgentiam Abbates, immo Principes quidam habent, sed cum discrimine; sericeas Cardinales ex concessione Pauli II. quando sacris paramentis sunt induti, damasceni operis, & notat Fulvius Servantius Cæremoniarum Pontificiarum, magister, relatus ab Abbate Carolo Bartholomeo Piazza, Ecclesiæ purpuratos olim Mitram gestasse ex serico Damasceno albo, quando Summus Pontifex argentea uteretur, Episcopos verò lineam, sicuti pariter in sacris actionibus Pontifices vasis aureis usos, Cardinales argenteis cum aureis ornamentis supradictis, Episcopos verò ex puro argento fabrefactis.

Annal. Ecc. 1464.

Dell' uso de Colori pag. 271.

Episcopi tamen Græci non utuntur Mitra, excepto Alexandrino Patriarcha. Rutheni nihilominus Sarmatię Europeæ Episcopi ferunt Mitram rotundam, variis ornamentis decoratam, eademque forma Moschorum Episcopi utuntur, sed nigri coloris, excepto tamen Novogradensi Episcopo, cujus Mitra alba est, ad formam Latinorum Episcoporum. Sunt præter Abbates multi Canonici, vel Dignitates ex Indulto Pontificum usum Mitræ habentes, ut in Toletana Cathedrali Decanus, Subdiaconus, Cantor, & Thesaurarius ex concessione Honorii III. circa annum 1217. Sic Prior Conventualis Ecclesię Melitensium Equitum. Item Canonici Cathedralis Messanensis, item Canonici Lugdunenses, aliique permulti relati à Dominico Macro in suo Hierolexico pag. 388.

Constat ex Epist. ejus lib. 2. epist. 71.

Sum-

Summus tamen Pontifex triplici, utitur Mitra, ſcilicet ſerica alba, argentea, & aurea, quæ dicitur aurifriſiata, ſivè prætioſa. Hac utitur à Paſchate uſque ad Adventum, & à Nativitate Domini, uſque ad Septuageſimam in omnibus Feſtis duplicibus, & novem Lectionum totius anni; exceptis Feſto Innocentium, & Dominicis prædictorum temporum, & quandocumque dicitur *Gloria in Excelſis*, & *Te Deum laudamus*, cum enim illa dicantur (ait Durandus) in feſtivis diebus, in quibus virtutem, & gaudium generale ad memoriam reducimus, meritò tunc Mitra aurifriſiata utimur, quia aurum, & gemmarum nitor gaudium repręſentant. In diebus verò Jejunorum non eſt ea utendum, quia cum dies illi ordinati ſint ad delenda peccata, quæ tunc ſunt ad memoriam reducenda, non ſunt tunc ferenda, quę gaudium, ſed quę potiùs afflictionem deſignant. In aliis verò temporibus non aurifriſiata; ſed ſimplici utendum eſt, videlicet ab Adventu uſque ad Nativitatem; Papa tamen utitur aurifriſiata, in Dominica Gaudete, & Septuageſima uſque ad Paſcha, & in Dominica lætare, & etiam in quinta Feria Cœnæ Domini in Officio Miſſæ tantum, & in Sabbato Sancto in Officio Miſſæ. Item in feſtis trium Lectionum illius temporis, & in omnibus Vigiliis, in quibus Jejunium celebratur, & quatuor temporibus, & in rogationibus. Dominus tamen Papa utitur in Feſto S. Marci in Miſſà tantùm; Item in Officio Defunctorum. Durandus lib. 3. cap. 13. nu. 7.

Solet etiam pretioſa Summi Pontificis Mitra gemmis exornari, quem morem recentiorem eſſe ſcimus, nec illum ante annos ſexcentos fuiſſe ſcribit Onuphrius Panvinius in calce 66. de vocibus Eccleſiaſticis obſcurioribus. Paulum V. in illa exornanda ſeptuaginta millia aureorum impendiſſe, ſcribit P. Oldoiinus in Addit. ad Ciacconium.

Supereſt ut aliquid de forma ipſius Mitræ indicemus. Quę in noſtro Nummo exprimitur, & eſt, qua his temporibus, tùm Epiſcopi, tùm Summus Pontifex utuntur, quam, & acuminatam, & bicornem, & paulò curvamine inſignem aſpicimus. In ea conſpiciuntur addita gemmarum ornamenta, paritèrque in limbo faſcia quædam opere phrygio contexta, ex quo duæ exornatæ vittæ dependent. Phrygium propterea vocarunt Scriptores Mitram, & Antiphrygium Innocentius III., quod D. Macrus in Hierolexico putat fuiſſe idem, quod Italicè *Freggio* corruptè dicitur, eratque ligamen, ſivè velum quatuor digitos latum more phrygio acu fictum, quod circumdabat limbum Mitræ, eamque conſtringendo firmabat, & à tergo remanebat per duos palmos pendens, quæ pendentia obſervatur, adhuc in Mitris, & ideo vitta, & ligamen, & Corona dicebatur; indeque pars pro toto in denominatione ſumebatur; Hoc ex eo aſſerere ſe fatetur ſupralaudatus Macrus, quia Mitra Sancti Paſchalis Papæ I. depicta in Porticu Sanctæ Cęciliæ Romę habebat faſciam ad limbum phrygiatam, & retro pendentem, ex quibus antiquitatibus recentiorum hæreticorum calumnia evincitur, quæ Mitram aſſerit, eſſe novum adinventum, contra quam aſſertionem Andreas Sauſaius in Panoplia ſcripſit eruditè. Pag. 387.

De ſignificatione geminorum Cornuum Mitræ varii varia ſtatuunt. Petrus Gregorius lib. xv. Sintagm. cap. 12. exiſtimat inſinuari binis illis Cornibus neceſſariam Epiſcopo cognitionem utriuſque Teſtamenti. Paſchalius de Coronis lib. 5. cap. 21. putat ſignificari geminas dotes pręcipuas Epiſcopi, ſcientiam, & ſanctitatem: quo eodem Jure dicere licet ſignificari charitatem in Deum & proximum. Addit. Solerius de Pileo, ſect. 13. vel certè ſignificari, ſui, & aliorum curam. Innocentius verò III. lib. 1. de Miniſterio Miſſæ, cap. 60. & Cardinalis de Turre Cremata in Can. *Diſciplina* diſtinct. 45. *Scientiam utriuſque Teſtamenti* ajunt ſignificari; duo enim Cornua, duo ſunt Teſtamenta. *Mitra* (ait Stephanus Eduenſis. lib. de Sacramento Altaris cap. 2.) *qua corniculata prætendit Coronam Spineam*, *per quam ad unam fidem convenerunt duo Teſtamenta, illa gravitèr pungens, noſtra ſuaviter demulcens*. Quidam Hęretici (ait Durandus cap. 13.) Mitram, & ejus Cornua, ac Epiſcopum illam geſtantem irrident, & improbant, moventur verò, quòd ſcriptum ſit. *Vidi aliam Beſtiam aſcendentem de Terra, & habebat Cornua duo ſimilia Agno*. Verùm locus iſte apertè illos damnat; nam, ut ibidem Sanctus Thomas docet, duo Cornua ibi ſignificant duo teſtamenta, quæ Hæretici ſibi uſurpant, ut Fideles in errores, & interitum ducant. Vel Cornua ſignificant Sapien-

Apud Jo. Steph. Durantum de ritibus lib. 2. cap. 9. nu. 32.

Apoc. 2.

pientiam, & vitam, quæ verè in Christo fuerunt, utramque tamen se habere simulant Hæretici. Quę ergò eo loco adversus Hæreticos scripta sunt, in perniciem Catholicorum, & Divini Cultus, non sunt detorquenda. Præterea in Mitra circulus aureus, qui anteriorem, & posteriorem partem complectitur, indicat, Authore Innocentio III. cap. 60. *quòd omnis scriba doctus in Regno Cœlorum de Thesauro suo profert nova, & vetera, caveat* ergò, ait Innocentius, *diligentèr Episcopus, ne priùs velit esse Magister quam norit esse Discipulus, ne si cæcus cæcum duxerit, ambo in foveam cadant; scriptum est enim, quia tu scientiam repulisti, ego te repellam, ne Sacerdotio fungaris mihi.* Cæterùm Mitra teste Durante admonet Episcopum, cum omnes sensus capitis, Deo consecrare debere, ne vel oculi pateant ad videndam vanitatem, vel cæteri sensus, qui in capite vigent, iniquitati consentiant, & per illos intromissa delectatio incestet animę Sanctitatem: vel Mitra, Auctore Innocentio, illud significat, quod Propheta loquens, dicit ad Patrem. *Gloria, & honore coronasti eum Domine*, & paulo post; *per Mitram Capitis Christi summam illam honorificentiam intelligimus, quæ propter Divinitatem debetur humanitati.* Atque hæc dicta sint satis, quę coniectura suggessit, & insignium Scriptorum Authoritas; haud tamen arbitror me rem penitus habuisse compertam. Qui plura desiderat, adeat Panoplias eruditissimi Sausai, Joannem Stephanum Durantem, Guglielmum Durandum, Paschalium de Coronis & Sacrum Ditionarium Dominici Macri.

Ibid. num. 31.

II

ALPHONSVS . BORGIA . GLORIA . HISPANIAE.

NUmisma est Gentilitium, in quo Taurus juxta R. Molinetum. Vaccam autem, non Taurum esse in Stemmate ejus Familiæ Nobilissimę in Hispania, affirmat Joannes Palatius in Calisto pag. 576. sed præclaræ familię decora suis actionibus illustravit Calistus cui antequam Pontificiam dignitatem consequeretur Alphonsi nomen inerat, fuit ille omnium Juris Consultorum temporis sui doctissimus, Alphonsi Regis Consiliarius, deindè Valentinus Episcopus. Quicumque ejus acta in mentem revocat ab Historicis relata facile agnoscit, quam benè numismati lemma illi conveniat GLORIA . HISPANIAE. Illa duo præcipuè cedro dignissima sunt, quę his verbis narrat Ciacconius. Cum mortuo Benedicto XIII. duo ejusdem Pseudo Cardinales Ægidium quondam Canonicum Barchinonensem in locum demortui Benedicti Penischolæ Pontificem creassent, quem Clementem VIII. appellabant, & statim ab Alphonso Rege, qui jam in Martino V. Pontificis gratiam redierat, Alphonsus Borgia missus est non sine magno sui, ac Comitum discrimine, adeo locus ille Pænischolę tyrannicè custodiebatur, & ab jis potissimum, quorum maximè intererat discordias alere. Qui Alphonsus adeo rationibus, & auctoritate Ægidium ipsum ad saniora consilia reduxit; ut postea supervenìente Petro Fuxo Martini V. Cardinale Legato, Pontificio nomine se abdicaverit, & potestati Pontificię se subjecerit. Orto deinde Bello inter Alphonsum Aragoniæ, & Joannem Reg. Castellæ, solus Alphonsus Borgia delectus est, qui ad Pacem Reges adhortaretur, quam tanta cum diligentia comparavit, contracta etiam inter se ab ipsis affinitate, ut hodiè quoque aliquot illius fœderis pacta serventur. Itaque Pace inter Reges sancita, ac schismate deleto Gloriam Hispanię, non adhuc Pontifex addidit Alphonsus; Quantùm deindè eam auxerit in Pontificatu, ea, quæ sequentur, satis probabunt.

Col. 979.

HOC

III

HOC . VOVI . DEO.
VT FIDEI . HOSTES PERDEREM ELEXIT . ME

INdicat numiſmatis Epigraphe votum, quod Caliſtus III. antequam Pontificatus inſignia ſuſciperet, emiſerat, arma parandi contra Turcas, eoſque infenſiſſimos Eccleſiæ Hoſtes pro ſuis viribus perſequendi, qui paulo ante Conſtantinopolim, & totum Orientale Imperium pulſis Chriſtianis occupaverunt, cum illud reſciviſſet ſacer Cardinalium cœtus, mirati fuere omnes qui aderant in Conſiſtorio, quòd Pontificatus nomen ſibi deſumpſiſſet ante adeptam Dignitatem, ut refert Platina, quodque homo ſenex, ac ferè decrepitus, (ſeptuageſimum enim ſeptimum ſuę ętatis annum agebat) tantum animi haberet.

S. Antoninus ſibi ſuaſit tale Votum poſt Pontificatum Caliſtum emiſiſſe; Verùm omnes Scriptores affirmant ab ipſomet Pontifice oſtenſum in quodam ſuo Chirographo ante Pontificatum his verbis ſcriptum. *Ego Caliſtus Pontifex Deo Omnipotenti, ſanctæ ac individuæ Trinitati voveo, me bello maledictis interdictis execrationibus, & demum quibuſcumque rebus potuero Turcas Chriſti nominis hoſtes ſæviſſimè perſecuturum*; Neque ſuperbię, aut ambitionis vitio illi tribuendum eſſe quis judicet. Potuit enim illud conditionate concipere, Sanctitate fretus B. Vincentii Ferrerii, quem illi Pontificiam Dignitatem prędixiſſe narrant Hiſtorici. Hoc affirmat etiam R. P. Franciſcus Carriere minorita in Hiſtoria Chronologica Pontificum Romanorum his verbis. *Inito Pontificatu animum convertit Calixtus ad delendam turcicam gentem, & legem; quo ſe voto adſtrinxerat, ſi promoveretur, ut prædixerat B. Vincentius Concivis, quem Sanctorum faſtis annumeravit.*

Part. 3. Hiſt. Tit. 22. cap. 14.

Ciacconius col. 981.

Ribad. in Vit. SS. extravag. pag 194. impr. Venet.

Pag. 360. edit. 2. Lugd.

Suſcepta deinde clamide Pontificia Votum confirmavit, atque, ut re ipſa, quod promiſerat præſtare poſſet, Sacros Concionatores per totam Europam ſtatim miſit, qui omnes Chriſtifideles in Turcas concitarent quique facultatum ſuorum aliquid ad tantam expeditionem conferrent, Indulgentias, & Apoſtolicam benedictionem lucrarentur.

Idem Votum publicari mandavit per Dyoniſium Cardinalem S. Cyriacį Legatum in Regno Hungariæ, indictaque Cruciatâ, plurimi donati ſunt Reges Indulgentiis, vectigalibus Sacerdotiorum, ac decimis. Sollicitatis Regibus Europæ per Legatos, teſte Ænea Silvio, totus Orbis coire videbatur in Turcas. Calixtus ſexdecim armavit Triremes quas Romæ ædificatas fuiſſe, refert Ciacconius ſub Duce Ludovico Scarampo Cardinali Aquilejenſi S. R. E. Camerario electo die 1. Junii an. 1456. in Conſiſtorio ſecreto.

Cap. 58.

Steph. Inſeſſura in Diariis.

Fuerunt ſanè opportunę, nam dum Mahometes centum, & quinquaginta millibus armatorum Belgradum, aliter Albam Grecam ad Sauum obſidebat Chriſtianorum circiter quadraginta millia Jo: Carvajalius, quos Sanctus Capiſtranus Minorita cruce ſignaverat, in ſuppetias adduxit.

Pontifex interim ſacras ſupplicationes decrevit, ut ſi quid hominibus immineret, totum id in Turcas Chriſtiani nominis hoſtes Deus converteret; Mandavit præterea, ut in meridie Campanis ſignum dari Fidelibus omnibus, ut Orationibus eos juvarent, qui contra Turcas dimicabant.

Certatum primò in fluvio tanta utrinque cæde, ut aqua tota ruberet ſanguine, & ſanè Maometes Secundus Turcarum Imperator victoriam obtinuiſſet, niſi Capiſtranus expoſita Imagine Chriſti, cum tribus millibus Cruce ſignatorum, inclamato Jeſu Nomine, in Caſtra Turcarum irruiſſet, ac impetu milites excitati ſuperno tanta vi aggreſſi ſunt Turcas, ut vulnere ipſe Maometes in pectore accepto coactus ſit præcipiti fuga ſibi conſulere, cæſis ſuorum quadraginta millibus, qui vel mutuo concidere gladio, vel per Angelorum Legiones trucidati, ut ſcribit Bonfinius die 22. Julii an. 1456. De hac celebri victoria multi ad Pontificem ſcripſere atque Stephanus Infeſſura in Diariis, *che la detta novella venne alli 22. d'Ago-*

Apud Jo. Palatium pag. 571.

d'Agosto, soli tamen Deo Capistranus victoriam tribuens in Epistolis ad Pontificem hæc verba exaravit. *Exultet vestra Sanctitas in Domino, & offerre illi jubeat laudem, gloriam, & honorem, quia facit mirabilia magna solus. Solus profecto, & in ultionem contra blasphemantes nomen Sanctum ejus.* Cum enim Calistus ad exultationem S. Crucis milites Cruce signasset, Maometes cœpit & ipse in contemptum Crucem deferre stolæ instar ab humero ad pedes, & à suis deferri mandavit, dicens, *Si parva Crux Christianis opitulatur, fortius magna nos utique juvabit.*

Epist. Calist. ad Jo. Solerium. Anno deinde insequente 1457. rursus adfuit Calistus Georgio Castriotto ab Amurathe vexato, auxiliis opportunis omnem movens lapidem, ut Turcas Europâ depelleret. Misit enim in subsidium Gabrielem Borgiam Nepotem tribus Præfectum Triremibus, Cardinali Legato Aquilejensi, excitavitque Persarum Regem, ut acri bello præmeret Maumethem, & uno Prelio triginta millia Turcarum, teste *Art. 34.* Joanne Fischero Cardinali Roffensi, altero quadraginta millia cęsa sunt, iterumque an. 1458. Patriarcha Aquilejensis arma movit in hostes, à sex navibus Pontificis sociatus, & in singulis expeditionibus victorias retulit sacris precibus Calisti III. Deo favente. Classem etiam in Rhodiorum auxilium misit, quæ diu apud eos morata, plures Turcarum naves prælio superatas demersit. Staliminum Insulam *Oldoinus col. 986.* Lemnum olim appellatam, Taxum, & Hebrum, ac alios quasdam minoris nominis Insulas Turcarum Imperio ademit. Repręsentantur in numismate Triremes aliquot in monumentum expeditæ classis, juxta antiquorum morem, quorum navales *Augustinus tab. 7. n. 17.* copias in nummis expressæ Triremes significabant, ut in pluribus M. Antonii nummis cernitur.

Notandum demum est in lemmate; VT HOSTES FIDEI PERDEREM ELEXIT ME barbaram vocem in esse, fortasse ex inscitia Sculptoris, scribentis ELEXIT prò ELEGIT.

IV

NE. MVLTORVM SVBRVATVR SECVRITAS

Instaurationem mœnium Urbis à Calisto III. factam, ne Civium Romanorum subrueretur securitas nummus repræsentat.

Inter Authores magna dissentio est circa Urbis mœnia, nec certò ex monumentis antiquorum constat, qui nam primùm eam muro cinxerit. Scimus tamen multorum operam in illis extruendis fuisse collatam. Palatinum Collem Ro- *Lib. 2. cap. 4. de Imper. Rom.* mulus, in quo ipse educatus erat, primùm muniit, Auctore Livio relato à Julio Cæsare Bulengero. Hęc cum disposuisset, tubæ cantu signum dedit appellandæ Urbis, & eam Romam vocavit.

Forum Romanum, & Capitolium non à Romulo, sed à Tito Tatio additum esse, ait Tacitus lib. 12. Imò, & Mons Quirinalis fuit ab eo munitus, quemadmodum Cœlius à Romulo, ut scribit Dionysius Halicarnasseus lib. 2. Livius tamen Tullum hostilium monet Cœlium addidisse, Ancus Martius Aventinum adjunxit, Servius Exquilinum, & Viminalem, narrante Strabone lib. 5. eumque nova mœnia circumdedisse proditum est.

Tarquinius priscus Urbis muros ruderibus ad eam diem ædificatos saxis quadratis extruxit, quos Servius Tullius perfecit, Urbemque agere fossis, & muro lapideo munivit. Tarquinius Superbus immenso ab Oriente aggere addito, Romam vallavit. Silla primus post Reges, deinde Julius Cæsar Urbis ambitum auxerunt. Constantinus Magnus, Castro Prætorio exciso, Urbis ambitum ampliorem fecit. Archadius, & Honorius muros vetustate dilabantes restituerunt, qui postea bellorum iniuria prostrati á Belisario, & Narsete instaurati sunt, ut Procopius lib. 4. de Bello Gothico.

Roma autem quasi duplex fuit, altera clausa muris à Servio Tullio, cujus ambitus viginti duorum milliarium fuisse dicunt, altera non clausa muris ædificiis instructa, quam Aurelianus, & Probus muris circumdederunt, ut ambitus utriusque Urbis esset quinquaginta milliarium Authore Vopisco in Aureliano, vel 42. milliarium, ut Martinus Polonus.

Muri etiam ſub Honorio refecti ſunt, qui ab Alarico Gotho labefactati erant, variiſque Imperatores, ac Conſules inſtaurarunt. Qui plura deſiderat adeat Julii Cæſaris Bulengerii de Imperio Romano lib. 2. cap. 4. & libr. 1. Famiani Nardini de Veteri Roma.

Muros ejuſdem Urbis inſtaurandi cura ab Auguſtis, ac Regibus tranſivit ad Pontifices, & ſeptimo quidem Sęculo in id vehementer incubuerunt, ait Donatus lib. 1. de Rom. cap. 20. quod jam vetuſtate, & oppugnationibus quaſſata mœnia multis in locis fatiſcerent, vel diruta jacerent. Refertur ab Anaſtaſio Siſinnius dierum viginti Pontifex, tam brevi Pontificatu calcis tamen fornaces ad murorum inſtaurationem parari juſſiſſe anno 708. Gregorius II. qui ſeptem ab illo annis Pontificatus eſt adeptus, eodem Anaſtaſio referente, ut muros reficeret *Calciarias fornaces expediri, convehi cœmenta, & à Porta Sancti Laurentii opus inchoari juſſit, tum emergentibus tumultibus ceſſare coactus eſt*. Gregorius III. eidem ſucceſſit. De eo ſic Anaſtaſius. *Hujus temporibus plurima pars murorum hujus Civitatis Romæ reſtaurata eſt*.

Alimoniam quoque artificum, & pretium ad emendam calcem de proprio tribuit. Triginta poſt annos Adrianus Primus Eccleſiæ præfuit. Is teſte eodem, *muros, atque Turres Urbis inſtauravit*. Poſterioris ſæculi anno 847. Leo IV. totius Urbis à Saracenis expugnatæ muros renovari, Portas ædificari, prævalidiſque valvis obſtrui præcepit, quod opus ipſemet, vel pedes cum famulis, vel equo inſidens urgebat, duas ad Portam Portuenſem in utraque ora Tyberis Turres erigi juſſit, firmis catenis invicem obligatas, ne quiſquam deinceps per vim adverſo Tyberi poſſet irrumpere. Partem Vaticani propinquam Templo Sancti Petri circumductis mœnibus munivit, cui, à conditore accepto nomine, Leonina Civitas hodie Burgus nomen fuit, addita (ut ajunt) ingenti Turre, quæ à tergo Baſilicæ inſidet Colle. Caliſtus deindè II. muros collabentes iterum refecit. Clemens III. annuam Penſionem ad eoſdem reficiendos decrevit. Gregorius XI., qui Sedem Avenione Romam retulerat, quomodo in ea tutus degeret, mœnibus refectis providit. *Platina* *Ciacconius.*

Idem Martinus V. & Nicolaus V. anno 1451., quòd venturum ad Urbem Fridericum Imperatorem intellexerat; Tùm ut Coronam Imperii acciperet, tùm ut Eleonoram Regis Eduardi Luſitaniæ Filiam Alphonſi Regis Neapolitani nepotem in Uxorem duceret, portas Urbes, ac Turres, Capitolium, Arcem S. Angeli muris firmiſſimis, munire cœpit, veritus ut creditur, nè adventante Imperatore, novi aliquid ab eo, & à Populo Romano oriretur. Hanc ob rem milites omnes ſuos collectitiis copiis Romam accivit. Ad deliniendos verò multitudinis animos 13. Mariſcallos, qui 13. Urbis Regionibus præeſſent delegit, eiſdemque 13. Veſtes Coccineas dono dedit. *Ciacconus. col. 953.*

Caliſtus demum III. an. 1455. licet in Ædificiis parvos ſumptus fecerit, quòd non diu Pontifex fuerit, quòdque pecunias in uſum tanti, & tàm pericoloſi Belli colligebat (moriens enim Caliſtus 115. millia nummorum aureorum reliquit, quos in uſus bellicos contra Turcas comparaverat,) nihilominus reſtituit Sanctæ Priſcę Templum in Aventino, & męnia Urbis dirupta, ac ferè ſolo ęquata, quæ in numiſmate indicantur. In medio eorum ineſſe aliqua ornamenta, quę neminem obſervaſſe dixit Joannes Palatius, & fortaſſe flammulas eſſe, quas Borgia uſurpat Familia Teſte Petra Sancta: verùm oculo armato facile depræhenditur inibi eſſe inſculptum inſigne Gentilitium ejuſdem Pontificis in cujus medio Vacca, ut dictum eſt ſupra. *Ciacconius pag. 984.* *Ciaccon. 983.*



OMNES



OMNES : GENTES . SERVIENT . EI

EX libro Ægydii Sadeler Symbolum Calisti III. ervitur, quod fortasse in numismate expressum vidit; nempe Crux in Monte erecta, cui imminet ornatus Pontificię Tiarę cum lemmate OMNES . GENTES . SERVIENT . EI . ut scilicet (inquit Typotius) intelligant omnes, quòd si Pontifex servit Cruci, quid non faciendum à nobis, qui aut unum Caput Ecclesiæ agnoscimus, aut Corpus uniforme non agnoscimus.

In Hierographia pag. 26. num. 11.

Dixerim potius voluisse Calistum sua vota exprimere, quibus sibi spondebat omnes sub Crucis vexillo prò Cruce dimicaturos contra Turcicas acies, easdemque Crucis virtute subjugandas, uti accidit in Victoriis supra indicatis.



PII

I



II




III




IV



V





VI



VII







PII I I. NUMISMATA.



I

PIVS. II. PONT. MAX.



Rimo loco sese offert Pontificis imago diverso amictu superinduta ab iis, quibus superiores Pontifices numismata explicata repræsentarunt. Caput enim velatur peculiari integumento, quo Pontifex, ut plurimum utitur, & dorsum tegitur Birro; utroque coccinei coloris.

Velamen illud capitis, quod ab Authoribus Camelaucum, Camelaucium, Camelaucus, & Camelausium dicitur teste Macro in Hyerolexico, est instar bireti Monachorum Græcorum, & Benedictinorum, cujus limbus binas Appendices parabolicis figuris desinentes habet, quæ faciei tempora contegunt, sed Benedictinorum breviores sunt. Suturæ autem hujusmodi bireti tantùm in quatuor æquales partes fiunt, quæ aliquantulum elevatæ quatuor Crucis angulos efformant: eadem formâ Papale biretum est; sed ex purpureo olosserico raso æstivo villoso, armellina pelle subsuto hyemali tempore. Apostolicum Pontificem cum Camelauco solitum fuisse Romæ procedere habemus ex Anastasio.

Vox est Greca, ut Leo Allatius docet, ubi de habitu Monachali loquitur; ex eo quia Camelorum pilis contextum erat. Alii ethimologiam deducunt ex Græcis dictionibus, quæ calorem producere significant, inde Camaurum vocari existimat Macrus, & à Camauro Camelaucium derivari.

Integumentum Pontificii capitis quasi usuarium est Camelavcus ait Anselmus Solerius de Pileo, subdens: non videtur hoc tegmen capitis Pontificis usuarium aliud fuisse, quam pileolus purpureus, quò semper operitur: cujusmodi Camelauciis usos item Imperatores docemur ex Constantino Porphyrogenito in Chorographia, sed in cap. 15. addit, *Hoc nomine etiam intelligitur parva cassis, quæ supra capitis summitatem extendatur, aliquando supra faciem, itaut ea operta subducatur prospectu aliorum.* *Sect. 13.*

Utitur etiam Summus Pontifex simili capitis tegumento è serico albo, quod vulgari nomine dicitur *Damasco* à die Sabbati Sancti ad Sabbatum ante Dominicam in albis dictam; semperque sub Camelauco rubro aliud subtile sericum, & album tegumentum capitis gestat.

Ostendit in dorso Birrum, seù Burrum à voce Græca dictum, quæ rubrum colorem significat, undè Lacerna, & Birrum Lacernosum vulgò *Mozzetta*, quæ tunica Cardinalitia est, & Episcoporum. Mobritius, qui ex antiquo Passionario in pergameno MS. in Archivo Lateranensi conservato, acta Sanctorum descripserat, *Joseph Laurenti in Amalthæa v. Birrum.*
„ & tempore Syxti IV. typis mandaverat sic de Sancto Cypriano habet. Et ità
„ Cyprianus Episcopus, & Martyr se lacerno, birro, & dalmatica expoliavit,
„ inde Macrus infert quòd habitus Prelatitius habuerit semper eamdem formam,
„ & ordinem, dum per Lacernum birrum, quod vulgò *Mozzettam* per dalma-
„ ticam, seù tunicam, quam *Mantellettam*, & lineam, quam *Rocchettum* di-
„ cunt demonstrant.

Romę solus Pontifex fert Birrum, seù Mozzettam supra Lineam, seù Roc-

chettum, ut ajunt, absque mantelletto, quod est signum jurisdictionis. Ratio est juxta Macri sententiam, quia cum aliquis Domi propriæ moratur, ei non est opus mantello, seu potius pallio uti. Idemque Pontifex in Hebdomada in albis birro albo induitur.

Additur Birro Cucullus, seù Cuculla, tegmen pro capite permultis monasticis Cœtibus, commune, cujus valdè antiquus extat usus, ut ex Sancto Hieronymo colligitur loquente de Sancto Hilarione his verbis: *Omnes divitias suas ei derelinquens, Evangelium scilicet, & tunicam saccineam, cucullam, & palliolum*. Aliquando tamen voce cuculli significatur vestis multo diffusior. Fuerunt cucullæ apud antiquos adhibitæ contra imbres, & frigus, quare Martialis lib. 10. epigr. 76. *Pullo mævius alget in cucullo*. Putat Solerius ob hanc causam cucullam Religiosis attribui, eo quòd Religiosi Deo serviunt; idcircò gestant habitum cucullatum, cum quo apud antiquos famuli incedebant.

Eam ob causam Sanctus Germanus in rerum Ecclesiasticarum Theoria declarans mysteria habitus monastici, ait *Cucullum significare, impleri à Monacho, quod dixit Apostolus: mihi Mundus crucifixus est, & ego Mundo*.

An eamdem ob causam Pontificię vesti conjungatur, ignotum mihi est; non tamen à veritate abberrare me putaverim, si hoc idem sentiam. Romanus enim Pontifex, licet in sublimi solio collocatus ob suam dignitatem à cæterorum Hominum Cœtu elevetur, omnibusque Ecclesiasticæ hierarchiæ gradibus antecellat, nullatenus tamen inani superbia inflatur, & summa animi demissione similis redditur Redemptori, qui ad pedes Discipulorum, flexo poplite, eos à sordibus purgare dignatus fuit, illudque semper usurpat, *Ego Servus Servorum Dei &c.*

II

· GLORIA * SENENSIS * *DI* CASA * PICCOLOMINI *

INter quamplurima Pii II. Pontificis decora non infimum est, illum ex antiquissima Familia Piccolominea ad hanc lucem prodisse.

Hæc Româ Senas translata inter vetustiores, & nobiliores illius Civitatis habita, dum Optimates Reipublicæ præfuerunt, & litteris, & armis claruit, ac plures Arces, & Castella obtinuit. Sed à nobilibus ad plebem translato regimine, sicut & cæteræ nobilissimæ, sic & Piccolominea domus Senis ejecta fuit. Superfuit tamen avo Æneæ Sylvio, non tenue patrimonium, ex quo potuit Vitam honestam ducere. Sed juvenis properata morte defecit, relicta uxore cum fœtu, nondum in lucem emisso, qui natus, Sylvius dictus est. Hic imbutus liberalibus disciplinis, ut adolevit, in militiam profectus est, ex qua tandem domum paternam repetiit, Victoriam Forteguerram duxit uxorem, ex qua sæpè gemelli ob fæcunditatem nati sunt, inter eos Æneas, cui nomen Siluii Patris additum est, & Bartholomæi ob reverentiam ejus Sancti Apostoli. Referunt Auctores, ejus Matrem visam sibi esse in somnis infantem cum mitra parere, ex quo somnio semper puero, & Familiæ ignominiam timuisse, eo quòd solerent mitræ carthaceæ supplicio afficiendis imponi, nec talem suspicionem deposuisse, donec intellexit filium Tergestinum Episcopum designatum fuisse.

Old. col. 1012.

Quam meritò GLORIA SENENSIS dictus fuerit Pius, facilè argui poterit, si ejus acta percurrantur ab Historicis relata.

Ejus enim Dotes inter sui Ævi egregios Viros, ita excelluere, *quantum lenta solent inter Viburna Cupressi*, pręcipuè tum in multiplicibus, quibus functus fuit, Legationibus, tum ob lites inter Reges compositas, in Conciliis perorationes habitas, fœdera contra communem Christiani nominis sancita, omniaque demum munera feliciter peracta, quibus peculiari Viri virtus extollitur.

Virgil. 1. Eclog. 5.

Ostentat numisma Piccolomineæ Familiæ stemma Gentilitium, in quo quinque dimidiatæ Lunæ in Crucem dispositæ, cujus originem apud nullum Scrip-

torem inveni, eam tantum vetustissimam, & nobilissimam appellant Litteris atque armis florentem; si autem quæras.

Cur partim Italicis verbis, partim Latinis expressum fuerit numismatis lemma, hoc factum ob incuriam mihi suadeo illius, qui non publica Principis auctoritate, sed privato arbitrio numisma vulgavit, Pontificia imagine, ejusque Gentilitio stemmate insignitum.

III

VELOCITER . SCRIBENTIS . SOBOLES
.NE.TANTI . ECCLESIAE . PACISQ. AMANTIS. .DELEATVR . MEMORIA.

CUsum numisma antiquitus fuit deindè restitutum nostra hac ætate, & quidem duplici magnitudine. Ad eum finem, quem indicant verba inscriptionis. Exprimitur in utroque mensa, supra quam multiplicia volumina, cum lemmate VELOCITER SCRIBENTIS SOBOLES. Indicant illa multas elucubrationes Pii sub titulo scribentis. Scripsit enim, referente Joanne Palatio. De Miseriis Curialium librum unum hispanicè; De educatione Liberorum ad Ladislaum Regem Hungariæ; Solutionem quæstionum de duobus amantibus; Contra Thaboritas; De Communione Corporis Christi, de Fide ad Turcam; De profectione ad Turcas; De Ortu, & Historia Boemorum. Extat MS. Patauii in Bibliotheca Cathedralis Ecclesiæ. Publicis typis dedit præcepta rethoricæ pro laude Homeri; Bullam Christianorum militantium in Turcas; Paralellum Alphonsinum, seù Comment. in 4. libros Antonii Panormitæ de dictis, & factis Alphonsi Regis Aragoniæ; Historiam asiaticam de Asia minori, Historiam Europeam; Rerum in Italia suo tempore gestarum, Historiam Germanicam de auctoritate, & ortu Imperatoris Romani; De origine, & progressu Sacri Romani Imperii; Historiam de gestis sub Friderico Tertio. Fasciculum rerum expetendarum, de bono pacis ad Alphonsum; Historiarum opus imperfectum; Geographiam totius Orbis incœptam; De Ortu Nili; De Concilio Basileensi; De studio venandi; De præsentia Dei; De clade Constantinopolitana; De pravis mulieribus; Epitaphiorum libellum; Orationum librum; Orationem in Conventu Mantuano; De morte Eugenii Quarti creatione Nicolai Quinti. De adventu Capitis Sancti Andreæ; De Sanguine Christi; De erratis Parisiensium; De Dignitate Cæsaris; Orat. Mantuæ pro responsione ad Gallos; Responsio ad Martianum Megerum pro Ecclesia Romana; Varia Poematum genera; Sententias in modum proverbii; Remedium amoris; Historiam amorum Euriali, & Lucretiæ; Epistolarum opus quadruplici ordine divisum: Primæ sunt quas scripsit, dum à secretis esset Imperatoris; secundæ, dum Senensem Episcopatum regebat; tertiæ quando erat Cardinalis; ultimas exaravit in sede Pontificia collocatus. Convenit etiam Pio SCRIBENTIS nomen ex eo quòd Synodi Basileensis Scriba fuerit, à quo tamen, veritate detecta, omninò recessit, ac idcircò postea Pontifex Summus electus celebrem Bullam retractationis edidit. Fuit etiam Abbreviator Litterarum Apostolicarum, ut affirmat Ciacconius.

Pag. 630.

Col. 1102.

Nec mentem suam tantum assiduis bonarum artium studiis excoluit Pius, sed ob earumdem amorem multos Litteratos muneribus aulicis, & beneficiis Ecclesiasticis juvit. Orantes aut poemata recitantes libenter audiebat, eorumque judicio, qui aliquid sapere viderentur, sua scripta commisit.

Ciac. 1003.

Ejus voluptas omnis, quando à munere publico vacabat, in lectione, & iscriptione frequenti reposita erat: libros plusquam Zaphiros, & Smaragdos charos habuit, quibus gemmarum magnam copiam inesse dicebat. Inter cenandum de studiis bonarum artium loquebatur.

IV

ALES VT HAEC CORDIS PAVI DE SANGVINE NATOS.

INnuitur hoc carmine Pellicani pietas erga Filios, & Pii Pontificis erga Populos sibi commissus, Charitas.

Fertur enim, avem hanc ægyptiam tanto in pullos flagrare amore, ut si in nido à morte præocupatos aduertat, eos proprio Sanguine, è pectore rostro per vim extracto, ad vitam revocare contendat, multi tamen negant. Oddo Astensis Monachus Benedictinus expositionem scripsit in Psalmos, quæ extat in tom. 20. Bibliotec. Patrum editionis novissimæ Lugduneñ; & exposit. in Psalm. 101. Pellicanorum duo genera esse narrat, alterum in aquis, alterum in solitudine. Qui verò in solitudine inhabitant hanc naturam habere peribentur, ut in undis animalibus puta ranis, & lacertis vivant, natosque suos interficiant, & per triduum dolentes, seque ipsos vulnerantes, sui Sanguinis aspersione eos iterum ad vitam reducant. Sanctus Augustinus etiam in eamdem Psalm. 101. de eo sic ait. *Dicitur Pellicanus sanguinem suum super pullos fundere, quo ipsi superfusi reviviscant; fortasse hoc verum est, fortasse hoc falsum est*. Elianus lib. 15. asserit, illum occidere parvulos suos, ac lugere per triduum, postremò matrem se ipsam graviter vulnerare, & sanguinem suum supra filios fundere, quo illi perfusi reviviscunt.

Sive fabulosa talis narratio, sive vera sit, non laboro, quod certum indicat inscriptio numismatis à Campano composita, ut refert Pater Molinetus, affirmabo, Pontificem Pium Secundum, ut erga populos re ipsa pium se ostenderet: contra se ipsum crudelem extitisse; siquidem in vigiliis, & laboribus propter publicum bonum toleratis, viribus fractus, ac penè exaustus vitam effudit Anconæ, anno 1464. post itineris incommoda, ac labores, quos susceperat, ut oves sibi creditas à Turcarum invasione, fœdere inito cum Venetis, servaret incolumes.

Pag. 12.

Narrat Victorellus Pium dixisse aulico, qui verbosiorem hominem volebat amovere, cum jussisset cum dicta repetere. *Nescis ex quo Pontificatum inivi, aliis me vivere oportere, non mihi?* Dictum planè aureum, quo quidem abundè probatum est optimum Principem fuisse, qui non sibi, sed aliis vivebat.

In Not. ad Ciac. col. 1012.

Numisma hoc sub eodem Pontifice cusum affirmat Reu. P. Molinetus ab Artifice Andræa Cremonense.

Tumulum in Templo Sancti Andreæ de Valle, quo Alexander Perettus Cardinales Montaltus illum transtulit ornant numismatum symbola.

V

OPTIMO PRINCIPI

IN numismate Pii Pontificis extat effigies cum lemmate. PIVS. II. PICCOLOM. PONT. MAX. In aversa verò facie grandioribus caractheribus expressus titulus. OPTIMO PRINCIPI

Simile numisma expressit Oldoinus in addit. ad Ciac. col. 1028. ubi tumulum ejusdem Pontificis exposuit in quo exculpta verba leguntur. PRIMO PRINCIPI undenam tale numisma habuerit non affirmat, illud à me quæsitum, ac nullibi repertum, reperi tamen primùm, apud multos, jure meritò cusum in memoriam Pontificis, quem in superiori numismate OPTIMI PONTIFICIS partes adimplevisse brobavimus. Siquidem optimus ille est, qui, non, sibi, sed aliis vivit. Inter sententias quasdam, & acroamata insigniora, quæ usurpare solebat Pius, hoc fuisse affirmat Oldoinus, videlicet: *Non esse Regio nomine dignum, qui suis ccmmodis publica*

blica neglit, aut qui sacra negligit, aut qui proventum Ecclesiæ retinet. In nullo certè erravit Pius, cum tota illa ægritudine gravi, & longa occupationes dignoscendi causas diversarum gentium, audiendi, inhibendi, decernendi, judicandi, signandi, admonendi, castigandi, intermiserit nunquam.

Mortuus demum pro veritate, & pro redemptione plebis oppressæ, offerens se ipsum Hostiam Deo, ac relinquens Sacerdotibus exemplum, quales esse pro suis ovibus debeant: tormentum autem penè quotidianum passus est à die quò Burgundorum Dux Philippus missis Oratoribus, venturum se ad bellum, ac sancti operis socium se futurum promisit. Subitò enim in omnem partem curam impertiens, plurimum laboris tulit, non parcens ad contrahenda neccessaria, ne tempori quidem nocturnæ quietis. Dividebat, per singulas horas cuique suam rerum providendarum partem; perire huic causæ existimans, quidquid temporis esset aliis impertitum. *Old. Col. 1028.*

VI

INSPERATA FLORVIT

VIrgam frondosam ostentat manus è nube protensa, quò symbolo in re seria allusit Author ad Virgam Aaraonis, quæ à trunco excisa erupit in fructus. Sic Æneas Silujus præter spem ad summum Hierarchiæ Ecclesiasticę fastigium, licet virtute dignus, ascendit. Notat Gregorius de Laude ad Vaticinia Abbatis Joacchimi inter illa de Pio II. hęc verba prolata. *Ex insperato sceptra tenebit istius Imperii*. Tenuit quidem sceptrum Pontificis imperii ex insperato; nam, ut ipsemet Author subdit, è Villa Corsiniana Æneas Silujus Senas profectus à cognatis adjutus fuit; non erat enim illi census, unde parari Soleę possent (quæ tamen verba per hiperbolem dicta ab hoc Authore puto.) Deindè multis inservire coactus, tandem Basileam profectus, cum esset maximæ ingenii facilitatis vir, legationes plures Concilii causa obivit, quibus semper magnum ingenii sui specimen præbuit, ut in Episcopum Tergestinum fuerit electus, & postea in Purpuratorum numerum adscriptus, & mortuo Calisto, Pontifex fuerit salutatus. *Num. 178.*

An tale symbolum numisma aliquod prætulerit non audeo affirmare. Illud retulit in sua Hierographia Jacobus Typotius pag. 27. num. 12. expressum ab Ægidio Sadeler ex Musęo Octavii de Strada Civis Romani.

VII

MCCCCLX. PONT. ANNO SECVNDO.

STemma claræ Gentis Piccolominęę rursus ostentat numisma, quod sua inscriptione cusum fuisse demonstrat an. 1460. PONTIFICATVS PII ANNO SECVNDO. *Steph. Infess. in Diariis*

Fuit enim in Pontificem electus die 19. Augusti an. 1458. ut constat ex Diariis: die verò 3. Septembris coronatus in gradibus Sancti Petri, à Prospero Columna Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Archidiacono, omnibus Cardinalibus Episcopis, & Clero, & innumera populi multitudine adstantibus, dein equo albo ascenso jvit ad Sanctum Joannem in Laterano.

Circa hoc numisma cum nihil novi sit indicandum, sepulchralem inscriptionem subdimus, quam in ultima ejus corporis translatione apposuit Alexander Perettus Cardinalis Montaltus monumento, in Templo D. Andręæ de Valle PP. Theatinorum erecto.

PIVS II. PONT. MAX. NATIONE TVSCVS PATRIA SENEN. GENTE PICCOLOMINEA SEDIT ANNOS VI. AVGVSTA IN ANGVSTO PONTIFICATV GLORIA CONVENTVM CHRISTIANORVM MANTVÆ PRO FIDE HABVIT, OPPVGNATORIBVS ROMANÆ SEDIS INTRA, ATQVE

EXTRA

EXTRA ITALIAM RESTITIT, CATHARINAM SENENSEM INTER SANCTOS CHRISTI RETVLIT, IN GALLIA PRAMATICAM ABROGAVIT. FERDINANDVM ARAGONEM IN REGNVM SICILIÆ CIS FRETVM RESTITVIT, REM ECCLESIÆ AVXIT, FODINAS INVENTI TVM PRIMVM ALVMNIS APVD TOLFAM INSTITVIT, CVLTOR IVSTITIÆ, ET RELIGIONIS ELOQVIO ADMIRABILIS, PARATA CLASSE, AC VENETORVM DVCE CVM SVO SENATV COMMILITONIBVS CHRISTI HABITIS IN BELLO TVRCIS INDICTO, ANCONÆ DECESSIT. EX PATRVM DECRETO IN VRBEM RELATVS IN BASILICA SANCTI PETRI AN. MCCCCLXIV. CONDITVR. TVM RELICTO IBIDEM CAPITE SANCTÆ ANDREÆ APOST. VBI AD SE EX PELOPONENSO ADVECTVM COLLOCARAT ALEXANDRI PERETTI CARD. MONTALTI PIETATE HVC CVM PII III. NEPOTIS OSSIBVS SVMMO TRANSLATVS HONORE HIC HONORIFICE TVMVLATVR. KAL. FEB. MDCXXIII.



PAULI

I




II



III



IV



V



VI



VII



VIII



IX




X



XI



XII



XIII



XIV



XV



XVI



XVII



XVIII



XIX



XX



PAULI II.
NUMISMATA.



PAVLVS . II. VENETVS . PONT. MAX.



IMAGINEM præfert numiſma Petri Barbi, qui Pontifex Maximus electus indiderat ſibi Formoſi Pontificis nomen, ſicuti mos eſt, quemque electum novam appellationem aſſumere: ſecutus, credo(inquit Jacobus Card. Papienſis) religionem animi quamdam, quà hiſtoriam ejus legens adamarat, miraculo etiam poſt obitum comprobatam. Verùm, cum ea res alludere ad ejus ſpeciem videretur, quæ formoſiſſima erat, ſuaſus à Patribus in Marcum mutavit. Sed cum id quoque, me admonente, minus idoneum putaretur, quòd Veneti hac invocatione utuntur in præliis, ipſeque Venetus ſtuduiſſe gratiæ affectibus nimirum videri poterat, rurſum in Paulum convertit. Natus ille fuit Venetiis ex Patre Nicolao Barbo, ex Matre Polixena Condolmeria, quæ Eugenii IV. Soror fuit juxtà omnes Authores, non Nepotis, ut ſcripſit R.P. Molinetus. Protonotarius ab Avunculo Pontifice primum creatus, deindè Diaconus Cardinalis Sanctæ Mariæ Novæ; demum Presbyter Cardinalis Sancti Marci. Mortuo Pii II. in Palatio Vaticano ùltima die Auguſti an. 1464. unico ſcrutinio decem, & novem ſuffragiis Summus Pontifex creatus eſt. Die 16. Septembris coronatus fuit in Baſilica Sancti Petri, deindè aſcenſo equo albo, de more ivit ad Sactum Joannem in Laterano. Pluviale geſtat ejus Imago in quò Bulla gemmea Barborum ſtemmate gentilitio exornata. Caput nullo tegmine velatur ex arbitrio Sculptoris. Cęterum Mitram pretioſam imponere debuiſſet, aut Pontificiam Tiaram, quam Regnum Mundi Paulo II. imperante appellatum primò, dixit Cardinalis Ægidius Viterbienſis, cujus verba refert Andreas Victorelli apud Ciacconum ſic. » Incridibili pretio emit, ſacravitque Mitram maximam, inſolito pretioſiſſimarum gemmarum pondere opplevit, qua ornatus cum prodiret, oculos omnium luce, radiiſque feriebat. Vocari cœpta eſt maxima illa Mitra Regnum Mundi, quam Paulus ſublimi faſtigio ſurgentem regna pretio ſuperantem primus reddidit; primus lectiſſimarum gemmarum toto Orbe quæſitarum luce exornauit, ambitum trium coronarum, quarum uſus ex arcanis agnoſci ſolum poteſt. De Mitra maxima Pauli juſſu confecta ante Cardinalem Ægidium Cardinalis Papienſis ea poſteris tradidit, quæ ſubiicio: » Porrò autem gemmis, lapilliſque admodum delectatus, conquiſitis undique præcioſiſſimis, *Mitram*, quæ tribus educta coronis Regnum appellatur, atque à Pontificibus deſita erat geſtari, novam confecit, atque adhibuit, cujus hodie licitantium opinionibus amplius centum, & viginti millium eſt æſtimatio.

Comment. lib. 2. — *Ciac. 175.* — *Petr. Just. lib. 8. Hist. Venet. &c.* — *Pag. 14.* — *Ex Diariis.* — *Col. 1081.* — *Lib. 2. Com.*

Ex hujuſmodi Cardinalis Ægidii, & Papienſis narrationibus duo potiſſimum infero; primum eſt, Tiaram Pontificiam ſub Paulo II. Regni nomen ſortitam eſſe; ſecundum, eam à Paulo II. in uſum revocatam, illa enim multo ante Paulum Pontifices uſi fuere, ut alibi palam fiet, cum de eadem fuſius diſſerendi dabitur locus: modò ad partem numiſmatis averſam gradum faciamus.

ANNO

II

ANNO . M.CD.LXIV. ROMA.

ANno millesimo quadrigentesimo sexagesimo quarto vulgatum hoc est, primo Pauli Pontificatus fuisse cusum indicant caracteres in girum dispositi; & quidem Romæ, ut probatur à verbo ROMA inferius expresso. Antiquorum enim, ac Recentiorum mos est, plerisque numismatibus nomen apingere ejus Urbis, in qua numisma publicatur; ut scilicet indicetur illud auctoritate publica esse cusum.

Exhibet inter caracteres parmam gentilitiam, in cujus medio est Leo sub Zona obliqua, quæ antiquissimam Barborum Familiam explicat. Fuit illa (ut narrat Casimirus Frescot tract. de Familiis Venetis) antiquitus vocata Barbolanorum nomine, quod Petrus quidam Dux Venetorum, anno 1205. mutavit simul cum stemmate Gentilitio, in quo duo rubri pisces cum fascia in Campo argenteo, posuitque Leonem aureum, & fasciam argenteam in campo cæruleo. Illudque semper ejus Posteri tenuere in perenni Senatorum, Ducum, ac Oratorum serie, non minus litteris, quam armis celeberrima; verùm inter omnia hujus Gentis decora præcipuum habere Regnum, & claves Pontificias, quibus stemma exornatur ob Paulum Secundum, ad summum dignitatum apicem evectum.

Pag. 239.

III & IV

PAVLO . VENETO . PAPAE . II. ITALICAE . PACIS . FVNDATORI . ROMAE.

SImile superiori numisma sese offert cum Pauli Secundi effigie, ejusque Parma Gentilitia in fronte aversa, de qua sumus locuti. Tale numisma bis percussum fuisse affirmat Joannes Palatius pag. 640. Scilicet tempore Purpuræ acceptæ Cardinalitiæ, ac Pontificatus; verùm nescio, qua ratione ductus, cum annus 1464. in numismate superiori notis expressis satis explicat illud cusum. Primò Pontificatus anno, non autem tempore purpuræ acceptæ, quo quidem cum habitu Pontificio repræsentari non potuit, neque italicæ pacis fuerat Fundator, ut dicitur in posteriori. Ab ejus expressione unica adnotatione me expediam, referendo sententiam Gabrielis Simeonis Florentini, quem citat Illustrissimus Joseph Maria Suaresius in sua disertatione de Numismatis. Arbitratur ille, eos caracteres, qui apingebantur in aversa fronte numismatum, nihil aliud fuisse quam symbola, quæ nos appellamus, *divise*, quę Symbola si erant gentilitia, poterant arma, & insignia Familiarum vocari. Inde in ea est sententia de nostris stemmatibus gentilitiis, nil aliud ea esse, quam aversam numismatum antiquorum frontem: alibi tamen dicit, *Nos inopia laborare argumenti*, qui in aversis numismatibus appingimus sola stemmata, cum antiqui fuerint, tam copiosi in appingendis symbolis, & caracteribus tam diversis.

Pag. 21. impress. Amstelodami.

Apud Romanos crescente Magistratuum ambitione, quibus erat cura permissa cudendæ pecuniæ, Familiarum honores apposuerunt in aversa numismatum fronte, ut symbola Sacerdotiorum, Ludorum exhibitorum, Triumphorum, Templorum consecratorum, & aliorum id genus, cum antea dumtaxat apponerent symbola rei monetariæ, aut castrorum signa &c. sub Imperatoribus adscribebant omnes illustres casus, uti salutem Principis per symbola salutis, nuptias, per concordiam.

Verùm non ex inopia argumenti, ut putavit supracitatus Gabriel Familiarum insignia exprimuntur in numismate, quod Principis faciem præfert; quandoquidem eo stemmate antiquam Familiæ originem, ejusque decora in mentem revocant

canr intuentium; adjecta, ut plurimum epigraphe, qua dilucidè explicantur. Ut ea quæ in præsenti numismate est inscripta PAVLO. VENETO. PAPAE. II. ITALICAE. PACIS. FVNDATORI. ROMAE. Ad ann. 1468. n. 5.

Pauli enim diligentia sedatum fuisse anno 1468. etruscum bellum refert Raynaldus in epitome Annalium, ut Bartholomęus Colco communibus fœderatorum Principum stipendiis conductus arma adversus Turcas verteret. Attributo illi annuo centum millium aureorum stipendio, quod Principes Itali, partita æqua oneris portione, essent persoluturi. Qua de re diploma extat in MS. Vallicel. signat. litt. B. num. 19. pag. 4. à Paulo concordiam Apostolica auctoritate imperante, editum. Tum promulgatum fuit ipso die, purificatæ Deiparæ sacro, in Ecclesia, cui Aracœli nomen inditam, ad conciliandam majorem rei auctoritatem à Diacono Cardinali, sacro ornatu, & Mitra insignito ex æditiore loco, adstantibus Principum Oratoribus, ut jussa acciperent. Quæ cum singulis, quorum interesse poterat, ordine nunciata essent, novæ lites emersere, quibus auferendis data est opera. Et anno deinde 1470., ut narrat Ciacconius, omnes Legatos Christianorum Principum, pręsertim Italicorum, congregavit, & sedatis discordiis cunctis, in unum fœdus, & pacem adversus Turcas conciliavit. Addit Oldoinus tres Cardinales ab eo delectos, quorum cura esset continua cum Principum Italorum Oratoribus conferre. Quibus peractis Natalis Christi anni ingredientis 1471. & convocatis Episcopis, & Pręlatis, supplicationes die 6. Januarii solemnes indixit, quibus ipse cum Cardinalibus interfuit, Victoriam contra Turcas precaturus, pro qua etiam obtinenda eodem superiori anno 1470. solemnis pompa ducta est, in qua Pontifex cum Cardinalibus nudis pedibus processit. Gestabatur imago sanctæ Mariæ à Populo, & Caput Sancti Joannis Baptistæ. Indulgentiâ concessa jis plenissima, qui Deum præcarentur, & 15. Julii supplicationes denuò actæ in ambitu Basilicæ Sancti Petri, & ipse Pontifex gestavit Sanctum Sudarium, & Caput Sancti Andreę.

Card. Papien. comm. lib. 4.

Col. 1085.



❀ V ❀

PABVLVM SALVTIS

Quæ nam sunt oves in hoc nummo depictæ? Interroganti Tibi respondet R. P. Molinetus; *Nisi fortè illæ errantes, quæ Platina teste degebant in Oppido Poli in æquicolis, quorum nonnullæ errorem confessæ sunt, & redierunt ad caulam agni Immaculati Christi, pabulum salutis in ea acceptura.* In eodem ait Joannes Baptista Palatius: *Oves cernis non errantes, sed redeuntes ad Caulam agni immaculati pabulum acceptura salutis quales fuerunt Boemi, cum veritati Catholicæ Boemia restituta, tanta victoriæ numismata prodiere.* Pag. 14.

Verùm nulli eorum me assentiri posse fateor; non primo, quia oves, quæ errantes degebant in oppido Poli, non spontè redierunt, sed per vim vocatæ, „ & metu perculsæ, errores confessę sunt. Hæc verba scribente Ciacconio. In„ terim verò cum Paulo nunciatum esset, in Poli oppido in Æquicolis posito, „ multos Hęreticos esse, Dominum loci, viros octo, & fœminas sex compræ„ hensos, & ad se perductos, cognito hominum errore, ignominia notavit, & „ quidem gravissima, eos potissimum, qui pertinaciores fuere, nam mitius cum „ jis est actum, qui errorem confessi veniam petiere. Si autem mitius cum jis est actum, aliqua tamen pœna mulctati sunt, hæc certè ovibus spontè redeuntibus non infligitur à Pastore. Col. 1076.

„ De illis Stephanus Infeussra oculatus testis hæc habet in suis Diariis. Nell' „ anno 1467. à 8. di Luglio furono menati da Poli à Roma otto huomini, e sei „ femine, li quali si dicevano, che erano Eretici, e non credevano al Papa, „ e foro menati ad Araceli, dove fu fatto un tavolato verso la Piazza di Campi„ doglio, e lì stettero con la mitra di carta in capo, e lo Vicario dello Papa con „ cinque altri Vescovi li fece una predica per convertirli, e doppo quelli che si

„ convertiro, furo vestiti d' una gonnella di bombacino con una Croce bianca
„ dinanti, e l'altra dereto, e dopo furo menati à Campidoglio.

Nec pariter secundo, alioquin Viro eruditissimo, ea ratione ductus, qua ex historiarum monumentis resciverim, Bohemos veritati Catholicæ haud restitutos fuisse sub Paulo Secundo, cujus tempore, ut narrat Odoricus Annal. Epit. anno 1471. num.15. Rei Christianæ plurimùm oberat discordia, quam Georgii Podiebratii, Boemiæ Tyranni, impietas concitaverat, quam ipso etiam extincto magis auctam esse constat. Verum quidem est Georgium in angustias coniectum Ecclesiæ gratiam à se expeti significasse, ut Odoricus idem Rainaldus exponit num. 15. sed cum à Pontifice, & Cardinalium Senatu concordiæ pactiones, ab eo oblatæ, maturitate excussę essent, graves in eisdem ambages compertæ sunt, atque ad omnes dissipandos dolos singulis factionum capitibus adjectæ sunt notæ, interrogationesque, ut ad eas Georgius responderet, arctioribusque vinculis ita devinciretur, ut redintegrata Boemiæ cum Romana Ecclesia coniunctio, facilè dirimi non posset, quorum omnium formulæ missæ fuere ad Franciscum Cardinalem Piccolomineum in Germania Legatum, ut pertentaret Georgium, an re, vera reconcilationem, concordiamque proveheret. Dum hæc de reconciliando Georgio Podiebratio, pro quo non modo Principum Saxoniæ Oratores deprecatores accesserant, verùm etiam Casimiri Regis Poloniæ Legati acriter rem urgebant, hydrope infelix Princeps interiit hoc anno, intellige 1471. ut non modò ex Scriptoribus penè omnibus, verùm etiam ex Laurentii Rovarellæ Nuncii Apostolici litteris constat. Et quidem vigesima secunda die Martii, ut observat Michovias, cum jam quindecim ante diebus raptus fuisset ad divinum Tribunal, malorum, quę Boemiam, Georgiumque oppressere, præcipuus Auctor perfidissimus Joannes Rocchizana.

Lib. Brev. p. 163. & & 178.

Si ergò ante mortem Georgii adhuc Boemia Ecclesiæ Catholicæ restituta non fuerat, & post Georgii obitum magis auctam esse constet discordiam, quæ in Boemiæ Regno rei Christianæ plurimùm oberat. Num ante partam victoriam triumphum potuit celebrari, ac numisinata vulgari in rei monumentum, quam adhuc Pontifex exoptabat?

Quamobrem mihi suadeo, pabulum salutis, seù puros Christianæ doctrinæ latices ex agno Divino emanantes, tunc oves, spontè accurrentes hausisse, cum Maronitę in Monte Libano degentes cum Petro Antiocheno, eorum Patriarcha, de Arcanis fidei Christianæ mysteriis Paulum Secundum, anno ejus Pontificatus quinto consuluerunt; scilicet de Christi unica persona, duplicisque Divinæ, & humanę naturę discrimine, quid ex divinis oraculis, & sacris Conciliis tenendum esset, idemque Summus Pontifex eo modo illos erudivit, quem in suis Annalibus Raynaldus narrat his verbis.

Ad ann. 1469. nu. num. 29.

„ Paulus &c. Licet in Sancta Trinitate æterna Patre, & Filio, & Spiritu Sancto, sit una essentia, una voluntas, & una operatio, juxta ea, quę determinata sunt per Sacrosanctum universale Concilium Nicęnum primum, & juxtà auctoritatem Sancti Augustini, ponentis in interpretatione Evangelii secundum Joannem tom. 22. dicentis faciamus voluntatem Patris, voluntatem Filii, voluntatem Spiritus Sancti, quia Trinitatis hujus una voluntas, una potestas, una majestas est, & juxtà dicta Beati Basilii Cęsariensis Episcopi in interpretatione primi Psalmi, ubi ait; quorum autem una natura est horum eędem sunt operationes, & juxtà dicta Beati Gregorii Nicęni in sermone contra Eunomium secundo, ubi ait. *Unam voluntatem esse Patris, & Filii, & Spiritus sancti naturæ communio protestatur. Tamen in Domino nostro Jesu Christo ex tempore incarnato sunt duæ naturæ unitæ in uno supposito Divino, scilicet Divina, & humana perfectè in omnibus proprietatibus suis.* Sicut ex determinatione quarti Concilii, scilicet Calcedonensis, expresè habetur. Similiter in ipso Domino nostro Jesu Christo sunt duæ voluntates, quantum ad proprietates duarum naturarum, scilicet divina, & humana unitæ in uno supposito divino, & concordes in unum, sivè simul indivisę, inconvertibiles, inseparabiles, inconfusę, non autem separatę, neque contrarię, sicut impii Hæretici discurrunt; Et similiter dicendum est de operationibus Christi; agit enim utraquę forma secundum divi-

„ divinorum Prędicatorem Leonem cum alterius communione,quod proprium eſt, „ verbo ſcilicet operante,quod verbi eſt,&carne exequente,quod carnis eſt, & S. „ Athanaſius in ſermone contra Apolinarium facto, ait: Quando dicit *Pater ſi poſſibile eſt tranſeat à me Calix,tamen non mea,ſed tua voluntas fiat. Et iterum Spiritus promptuseſt,Caro autem infirma*,duas voluntates hic oſtendit,eam humanam, quę „ eſt carnis,quam Divinam, quę eſt Deitatis, & Cyrillus Epiſcopus Alexandrię in „ interpretatione epiſtolę ad Hebreos ait: *Si autem perfectos nos fecit per aquam, & ſpiritum, quomodo non operatus eſt divinè pariterque humanè?* Hęc autem mani- „ feſtat decretum Sacroſancti Concilii ſexti ſub Conſtantino Principe in Regia „ Urbe celebrati, quod pręſentium Lator tibi oſtendat, cujus ſententiis, & „ determinationi in omnibus acquieſcere, & adhęrere debes &c. Datum „ Romę apud Sanctum Petrum anno 1469. nonas Auguſti Pontificatus noſtri „ anno V.

En vides Lector, in hoc diplomate indicatum PABVLVM SALVTIS, quo non errantes, ſed accurrentes oves Paulus aluit ſub auſpicio Divorum Petri, & Pauli quorum opem in rebus Fidei ſemper implorant Summi Pontifices.

Meam opinionem confirmant palmarum arbores hinc indè in numiſmate expreſſæ. Incolunt enim Maronitæ vallem Phœniciæ in Syria Regionis propè Libanum Montem, quam palmarum ferraciſſimam eſſe nullum latet, geographia, vel leviter eruditum. Palmas inſuper Judeæ Regionis Symbolum eſſe quiſque ſcit metallicam eruditus, ut ex nummis Veſpaſiani, & Titi argui poteſt, ubi quædam mulier ſub arbore palmæ ſedens veluti lacrymari cernitur cum epigraphè IVDEA CAPTA. In quò nummo notat eruditiſſimus Antonius Auguſtinus in ſuis Dialogis, arborem hanc Judeæ attribui, quæ Phœniciæ, quæ Palmis abundat, proxima eſt.

❀ VI ❀

AVDIENTIA . PVBLICA . PONT. MAX.

Borſium Ateſtinum Marchionem Ferrarienſem, quem Paulus Secundus Ducis tituli inſignivit, ſignificari ſibi ſuaſit R.P. Molinetus ob hominem, qui ſupplex Pontificis pedes deoſculatur. Eumdem indicari poſſe, ſeu potius Federicum Imperatorem, qui, & ipſe anno 1468. in Italiam venit voti ſolvendi cauſa teſte Papienſi affirmavit Joannes Baptiſta Palatius. Verùm nullum ex illis dicam expreſſum in numiſmate,quod plures in lacera veſte ſeminudos exibet manibus ante pectus implexis, ſupplicantium inſtar ante Pontificium ſolium poſtratos. Indignos profectò, qui, & Imperatorem, & Borſium Ducem repręſentent; Borſius enim, ut narrat Ciacconius, tanto apparatu progreſſus eſt, qualis nunquam eo Sæculo viſus; venit enim 700. ferè equitibus comitatus, & ornatus ſerico villoſo Cæleſtini Coloris, reliqui panno cum ſuis inſignibus, à Pontifice deinde honorificentiſſimè exceptus. Ejus itineris pompam deſcripſit Pigna hiſt. de Principibus „ Ateſtinis, his verbis. Romam venit Borſius Ateſtinus an. 1471. Mutinę Dux „ ea pompa, ut Regiam vinceret. Nicolaus Corigius, Marcus Pius Carpi, „ Galeotus Picus Mirandulæ, & Mat. Maria Scandiani Domini Borſium ſunt co- „ mitati, & cum his quingenti circiter honeſto genere orti, amiculis auro, ar- „ gentoque diſtinctis obtecti, quos familiares ſequebantur. Sarcinæ 200. mulis „ ornatis ferebantur, juvenes 60.pedibus incedentes, ſinguli quatuor canes mo- „ loſſos loris vinctos ducebant, cum Urbem injit 250. hominum millia ad ſpecta- „ culum convenere; dictum à nonnullis fuit, nullum Regem, aut Auguſtum „ pompa, & ſplendore tam inſigni Romam adveniſſe.

Pag. 14.

Epiſt. 310. *pag.* 646.

Col. 1076.

Die Reſurectionis Dominicæ à Pontifice Ducis Ferrarienſis titulo fuit inſignitus. Ritum inaugurationis deſcribit ſupracitatus Pigna, qui narrat in Vaticana Baſilica, tertiæ horæ precibus abſolutis, à Mediolanenſi, & Cretenſi Archiepiſcopis ductum, gladium à Pontifice pro Eccleſia dimicaturum accepiſſe. Thomam Peloponenſi Deſpotam Baltheo, Neapoleonem Urſinum, & Conſtantinum

Apud Ciac. col. 1080.

Pisaurensium Reguli filium calcaribus eum exornasse, & D.Petri Militem effectum esse. A Pontifice deinde Angelorum Pane refecto, manus abluturo aquam præbuisse, & deinde ab ipso vestem damascenam,murium alpinorum pellibus ornatam, auctamque infulam binis eximii pretii lapillis insignem, virgam etiam auream manutenendam, & torquem collo inserendum, Ducis insignia accepisse. Ducem Cardinales duos deduxisse ad Sedem, Senatum universum, Paulo jubente, domum singulare honóre prosecutum fuisse. Postridiè Ducali ornatu honestatus Paulum ad Vaticanum comitatus est, & inter duos Cardinales sedit, & à duobus aliis ad Paulum ductus Rosa aurea donatus est, quam iterum in limine Basilicæ Vaticanæ, populo inspectante, Pontifex eidem Borsio dedit. Ex hac Borsii pompa, ac Pontificiæ liberalitatis apparatu, judicet Lector, an recognosci Borsius possit, ejusque nobilissimus comitatus in luridis, ac pannosis viris, quos exhibet numisma.

Minimè etiam Fridericum deducam Imperatorem, qui voti solvendi causa anno 1468. ad limina Apostolorum accessit. Is enim magnificentissimè Romam ingressus sub aurea umbella primùm contendit; Erat jam tertia noctis hora, viæ auleis ornatæ cereis collucebant luminibus, à primis gradibus usque ad Aram maximam Vaticanam Ecclesiasticorum virorum Collegia utrinque disposita hymnos Cæsari idoneos canebant. *Ciacc. col. 1080.* Vicarius Basilicæ Mitra, & Sacra Veste ornatus cum suo Collegio ad eosdem primos gradus Crucem osculandam præbuit: cum illuc Cæsar pervenit hora erat (Dominici Natalis) noctis quinta, Pontifex nocturnis præcibus jam cœptis in solio suo intererat, ad eum Cæsar accessit, & pedem, manum, & faciem osculatus est, seditque ad dexteram inter Pontificem, & Cardinales. Peracto sacro à duobus Diaconis Cardinalibus ad Aram ductus procubuit in genua, solvit votum, Pontificias preces audivit, deindè Pontifex illum ad cubiculum duxit. Matutinæ Laudis Officium hora 12. Pontifex coram se iterari voluit: in illo Cæsar à Paulo sacratum Ensem accepit, septimæ Lectionis Evangelium, lineam vestem oblongam, Orarium, Pluviale, Diaconis Cardinalibus Ministris, indutus, non ineptè cantavit &c. Quid igitur cum tanto horum Procerum apparatu numisma conferatur? Ubi clamides enses, sceptrum, reliquusque regius apparatus? Ubi sella, qua Imperator coram Paulo excipitur? Undè ratio, cur potius nudus genuflexus, ac gemebundus unà cum suo comitatu nobili ante pedes Pontificios fuerit exprimendus? Audientiam, quam publicam Paulus fecit, dubio procul illa est, in qua omnis conditionis è populo viri ad pedes Pontificios admissi sunt,ut eorum indigentiis tamquam benignus Pater provideret, & amotis longarum litium ambagibus, possent quique sua jura supremo Judici exponere, & ab ipso enunciari sententiæ, quibus inutiles contentiones, ac dispendia dirimentur, vel cujusque necessitates, à generoso Principe sublevari. *Col. 1077.* *Pecuniis enim*, narante Ciacconio, *ad liberalitatem plerumque utebatur; nam, & Cardinales pauperes maxime, & Episcopos ac Principes, & nobiles domo extorres Virgines, Viduas, & Ægrotos frequenter juvabat.* Apud se pro certò ha bens, Summi Pontificis virtutem præcipuam esse, etiam infirmis humanissimas aures præbere, nec Summum Pastorem dedecere Oves suas per se ipsum agnoscere.

VII

SACRVM . PVBLICVM . APOSTOLICVM. CONSISTORIVM . PAVLVS . VENETVS . PP. II.

Consistorium à verbo consisto ex Glos. in Clement. de re judic. cap. 2. *Coadunatio Sapientium est ad consulendum.* Ex Julio Bulengero de Imperat. Rom. lib. 3. cap. 9. Consistorium propriè dicitur *Concilium, in quo Imperator de gravioris rei negociis cognoscit*; Suidas, Consessus ubi de negociis gravibus, & urgentibus deliberatur. Vet. glos. Consistorium, vel Prætorium, vel Tribunal locus est in quo more jus redditur. Hinc dicitur *Consistorium Sacrum* *Princi-*

Principum lib. 28. C. Teod. de Primicerio, & ficuti Imperator habebat fuum Confiftorium, ideft *Concilium*, ita Juftinianus in can. *Anteriorum* 2. q. 6. fic Pontifex fuum habet Sacrum, & Apoftolicum, quod nulli Principum competit, & quidem fecretum aliquando dicitur, in quo Cleri Romani Senatus, feù Collegium Cardinalium coram Pontifice, cæteris exclufis, vota fua enunciat, cum negocia Sedis Apoftolicæ pertractantur. Aliquando verò dicitur publicum, cùm, admiffis cęteris Aulæ Romanæ Præfulum ordinibus, ac Proceribus, aliquam infignem actionem Pontifex habet v. g. cum ad Sacram Purpuram aliquem promovet eique purpuratorum pileum donat &c. *Macrus. v. Confiftorium pag. 183.*

Exhibetur in numifmate à nobis propofito pnblicum Confiftorium à Paulo II. habitum, illud tamen deficit in expreffione Cardinalium; quinque enim tantùm hinc inde affidentes Pontifici repræfentantur, cum fex debuerint ineffe juxta prothotypum, quod Macrus exhibet pag. 125. *Hieroloxici*, aitque tale numifma apud Dominum Cardinalem Brancaccium confervari, quando ipfe fcribebat anno 1677. in parte ejus altera Judicium Univerfale cęlatum eft. Ex hac Confiftorii pictura plura nobis fe fe offerunt adnotanda, & primò.

Duodecim tantum numero Cardinales expreffos anguftiam fpatii in numifmate indigitare non numerum, quò Purpuratorum cætus efficitur, aut illum, qui tali Confiftorio à Paulo II. habito interfuit. Definitum autem olim non fuiffe Cardinalium numerum fcripfere permulti, inter quos Polidorus, Virgilius lib. 4. cap. 9.

Quindecim Cardinales proptèr Baptifma fepulturafque fidelium afferit Archidiac. ad 72. eorum numerum præfinitum effe, fcripferunt multi colligentes hoc ex verbis Anacleti Pontificis, d um ait. Videntes autem ipfi Apoftoli meffem effe multam, operarios paucos, rogaverunt Dominnm meffis, ut mitteret operarios in meffem fuam, inde ab eis electi funt 72. Difcipuli, quorum typum gerunt Præsbyteri, atque in eorum locum funt conftituti in Ecclefia. Hęc Anacletus. Pius hujus nominis IV. Tefte Hieronymo Plato ad feptuagefimum fextum Cardinalium numerum auxit circa annum 1560. Antonius Capicius affirmat fe vidiffe Sanctæ Romanæ Ecclefiæ Cardinalium Collegium fexaginta duobus conftitutum. Ex temporis tamen variatione numerus quoque Cardinalium varius fuit. Pafchalis quippè II. ad numerum nonagefimum produxit. Sedentibus autem Innocentio II. & Cęleftino II. quadragefimum eorum numerus non fuperavit, deinde ad 35. redactus poftmodum ad 30. hinc ad 25. deinde ad 20. poftea ad 10. demum ex Cardinalibus tantùm octo Collegium conftabat, quatuor fcilicet Presbyteris totidemque Diaconis. Sub Nicolao III. denuò auctus à Pontificatu Bonifacii VIII. utque ad Sixti IV. tempora non amplius quam 30. fuerunt Paleotto fic affirmante; at Raphael Volateranus dum Urbani VI. acta recenfet, qui intra Bonifacium VIII. & Sixtum IV. fedit ab hoc Pontifice una die 29. Purpuratos Patres primo numero additos fuiffe teftatur, & Platina in fine vitæ ejufdem Urbani VI. fcribit in quatuor ordinationibus quadraginta, & octo Cardinales ab hoc Pontifice creatos fuiffe in Concilio Romano, ut feptem tantummodò Cardinales Urbis Romæ fint, cautum reperitur. In Concilio Bafileenfi ne fint fupra numerum 24. fancitum fuiffe legitur in feffione 23. ubi fic Conciliorum collector Hieron. Caranza pag. mihi 645. ut numerum 24. (Cardinales) non excedant, & de omnibus Regionibus Chriftianitatis affumantur viri in fcientia, & moribus, ac rerum experientia excellentes, non minores 30. annis, magiftri, feù licentiati in jure divino, vel humano. Sic faltèm tertia, vel quarta pars de Magiftris in Sacra Scriptura, non Nepotes ex Fratre, vel Sorore Romani Pontificis, aut alicujus Cardinalis viventis non illegittime nati, non corpore vitiati, nec alicujus criminis, aut infamiæ nota reperti. Ferunt alii Conftanfienfe Concilium idem decreviffe. *De Card. Dignit.* *Ex Addit. Oldouin. ad Ciac. tom. 1. col. 116.* *De Sac. Confift. in vita Urbani.*

Nunc tamen numerum fuperarunt Sixtus IV. qui 30. Purpuratos in adminiftratione univerfalis Ecclefiæ Coadiutores habuit. Alexander VI. circa 50. Leo X. 62. Paulus III. Paulus IV. Pius IV. & Gregorius XIII. majorem omnium numerum habuerunt, nempe 76. *Ex Hieronym. Plato.*

Sæculo præterito ex Conftitutione Sixti V. ad 70. tantum Patres decretus eft numerus, ad imitationem feptuaginta Sapientum, quos juxtà præceptum Dei

ad

ad populum suum gubernandum Moyses elegerat. Horum sex Episcopi, Presbyteri 50. Diaconi 14. sunt. Presbyteri Cardinales omnium censentur antiquissimi. Præerant illi titulis, dicebantur Cardinales, quia principales; cum enim in uno quoque titulo plures essent Clerici Sacerdotes, is qui præerat Presbyter dicebatur Cardinalis, hujusmodi tituli pauci. Primò Evaristus septem erexit, at crescente fidelium numero Romani Pontifices auxerunt ad 28. Eos quoque processu temporis mutarunt Pontifices, ut fusè eorum seriem exponit Oldoinus tom. 1. addit. ad Ciac. col. 118. &c.

Post Presbyteros Diaconi Cardinales sequuntur, qui initio septem tantùm fuerunt, singuli binis Urbis Regionibus præerant: horum primus Archidiaconus dictus est; cum autem fidelium numerus in dies cresceret, statutum fuit, ut singulis Regionibus singuli essent Diaconi, postea alii additi sunt, & temporum variatione mutati.

Novissimi omnium nomen Episcopi sunt adepti, iidem variati ut apud supradictum Oldoinum recensetur.

Nunc verò Purpuratorum Patrum numerus septuagesimum non excedit, in quo Episcopi Cardinales sex, Presbyteri 50. Diaconi 14. tituli tamen sunt 71. nam Vice-Cancellarius præter Sancti Laurentii in Damaso titulum alium solet obtinere.

Quò autem tempore Cardinalium dignitas in Ecclesia sit non satis liquet. Asserit Ciacconius post Hyginum, qui vixit anno 150. ubi primum Pontifex renunciatus est, Clericorum ordines prudenter per gradus distribuisse, ac distinxisse, ut in uno quoque Titulo seù Presbyterio partim Cardinales, partim, qui Cardinalibus subessent populo fideli ministrarent. Deinde edisserens de origine Cardinalium addit, quę subiiciam.

Nomen Episcoporum Presbyterorum, & Diaconorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium licet non statim à principio fuit Romanæ Ecclesiæ, sed progressu temporis ortum; munus tamen ipsorum. Semper extitit cum Pontificia Sede coniunctum. Unus enim haud poterat tantam Pontificatus molem solus sustinere. Quin nonnullos adsciseeret idoneos ad ardua negocia Ecclesiæ tractanda. Tales fuerunt apud Sanctum Petrum Linus, Cletus, Clemens, Anacletus, Marcus, & alii, qui licet nomen Cardinalium tunc insuetum non habuerint, munus tamen eorum præstitere. Nonnullo post Evaristus titulos in Urbe Presbyteris divisi, ut unusquisque suæ parecciæ terminis distingueretur, deinde Hyginus Clerum composuit, & gradus distinxit, & quidem Cardinalis, aut Cardinales cognomento, reliqui autem simplices Presbyteri, & Diaconi dicerentur; erant autem tunc Romę Curatores Regionum Urbis, sub Præfecto Urbis constituti, qui Regionis commoda administrabant. Hos nostra ætate Capita Regionum vocant. Sic pariter ad promovendam Religionem, Baptismum, & Eucharistiam administrandam septem primùm Diaconi septem Regionibus Præfecti, quæ solæ ab incendio Neroniano icolumes euaserant. Itaque Diaconi Regionarii vocabantur. Origo igitur vera Cardinalium ex antiquis capitibus Regionum Urbis primitus de-
26. Octobr. sumpta, & ab Evaristo, & Hygino inchoata, ut in lectione Breviarii circa annum 100. dicitur *Ecclesiarum Titulos Urbis Romæ Presbyteris divisit*. A Beato Syluestro renovata fuit in Concilio Romano intra Thermas Domitianas ex narratione Ciacconii. Sed advertendum est falso asseri intra Thermas Domitianas; nam Domitiani Thermæ, aut nunquam fuere juxtà aliquos Auctores, aut ibi fuerunt, ubi nunc extat Templum Sancti Sylvestri in Capite dictum, juxtà Blondi, Fulvii aliorumque sententias. Habitum autem fuit Concilium à Beato Sylvestro in Thermis Titi, quæ etiam Trajani dicebantur, qui eas capaciores reddidit erantque in Regione, ubi extat Templum Divo Martino, à Simmaço ædificatum, dicente Platina Basilicam Sanctorum Sylvestri, & Martini à fundamentis extruxit juxtà Trajani Thermas.

Cæterum factum est succedentibus aliis, ut non amplius à Regionibus, quibus præerant, sed à Titulis se nuncuparent Tituli autem nil aliud erant, quam redditus ex Villis, & prædiis à piis viris ad alendos Ecclesiæ Ministros relicti: Hinc Tituli orti, Vestini, Pammacchii, Lucinæ &c. Quando autem redditus Legato-

rum

rum copiosi erant tunc duo vel tres singulis Titulis pręficiebantur. Hujusmodi autem vivendi modus habitus quamdiù Christifideles in Cœmeteriis degebant occulti ob metum Principum Ethnicorum. Cum autem sub Principibus Catholicis cœperunt extrui Templa, in suis Titulis legatis, tunc primùm Cardinales cùm titulis Sanctorum Martyrum, & Confessorum sua nomina conjunxerunt; ita se subscribentes: Cardinalis Sancti Sylvestri Titulo Equitù Sanctorum Joannis, & Pauli: Titulo Pammacchii &c. qui ordo deinceps servatus est.

Eruditissimus Sausaius de mysticis Gallię Scriptoribus, asserit numerum septem Diaconorum fuisse ab Apostolis constitutum. Qui postea numerus auctus est ad quatuordecim, deinde octodecim, qui dicti sunt Cardinales, ex quibus quatuordecim Regionarii dicebantur ex cura Regionum, cæteri quatuor Palatini, vel Basilicarii, quòd in Palatio, vel Basilica Lateranensi Papę, sacra obeunti, in Ministerio obsequerentur. Stationarii alii postea dicti sunt, qui Pontifici ad stationem aliquam eunti assisterent. Erant etiam aliqui testimoniales, eòquòd Pontifici prędicanti assistentes, de ejus sana doctrina, si opus esset testificarentur, & ad quorum relationem Clerici omnes ad sacros ordines promovebantur.

Hæc est origo, & progressus Cardinalium, qui ad tantum splendorem, & auctoritatem pervenerunt, ut prima dignitas habeatur post Pontificiam, utpotè qui soli nunc Pontificem eligant. Cæterum de hoc nomine Cardinalis prima mentio invenitur apud Stephanum I., ut notat Macrus in Hierolexico pag. 124. Qui Stephanus vixit anno 257.

Atque hæc dicta sint satis de Cardinalium origine.

Secundum quod animadversione dignum in numismate offertur, est ipsorum Cardinalium indumentum, quò adsunt Consistorio, & præcipuè pileum, quò eorum tegitur caput. Notat Macrus tempore anteacto usque ad Pauli II. Pontificatum illos in Consistorio usos fuisse non bireto, sed galero eodem prorsus modo, quo nunc in equitatu solemni utuntur, quod etiam demonstrat plumbeum numisma in Bulla ejusdem Pontificis, qua anni 1467. bona cujusdam Monasterii Capitulo Cathedralis Viterbiensis univerat, quæ servatur in Archivo ejusdem Cathedralis. Etiam in Conciliis Cardinales eodem modo pileati interveniebant, ut ostendit idem Macrus ex æneis valvis Templi Vaticani in Areola, quam sub numero 7. exprimi curavit etiam Illustrissimus Ciampinus, ubi sessio publica œcumenici Concilii Florentini repræsentatur, habita die sexta Julii anno 1439. in qua interfuerunt Eugenius IV. Pontifex, & Imperator Constantinopolitanus, Joannes Paleologus, decretumque fuit fidei symbolum à Juliano Cesarino presbytero Cardinali titulo Sanctæ Sabinæ, & à Bessarione Archiepiscopo Nicæno.

In Hierolex. pag. 125.

Indictione Calyptra.

De vet. Monum. cap. 5.

Pileus autem rubeus erat illis concessus ab Innocentio IV. in Concilio Lugdunensi circa annum 1245., ut legitur apud Caranzam in Concilio Lateran. can. *69. Innocentius Quartus statuit, ut Cardinales galero rubro uterentur, bonestandi ordinis causa*. Atque etiam juxtà dictum Blondi, ut ipsi admoneantur, debere, qui illa post Pontificalem majori omnium ornentur dignitate, ad effudendum pro fide Catholica, & Christiani Populi salute sanguinem, paratos esse. Vestes etiam purpureas habebant, illis datas à Bonifacio VIII. anno 1249. ad imitationem Consolum Romanorum, quibus consulatus anno tantùm uti permissum erat, atque cum eorum Vitalitia purpura sit benè arguitur, quòd Consules sint perpetui. Gregorius postea anno 1591. pileum rubrum etiam Cardinalibus, ex Religiosis Ordinibus electis indulsit. Mandosius tamen in glos. facult. regen. §. Considerantes, refert Paulum II. concessisse habitum purpuræ, mozzettam, Mitram sericam albam (cum bombacinam ante defferrent) biretum rubrum, & clavam argenteam ante se Cardinales deferre. Idem alii affirmarunt; verùm illos deceptos esse circa habitum purpuræ satis liquet ex Superioribus.

Sum. Concil pag. 617.

Decad. 2. lib. 7. apud Macrum v. Galerus.

Dono quidem dedit Paulus primo Pontificatus sui anno, pannum coccineum, quo equos, vel mulas sternerent, dum equitarent; albo antea utebantur Serico, teste Torrigio pag. 386. voluit pręterea (ut affirmat Ciacconius) ut galeri Cardinalium serico coccineo fierent, sed id quo minus decerneretur, vetuere illi, qui sentientes diminuendam esse Ecclesiæ pompam, non augendam cum detrimento Christianæ Religionis prædicabant. Cardinalis quidem Papientis

Col. 1077.

ſis tunc vivens rubra capititia tantùm tributa memorat, hoc eſt biretum coccineum, ità appellant capitis tegmen, quod ex figuris ſepulchralibus antiquis colligitur formam camelauci (hoc eſt bireti monachalis Græcorum, cujus limbus binas appendices habebant, faciei tempora contegentes) etiam in Clericis habuiſſe; ſed proceſſu temporis ſolida tela ſubſuta, illi quatuor anguli in modum Crucis aliquantulum ſublevati ſunt ad formam Clericorum Hiſpanorum, & Gallorum, ſoli Itali, unico angulo ſubmiſſo, tres ad honrem Sanctiſſimæ Triadis elevant, & nihilominus figura Crucis retinetur. Multæ Religiones adhuc formam antiquam Camelauci retinent, nempè cum forma verticalis Crucis abſque ſolido telæ fulcimento; tale capitis tegumentum publico decreto mandavit, Pontifex propoſita pœna, ne quiſquam, præter Cardinales defferret.

Macrus in Hierolex. v. Camelaucus.

Illos autem ſupra inſignia gentilitia coronam imponere, ſeù aliud ſignum ſæculare vetuit Innocentius Decimus conſtitutione, quæ incipit, *Militanti Eccleſiæ &c.* quam obſervantiam ad Cardinalitiam dignitatem promoti jurare tenentur, ut ſcilicet ſint ſolo pileo, pretioſo Chriſti ſanguine rubente inſigniti, ac decorati. Eiſdem titulum Eminentię vnà cum Imperii Electoribus Eccleſiaſticis, ac Magno Magiſtro Melitenſi Urbanus Octavus conceſſit, qui titulus antiquitus Urbis Præfecto, & Proconſulibus Provinciarum à Gregorio Magno tribuebatur, ut ex ejus regeſtis liquet. Vocabatur enim Cardinalis Pater Reverendus anno 1530. quo Benedictus Canonicus Sancti Petri ſcripſit opuſculum ad Cardinalem Guidonem de antiquo ordine recitandi officium; extat in Biblioth. Eminentiſſimi Othoboni MS.

Macrus v. Cardinalis.

Cum tali igitur Purpuratorum Virorum cætu ex antiqua conſuetudine Conſiſtoria Summus Pontifex habet. Et ordine Romano, quem confecerat Jacobus Cajetanus vita functus ſub Clemente ſexto circa annum 1350. talem morem fuiſſe conſtat. Capite enim 101. præmittitur titulus. *In quibus diebus, & ſolemnitatibus conſueverunt Romani Pontifices à Conſiſtorijs abſtinere.* Imò in decreto Joannis Octavi, qui vixit anno 880. bis in hebdomada ad quandam Eccleſiam eos congregari ſancitur, ut informationes de Clericorum vita ſuſciperent, & Laicorum Eccleſiaſticę ditionis cauſas determinarent, ad inſtar ſeptuaginta Senatorum Moſaicæ Legis.

Itaque Paulus II. Conſiſtorium ſacrum publicè habuit, illudque congregatum fuiſſe anno 1470. arbitratus eſt R. P. Molinetus, in quo admiſſi etiam fuere Legati Chriſtianorum Principum, & pręſertim Italorum, quibus ſuaſit, ut cunctis ſedatis diſcordiis, in unum fœdus convenirent adverſus Turcas, qui ferè tota Epiro capta in Illiricum irruere parabant. Verùm cum bona tanti Authoris venia ad alium finem, alioque anno tale Conſiſtorium habitum fuiſſe à Paulo certò certiùs mihi perſuadeo, ut ſcilicet decretoria ſententia ob hæreſis crimen ab jure Regni depelleret Georgium Bodiebratium Boemię Tyrannum. Habet numiſma in averſa facie expreſſum judicium univerſale, juxtà relationem Macri, qui illud obſervavit in Cimelio Eminentiſſimi Cardinalis Brancacci. Qua quidem expreſſione voluit Pontifex indicare rectitudinem ſuę ſententiæ in Georgium latę, poſt maturam ejus cauſę diſcuſſionem, ac ſententiis Virorum omni ſcientia Inſignium auditis. Ejus facti expeditam excipe narrationem, ex variorum monumentis concinnatam. Anno 1465. Georgius Podiebratius Rex Boemię, qui ad Pontificem controverſias fidei inter Catholicos, & Hæreticos referre debuiſſet, de jis cognoſcere auſus eſt, Annitente Rokyzana Hereſiarca, qui ſe Archiepiſcopum Pragenſem deſignatum eſſe dicens, contendebat allicere ad Huſſiticam ſectam univerſos Catholicos. Tenuit Hęretici Regis dexteram ſublimiore loco idem Rocchizana, ac primum calumniis Catholicos, uſum calicis non porrigentes laicis, onerare, ac Regem impium demulcere blanditiis cœpit, cui reſpondit Hilarius, Pragenſis Eccleſiæ Decanus, & rationibus Rochyzanam ipſum convicit; non his aures prębuit Georgius, & garrulum Rochyzanam inſtar triumphantis Pontifici, & univerſæ Eccleſię infeliciſſimè prętulit.

Pag. 14.

In Hierolex. Pag. 127.

Coch. Hiſt. Huſſit. lib. 12.

Rainald. Epit. ad an. 1465. n. 26

Anno 1466. Georgium Hęreſeos damnatum, Regiaque exutum dignitate tradit Nauclerus illorum temporum Scriptor, cui conſentiunt Michovias Cromerus, ac Dubravjus. Pronunciata fuit labente Decembri ea ſententia, ut ex Ponti-

Apud Rainal. n. 26. ad an. 1466

Pontificiis litteris, tum ex Jacobo Cardinali Papienſi conſtat, & licet Pontifex latam ſententiam die 23. Decembris, & Papienſis 25. teſtentur, haud tamen diſſentiunt inter ſe diebus, nimirum in Senatu Cardinalium primò, quod deſignat Paulus, deindè interjecto biduo in Vaticana Baſilica publicè pronunciata ſit, qua in re adhibitam ſummam conſilii maturitatem, ac tentata primùm omnia, ut Georgius ab hæreſis pertinacia revocaretur, demum, urgente neceſſitate, cum Apoſtolica abuſus dignitate Catholicos opprimeret, ac Religionem averteret, decretoriam ſententiam latam juſtiſſimè oſtendit Cardinalis Papienſis. *Comment. lib. 6.*

Recurrente Cœnę Dominicæ die anno 1467. Paulus II. latam ſuperiori anno in Georgium ſententiam confirmavit. Cæterum cum plures ambigerent, num ex Apoſtolico decreto, in Georgium edito anno ſuperiori, prϱſtitæ illi fidei, & obſequii religione ſoluti eſſent, ad eos de rei geſtæ veritate edocendos hoc anno Paulus promulgavit Diploma, in quo expoſuit, ut vocatis in Concilium Cardinalibus, aliiſque Viris Doctrinæ laude præſtantiſſimi, re diligentiſſimè diſcuſſa, conſenſuque unanimi num Georgius ab jure Regni depulſus fuiſſet decretoria ſententia, ob hæreſis, & perjurii crimina, quorum cognitio ad Apoſtolicam Sedem ſpectabat, atque ad omne dubium ex hominum mentibus depellendum, pronunciavit, Regiæ Boemiæ Clientes à quovis jurejurando Georgio delato liberos eſſe, neque ullam culpę, vel infamiæ maculam, illius imperio repudiato, ſuſcepturos. *Rainal. ad 1467. n. 1.* *Lib. 1. de Cur. pag. 236.*

Idem Concilium, ſeu Conſiſtorium refert Jacobus Cardinalis Papienſis in in fine lib. 6. Commentariorum, ubi hęc habet,

Pontifex vana omnia reputans, dilationibus non eſſe amplius locum, reſpondit (ſcilicet Cæſari, qui cum Pontifice egit, ut in tertium adhuc menſem ſententiam differret, ſpem ſanitatis oblatam oſtendens.) Inter hęc jam appetebat dicta judicio dies, inſtructaque per Cardinales delegatos ad ſententiam erant omnia, nec Georgius ad dicendum cauſam uſquam apparebat. Itaque vocatis in Senatum Patribus, commentariiſque actorum perlectis, dato etiam ad diſquirendum ſpatio, tandem vna omnium oratione periurius, ſacrilegus, hæreticuſque, conſtante de iis criminibus non cognitione tantum, ſed forma, convincitur.

Utque auctoritas major decernendis eſſet ex quaque natione omnium Antiſtitum ordine, qui Romę tunc erant Doctores Divinæ legis, & Pontificiæ, adeſſe in conſilium jubentur, qui rogati ſingillatim ſententiam in idem cum Patribus judicium convenere.

At angebat una modo Pontificem cura, & Patrum nonnullos, quòd ultor tanti decreti certus non apparebat. Georgium regnare ajebant, verbis contendi Romæ, ab illo armis, cum detrimenti, tum ludibrii rem judicabant. Horum ita fluctuantes animos Joannes Cardinalis Portuenſis confirmavit, qui magni conſilii Vir, hæreſumque ſemper oppugnator acerrimus. Quid, inquit, metimur humanis judiciis omnia? an non relinquenda magnis in rebus Deo ſunt aliqua? aderit de excelſo Deus; nos juſta noſtri muneris impleamus. Ad quam vocem erectis omnium mentibus dies natalis Chriſti ab illo quintus pronunciandæ damnationi edicitur. Qui die, per acto Sacro ſolemni, Pontifex in magna hominum frequentia marmoreum ſuggeſtum aſcendens, quod ante ſummum altare in Baſilica Sancti Petri ad dexteram eſt, ex diplomate ſententiam recitavit, regnoque malè olim deterius inde parto Boemum privavit.

Quam igitur aptè Dei judicium in averſa numiſmatis parte expreſſum ſit, ex ſupra allata narratione abundè probatur, illudque Conſiſtorium fuiſſe, quod diximus, apertè indicant tanta populi coram Pontifice aſſidentis frequentia, totque cucullati Viri, nempè ex Ordinibus Religioſis, ſapientioreſque acciti, qui certè non adfuere cum de fœdere contra Turcas ab Oratoribus Principum actum fuit; ſeù alia negotia à Pontifice Cardinalium Collegio propoſita.

VIII

PAVLVS PP. II.

Pag. 124. HUic numismati aliud ferè simile exhibuit Macrus in suo Hierolexico, verbo *Cardinalis*, aitque plumbeum visum in Bulla Pauli II. qua anno 1467. bona cujusdam Monasterii Capitulo Cathedralis Viterbiensis univerat, quę servatur in Archivo ejusdem Cathedralis. Exhibet illud Imagines DD. Petri, & Pauli sedentes, in aversa verò facie Paulum in solio duobus Cardinalibus hinc inde assidentibus, ante illum tres Viros genuflexos. Nostrum autem, quod Romę in Cimelio Joannis Andreæ Lorenzani fusum, & antiquitatem redolens vidimus
Pag. 15. quatuor ostentat. Ab illis exhiberi Magistrum equitum Rhodiorum aliis equitibus sociatum scripsit R. P. Molinetus, qui suppetias à Pontifice expostularunt, scribente de illis Platina, *Paulus, compositis Italiæ rebus, cum intelligeret, militiam Rhodiorum ob inopiam ad nihilum redigi, eorum Magistrum ad se vocavit, qui post frequentes Conventus, ad Sanctum Petrum habitos, tædio animi, & senio confectus moritur*. Ad eos non pertinere ex eo mihi probatur, quòd plures eodem tempore eademque in linea genuflectant coram Pontifice. Magister enim à Pontifice accersitus cæteris equitibus prçire debuit. Si tamen cum illis ad osculum pedum admissus fuit. Eos insuper in nobiliori, aptiorique equitum indumento Artifex expressisset. Quamobrem vel simile alteri numismati judico, sexto loco à nobis supra explicato, in quo Audientia publica fuit expressa, vel cusum fuisse, ut perenne monimentum esset præclaræ Pietatis, qua Pontifex amplecti dignatus fuit filios Thomæ Paleologi, qui Genitoris funus plorabant. Fuerat Thomas Peloponensi Despota Frater Constantini ultimi, Grecorum Imperatoris, à Turcis Im-
Pius II. com. lib. 5. perio dejectus. Illum Pius II. benignè Romæ profugum, Sancti Andreæ capite delato, exceperat, misertusque nobilissimi sanguinis, mansionem ei in ædibus Sancti Spiritus non procul à Palatio, & in sumptus menstruos trecentos aureos constituit, Cardinales ducentos addidere. Is anno 1465. regnante Paulo II., ut
Lib. 3. cap. 27. narrat Georgius Phranza, & Andræas Victorellus in addit. ad Ciacconium filios, filiamque ad se venire jussit, qui postquam incolumes Anconam pervenerunt, audito tantùm de eorum adventu, antequam eos aspiceret 12. Maii ad
Col. 1081. Dominum emigravit.

Præclarum profectò facinus, dignumque quod Posteris non lapides tantùm, sed incorruptibili ære cusa numismata perennarent. Numismata enim non ad usum commercii excogitarunt antiqui, verùm ut jis actiones humanas, & quidem præclarè gestæ committerentur, ut deindè futurarum ætatum Posteri easdem spectarent, celebrarentque, qui Auctores non agnoverunt, & in æternis numisma-
Dissert. de Numis. c. 2. tum tabulis in nobili Historiæ apparatu quodammodo eorum facies expressas intuerentur. *Numismata siquidem* (ait eruditissimus Præsul Suaresius) *sunt illa memoriæ tabula adamantina gloriæ perennis, & immortalis charta. Illustris ara Mnemosynes*, ut Græci ajunt, *hoc est monimenti, sive pignoris, quod amico in memoriam alicujus rei relinquitur*.

Nec meo quidem judicio tanti erat Magistri equitum Rhodiorum ad Pontificem accessus, ut æterno in ære mæreretur insculpi, verùm dignissima Pauli Secundi ergà orphanos Principes Paleologos beneficentia.

Ex qua narratione Georgii Phranzę Protovestiarii Græci illius temporis Auctoris, & à Turcis cæsi Imperatoris aulici, cujus opera latinè prodierunt opera Ja-
De Stemm. Princ. Chris. fol. 22 cobi Pontani Societatis Jesu, constat errorem irrepsisse in arbore Imperatorum Paleologorum quam Antonius Albitius edidit, ubi loquens de Thoma Despota, ait, illum è vivis Anconæ decessisse: Romæ enim moritur Thomas anno 1465. & in Basilica Vaticana sepulchro conditur, eoque vita defuncto, Paulus Secundus, non Pius Secundus, sicuti scripsit D. Carolus du Fresnè in Constantinopoli Chri-
Pag. 248. stiana; *Ut Principes Anconam delatos audivit, curavit, ut diligentia, studio, & ope Reverendissimi Cardinalis, & Patriarchæ Constantinopolitani Bessarionis Romam*

veni-

venirent, quæque Pater ad vitam sustinendam habebat, iis reliquit, ac Primogenitum filium Andræam Paleologum honoribus ornavit. Filii autem Thomę, ut refert supralaudatus Carolus du Fresnę fuerunt Andręas Paleologus, qui Romæ tandem obiit, sepultusque est in Basilica Sancti Petri juxtà Patrem: Manuel Paleologus, Helena Paleologina, & Zoe, quibusdam Sophia nuncupata, nati ex uxore Catharina Martini Zacchariæ Arzanis Centurionis Nobilis Genuensis, quæ Corcyrę vitam infelicem exuit 11. Augusti 1462. Extat epistola Cardinalis Bessarionis ad Pedagogum filiorum Thomæ Anconam Missa impressa Græco-Lat. Cum notis Meursii Lugd. Batau. ann. 1613. *Præclarum &c.*

Georgius Phranz. cap. 28.
Ibid.
Id pag. 246

Supradictos duos Thomæ filios, cum filia, & Pędagogum repræsentari in nummismate depræhendi; ex quatuor enim figuris tres puerilem ætatem indicant græco amictu indutę; non tamen tali conjectura veritatem me esse assecutum sine formidine dicam.

Quæ cum sola eorum expressione satis superque celebrarentur, dum ejusmodi actionis fama apud omnes vagabatur nullam epigraphem Auctor addidit, nisi Pauli Secundi nomen, ut scilicet tanti Pontificis numisma Posteri semper, sine confusionis metu dignoscerent.

IX

HILARITAS. PVBLICA.

SUb hoc lemmate fœminam numisma exhibet, dextera palmam, sinistra Amalthęę cornu tenentem, cum Corona, ad pedes collocata. Typus illa est lætitię, haud valdè dissimilis ab eo, quem nummus aureus Marci Aurelii apud Serenissimum Ducem Parmensem servat. Illum ingeniosè explicat P. Paulus Pedrusius his verbis. Il vegeto vigore, con cui alzasi la palma, sembra opportuno per denotare l'Ilarità, che pur nasce dall'abondanza, significata nel Corno di dovitia. Questa cresce in forma diversa dall'altre piante, mentre quelle quanto più si discostano da terra, tanto più si assottigliano, questa all' opposto inalzandosi sempre più ingrossa nel Tronco: con questa proprietà viene à significare l'Ilarità in onore di Aurelio tutto dedito alla Virtù, e nulla propenso alla vanità della terra. Quod si hæc de Ethnico Imperatore dici potuerunt, multo quidem magis de summo Christifidelium Antistite. In nummo Faustinæ, lætitia hastem tenet, & coronam, quia in lætitia coronabantur, ut è contra in luctu Coronas abiiciebant, Homines in maxima lętitia, Victoriisque Coronas habere constituerunt juxtà Hygini relationem in Astronomico. Quare Divus Ambrosius; *Coronatur (inquit) Civitas tota, fit lætitia militantibus, atque privatis.*

In M. Aurel. Numis. 1.
Athenæus lib. 5.
Epist. lib. 4.

In signum igitur lętitię publicæ, quam Paulus Romæ attulit, numisma fieri curarunt. Incredibili enim lætitia (scripsit de illo Ciacconius) à Patribus, & Populo hęc accepta assumptio est. Populus quidem in Vaticano conveniens gaudio exultabat, datum Pontificem credens, qui Romanis amica semper sensisset; Patres verò illum circumstabant, & benedicebant Domino, quòd sine ulla contentione rem transigi contigisset, idque accidisset suo tempore, quod pauci nostris fęculis sunt assecuti. Non enim electis Pontificibus statim re ipsa sunt gratulati. Multos invidia, nonnullos metus, plerosque sui ipsius ambitio coegit tristitiam sumere. Nubilus vultus, & pallentia ora animos indicarunt. Hic verò, & ridere visi sunt, omnes fraternè invicem gratulati; unus modò ex illis, qui rarò ei in vita consenserat, parùm cum cæteris convenire est visus, is erat Ludovicus Mediarota, in cujus ędes convocatos eos fuisse diximus, Patavii ortus, & professione Medicus, qui ab Eugenio Quarto Cardinalatum acceperat, atque ipsi Petro semper infestus, etiam ad hanc electionem veterem mentis acerbitatem attulerat; ad hunc tamen quod ęger pedibus è sella se movere non poterat, Papa accessit. Complexusque hominem consolatus est, & bono animo esse imperauit. Hactenus Ciacconius, quamobrem grati animi causa Paulus ad immitationem

Col 1072.

Veterum, Ludos, & Epulum instituit. Ludi erant juxtà relationem Platinæ *Pallia* octo, quæ cursu certantibus in carnis privio proponebantur singulis diebus. Currebant, Senes, Adolescentes, Juvenes, Judęi, ac seorsum, pastillis quidem pleni, quo tardiores in cursu essent, currebant, & Equi Equę, Asini, Bubali &c. Eos tamen ludos non fuisse à Paulo institutos, ut dixit Platina, sed solum amplatus affirmat Ciacconius col. 1075. Eosdem Ludos; refert idem Ciacconius his „ verbis. Paulus II. rem gratam populo Romano facturus ad ædes, seù Palatium „ Sancti Marci, quod ipse magnis sumptibus ędificaverat, habitatum venit, & „ *Bacchanalia in Carnis privio fieri solita ampliavit*, itaut feria secunda ante carnis „ privium Juvenes,pallium ut assequerentur, currerent, feria tertia Judæi, feria quarta Senes, feria quinta ibatur in Agonem, feria sexta domi manebant, „ Sabbato ad venationem, Dominica Pallia consueta, feria secunda Bubali, feria tertia Asini; dedit etiam Paulus Populo Romano Epulum.

Itaque Paulus pręmia tantùm constituit certantibus cursu in carnis privio, Ludos enim alios, qui fiebant, & tempore post quinquagesimam succedente, apud Romanos,jam inde à priscis sęculis repertos fuisse notat Macrus in suo Hyerolexico verbo *Cervula*, festa enim antiquitus Romę erant Mense Februarii ob memoriam recuperatę Reipublicæ libertatis, Regibus deletis, quæ à Censorino *Regifugium* appellantur, in quibus diebus inhonestè, & libidinosè debacchari solebant, dicebanturque *Fugalia*, de quibus D. Augustinus, *Verè Fugalia, sed pudoris, & honestatis, qua immoderantia abutuntur etiam nunc Christiani in Bacchanalibus*.

Pag. 143. — *Lib. 2. de Civit. Dei C. 6.*



X

SOLVM.IN.FERAS.PIVS.BELLATVR. PASTOR

EPigraphem nummi fuisse dictum D. Augustini contra Hęreticos, qui vineam Domini evertere conantur affirmat R. P. Molinetus. Illud tamen in operibus hujus sanctę Ecclesię Doctoris nunquam potui invenire.

Talem locutionem, à Latinis non usitatam, Virgilius usurpavit, dicens *Bellantur* prò *Bellant*, *& pictis bellantur Amazones Armis*. Ubi Servius *Bellantur* prò *Bellant*, nam solent verba pro verbis poni, sic passivam declinationem sub activa posuit significatione. Convenit Paulo, qui Pius quamvis Pastor, ac naturâ Clemens humanum sanguinem perhorrens, in reos etiam gravissimorum criminum solis carceribus vindicare sat habuit, in Hæreticos tamen sub nomine ferarum à numismate indicatos, Bellator acerrimus, & infestissimus fuit, ut oves suas servaret. Præsul autem, & Pastor qui suis non prodest, & suorum non quærit salutem, esse verè non videtur, nec vivere. Hinc illud Abulensis, *Ex tunc computantur ejus, quia prius erat, quasi non esset cum nihil ageret, quod ad alios homines pertineret. Frustra sibi de pastoris dignitate blanditur, qui suorum ovium non curat salutem*. Matth. 9. 36. *Christus videns turbas, misertus est eis, quia erant vexatæ, & jacentes, sicut oves non habentes pastorem. Nunquid Turbæ Pastore carebant? Habebant quidem Pastores, sed qui adeò oscinanter illorum curarent salutem, ut extincti esse viderentur, vel nulli penitus essent*. Ita Cajetanus *Quia* (inquit) *Doctores earum non fungebantur Pastoris officio, ovium cura neglecta*. Apud Novarinum tom.5. lib.7. cap. 20. Non ita Paulus. Satis id comprobant pœnę Hęreticis inflictæ, qui in Oppido Poli detecti fuerunt, ut diximus in numismate superiori V. satis abundèque pœna Ecclesiastica in Hæresiarcam Rochizanam, & Georgium Podiebradium Regem Boemiæ illata, quam retulimus in numismate VII. Quamobrem cum magnanimus Bellator in jis peragendis Paulus extiterit, non est cur credamus in numismate alludi ad solemnem venationem, ut sibi suasit Reu. P. Molinetus, quam miro apparatu edidit Duci Ferrariensi in Campo Merulæ,in qua non Paulus Pontifex,sed Venatores, Civesque romani bellum feris indixere armaque pertractarunt, ut Bortius tali venatu oblectaretur, haud quidem tanti faciendo, ut in numismate insculptus Posteriorum memoriæ traderetur.

Æneid. 136. — *Pag. 15.*

ANNO

XI & XII

ANNO CHRISTI. MCCCCLXX. HAS AEDES. CONDIDIT.
TRIBVNA. S. PETRI. ROMA.

IN duplici numiſmate expoſita inſcriptio legitur eadem occaſione inſculpta, quam illorum primum nempè XI. indicat expreſſione Apſidis, ſub qua ejuſdem Sanctorum Principis confeſſionem ciborio exornatam intuemur, adjecto lemmate TRIBVNA SANCTI PETRI. Non tamen credendum eſt, quod ſibi ſuaſit. Reu. P. Molinetus, Paulum Secundum in Baſilica Beati Petri fornicem conſtruxiſſe ſub qua, inquit hic Author, *Majus Altare conſtituit, & decenter, & ſplendidè decoravit*, adducens verba Platinæ. *Ædificavit etiam ſplendidè, & magnificè, tum apud Sanctum Marcum, tum in Vaticano*. Verba enim Platinæ talem fabricam non exprimunt, quam certè ante Paulum II. ab ipſo Conſtantino primùm excitatam ſcimus, & à variis Summis Pontificibus refectam, & exornatam ſtetiſſe, uſque ad tempora Julii II. abundè probavimus in noſtra Hiſtoria de Templi Vaticani Fabrica, neque etiam Altare Majus ſub eo fornice conſtituit Paulus, quod à Beato Sylueſtro primùm erectum omnia Hiſtoriarum monumenta tradunt. Potuit quidem illud Paulus reficere, & exornare, ut ex Honuphrio Panvinio habuimus à nobis citato in ſupradicta Hiſtoria cap. 24. circa finem, non tamen ea forma, quam numiſmatis Iconiſmus exhibet, eam certè ad libitum Sculptoris expreſſam credimus; In altari ſiquidem, ut idem Panvinius narrat in tractatu de ſeptem Eccleſiis impreſſo anno 1570., dum ſcilicet Paulus II. viveret, erant quatuor columnæ porphyreticæ nobili tegmini argenteo ſubjectæ, quod *Ciborium* vocabant, ſteteruntque uſque ad Julium II. qui novam Templi molem inchoavit.

Suprapoſitam inſcriptionem refert etiam alterum numiſma XII loco expreſſum, eamque corona quernea circundat, quam Civicam vocarunt Antiqui, illis autem talis coronamenti genus veteres tribuebant, à quibus Cives contra hoſtes ſervati fuerant, & apud Sueton. in Caligula cap. 19. Corona inſcriptionem ambiens Civium conſervationem innuit.

Imò Januis Palatii Imperatoris Coronas appendebant, ut ſcilicet ſub Principis tutela populos ſubiectos vivere, adeuntes itelligerent. Hunc morem demonſtravit in numiſmate octavo aureo P. Paulus Pedruſius, eruditus noſtræ Societatis Scriptor, quam meritò Pauli II. numiſmati addita fuerit eadem Corona inferius patebit. *Pag. 67. Claudii.*

XIII

HAS. AEDES. CONDIDIT.
ANNO. CHRISTI. MCCCCLXV.

ÆDes indicat numiſma, quas ad S. Marcum Paulus conſtruxit, cui proximam Baſilicam vetuſtate collapſam reſtauravit anno ſui Pontificatus II. de quibus ædificiis hæc in vita M. S. Eugenii IV. in Vaticana Bibliotheca ſervata ſe legiſſe affirmat Ciacconus. Erat illo tempore Palatium Sancti Marci humile admodum, & anguſtum ædificium à quodam Joanne Presbytero Romanę Eccleſiæ origine Anagnino, depreſſis quibuſdam fornicibus, fabricatum, ſicuti in ſuperliminaribus ſculptus titulus indicabat, quod poſtea Petrus Barbus Venetus Patriciæ Gentis ipſius Eugenii ex Sorore Nepos ejus tituli Cardinalis effectus, à fundamentis magno, & ſumptuoſo opere conſtruxit, adeo ut priſcorum Urbis Romæ ingentibus ædificiis non immenſo comparetur, qui etiam avunculo poſt annos circiter XVIII. quartus in Pontificatu ſuccedens Paulus II. appellatus veteri tituli, ac prioris domicilii charitate commonitus, præter palatii *Apud Ciac. col. 1095.*

fabri-

„ fabricam, quam in Pontificatu complevit, & auxit cohærentem, Sancti Marci „ Basilicam penè vetustate collapsam ingenti operę restauravit.

Pag. 1077. Statuas veteres tota Urbe undique conquisitas in suas illas ædes congerere studisse refert Ciacconus in ejus Vita, adducto etiam ex S. Agnete B. Constantiæ sepulchro porphiretico, frustra reclamantibus Monachis loci, qui postea mortuo Paulo, sepulchrum illud à Sixto IV. Pont. repetiere, & obtinuerunt. Hoc memoravit ante Ciacconum Andræas Fulujus lib. 1. Antiquit. fol. 6. his verbis. *Hoc autem sepulchrum Paulus II. Venetus in Vaticanum transferri jussit, ubi condi se volebat, sed Divina quadam providentia eo interextincto sepulchrum è medio itinere retractum in præstinum locum relatum est.*

Pag. 1078. Unum hoc vitio datum Paulo (idem Ciacconus addit) quòd ad ędificandum Palatium Pontificium Sancti Marci, amphiteatrum, illustrissimum opus, quod Imperatores Vespasianus, & Titus ejus filius, tantis impensis exædificarunt, versus partem dexteram euntibus ad Basilicam Lateranam, ademptis lapidibus, detruncavit. Quod exemplum sequutus Raphael Riarius Cardinalis aliud ex lapidibus ejusdem amphiteatri Palatium ad Sanctum Laurentium in Damaso Cancellariæ vocatum condidit.

XIV

LAETITIA. SCHOLASTICA. A.BO

Pag. 654. PErcussum fuisse numisma ab Academię Bononiensis alumnis in honore Pauli Pontificis ob eis collata beneficia indicant litterę A. BO quę in ima ejus parte videntur cum epigraphe LAETITIA SCHOLASTICA; non verò HILARITAS SCHOLASTICA, ut Dominus Joan. Baptista Palatius scripsit. Nisi tamen aliud numisma recognoverit mihi ignotum. Exprimit illam mulier puerulis sociata, quòd pueri plerumque lęti existant, florem dextera tenet lętitię symbolum, id circò in nummis floribus etiam coronata pingitur, eamque ob rem in ludis publicis, ac festis coronari soliti postes ædium privatarum, templorumque, insuper Animalia victimis destinata, ut Tertulianus de Corona militis refert. Interdum in nummis dextra corollam tenet, & sinistra virgam, sceptrumque ut Dea, vel clavum globo impositum, quem ut navis gubernator tenet, ut in Nummis Christinæ Aug. Philippi quoque, & Taciti Imperat. ad ostendendam lętitiam ex illorum Imperio conceptam. Interdum, & Anchoram, ut in eorundem Augustorum nummis, adscriptumque LAET. FVNDATA dextera quoque patinam porrigit. In nummo etiam Pertinacis VI. exhibito inter aurea numismata Serenissimi Ducis Parmensis à P. Paulo Pedrusio, pingitur mulier sinistra hastam tenens dextra floreum sertum, adiecto lemmate LAETITIA TEMPORVM, aitque hic Auctor cum Zonara. *Tanta fuit Populi Romani lætitia, ut Vicos Urbis Coronis straverit.* In nummi Gallieni 4. LAETITIA AVGVSTORVM apparet dextra Coronæ, leva Anchorę admota. Corona lętitiam indicabant, propterea inter epulas fasciis primùm caput cinxerunt ad retundendos meri vapores, deinde floribus exornarunt ut hilaritas appareret, cujus firmitatem Anchora declarabat.

Anton. Augustinus Dial. 2. pag. 37. tit. Lætitia.

Pag. 234.

Idem pag. 249.

Quę nam verò beneficia in Bononiensem Academiam Paulus contulerit à pręclaro Viro Bononię commoranti accepi, qui mihi significavit, eum Pontificem annuos proventus, ex omnibus datiis, & publicis exactionibus congestos, in stipendia Doctorum, ut optimas artes promoveret, peculiari diplomate decrevisse.



PAVLO

❁ XV & XVI ❁

PAVLO . VENETO . PAPAE . II. ITALICAE . PACIS . FVNDATORI . ROMAE.

Convenit hujus numiſmatis inſcriptio cum inſcriptione numiſmatis ſub numero III à nobis expoſiti, atque pariter in parte averſa Parmam Pauli gentilitiam præfert, non tamen clavibus Pontificiis decoratam, ſed laurea Corona baccis exornata, circumdatam. Illud proculdubio à populo Romano cuſum exiſtimo, ut Pauli II. beneficium immortali memoriæ conſecraret. Animos enim Principum inter ſe diſſidentium, quibus tota Italia divexabatur conciliavit, ut diximus. Quamobrem de illo Jure cecinit Janus Vitalis.

Aurea Pax, felix concordia, copia rerum
Tempora ſacrarunt Paule Secunde tua

Dignus propterea non tantùm ea Corona, quæ Civica dicebatur ex hedera, vel quercu compacta, ut tradit Gellius, quæ donabatur militi, qui Civem Romanum in Bello ſervaſſet, ſed triumphali, quam Duces gerebant, qui ſedata Provincia, victiſque hoſtibus, Tarpejam Arcem triumphantes aſcendebant, eam primùm mirteam adhibuit Poſthumius, deindè Lauream M. Craſſus, demum auream Aurelianus Auguſtus, ſi Victori credimus, iſte (inquit) primus diadema capiti innexuit, gemmiſque, & aurata veſte, quòd adhuc ferè incognitum Romanis moribus videbatur, uſus eſt. *Lib. 5. cap. 6.* *Apud Illuſtriſs. Ciam. de mon. p. 110.*

Si autem eam Coronam oleaginam, & olivis ditatam quis exiſtimaverit non inficior. Corona autem oleagina pacem, & fœlicitatem Orbi partam ſignificarunt etiam antiqui, ut præbet nummus M. Lepidi apud Auguſtinum in Tabul. 6. num. 6.

❁ XVII ❁

CONVIVIVM . PVB. ERGA . POPVLVM. ROMANVM . ROMA .

Italiæ rebus compoſitis, ut Populo Romano amoris argumenta præberet, Paulus, dedit illi epulum lautiſſimum, ut narrat Platina, in Ædibus apud Sanctum Marcum; verſibus à Julio Simone Siculo expreſſum id fuit, idemque in hoc numiſmate ſignificatur ſub duplicis cornucopiæ expreſſione. Cornu enim copiæ fœlicitatem temporum, & bonorum largitionem deſignat, ut ait Dio Chriſoſtomus, docetque Lepidi numiſma 22. relatum ab Auguſtino in Tab. 6. In averſa numiſmatis expoſiti facie imago eſt Pontificis, circa quam ſunt hæc verba PAVLVS VENETVS PP. II. PO. MA. PACIS FVND. Placet illud addere, quod Ciacconius narrat pag. 1077. pecuniis ad liberalitatem plerumque utebatur, nam, & Cardinales pauperes maximè, & Epiſcopos, ac Principes, & nobiles domo extorres, Virgines, viduas, & ægrotos frequenter juuabat, curavit itidem, ut Romę annona cæteraque ad victum pertinentia vilius quam antea, vel darentur. *Victorell. ad Ciaccon. pag. 1079.*

❁ XVIII ❁

HANC . ARCEM . CONDIDIT . ANNO . CHRISTI . MCCCCLV.

Diximus in nummiſmate XIII. Paulum II. antequam ad D. Petri ſolium eveheretur, Ædes apud Sanctum Marcum, cujus templi titulo inſignitus fuerat à fundamentis magno, & ſumptuoſo opere conſtruxiſſe. Adeout Priſcorum Urbis Romæ ingentibus ædificiis non immeritò comparentur. Illas an-

no

no 1455. extructas fuisse indicat numisma, sub hoc numero expositum, quod eodem anno cusum fuisse dicendum est, cum imagine Petri Barbi Cardinalitio habitu decorata, & in giro dispositis his verbis PETRVS BARBVS VENETVS CARDINAL. In notis enim MS. Francisci Mariæ Torrigii memini ni fallor me legisse, non multis ab hinc annis in fundamentis anguli, columnam Trajanam respicientis, varia numismata reperta fuisse, inter quæ erat illud hoc loco à nobis delineatum juxta Veterum morem ibi sepulta.

Hac de causa Paulum vanitatis arguere non est veritus Jacobus Cardinalis Papiensis cognomine Amanatus ejusdem Pontificis coevus, qui ferreo quandoque calamo ejus gesta improbavit. Sic illum alloquitur epist. 281.

„ Pontifex Paule est tibi, ut video, magna æternitatis cupido. Prædicare de te optas sequentia sæcula. Numismata eam ob causam tuæ imaginis non cudis „ modò, sed fundamentis ædificiorum, parietibusque admisces, ut illis vetu- „ state ruentibus, exiliant post mille annos monimenta nominis Pauli. Sed ut ut sit de Pauli voluntate, ac inanis gloriæ desiderio, notissimum est Paulum aliquos Historicos passum fuisse inimicos, cæterum numismata cudendi morem, nisi ex prava, aut futili vanitate exoriatur, laudabile semper apud veteres fuisse pro- „ bandumque esse à Posteris certissimum est; Numismata enim (inquit sagacissi- „ mus Author Carolus Patinus) ceù lapis lydius Historiarum sunt, easque pari „ delectationis, & utilitatis gradu nobis explicant. Quæ vicissim non raro Com- „ mentarii loco inserviunt, atque abditos inscriptionum, in numismatis expres- „ sarum, sensus detegunt. Quo fit ut Cimeliarchia Bibliothecis ferè semper co- „ niugantur, sicut id Viris rara doctrina claris à bis centum annis usu venit. Ex „ quo tempore etiam in eo desudatum est, ut omnis generis artes, & scientiæ „ adeò excolerentur, ut quæ præteritis sæculis rudi minerva delineatæ erant, „ jam ad supremum fastigium deducerentur. Id quod numismatum experimento, „ haud difficilè probatu venit, quæ majori nunc loco, quam ante hac unquam, „ habentur dignitate, & meritis eorum, apud quos in pretio sunt, non exiguum „ huic curiositati pondus addentibus: utilisque illa, quam afferunt delectatio „ imposterum efficiet, ut nunquam non studiosè curentur. Et quidem à numismatibus à Paulo II. cusis Pontifex maximus in mentem revocatur, ejusque præclaras dotes addiscent, quorum manibus illa contrectabuntur, quas hoc epitaphio, ejus tumulo inscripto in Basilica Vaticana, comprehendit Cardinalis Petrus Barbus.

In Præfat. introduct. ad Hist. Numis.

PAVLVS II. VENETVS PONT. MAX. VETVSTA BARBORVM FAMILIA PRÆCLARIS NATVRÆ DOTIBVS AVVNCVLO EVGENIO IV. NON INFERIOR, IVSTITIÆ PIETATIS, DIVINARVMQVE CÆREMONIARVM CVLTOR, RELIGIOSISSIMVS, ECCLESIASTICÆ LIBERTATIS, MAJESTATISQVE DEFENSOR CONSTANTISSIMVS, PRÆCIPVO PACIS SERVANDÆ STVDIO, ET SINGVLARI OMNIS GENERIS MVNERVM ABSTINENIA FORMIDANDA, ETIAM LEGE MAGISTRATIBVS INDICTA CLARISSIMVS, IN PRINCIPES MVNIFICENTIA, IN PAVPERES MISERICORDIA INSIGNIS, PATRIOQVE AMORE ANNONÆ COPIAM VRBI DEDIT, PATRIM. B. PETRI, ERRATIS POPVLORVM INDVLGENTISSIMI PARENTIS AFFECTV EMENDATIS, ET CONSERVAVIT, ET AVXIT, FVRENTES ARMIS HÆRETICOS REPRESSIT, ET QVOD PER DIFFICILEM RERVM TEMPORVMVE CONDITIONEM EFFICI CVM DIGNITATE NON POTERAT, MATVRA CVNCTATIONE FELICITER SALVBERRIMEQVE DISPOSVIT VIXIT ANN. LIII. M. X. D. XXXI.

Ciac. pag. 1077.

Turrigius de Sac. Cryptis pag. 385.

Ad uberiorem propositi numismatis lucubrationem sciendum est Pium IV. ut egregia aliqua significatione præsentibus, ac posteris eximiam in Venetos voluntatem testatam relinqueret, spontè, ac motu proprio Reipublicæ amplissimas eas Ædes D. Marci à Paulo II. excitatas dono dedisse, ut tradit Andræas Maurocenus libr. 8.

TV

XIX.

TV . P. ME . NAVEM . LIQVISTI . SVSCIPE . CLAVEM.

HAaud primò cusum sub Paulo II. fuisse tale numisma Tibi suadeas Lector. Hæc eadem verba habet numisma Victoris Papæ II. In quo manus pariter clavem homini porrigit:illud exhibet Ciacconius tom.1. pag.807.

Aliud non dissimile in Alexandro II. cernitur, adiecto in girum lemmate . QVOD NECTAS NECTAM; QVOD SOLVES IPSE RESOLVAM , quę tamen posteriori hac ætate emanata in lucem judico. Ex his duo prima navim explicant, quam pro Christo Petrus reliquit, & clavem quam Regni Cęlestis recepit, undè piscator hominum factus Ecclesiam regendam suscepit. Cujus symbolum fuit illa navis,quę veræ piscationi navabat operam. Hoc Sancti Patres docuere, & Hieronymus Aleander junior anno præterito eruditissima explicatione ostendit, qua symbolum navis, Ecclesiam exhibentis, in prisca annulari gemma insculptum, accuratè illustravit, & amplissimo Cardinali Francisco Barberino consecravit. In gemma illa D.Petri navicula medio in mari sculpta inspicitur cum Christo, illum super undas gradientem manu porrecta erigente. Arca Noe in summo naviculę malo, Carchesii locum tenet, in Arcæ fastigio Columba,& in Naviculæ puppi alia se conspiciendam præbet. Arca Noetica, & Petri navis Ecclesiam Christi referunt: illa & hęc junctæ invicem eandem Christi Ecclesiam jam inde ab ipsis Mundi incunabulis extitisse: navis, arcam in summo malo collocatam sustinens, homines, sivè ex Judaismo, sivè ex Gentibus, siuè Ecclesiæ firmamento, quod est fides in Jesum Christum per charitatem operans, nullo unquam tempore salutem consequi potuisse indicant. Columbam Spiritus Sancti ipsam Ecclesiam docentis, & regentis typum dicas: Hæc docta illa elegantique explicatione enodavit Aleander. Pag. 833.

Clavis D.Petri insigne est, ideò Claviger æthereus nuncupatur, & Janitor Cæli Sanctus Hilarius in cap. 16. Matt.6. *Beatus Cæli Janitor, cujus arbitrio claves æterni aditus traduntur.* Alibi eodem nomine eum appellavit Sanctus Augustinus serm. de Sanct. Imaginem Sancti Petri, clavem in sinistro humero habentem, in prisco numismate exhibet Eminentissimus Baronius ad Hilarum Papam, quod ipse putat cusum in honorem Sancti Leonis Papæ, & meritò, inquit Baronius, nam allusum scias ad vaticinium Isaiæ, quo hæc sub figura de Christo dicuntur. Is. 22. Tom.6.
Dabo clavem Domus David super humerum ejus, & aperiet, & non erit, qui claudat, & claudet, & non erit, qui aperiat, cujus clavis pariter mentio est in Apocal. 3. quo symbolo significatur Christi potestas S. Petro collata.

Hoc autem D. Petri insigne non tantùm Apostolorum, ac Summorum Pontificum Principi, sed Romanis omnibus Pontificibus antiquitas tribuit. Leo III. in magno suo Triclinio Lateranensi, musivo opere Sanctum Petrum, geminam clavem Sancto Sylvestro Pontifici maximo tradentem exprimi curavit, quas imagines Franciscus Cardinalis Barberinus restituit. *Tu es cui claves traditæ* (ajebat Eugenio Divi Bernardus,) & Theodorus studita ad Leonem III. *Audi Cla-*
„ *viger Regni Cælorum. Petra fidei super qua fundata est Ecclesia Catholica. Petrus*
„ *enim tu es, qui Petri Sedem ornas, & gubernas*, & ad Paschalem I. Christi
„ Evangelium, claves ab eodem Christo tu accepisti per Apostolorum Antisti-
„ tem, & de Ecclesia Romana dixit: *primaria Sedes, in qua Christus Dominus po-*
„ *suit Claves fidei.*

Cæterum nullum tam ineptum Coniectorem, aut ineruditum numismatum interpretem esse arbitror, qui credat Petri potius dignitatem, quam Pontificum Maximorum, & Ecclesiæ Romanæ præstantiam, iis numismatum insignibus denotari. Infinita enim sunt Patrum testimonia, quibus Petri Claves Romanis Pontificibus vindicantur. Sic pariter Pauli II. Pontificiam auctoritatem indicat Clavis in numismate expressa, de qua fusè agit Cardinalis Bellarminus lib.1. cap. 13. de Romano Pontifice.

❁ XX ❁

HILARITAS . PVBLICA.

CUsum fortasse fuit hoc numisma eodem anno, qui convivium publicum Paulus instituit, vel cum ludos publicos in carnis privio celebrari solitos ampliavit, ut diximus; ut scilicet festiva pompa publica lætitia ostenderetur ob pacem Italiæ redditam. Matrona in eo spectatur duos inter pueros, quorum alter palmæ ramo manus admonet, alter vestis laciniæ. Gestat ipsa Amaltheæ cornu sinistra, dextra palmam tenet, quæ hilaritatis, parta jam de hostibus Victoriâ symbolum est.

August. Dial. 2. In nummo Faustinæ M. Antonii coniugis, sine pueris matrona insculpta dextra palmam, sinistra cornucopiæ gestat. Pueri autem in hilaritate publica ejus argumenta maximè præbent, ut apud Hierosolymam, Christo Servatore ab Hæbreis excepto, pueri cum ramis palmarum occurrebant lætantes, & dicentes *Osanna &c.* *Pag. 132. Specim. rei. Numis. antiq.*

Pag. 70. In nummo Severi quem ex thesauro Magni Ducis Etruriæ protulit D. Andræas Morellus sub lemmate FELICIA TEMPORA, quatuor pueruli visuntur, quorum primus canistrum floribus refertum gestans, Veris tempus denotat, alter falcem tenens ad messem Æstatem refert. Tertius Autumnum signans corbem fructibus repletam, quartus Hyemis partes agens, pellicea veste indutus est ob frigus. Indicatur ergò tali nummo id quod in Panegirico Porphyrii Constantino Imperatori dictum legitur.

Orbi tu renovas felicis tempora Saeli.

In nummo Antonini Pii exhibito ab Andræa Morellio in tabula 6. sui speciminis rei nummariæ antiquæ, videtur navis cum pluribus Animalibus, & Quadrigis cum lemmate LAETITIA TEMPORVM. Ejus explicationem addit ex Dione
Lib. 76. pag. 860. „ petitam, dicente varia spectacula fuisse edita propter reditum Severi ex Bello „ Parthico, & decennium Principatus ejus; in quibus spectaculis apri sexaginta Plautiani in vicem certaverunt, ut erat mandatum, aliique permultæ be„ stiæ, atque in primis Elephas, & Crocota. Earum receptaculum in Amphi„ teatro ædificatum erat instar navis, ita ut reciperet quadraginta feras, easdem „ simul omnes redderet, qua ex navi subito dissoluta exilierunt Vrsi Leenę, Pan„ therę, Leones, Struthiones, Onagri, Bissones, quod genus boum est patria, „ & aspectu barbarum. Itaque septingentæ feræ, mansuetæque Bestię simul con„ currere, & postea confodi visę sunt. Occisis enim singulis diebus centum „ pro numero dierum festorum, qui septem fuerunt septingentę sunt occisę.




I
SIXTVS IIII PONT MAX
II
ETSI ANNOSA GERMINAT
III
OLIMPO HÆC DAMVS IN TERRIS AETERNA DABVNTVR
IV
O P
VICTORIS
CAMELIO
VI
V
DI TE CIVITAS DEI GLORIOSA DICTA SVNT
VI
CITA APERITIO
BREVES AETERNAT
DIES
VII
IVL CARD NEPOS IN OSTIO TIBERINO
VIII
CVRA
RERVM
PVBLICARVM
IX
PARCERE SVBIECTIS ET DEBELLARE SVPERBOS
SIXTE POTES
CONSTANTIA
X
ANNO IVBILEI ALMA ROMA
14 75
XI
CONSTITVIT EVM DOMINVM DOMVS SVAE
ROMA


ETSI
ANNOSA
GERMINAT

SIXTI IV. NUMISMATA.

I

* SIXTUS * IIII. PONT. * MAX. *



UMMUS exhibetur cum effigie Sixti IIII., quæ in alio expresso à P. Molineto insigni hoc pietatis titulo decoratur *Sacri cult.*, hoc est Cultor, ut ipse explicat. Eam quidem Sixtus publicis demonstravit monumentis. Varios enim tractatus pios præsertim de B. Virginis Conceptione edidit, quam deinde peccati originalis labe infectam asserere vetuit, ejus Festum Præsentationis, B. Annæ, Josephi, & Francisci aliis adnumeravit, intermissam devotionem Rosarii, atque Psalterii Beatissimæ Virginis à S. Dominico olim introductam restituit, S. Bonaventuram inter Sanctos retulit, festumque ipsius inter festa Palatii Apostolici recensuit. Vix ad Pontificatum evectus ad Ecclesiasticam Christianamque componendam animum adjecit, atque ante omnia Concilium Laterani se inducturum ostendit, in quo res Ecclesiasticæ corrigerentur, meritò ab Historicis laudatus. Verùm non ità explicandam ejus inscriptionem inferiùs patebit, cum de tertio numismate differemus.

II

ETSI . ANNOSA . GERMINAT.

IN numismate hoc restituto tessera est Gentilitiæ familiæ Roboreæ, vulgo *della Rovere*, ex quà Sixtus IV. originem duxit. Non defuere, qui humili genere natum illum dicant, ac Patrem habuisse piscatorem, fortasse decepti, eo quòd scribat Panvinius. *Natus est Sixtus Cællis, qui est pagus Maritimus ab Urbe Savona quinque millibus passuum distans, in quo indigenæ non aliunde ferè, quam ex piscatu victum parant*; citatque Jacobum Megerum, qui de Sixto cecinit.

Non aurum, non nobilitas, sed vivida Virtus
Sixte tibi Imperium Pontificale dedit.
Discite ab exemplo quantum valet ardua Virtus
Hac meruit Sixtus Pontificale Decus.

„ Gens enim Roborea (inquit idem Panvinius in Vita Sixti IV.) Augustæ
„ Prętorię Taurinorum orta inter Subalpinas nobilis, à Longobardis originem du-
„ cere multorum consensu traditur, cujus Familiæ auctorem fuisse Hermundum,
„ qui Ragumberti Ducis Taurinensium, Pauli Diaconi historia Longobardica
„ testimonio clari, tempore circa annum Domini 700. vixit, antiquis Annali-
„ bus relatum est. Simon Ruvereus, ob pinguedinem cognomento Crassus, mul-
„ tos annos ex Taurinis in Ligures concedens ad vada Sabatia, quam nunc Sa-
„ vonam vocamus substitit, à quo Gens de Ruere manavit, inter Ciuitatis Fami-
„ lias non postrema.

De Ruere autem gentis nomen est vernacula lingua, quod nos latine *Robur*

appellaremus, vel potius *Quercum* ab insigni gentilitio Clypeo, quod est Quercu aurea expressum. Ex ea, quæ erat Savonæ, Familia Sixtus IV. originem duxit, cujus parentes fuere Leonardus, & Luchina Murliona; Qui in supradictum pagum confugerant vitandæ pestis causa, quę tunc maximè Ligures vexabat.

... ... 471.

Citat Oldoinus epistolam ejusdem Sixti ad Savonenses datam, in qua ipse Sixtus omni exceptione major testis ait: *Amor noster erga patriam magis in Dies confirmatur &c.* aliasque adducit epistolas, quibus idem affirmat Sixtus, probatq; multis argumentis Sixti stirpem prænobilem fuisse, neque ipsum præ egestate domestica ad Vitam Cœnobiticam adactum, ut alienis opibus sustentaretur, sed spontè Minorem Ordinem ingressum, in quo omnium doctissimus habitus fuit, & Minister generalis totius Ordinis electus. Quamobrem deceptum esse mihi suadeo R. P. Franciscum Carriere, qui in explicatione Vaticinij S.Malachiæ ait *Sixti IV. Piscatoris Genuensis filii Francisci genus, & ordo verificant symbolum ejus, qui per singularem eloquentiam in prædicando Piscator fuerat Amicitiæ nobilissimæ Familiæ in Sabaudia Roboreæ, seù de Ruere, quæ Gentilitia sua, & cognomen ei transmisit*; antequam enim Sixtus in Lucem editus fuisset, Roborea Familia aurea in Quercu notabatur, cui inscriptio addita, ETSI. ANNOSA. GERMINAT, tunc quidem maximè conveit, cùm Sixtus ætate jam gravis, virtute maximè virescens in Vaticano Colle dignitate Pontificia elatus feliciter germinavit, ut ejus præclara gesta ab Historicis relata abundè comprobant.

III

HAEC DAMVS IN TERRIS. AETERNA DABVNTVR OLIMPO.

Verba sunt à Sanctis Francisco, & Antonio Patavino prolata, quos exhibet numisma Sixto Pontifici Coronam imponentes: ejusmodi numisma repertum fuisse in sepulchro Sixti Torrigius affirmat, in cujus aversa parte Pontificis erat Imago, circa quam SIXTVS IV. PONTIFEX MAX. SACRI CVLTVS. Quibus verbis voluit Sixtus suam Religionem indicare erga sacros illos Heroes quorum meritis, se ad varios honorum gradus tum ad Summum Pontificatum fuisse professus est. *Firma*, inquit apud Lucam Wadingum, *Fide tenemus certissimisque in nobis experimentis didicimus, quòd ad officia, & dignitates, ad quas in Minoribus promoti sumus, & ad hunc Summi Pontificatus Apicem meritis, & præcibus Seraphici Patris, & Fundatoris promoti fuimus*. Illud huc revocandum est, quod Ciacconius narrat; videlicet, ab his Sanctis visum fuisse ejus Matri ante editum partum, infantem cuculla, & cingulo indui, quo ipsorum Divorum Fratres, Minores vocati, utuntur. Atque dum obstetrix puerum in balneo lavaret, ipsumque in undis penè mortuum aspiceret Mater, illam somni memorem vovisse, se Filium induturam Sancti Francisci habitu, ut illum sex menses defferret. Elapso deinde novennio Joanni Pinarolo commissum, in Cœnobium, & Religiosæ Familiæ adscriptum, brevi facultates audivisse, & ingenii acumine omnium doctissimum existimatum, Ministri generalis primò Socium factum, non longè post Ligurię Provincialem, postremò omnium Votis Jacobo Sanguella ob senium abdicante, Ministrum Generalem renunciatum. Post hęc demùm anno 1471. ante fores Basilicæ Vaticanæ Summus Pontifex Coronatus est. Atque hæc pro epigraphis inscriptione sufficiant. Quoad verò imaginum expressionem notandum unicè est orbicularis figuræ ornamentum supra Caput Sanctorum Francisci, & Antonii delineatum juxta antiquissimum morem, quo pręclaros viros ex hac vita migrasse significabant. In eadem autem adhuc degentibus quadratum inponebant, ut Alemannus docet in suis lateranensibus Parietinis. Non tamen superstitis vitæ argumentum solummodo erat, verùm potius perfectæ, atque omnibus numeris absolutæ, & veluti morum tessera, qui Viros pręclaros, in indignitate constitutos maximè deceret. Sic videtur Paschalis primus expressus in Musivo Tribunę Sanctę Marię, quę Romę dicitur *in Dominica*, vulgo *detta Navicella*, compositum sub ipso Pontifice anno 820. Sic pariter videtur Leo III., & Carolus Magnus Imperator

De Crypt. Vatic. pag. 151.

Tom.8. an. 1507.n.46

Cap. 9.

rator in Ecclesia Sanctę Susannę Urbis antiquissima, & ab ipso Leone III. iterum ædificata, qui vixit anno 800. Decere autem eum, qui aliis imperat perfectam habere moralem virtutem nostri quidem omnes sensere: Aristoteles etiam demonstravit his verbis. *Virtutem universam in quatuor veluti Cardinibus verti omnes consentiunt; quos verò prudentes, fortes justos, ac temperantes esse constat eos, quadratos tum exteri, tum nostri Sapientes nuncuparunt.* Polit. lib. 1.

S. Gregorius Nissenus qui hunc de quadrato homine Christiano locum cum Moysis vitam enarraret, luculenter tractavit, S. Augustinus in Psal.86. ejusque adstipulator, Sanctus Gregorius Magnus: *Illum qui quadrari negligeret indignè plenè putavit, qui Christiano nomine censeretur. Christianus*, inquit, *in omni tentatione sua non cadit, nam Quadratum lapidem quacumque verteris, stat; sic ergo quadramini ad omnes tentationes parati.* Lib. de vita Moys. Lib. Exech. Hom. 21.

Notat tamen supralaudatus Alemannus etiam aliquos orbicularis figuræ ornamentum usurpasse, qui nunquam culti fuerunt honore, Sanctis debito: hac orbiculari figura ornata extat etiamnum Romæ Salomonis Imago in Sacello Sancti Sylvestri ad Sanctorum quatuor Coronatorum ædem, quem certè in Ecclesia Christiana honore qui Sanctis debetur, cultum fuisse nemo dicet. Sic aliquorum Regum fuisse consuetudinem idem Auctor demonstrat, nam non modò sanctum, sed & sanctissimum, & divinissimum nomen usurparunt olim ethnici Imperatores. Cap. 6. pag. 67.

Videtur etiamnum in Musivo, quod extat in Basilica Liberiana Romæ extructum à Sixto III. anno 433. supra Arcum majorem, *triumphalem* dictum, Imago Herodis Regis, qui caput circulari lamina, seù diademate decoratum habet. Capita enim Regum, ac Imperatorum non tantum aureo Circulo, sed & Radijs circumdandi mos erat apud antiquos, ut ji se supra hominum sortes positos, & in albo Deorum adscriptos esse ostentarent, populisque hoc signo Majestatis timorem incuterent: Hinc illud Lucani 7. Pharsal.

Fulminibus manes radiis ornabit, & Astris.

Supradictum Musivum opus exposuit Illustriss. Ciampinus cap.22. de Veterum Monimentis pag.200. acuratissimè è prototypo delineatum.

IV

O P. VICTORIS CAMELIO

OPus Victoris cognomine Camelio dicti, fuisse hoc numisma, verba indicant subscripta, fortasse tunc temporis Sculptoris, inter cæteros præclarissimi.

In figuris autem expressis duas Reginas procumbentes pedibus Sixti in solio Pontificio Sedentis, recognovit P. Abbas Molinetus, & Reu. D. Joannes Baptista Palatius, sed ut verùm fatear, quamvis pluries observaverim anxius semper fui circa veritatem expressionis, adeo enim Rudi Minerva exculptæ Icones sunt, ut possint æquè bene Fœminas, ac Viros significare, quos Sixtus magnificè excepit Romæ. In Vita Sixti IV.

Narrant ejus Acta duos Reges, ac tres Reginas Urbem ingressos Sixto Regnante: Reges fuere Christianus Rex Daniæ, de cujus Romam ingressu scripsit Bernardo Ilcinensi Cardinalis Papiensis his verbis. Epist. 556.

„ Nos hic Dacorum Regem honoribus summis accepimus. Turba omnis
„ Curialis egressa est obviam. Patres ad Portum congressi medium illum per Ur-
„ bem ad Basilicam Petri, inde ad Pontificem perduxere, juridicundo tum publi-
„ cè præsidentem. Religio summa in summo Rege enituit; procubuit in genua an-
„ te illius pedes, nec ante se elevari est passus, quàm sermonibus suis esset res-
„ ponsum. Redeunti in Cubiculum Sixto, exeuntique ad Divina horum dierum
„ gremia ejus semper portavit: Lavanti manus peluim sustinuit. Inter duos pri-
„ mos Cardinales sessum receptus non priùs sedere, nec priùs tegi voluit, quam
„ utrumque ab utroque factum esset: hactenus Card. Papiensis.

Alter

Raphael Volater. lib.22.

Alter fuit Ferdinandus Rex Neapolis, qui anno 1475. Romam ingressus ad adorandas Basilicas Apostolorum Regio exceptus est apparatu.

Inter Reginas fuit Catharina Stephani filia, Uxor Thomæ, Regina Bosniæ, quæ à Turcis expulsa Romæ Pontificum misericordia victitabat: ibique extincta est teste Volaterano. Secunda fuit Sophia Neptis Constantini Imperatoris, quæ à Sede Apostolica data fuit in Uxorem Joanni Moscorum Duci, dote à Sixto IV. numerata sex millium aureorum, ultra munera anno 1472., ut ad veram fidem Maritum adduceret; teste Platina in m.s. Vatic.

Lib.8.

Tertia Regina fuit Carola Regina Cypri, quæ Romam venit anno 1475. ibique ejusdem Sixti liberalitate usque ad extremum Vitæ tempus vixit.

Raph. Volat. lib. 9.

Hæc à Fratre, qui ex illegittimo natus fuerat thoro, per summam injuriam, & hæreditario Regno exturbata ad Sixtum IV. Pont. Max. Supplex in Urbem venit à quò paterna charitate excepta fuit, atque, ut in suo quodam m.s. Jacobus Grimaldus testatur, magnam rerum humanarum inconstantiam experta est: Audi Grimaldum. „ Carola Lusignana Hierusalem, Cypri, & Armeniæ Regina, post „ mortem Joannis Inclyti Regis Patris sui anno 1458.ingenti hominum plausu Re- „ gali throno sublimata, more majorum solemni ritu coronatur. In ejus porro „ Coronatione infaustum fore illius Imperium breuique casurum portentosum il- „ lud ostendit: nam dum solemniter post susceptum Diadema equitaret, Regalis „ Corona capite suo in terram decidit, quod ab omnibus infelix portentum judi- „ catum est. Multi demum Rebellionis machinis, à Jacobo, Joannis præfati „ Regis filio naturali excitatis, Soldani Ægypti auxilio, valido Mamaluchorum „ exercitu de repente conflato. Aloysius, & Carola per summam tyrannidem „ spoliantur, ut latissimè narrat Stephanus Lusignanus Ord. Prædicatorum, atque „ post multas navigationes, quas Carola suscepit, tandem Sixti IV. Pontificatus „ initio Romam venit ab eodemque Summo Pontifice tanta benignitate, ac mu- „ nificentia suscipitur, ut prę incredibili admiratione in ejusdem Pontificis Lau- „ dem prorumpens, *non solum satis eloquentiæ haud suppeditari, verùm etiam* „ *animi vires ad eas explicandas sibi defuisse videri fassa fuerit*. Ut legitur inter inscriptiones sub factis Sixti IV. coloribus expressis in Xenodochyo, S. Spiritus dicto, à Bartholomeo Platina exaratas. Secuti sunt inclytam hanc Reginam in Magna fortunę iniquitate summa Fide, & Constantia nobilissimi aliquot Cyprenses: Ejusdem Reginæ interitum paucis etiam sic describit supra laudatus Grimaldus.

In hist. Cypri.

„ Serenissima, & inclyta Carola in magno animi sui mœrore illud Davidi- „ cum experta: Nolite confidere in Principibus, neque in filiis hominum; post „ immensos labores, Romę apud Basilicam Sancti Petri vitæ suæ curriculum sta- „ tuit explere, ut pro terreno Cœleste Regnum consequeretur. In hujus itaque „ Sacræ Basilicæ Parochia habitare voluit, & quoniam spiritus tristis exsiccat „ ossa: Carola ex animi mœrore in Paralysim incidit, breuique se morituram „ sentiens testamentum condidit, in quo ipsi Vaticano Templo munus pie lega- „ vit, & Vaticanæ Bibliothecæ Codicem m.s. nobilissimum non parva impensa „ insigni pictura decoratum pariter reliquit. Obiit 16. Julii 1487. hora 13. Cor- „ pus insigni pompa in Vaticana Basilica sepultum fuit humi, prope Sacellum „ Sixti IV., hac inscriptione addita: *Carola Hierusalem Cypri, & Armeniæ Regina obiit 16. Iulii anno Domini* MCCCCLXXXVII. *Vixit annos plus minus 47.* „ ejus ad vivum expressa Imago cernitur hodie inter alias picturas, quas Sixtus „ IV. Potifex Maximus in Hospitali Sancti Spiritus pingi fecit. Præclaræ hujus Reginæ, alii quoque passim Scriptores meminere. Genebrandus in primis in Chron. ubi sic. „ Sixtus IV. Reginam Cypri aluit Carlottam, & Catherinam „ Bosnæ Reginas, Regni, fortunisque omnibus spoliatas, & ad se Confugientes „ benignè suscepit, suaque munificentia sublevavit. Onuphrius item Panvinius „ in rebus à Sixto IV. gestis hæc recitat. „ Carletam Cypri, & Catharinam „ Bosniæ Reginas, Regnis fortunisque omnibus spoliatas, & ad se supplices con- „ fugientes, benignè suscepit. Idem quoque Volateranus, qui eodem quo hæc, vixit tempore, testatur. Quare in perenne tantę Pontificię liberalitatis Monimentum expositum numisma fusum fuisse non ambigo, incerto tamen tempore, cum nullam ejus notam ostentet.

Apud Arring. in Roma subterr. lib. 2. cap.9. pag. 23.

Quan-

Quandoquidem ex Cardinalis Papienfis relatione dictum fupra eft, Regem Daniæ ad Pontificem perductum ante ejus genua procubuiffe, non erit abs re aliqua indicare de ofculo pedum, quo Summum Pontificem non folum infimi homines fed Imperatores ipfi, Regefque venerantur. Sunt igitur Novatores permulti, inter quos Joannes præfertim Cufpinianus, qui adverfus Summos Pontifices fcriptis, & factis oblaterant, & quæ debitę venerationis ergà illos funt, in ludibrium, & derifum traducunt, nec folum gemmis, quibus Sacra Cidaris micat eorum oculi perftringuntur, fed fandaliorum purpuram torvis obtutibus fpectant; torquentur falutiferæ Crucis fignaculo, quo illa infignitur, & ofculis, quibus Fideles eam adorant, piifque amplexibus, quibus beatos pedes Chriftianorum cœtus perftringunt. Antichrifti effe (ajunt) primò, Crucem Chrifti fuos ad pedes deprimere; fecundò purpureis fulgere calceis, cum Chriftus ferè nudipes, foleis fcilicet dumtaxat ufus, inceſſerit. Tertiò homines fanguine Chrifti redemptos, ceù vilia mancipia ad pedum ofcula deprimere, fibique quæ Divina funt arrogare humanæ fervitutis obfequia. Morem hunc mutuatum ajunt à Caligula Nerone, & hujufmodi monftris, qui liberorum etiam hominum capita, veluti mancipiorum fuis calceamentis fubjecere, neminem admittentes, nifi fuos calceos ofcularentur.

Hæc funt, quæ contra pedum Pontificis deofculationem Sectarii paffim effutiunt. Edidit jam Romę pro hoc ritu Jofephus Stevanus Valentiæ Epifcopus apologeticum libellum, cui titulum præfixit *De deofculatione pedum Romani Pontificis*, quem citat Benedictus Balduinus cap. 27. libri, quem infcripfit *Calceus antiquus*, non tamen fuperuacaneum, neque fortè ingratum plerifque erit hujus ritus, tum deofculationis, tùm ferendæ Crucis originem indicare, fimulque à calumniis, perquam breviffimè illum vindicare. Ofculandi igitur mos videtur ab ipfa Apoftolorum ætate originem habuiffe; fcribit enim Sanctus Lucas. ***Factum eft cum introiffet Petrus obvius ei venit Cornelius, & procedens ad pedes ejus adoravit.*** Illuftri fanè exemplo omnibus fidelibus documentum prębens, Summum Ecclefiæ paftorem hujufmodi venerationis actu honorandi, contra quem tamen Novatores illud obiiciunt, ideft reprehenfum à Sancto Petro Cornelium, obcultum fibi ab eo delatum; at ipfiufmet Petri verbis evincuntur, quàm longè à ratione aberrent. *Petrus verò* (inquit Sanctus Lucas) *elevavit eum dicens furge, & ego ipfe homo fum*, quibus verbis juxtà Sanctum Hieronymum apertè indicat Sanctus Petrus, Cornelium aliquid fupra hominem de ipfo cogitaffe, quamobrem ne erraret circa obiectum honoris, Petrus illum admovit, non tamen vetuit, honorari eos, quos Deus voluit honorari, ipfo affirmante Domino Jefu. *Quod uni ex minimis iftis feciftis mihi feciftis*. Si enim minimo quanto magis majori, videlicet Pontifici Chrifti Vicario in fummo Ecclefiæ faftigio ob dignitatem ipfi à Deo impofitam evecto. Nonne Chriftus ad pedes Difcipulorum provolutus eos lavare propriis manibus dignatus eft; imperavitque præterea, ut quod ipfe faceret fideles imitarentur. Quid igitur criminis damnantur hi, qui Chrifti amore Vicarii ejus pedes ofculis venerantur.

Act. Ap. cap. 10.

Lib. contra vigilantium

Matth. 25.

Quare morem hunc meritò imitati funt Pofteri. Scimus enim poft Cornelium primum Betracoricenfem Epifcopum, cui ipfe à Beato Petro in Aquitaniam mittebatur pedibus ejufdem advolutum fupplicaffe, ut vitæ reftitueret Georgium „ Commilitonem fuum in via defunctum. Undè (fic legimus in actis ejufdem „ Frontonis) ei Fronto triftis, & mæftus effectus concito gradu ad Apoftolorum „ Petrum revertitur, pedibufque ejus proftratus flebiles voces ingeminat, & pro „ reddenda defuncto vita lachrimabiliter implorat. Eodem obfequio cultum Diuum Petrum à Sancto Clemente refert Nauclerus de Monarchia Ecclefiaftica.

Apud Bofquetum par t. 2. Hift. Eccl. Gallic. pag. 13.

Apud Torrigium pag. 450.

Petri deindè Succefforibus eumdem honorem fuiffe fucceffivè delatum referunt Hiftorici. Inter eas Surius die 3. Maii hæc habet *Oftium aperiens Quirinus Sanctum vidit Alexandrum, itaque procidens ad pedes ejus &c. & ofculatus pedes Alexandri dixit &c.* eumdem à Philippo Imperatore Fabiano Papæ VIII. tunc viventi ex Eufebio habemus lib. 6. cap. 27. hift. Ecclef. Baronius tom. 2. eumdem delatum narrat à Chriftifidelibus B. Stephano fub Diocletiano ejufdem loci Martyri à S. Sufanna Virgine Romana nobiliffima, referunt acta publica apud Surium die 12. Augu-

Tom. 5.

Tom. 8.

fti,

sti. *Illa verò* (inquit) *submisit se ad pedes ejus*, (*nempè Caii*,) *eosque tenens*, *&* *osculans cum lacrymis ait &c. Salva famulum*, *& famulam tuam*, *& filios meos*. Baronius verò de eadem Susanna scribens sic ait. *Ad Cajum Papam se contulit*, *ad pedesque procidens eosque ex more osculata &c.* ubi perpendenda sunt ea verba *ex more*. Ex his siquidem probatum satis est constantem jàm olim ante ann. 294. quo passa est Susanna, fuisse morem advolvendi se pedibus Pontificum, eosque osculis venerari.

Hunc morem deinde etiam Imperatores, servavere post Constantinum à Beato Sylvestro in Fide Christiana eruditum. *Justinus Augustus* (referente Anastasio num.54.) *humiliavit se pronus*, *& adoravit Beatissimum Papam Joannem*, intellige primum hujus nominis, videlicèt cum Constantinopolim petiit circà annum 523. eodem honore suscepit Constantinum Papam Tyberius filius Justiniani Secundi, & Justinianus ipse, ut refert Platina in ejus vita dicens. *Justinianus non solùm Pontificem amplectitur*, *verùm etiam ejus pedes venerationis causa exosculatur*. Ex Anastasio habemus in electione Leonis IV. quæ facta est anno 847. eundem cultum ei fuisse exhibitum, dicente: *Tunc omnes ..... ad Lateranense Patriarchium perduxerunt*, *qui morem conservantes antiquum omnes ejus osculati sunt pedes*: & in Valentino Papa Anno Christi 827. ait Anastasius; *Positus est in Throno*, *cujus ovanter ab omni Romanorum Senatu pedibus exosculatis &c.*

Antiquus igitur, ut apparet, ritus est delatus Pontifici à toto terrarum Orbe, nec necesse est singulas ætates percurrere, quibus Reges, ac Imperatores hujus venerationis exempla præbuere, & sicut constanti consuetudine, sic & ratione multiplici fulcitur: & si alia non esset, quam ipse usus constanter observatus à Viris Apostolicis Martyribus Principibus, & Regibus, usque ad hæc nostra tempora, satis, superque confirmaretur contra derisores, verùm non desunt rationes, quibus talem consuetudinem pietati consentaneam esse probatur. Et primò si in primitiva Ecclesia fas erat solis Presbyteris advolui, & *charis Dei genicularis*, ut loquitur Tertullianus, quantò magis pedibus Summorum Pontificum talem honorem deferre? Secundò licitum est Filiis Patrum pedibus suppliciter se inclinare; & Salvianus testatur filios Parentum pedes exosculari, tùm amoris, tùm reverentiæ indicio, ergo multò magis Pontificis, qui Pater omnium Christianorum, & Pater Patrum eminet in Ecclesia. Patrem enim Christianæ plebis Melchiadem dixit Augustinus. Talem denique meretur obsequium Pontifex, quia Crucem defert in Sandaliis expressam, quàm gestari in rubeis Sandaliis, docet Sausajus;

Lib. de Pœnit. cap. 9. — *Epist. 162.* — *Cap. 4. de oscul ped.*

„ Tamquam indicium fusi cruoris à Petro in Cruce pro Dei gloria, & ut passionis „ Salvatoris trophæum adorandum iis, qui ad se accedunt, exhibeat, qui dum ejus „ pedibus advolvuntur, non tam ejus pedes, quàm Christi triumphale Signum „ adorant.

Non fuit igitur Summis Pontificibus insanæ mentis actio additamentum aureæ Crucis, ut olim Diocletiani, qui gemmas calceis suis addidit, ut sibi tamquàm Deo honor per pedum oscula deferretur. Potiùs eorum animi demissio commendari debet; nam voluerunt, ut Christiani, qui universim ad suorum pedum oscula proruebant, Cruce in calceis perspecta, ad Christum referrent obsequium, quod Pontificibus præstabant. Legatur Balduinus de Calceo antiquo cap.27. & si qui plura desiderat, adeat Tractatum de osculatione pedum Romani Pontificis, quem edidit Joseph Stevanus. Hinc hæreticorum lingua, & iniqui nostræ religionis Censores coercentur.

Quoverò tempore usus incœperit gestandi suprà pedes Crucis signum, non adeò certum est apud Scriptores. Ioseph Stevanus supracitatus Valentinus Episcopus olim Vesianus adversùs Papirii Massonis calliditatem usum gestandi Sandalia Pontificia cruce insignita vetustissimum fuisse per picturas conjectat. Angelus Rocca volens oculatus testis esse, veteres Ecclesiarum Absides Romæ opere Musivo decoratas diligentèr perlustravit, & reperit Calceos Summorum Pontificum in superiori parte, nec omninò fenestratos, aut perforatos, nec undequaque pedem obtegentes, nam tantummodò in pedis acumine, atque calcaneo tegumentum cum ligamine à solea, & à calce ad collum, & ad pedis acumen, ad superiorem videlicèt partem pedis, diducto, in esse conspexit, parvula cruce super digitos pe-

pedum impressa, sive picta. Refert ille multas imagines opere Musivo expressas, & miratur Innocentium III. mysteriorum Missæ, Alcuinum cap. de vestimentorum significationibus, Amalarium Fortunatum lib.2. cap.25., Rabanum lib.1. cap.22. Guglielmum Durandum, Stephanum Durantum, & alios, qui de Sandaliis loquuti sunt, de cruce supra calceos pontificios apponi solita non meminisse. Illa tamen memorat Pontificium Ceremoniale his verbis. *Induitur Pontifex papali habitu, toga scilicet, linea alba, caligis rubeis, & sandaliis rubeis aurea Cruce signatis.*

Inter alias imagines Rocca illam refert, quam ait antiquissimam omnium esse Romæ in abside Ecclesiæ Sanctæ Agnetis, circa annum Domini 624. exornata, in qua Honorius hujus nominis Primus fieri curavit (ut Anastasius Bibliothecarius). *Fecit absidem ejusdem Basilicæ musivo, ubi etiam multa dona obtulit.* In ea Honorium ipsum depictum esse, dum adhuc viveret, & videri Sandaliis alba cruce satis conspicua insignitis calceatum. Notat insuper Honorium III. & IV. crucem in Sandaliis non habere, ut cernitur primus in templo Sanctæ Bibianæ, qui vixit circà ann.1240. Secundus, ex marmore effictus in templo Aræ Cœli, qui fuit circà annum 1287. Putat tamen arbitrio Pictoris, vel Sculptoris crucem ommissam esse.

In abside Templi Sanctæ Mariæ Transtyberim, circà annum Domini 1243. opere tessellato decorata, pictus cernitur Cornelius, qui passus est anno Domini 253. cum calceis cruce insignitis, *nec potuisse* (ait) *se invenire* hunc ritum in usu habitum in operibus musivis ante Honorium Primum supra memoratum, qui Pontifex renunciatus fuit circà annum 622. attamen conjicit esse antiquiorem, & putat, etiam Beatum Gregorium, qui vivebat ante annum sexcentesimum, calceos cruce insignitos gestasse, quòd inter Pontificatum Gregorii Magni, & Honorii Primi non nisi viginti annorum spatium plus, minusve intercesserit.

Et circà imaginem Divi Gregorii notandum est ejus imaginem exponi in Vita ejusdem Pontificis, à Joanne Diacono descripta, & præmissa ejusdem Sancti operibus in editione Parisiensi anni 1675. cum notis F. Angeli Roccæ Apostolici Sacrarii Præfecti, quæ imago desumpta est ex Ædicula Sancti Andreæ propè Beati Gregorii templum Romæ, ubi supponitur depicta jussu ipsius Gregorii, dum adhuc viveret. Hanc imaginem explicavit Joannes Diaconus lib.4. cap.83. in vita Gregorii, qui obiit anno 504. Joannes verò claruit circà annum 870. Sed de Sandaliis nullam penitùs fecit mentionem, propterea advertit Gusauvilleus, calceos hujus Sancti in Ædicula Sancti Andreæ duplici modo pictos inveniri, nempè Cruce insignitos, & sine Cruce.

Idem author Angelus Rocca afferens depicta Sandalia Divi Sylvestri; ait. „ Calceus, quem Beatus Sylvester gestabat viridis etiam coloris holosericus non „ villosus quibusdam operibus, & serico, & auro contextis ornatus ad Sanctum „ Martinum in Montibus inter reliquias asservatur. Hujus generis Calceum, „ quem Græci Sandalion vocant, quamvis ab eo, qui in functionibus Ecclesiasticis ad Pontificiam majestatem referendam, B. Sylvester uti forsan solebat, differre credam, eum tamen sine cruce affirmare non audeo, dum nodos supra Sandalium confectos diligenter specto, ac perpendo. Nodi namque ipsi per aliquot linearum implexionem, sive involucra ornatum præstant, pluresque cruces efficiunt, & comprehendunt: multas hujusmodi observationes refert Saussajus in appendice de osculatione pedum, ex quibus, ut ille refert, apparet, usum Crucis in pedibus trascendere annos mille, & 200. atque etiam 300.

Taceant igitur iniqui oblocutores contra Sacrum Christianorum Ritum oblatrantes, dum talem cultum exercendo Antiquorum cujuscumque generis morem laudatissimum imitantur, atque erga Divum Petrum in ejus Vicario, imò erga Christum, cujus vices gerit, hæc impendunt obsequia, & Pontifex suis calceis gemmas non infigit, ut Diocletianus, sed Crucem Domini, nec Divinos sibi arrogat, ut ille, honores ex pedum osculis, sed quæ sibi exhibetur venerationem ad ipsum refert, cujus se esse servum gloriatur.

Certè cum Prædicantes legunt, vel audiunt genuflexiones, ac pedum osculationes factas à Magnatibus Imperatoribus Constantinopolitanis frontem non

corrugant (ut advertit noster Gretserus in pedilavio cap.15.) multoque minùs linguas in maledicta solvunt, quin potiùs bene factum acclamant. Imò ipsi si quando Constantinopolim adeunt Turcici Tyranni vestem osculari non refugiunt, ut fecit Lutheranus Prædicans Gerlachius: At sui impotentes, nec linguam, nec calamum contra Romanos risus ampliùs continere valent; sed in convicia prorumpunt.



V

GLORIOSA DICTA SVNT DE TE CIVITAS DEI.



VI

CITA APERITIO BREVES. AETERNAT DIES.

Denotant hæc duo numismata Jubilęi annum à Sixto IV. celebratum, primum, cum lemmate ex Psalm. 86. accepto GLORIOSA DICTA SVNT DE TE CIVITAS DEI, illi coëvum fuisse asserit R. P. Molinetus secundum restitutum. Ego quidem nullum eorum impressum fuisse tempore Sixti IV. confidenter dicam, sub quo Porta sancta reserata non fuit, uti in utroque exprimitur. Sed postea conficta in anni talis memoriam, quem anno 1475. Sixtus celebravit, circa quem brevem, ac exactam notitiam ex probatissimis Auctoribus adducam.

Redegerat anno 1470. Paulus II. Jubilæi annum à trigesimo tertio ad vigesimum quintum recurrentem diplomate, *Nos qui miserationem &c.* & insignem celebritatem anni 1475. se obiturum spoponderat si superstes fuisset. Tamen preventus morte illum celebrare non potuit. Confirmatam deinde à Sixto IV. hanc sanctionem anno 1675. die 9. Augusti Constit. *Quemadmodum &c.* narrant multi inter quos Genebrandus, Volateranus, Stephanus Vinandus, Pighius, & Tursellinus; Qui Sixtum IV. reductorem anni Jubilæi ad vigesimum quintum quemque annum crediderunt, ji intelligendi quoad executionem, non quoad ordinationem ejusmodi reductionis, ut bene advertit Phœbeus part. 2. cap.7. Hanc etiam confirmationem refert inter alios Raynaldus, & Sigonius de Episc. Bononieñ lib.4. qui ajunt Sixtum ob vehementes bellorum suspiciones, infestaque, itinera Religionis causa Romam contendentibus, ut longiquarum Nationum saluti consuleret, Jubilęum Bononiæ instituisse, amplissima noxarum proposita venia jis, qui expiata Vitę conscientia à Kal. Maii ad pridie Kal. sequentis anni. Decretas quatuor illius Urbis Ecclesias fuisse, ad Deum imperatis precibus jis qui piè lustrassent. Ingentesque adeo populorum concursus eò factos, ut vulgò existimatum sit Bononiam nunquam tam Peregrinorum copia redundasse. Extat de eodem Jubileo Bononię indicto Pontificium Diploma; ex quo tamen Olympius Riccius in tractatu de Jubilęis deducit, deceptos esse Raynaldum, & Sigonium, affirmantes Jubilęum ejus anni Roma Bononiam translatum. Ibi tamen sacros Indulgentiarum Thesauros apertos à Pontifice fuisse à tertia Dominica Quadragesimæ ad octavam usque diem post Pascha omnibus, qui piè visitassent quatuor Sacras Ædes, idest SS. Petri, Petronii, Stephani, & Francisci, ut nempè à Deo auxilium impetrarent sacro fœdeti contra Turcas inito. Cęterum eodem anno pręter multos dignitate conspicuos Ferdinandus Siciliæ Rex in Urbem se contulit.

Phæb. par. 2. cap.7.

An. 1475. num.1.

Cap.28.

IVL.

VII

IVL. CARD. NEPOS. IN . OSTIO . TIBERINO.

IN hujus numiſmatis altera facie eſt Pontificis effigies nulla Tiara ornata, & hæc verba exibet SIXTVS IV. PONT. MAX. VRBIS REST., hoc eſt VRBIS ROMAE RESTAVRATOR, in altera tres quaſi Turres, & ex jis unam, aliis majorem, & hæc verba exhibet IVL. CARD. NEPOS . IN OSTIO . TIBERINO, videlicet IVLIANVS CARDINALIS NEPOS SIXTI IV. qui poſtea Pontifex creatus dictus eſt IVLIVS II. Cum eſſet Cardinalis Oſtienſis Epiſcopus mœnia Turres propugnacula diruta reſtauravit, & in grati animi monumentum hoc numiſma percuſſit. Fuerat enim auunculi muneribus, & honoribus auctus pręcipuè cum Oſtiam ipſe Pontifex inviſeret. Ejus itineris ſeriem narrat Jacobus Maphæus Cubicularius, & Secretarius Apoſtolicus. In Diariis anno 1483. 9. Novembris ubi ſic. „ Dic Dominica audita re Divina, quam ego egi, ad oſtium ſecretioris cubiculi „ ſuperioris deſcendit Pontifex cum tribus tantùm Cardinalibus lectica uſque ad „ ædem Beati Pauli delatus, ubi cum Patribus Camerario, Vice-Cancellario, „ & Recanatenſi, ac nonnullis aliis Prelatis domeſticis aſcendit navim Prætoriam, „ quæ ad viciniorem Baſilicæ ripam ad id parata jam erat, & ſecundò flumine „ Oſtiam pervenit, ubi egregiè parata erant omnia, non modò ad neceſſitatem, „ ſed ad luxum quodammodo. Ita in omnem partem elucet magis quotidiè Car- „ dinalis Sancti Petri munificentia, & liberalitas, non illa quidem affectata, ut „ in plerìſque cognoſcimus, ſed ingenita, ſine fuco, ſine arte, ut facilè Sixti „ Pontificis nepotem poſſis agnoſcere. Deſiderari eo triduo nil potuit, non dico „ à Principibus, Pontificis, & Cardinalium Familiis, ſed nequidem à Stabula- „ rio, aut gregairo pedite, quàm illicò non oblatum eſſet. Totum diem Lunæ „ ſequentem ibidem commoratus eſt Pontifex, invitatus eſt à Vice-Cancellario ad „ ejus Portuenſem Eccleſiam, ubi paratum erat prandium pluſquam verè Ponti- „ ficium. Sumpto prandio placuit Pontifici, & Patribus vagari uſque ad Littus „ proximioris maris, ubi cernuntur adhuc muri vetuſtiſſimi Portus, & penè col- „ liſi, & Pharus Turris, adeò ut etiam hodiè ejus vocabulum ſervit, nec du- „ bium eſt quin ille Portus Oſtiæ à Claudio Cæſare conſtructus, de quo Sveto- „ nius in ejus Vita apertè mentionem fecit. Pontifex, inſpectis illis reliquiis, aſcen- „ ſa navicula, ad Oſtiam uſque ſecus Littus adnavigavit lętus admodum, & cęte- „ ros in eadem adducens. Sequenti die Mercurii ſumpto prandio, eadem Bucci- „ natoria navi junctis duabus Romam averſo flumine reditum eſt, & in eadem „ fluminis ripa, ubi paulò ante conſcenderamus, deſcenſum. Ibi Patres, & ple- „ rique Prælati, multi Proceres, & Legati, Pontificis redditum præſtolantes lęti „ lętum Pontificem excepere, & incidentibus jam tenebris uſque ad Pontificiam „ ædem deduxere.

Talem Portum teſte Platina in M.S. Vatic. è Regione Oſtiæ ultra Tyberim à Claudio incohatum à Trajano perfectum repurgare inſtituit, ac navigiorum, ut antea fuit, capacem reddere; opus ſanè Regium, & Pontificio nomine dignum, ſed ejus mors obſtitit. Urbem autem Oſtienſem, ut habemus ex Anaſtaſio; *Quam diù ac memoriæ Beatus Papa Gregorius, ne Gens iniqua Saracenorum Populum Domini in circuitu caperet, aut interimeret, ad ſalutem multorum coſtruxerat, Nicolaus I. in ruinis jacentem, inſpiratione ſuperna tactus, fortiori firmiorique fabrica reædificari juſſit, & in melius reſtauravit, portiſque etiam, & Turribus fortiſſimis muniens, promptos ad bella in ea homines collocavit, itaut nullatenus à Pengena gentis incurſio de cætero illi poſſit dominari, aut Concivibus ejus damna in aliquo, niſi (quod abſit) per deſidiam operari.* Sed ut ad Cardinalem Julianum, unde digreſſus eſt ſermo, revertatur, error nobis detegitur in expoſitione hujus numiſmatis à R.P. Molineto, Pag. 21. facta, vocante illum Julium. Abundè illum evincit inſciptio allata ab Oldoino poſita ab ipſomet Cardinali in porticu Baſilicæ, quam Bononiæ extruxerat cum Legati, & Poſtoris munere fungeretur, his verbi. SEDENTE INNOCENTIO

VIII. PONTIFICE MAXIMO PONTIFIC. SVI ANNO TERTIO IVLIANVS EPISCOPVS OSTIENSIS CARDINALIS SANCTI PETRI AD VINCVLA SANCTÆ ROMANÆ ECCLESIÆ MAIOR POENITENTIARIVS, ET EPISCOPVS BONONIENSIS CONDI IVSSIT.

Cæterum ne quid nobis excidat inexplicatum, verbum Inscriptionis notandum est, quo Julianus inter Patrum Purpuratorum Cœtum relatus dictus est Crdinalis, quodque erudito suo Calamo sic explicat Turrecremata in summa de Ecclesia. Car-
„ dinales sunt ji, qui assistunt Papæ tanquam spirituales ejus Coadiutores, propter
„ quod tamquam Senatores, Consules, atque Patricii Urbis esse censentur; no-
„ minantur autem sic multiplici ratione: primò quidem dicuntur Cardinales,
„ quia Ecclesię Romanę tantùm serviunt, quæ ut inquit Anacletus in cap. Sacros
„ dist. 22. Caput, & Cardo est omnium Ecclesiarum. Secundò quia, sicut Car-
„ dine Ostium regitur, undè dicitur proverb. 26. *Ostium vertitur in Cardine*, ita
„ Dominorum Cardinalium consilio, & assensu Summus Pontifex regit dispo-
„ nit, atque gubernat universalem Ecclesiam. Tertiò dicuntur Cardinales, idest
„ Principales. Ipsi etiam sunt principales in Ecclesia, quorum consilio, & regi-
„ mine tota Ecclesia universalis disponitur, & gubernatur. Describitur insuper
„ status Cardinalium quoad universalitatem auctoritatis cum dicitur, *Et posuit*
„ *super eos Orbem*. Auctoritas nempè Dominorum Cardinalium non respicit
„ tantùm Diœcesim unam, aut Provinciam, sed universum Orbem juxtà verbum
„ B. Gregorii in cap. decret. 2. q. 6. alii autem Prælati assumpti sunt in partem
„ solicitudinis, isti verò in adiutorium Gubernationis totius Orbis. Quò circa
„ Bern. lib. de considerat. de Cardinalibus loquens Papæ Eugenio III. ità dicit.
„ Hi quoque, qui tibi continuò assistunt seniores Populi, Orbis Judices &c. Di-
„ stinguitur autem in statu Dominorum Cardinalium triplex ordo, videlicet
„ Episcoporum, Presbyterorum, & Diaconorum, de quibus fusè Turrecremata
„ eod. lib. &c.

VIII

CVRA RERVM PVBLICARVM

Quam benè hujus numismatis inscriptio Sixti Pontifici conveniat satis comprobant ædificia, quæ Romæ excitavit, utilitati urbanæ consulens, quæ tot sunt, ut ex solis lapidibus, quibus ejus nomen, & insignia ad singula ædificia insculpta visuntur, ingens palatium confici posse putemus. Illa recenset Oldoinus, muros pręcipuè Urbis multis locis temporum iniuria collapsos, instauravit, ductus aquę virginis penè confractos repurgatos perpetuo fornice à Monte Pincio ad Trivji fontem cum aqua perduxit, Cloacas Urbis, quibus sordes in Tyberim vehuntur repurgatas firmavit, & nihil, quod publico Urbis decori, & commoditati esse censeret, quin perficeret omisit.

In Sixt. pag. 30.

Ciac. 10.

Deerat tamen illi pons olim dictus Janiculensis à proximo colle Janiculo, in parte australi eidem imminenti, per quem veteres accedebant, auspicia recepturi propè cineres Numæ Pompilii in eo sepulti: dictus etiam fuerat Pons Aurelius ab Aurelio Imperatore, ut ajunt aliqui, vel ab Aurelio Consule, ut narrant alii, qui illum refecerat: Antoninus iterum Pius illum restituit, diuque stetit. Gothorum injuria disiectus Pontis rupti nomen usque ad Sixti tempora retinuit.

Philip. Maria Bonini nel Tevere incatenato pag. 186.

Hunc igitur ad Peregrinorum præcipuè commoditatem, ut narrat Phæbeus in tract. de Jubilæo, magna cura, & impensa à fundamentis ex Tiburtino lapide restituit; Urbi sanè utilissimum, illumque Sixti nomine, quod adhuc retinet, voluit appellari, hisce additis inscriptionibus, lapideis tabulis insculptis, videlicet. In prima.

MCCCC-


MCCCCLXXIIIII.
QVI TRANSIS SIXTI IV.
BENEFICIO DEVM ROGA
VT PONT. OPT. MAX.
DIV VOBIS SALVET, AC SOSPITET
BENEVOLE QVIS QVIS ES, VBI
HÆC PRECATVS FVERIS.

In ſecunda verò.

SIXTVS IV. PONT. MAX.
AD VTILITATEM POPVLI ROMANI;
PEREGRINÆQVE MVLTITVDINIS
AD IVBILEVM VENTVRÆ PONTEM
HVNC, QVEM MERITO RVPTVM VOCABANT,
A FVNDAMENTIS MAGNA CVRA, ET
IMPENSA RESTITVIT
XYSTVMQVE DE SVO NOMINE APPELLARI VOLVIT
M. CD. LXXV.

Ipſemet Pontifex primum lapidem jecit, in quo hæc ſculpta legebantur: SIXTVS IV. PONT. MAX. FIERI FECIT ANNO DOMINI MCDLXXIII. quod ſi has inſcriptiones inter ſe diſcrepare ob annorum notas animadverteris, ſciendum talem Pontem incœptum fuiſſe anno 1473. die 29. Aprilis, & ſub anno 1479. abſolutum ex relatione Gregorii de Laude in Vaticiniis Beati Joachimi. Ejus lapidis poſitionem Patrio idiomate recenſuit in ſuis Diariis Stephanus In-
„ feſſura his verbis. L' anno 1473. à dì 29. Aprile lo Papa con quattro Cardina-
„ li, e molti Veſcovi ſi conferì da Palazzo in Traſtevere, e à Ponte rotto canto
„ lo fiume, dove lui haveva deſtinato reconciliare detto Ponte, e diſceſe, nello
„ fiume, e miſe nelli fondamenti di detto Ponte una pietra quadra, dove ſtava
„ ſcritto SIXTVS IV. PONT. MAX. FECIT FIERI SVB ANNO DOMINI
„ M CD LXXIII. dereto à quella pietra miſe lo Papa certe Medaglie d'oro
„ con la ſua Teſta, e doppo fece edificare quello Ponte, lo quale da lì in poi
„ non fu chiamato più Ponte rotto, ma Ponte Siſto, come dicono le lettere lì
„ ſcritte.

Legitur in quodam Codice MS. in quo recenſentur, & deſcribuntur Urbis Pontes, qui ex Bibliotheca Eminentiſſimi Cardinalis Sluſii ad Illuſtriſſimi Ciampini Muſæum tranſlatus eſt. Eſtque in Tom. MS. 58. Pontificem Sixtum, cum ſui Ordinis Procurator Generalis ædem incoleret, quam eidem Ponti proximam cum Templo divino Salvatori dicato Patres Minoritæ poſſident, ob longum iter, quod per Pontem Ælium ad BaſilicamVaticanam iturus conficere tenebatur, labore aliquando defeſſum, per jocum dixiſſe, ſe Pontem ruptum reſtituere velle, ſi ad Summi Pontificatus apicem perveniret, quod utique ſumma cum gloria, atque impenſa excitavit, utramque Tiberini ripam quatuor amplis arcubus copulans, qui omnes centum, & viginti paſſus in longitudine continent.



PAR-

IX

PARCERE SVBIECTIS ET DEBELLARE SVPERBOS SIXTE POTES. CONSTANTIA

Numisma in quo Typus Constantiæ exprimitur, quam explicat verbum subscriptum CONSTANTIA. Mulier stans sinistra columnæ innixa, dextera hastam tenens, duobus modis visitur in Claudii Imperatoris moneta, tum sedentis, tum stantis habitu: stans galeam gestat, & sinistra Scipionem, seu sceptrum, sedens autem inermis est virga carens, quietem ostendens, ac firmum robur; illa militari est habitu, Sago induta, ac paludamento, intergum demisso, ut fortitudinem sociam dixeris Justitiæ. Decet enim milites, ac Judices constantiam adhibere, hinc duplex ea forma est idest militis armati, & Judicis sedentis. Innititur columnæ, quia columna est stabilitatis, & Constantiæ Symbolum.

August. dial. 2.

Adiecta autem inscriptio constat verbis, quæ apud Virgilium Anchises protulit Fabium maximum alloquens

Lib. 6. Æneid.

Tu regere Imperio Populos Romane memento
Hæc tibi erunt artes pacisque imponere morem
Parcere subiectis, & debellare Superbos.

Commendat illa Sixti constantiam, quam in hostibus Romanæ Ecclesiæ infensissimis extirpandis, atque in subiiciendis rebellium animis adhibuit, quibus tamen ad meliorem vitæ frugem redeuntibus, paterno amore veniam concessit. In utrumque argumentum satis superque sint pauca quæ subiicio.

Coronatus Sixtus anno 1471. ad rem Ecclesiasticam Christianamque componendam animum adiecit, atque ante omnia Concilium Laterani se indicturum ostendit, in quo, & res Ecclesiasticæ corrigerentur, & de bello Turcis indicendo tractaretur.

Quamobrem Cardinalium consensu Legatos summa cum potestate creavit, nempè Bessarionem in Galliam, Borgiam in Hispaniam, Barbum in Germaniam, Angelum Reatinum Sanctæ Crucis apud Principes Italiæ, qui diffidentes inter se Principes ad concordiam revocarent. Prioribus Legatis alium adiecit Oliverium Carafam, quem classi maritimæ in Turcas paratę pręfecit, magna cum impensa; singulis enim, in singulos quoque menses quingentos nummos aureos assignavit. „ Die autem Jovis 20. Junii Pontifex recessit à Palatio Sancti Petri usque ad San- „ ctum Paulum sociatus ab octo Cardinalibus (ut habetur in Diariis) ubi instra- „ vit triremes, & benedixit eas, & ea nocte illinc discesserunt ituræ contra Tur- „ cas. Bellum generosè exortus, in prima expeditione Duce Carafa centum milia „ aureorum expendit; in secunda Duce Laurentio Patriarcha Antiocheno sexa- „ gintaquinque millia. Verùm Oliverius cum 24. triremibus Pontificiis toti de- „ nique triremibus Ferdinandi Neapolitanorum Regis, & 50. Venetorum bellum „ gerens parum profecit, nunquam prodeuntibus ex Bosphoro in Ægeum hosti- „ bus; Smyrna tantùm in Asia capta, sed subortis contentionibus prò Regno Neapolitano, Turca Mahometes, post expugnatam Peloponensem, & Bornam, furorem suum ad Regnum convertit Neapolitanum, & Hydrunto capto, anno 1480. „ Italiam omnem incredibili terrore complevit, dum in Monte Tauro Italiæ li- „ bertas summo in discrimine versabatur: quapropter Sixtus constanti animo „ alia armorum genera parans precibus ad Deum effusis ad hostis superbiam eli- „ dendam, suamque sponsam à Turcarum invasione liberandam, mortem Maho- „ meti à Domino imploravit. Audito autem hostis Christiani nominis obitu, „ Romę triduanas supplicationes indixit ad Sanctum Petrum 4. Junii Dominica „ videlicet, secunda, & tertia feriâ sequentibus, quibus ipse cum Cardinalibus „ interfuit, & potiores Deo gratias egit, quam ante preces effuderat.

Greg. Laurus in Vat. B. Joachin.

Ad Constantiam Sixti pertinet etiam aliud Bellum adversus Herculem Ferra-

riæ

riæ Ducem, qui cum Florentini exercitus imperium suscepisset in Sixtum, is illum Ferrariensi Principatu deturbavit. Simili pœna perculit Robertum Malatestam Ariminensem. Constantium Manfredum, & Galeottum Florentinum, Alexandrum Sfortiam Pisaurensem, Apostolicæ Sedis Beneficiatos, qui ad Florentinos ab Ecclesia defecerunt: Ad Concilium cum citatus fuisset, ipse ingenti animo summaque constantia respondisse fertur, se Concilium quidem libenter admissurum, in quo speraret se, omnium illorum Principum criminibus patefactis, res plurimas Ecclesiæ ablatas ab jis repetiturum, unde illi, qui metu expugnare sperabant, ab eodem perterriti alia quæsivere perfugia. Narrat Torrigius Sixtum Arcu Horatii Cochlitis destructo, qui sub templo Sanctę Sabinæ prope Tyberis ripam videbatur, ejus lapides in globos convertisse, jisque viginti currus oneratos ad Comitem Hieronymum Riarium misisse die 24. Julii an. 1484., qui contra Rebelles Pontificiis Copiis moderabatur, idque se accepisse ex Codice m.s. Bibliothecæ Vaticanæ. *Volateran. Antropl. lib. 22.* *In Cryptis Vatic. pag. 133.*

Quam autem in subjectis venia danda paternus Sixti amor eluxerit Rerum Florentinarum Scriptores abundè demonstrant, cum Oratores missos referunt à Florentinis, sive fessis malis, sive auxiliorum spe delusis, sive ad meliorem mentem reversis, vt in Ecclesiæ Gratiam à Romano Pontifice recipi flagitarent. *Rain. ad an. 1480. num. 39.*

Honorificentissimam itaque duodecim Civium Legationem ad Apostolicam Sedem misere, quorum piam orationem suis conceptam verbis affert Brutus Florentinus lib. 7.

Jacobus Maffeus Cubicularius Sixti in Diariis anni 1480. testis oculatus ejus facti seriem his verbis recensuit: „ Die 25. Novembris ingressi sunt Urbem Florentinorum Oratores num. xii. Civitatis ejus facilè Principes, Franciscus Soderinus Prę̄sul Volateranus, Aloysius Guicciardinus, Antonius Rodulphus, Joannes Jansiliacus, Petrus Minerbetus ex equestri ordine, Guidus Antonius Vespuccius Juris Consultus, Masius Albicius, Ginus Caponius, Jacobus Lanfredinus, Dominicus Pandolfinus, Joannes Tomabonus, & Antonius Medices: veniebant autem ad deprecandam à Summo Pontifice veniam prò his, qui in Beatitudinem suam Sanctam, & Apostolicam Sedem deliquerant, tam ob captivitatem Apostolici Legati, quàm ob Sacerdotes Dei, ab se crudeliter interceptos, inter quos fuerant Franciscus Saluiatus Pisanus Archiepiscopus, quem ad fenestras Curiæ Summi Magistratus laqueo suspenderant, unde bellum gravissimum exortum est, quod toto ferè biennio perseveravit. Obujam eis nequaquam jvere vel Pontificis, vel Patrum familiæ, eo quòd adhuc Ecclesiæ censuris Civitas, & populus subiacebat: die verò Lunæ, qui sequutus est, datus est jis Senatus secretus, in quem tamen sunt intromissi nonulli tam privati Prælati, quàm inferioris ordinis Viri. Volateranus Præsul, quem diximus caput esse legationis orationem prò omnibus habuit, ejus fuit summa, & prò commissis excessibus in Pontificem, & Romanam Ecclesiam Populus Florentinus doleret, & nunc tandem per eos veniam humiliter peteret. Oratio erudita habita est, & artificio plena. Recitata autem fuit summa cum omni attentione, & laude, nec minus commendata Oratoris actio, qua orationis ornatus. *Extat Autographum in Bibl. Vat.*

„ Commendavit eum Pontifex multis honorificentissimis verbis. Itaque auditurus aliàs, quæ ipse de ea re in Senatu suo decerneret, quandoquidem non convenisset absque Patrum consilio aliquid grave statuere. Jussit tamen eos bono animo esse, & de Apostolica Sede bene sperare. Dominico autem die, qui proximè sequutus est 3. Decembris, in quo prima sacra Dominici Aduentus ab Ecclesia celebrantur, quibus interesse semper Pontifex consuevit, quum per eum diem inter Pontificem, & Oratores de pacis conditionibus actum esset. Jussi sunt illi venire in Apostolicam Basilicam Principis, qui quum aliquantulum in Porticu Pontificem, & Cardinales expectassent, tandem, aliqua interiecta mora, ad ejus conspectum admissi fuere, sed in hunc modum, qui sequitur acta est cæremonia. Sedebat Pontifex aversus à templo in sella serica purpurea super limine portæ æneæ quæ media est, clausis valuis, circumstantibus in Corona Cardinalibus, & Præla-

tis

,, tis, & iis, qui munera Curiæ fungebantur in maxima Populi frequentia,
,, Oratores autem omnes demissis detectisque capitibus coram Pontifice ve-
,, nientes, primùm se ad terram projecerunt, eumque cum humilitate vene-
,, rantes, pedes ipsius deosculati sunt omnes, indè procumbentes in genua
,, errores ante Pontificem sunt confessi, & miserere sibi, & Populo à quo es-
,, sent missi humiliter petiere. Loquutus est prò omnibus spectatus Eques Aloy-
,, sius Guicciardinus, vir jam septuagenarius, & magnæ apud suos auctorita-
,, tis, submissis tamen verbis, & brevibus, atque à paucis propter strepitum
,, exauditis. Eo tacente jussit Pontifex alta voce recitari formulam initarum
,, conditionum, & confessionem excessuum per Philippum Curvensem unum ex
,, Notariis Apostolicæ Cameræ, assistentibus Advocato, & Procuratore Fisca-
,, libus, qui unum, vel plura, si opus esset ad perpetuam rei memoriam docu-
,, menta conficeret, summa verò conditionum paulò inferius adiicietur: formu-
,, la lecta omnes ipsi jurejurando in Sanctis Pontificis manibus præstito, obli-
,, gaverunt se ipsos, & Florentinum Populum cuncta inviolabiliter servaturos.
,, Tunc Pontifex indicto silentio, peccastis, inquit, filii multum, primùm
,, in Deum Salvatorem Nostrum occidentes crudeliter, & nefariæ Pisanæ
,, Sedis Archiepiscopum, & Sacerdotem Dei. Scriptum est enim, *nolite tangere
,, Christos meos*. Peccastis in Romanum Pontificem, qui vicem Salvatoris
,, Nostri Jesu Christi gerit in terris, diffamantes eum per universum terrarum
,, Orbem. Peccastis in Sacrosantum Ordinem Cardinalium, retinentes inuitum
,, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem Sedis Apostolicæ Legatum. Pecca-
,, stis in omnem Ordinem Clericalem auferentes à Clero dictionis nostræ tribu-
,, ta, & ea quidem admodum gravia contra voluntatem ipsius, & Rom. Pont.
,, minimè permittente. Rapinarum incendiarum direptionum, & malorum
,, multorum causa fuistis, non obedientes monitis meis Apostolicis, qui utinam
,, à principio ad nos Patrem animarum vestrarum venissetis, procul dubio non
,, fuisset opus experiri armis ad ulciscendas iniurias, oblatas Ecclesiæ. Nos cer-
,, tè inviti egimus, quidquid egimus. Nunc vero filii ad nos humilitate ve-
,, nientes, in gremium gratiæ vos recipimus fatentes errores, ab excessibus ab-
,, soluimus: nolite peccare amplius filii, nolite ut Canes redire ad vomitum: sa-
,, tis superque experti estis quantum valeant arma Ecclesiæ, & quam durum sit
,, obiectare capita scuto Domini, & ejus Loricam velle confrigere. Et in
,, hanc sententiam pluribus dictis non minus paternè, & piè, quam constanter,
,, & fortiter, capiens manu virgulas quæ de more gestari manibus à Pœniten-
,, tiariis solent, levitur percutiebat humeros cujusque Oratoris, ad quemcum-
,, que ictum caput humiliter inclinantis, dicens sedulò Pœnitentiæ psalmum
,, *Miserere mei Deus*. Cardinalibus semper ad vocem Pontificis sequentem ver-
,, siculum respondentibus. His peractis, iterum ad Sanctissimi Pedis osculum
,, sunt admissi, & manu à Pontifice benedicti sunt. Elevatus cum sella statim
,, est Pontifex, patefactæque valuæ Basilicæ, & ad majorem Aram Templi ab
,, omnibus itum est, Oratoribus ipsis, & cœteris suo ordine præcedentibus;
,, acta ibi res divina est cum celebritate consueta, habitaque, & oratione à Re-
,, ligioso quodam ex Predicatorum Ordine. Peractis Sacris jussit Pontifex fami-
,, liam suam domesticam, & ceteros Cardinalium omnium Oratores domum
,, deducere, ut qui Urbem paulò ante ingredientes propter anathema non ho-
,, norasset, tunc absolutos absque honore non fineret. Pontifex prò Pœniten-
,, tia mandavit armari triremes quindecim eorum impensa in bellum quod
,, parabat adversus Turcas, indixitque, nisi omnia præmissa ad unguem servarent,
,, reincisuros in priores Censuras. Ita promiserunt, & stipulatum est 8. die
,, Mensis Decembris in Sacello nuper à fundamentis à se extructo ad sinistram Divi
,, Petri Basilicæ sito.

Ex hac narratione patet, quam immeritò Brutus Florentinus in sua histo-
ria superius indicata conquestus sit, responsum acerbè à Pontifice eumque in Flo-
Lib. 7. rentinos invectum, commemorando universa, quæ Civitas adversus Pontificiam
majestatem commisisse argueretur, ut constaret reditum in gratiam tempori non
hominibus datum: Jacobus etiam Volateranus horum spectator in rebus gestis Sixti
Ponti-

Pontificium responsum affert, à quo constat nihil iracundè gestum, sed ex solita Ecclesiæ dignitate, benignitateque expiatum crimen, ut propterea celebrari demeruerit percusso numismate, quod admodum rarum servatur apud D. Gasparum Molam Romæ.



X

ANNO IVBIL. ALMA. ROMA.

XI

CONSTITVIT. EVM. DOMINVM. DOMVS. SVAE.

Sequuntur duo nummi, quorum uterque Portam, quam Sanctam dicimus reserandam ostentat, haud quidem apertam à Pontifice Sixto, ut in nummis Alexandri VI. apparebit, sed ut Cælestis Thesauri indicarentur sub Clavibus Pontificiis custoditi, à Deo Apostolorum Principi, ejusque Successoribus traditis; *Constituente illum Dominum Domus suæ*, ut in adiecto lemmate, ex Psalmo centesimo quadragesimo quarto accepto, Pontificiam indicante potestatem. Neque tantùm Pontifex dicitur Dominus domus Domini, sed Dominus omnium Gentium juxtà Concilium primum Nicænum Canone 44. quod ex arabico translatum his verbis refert Pater Raynaudus. Veneramur secundum Scripturas, & Canonum definitionem Sanctissimum Romanæ, antiquæque Ecclesiæ Episcopum, primum esse, & Maximum omnium Episcoporum; ut autem ditionis suæ Nationibus imperat Patriarcha, & leges indicit, & ut à principio Petrus Christi Vicarius, Religioni in Ecclesiis, cæterisque rebus ad Christum pertinentibus præfectus, Principum Christianorum Provinciarum, & omnium Gentium Dominus, & Rector erat; ita ille, cujus Principatus Romæ est Petro similis, & authoritate per Patriarcharum omnium Dominatum, & Principatum obtinet. Huic sanctioni si quis repugnaverit, & obsistere ausus fuerit, totius Synodi decreto, Anathemati subiiciatur. Inservit hunc Canonem suæ collectioni fragmentorum Concilii Nicæni Alphonsus Pisanus libro tertio. *De Corona aurea pag. 50. edit. Lugd. tom. 10.*


In collectione eorundem Canonum à Francisco Turriano concinnata, hic Canon est num. 39. & paulò aliter, quod ad verba attinet exprimitur eadem tamen sententia. Sic enim ibi legitur. Quamvis sit Archiepiscopus inter Episcopos tanquam frater major, qui curam habet Fratrum suorum, & ei

„ debeant obedientiam, quia præest, est tamen Patriarcha jis omnibus, qui sub
„ potestate ejus sunt, sicut ille, qui tenet Sedem Romæ caput est, & Princeps
„ omnium Patriarcharum, quandoquidem ipse est primus sicut Petrus; cui data
„ est Potestas in omnes Principes Christianos, & omnes Populos eorum, ut qui
„ sit Vicarius Christi Domini nostri super cunctos Populos, & universam Eccle-
„ siam Christianam, & quicunque contradixerit, à Synodo excommunicatur.
Dicitur igitur Pontifex omnium planè Gentium, ac Populorum Dominus, idest Gubernator, & Rector, in omnibus salutem spectantibus.



INNO-





Gio Batta Lenardi del. *Arnoldo V. Westerhout fec.*

INNOCENTII VIII. NUMISMATA.

I

INNOCENTIVS . VIII. PONT. MAX.



MAGO se se offert in numismate Innocentii VIII. triplici corona redimita, & Pluviali exornata. Pontifex hic Maximus electus fuit à 25. Cardinalibus die 29. Augusti 1484. die 12. Decembris coronatus in gradibus S. Petri dein jvit ad S. Joannem Lateranum; Innocentius VIII. antea Joannes Baptista Cybo inquit Volateranus lib. 22. Genuensis post Sixti mortem Cathedræ successit &c. mortuus est 25. Julii 1492.

II

ANNO . DOMINI . M.CD.LXXXIV.

Annum exhibent hi numeri ejus assumptionis parmamque circundant Gentilitiam nobilissimę Cyborum Familię, videlicet scutum rubrum, in quo transversa fascia, aut balteus, triginta quadratis tassellis, cæruleo, & albo colore, alternis ęquisque spatiis distincta. Addita est postea Crux rubra in ara argentea, quæ Genuensium est, in Testimonium virtutis, qua pro Patria enituit Guillemus Cybo Legatus ad Sanctum Ludovicum Gallorum Regem, & ad Clementem IV. Rom. Pontif. Innocentii Pontificis natalia clarissima retulerunt plures Historici. Gręciâ oriundam Cyborum Familiam aliqui volunt, Neapoli, & Genuæ consedisse, ex quibus prodiit Bonifacius IX. Pontifex Maximus, ex hac viginti alias prodiisse Familias dicunt, quæ Patriæ suæ Genuensi Viros prodidit, domi, forisque claros, Ciacconius ex oratione Legatorum Janvensium Innocentii VIII. Patrem Aaronem Nomine, equestris ordinis virum describit primarium, rerumque gestarum gloria clarissimum.

Nobilissimæ Cyborum Familiæ nomen inditum esse ab ipsis insignibus, docet Franciscus Sansovinus de illustribus Familiis Italię; Transuersam enim Zonam in Campo Aureo ostentat, quam cubi cianei, & albi alternatim dispositi interdistingunt, *Chivos* dixerunt Gręci, à qua dictione Heroes; ejus stirpis Cybi sunt appellati, cum antea *Cubei* à cubis dicerentur. E Gręcia in Italiam translata Cyborum stirps Genuę primùm floruit, ut diximus, deindè pluribus in locis, tum Armis, tum Doctrina feliciter germinavit, de qua Scriptores rerum Janvensium &c. *Tom.1 pag. 94.*



III

ECCE . SIC . BENEDICETVR . HOMO . ROMA

Pag. 93.

REferunt ad hoc numifma nonulli locum illum Ciacconii, *Benedixit Venetis, eofque abfoluit ab interdicto, quo aftricti erant à Sixto IV.* verum deceptos illos effe evincit primùm Joannes Baptifta Palatius, qui pag. 291. afferit hanc abfolutionem impetratam *fuiffe mediis Cardinalibus, & per litteras, non miffo Legato, ut ex lib. fignato num.* 1909. Secundò manifeftè probatur ex abfolutione qua ab Anathemate Venetos liberavit non Innocentius VIII. fed Julius II. cum omni folemnitate, & Miffa in fecunda Dominica Quadragefimæ, quæ fuit die 24. Februarii anno Domini M DX. cujus folemnitatis relatio fuit impreffa Romæ in Typographia Vaticana, & extracta ex tomo 3. Diarorum Paridis de Graffis, eo tempore Cæremoniarum Magiftri, extatque adjuncta declarationi excommunicationis Sixti IV. contra eofdem Venetos in Bibliotheca Domus Profeffę Societatis JESU Romæ in Tomo diverforum fub figno AA X. 8. Ritus eofdem fervatos in abfolutione retulit Odoricus Rainaldus in Annal.an. 1510.num.7.& advertit, Paridem de Graffis retuliffe Pontifici Julio II. quòd à Sixto IV. ejus avunculo ufque ad illam diem quatuor tantùm abfolutiones habitæ fuerint, videlicet primò ab eodem Sixto anno VIII. fuerunt abfoluti tres nobiles Barones Hifpani: anno IX. Oratores Florentini. Tertiò Innocentius fucceffor Sixti abfoluit Vexilliferum Juftitiæ Civitatis Bononienfis. Quartò Alexander VI. nonnullos Cives Afculanos Sede Apoftolicę rebelles. Igitur his prȩnotatis, apparet manifeftè, non poffe fic explicari numifma hoc Innocentii VIII.

Alii hominem infpicientes ad pedes Pontificis procumbentem, Zizimum illum effe putarunt, Bajazetis Othomanorum Imperatoris fratrem, qui apud Drusfiam Bithiniȩ Urbem de Imperio certans victus eft; profugus fubfidium Chriftianorum imploraturus, Rhodum pervenit, ubi Magni Magiftri Petri de Abufon auxilium, & confilium imploravit, de ejus confilio Romam ad Pontificem venit. Ad Portum Civitatis veteris à F. Guidone de Blanchefort Aluerno, Priore, Magni Magiftri nepote deductus fuerat: è navi defcendit die 6. Martii anno 1489. Leonardus Cybo à Pontifice miffus illius Urbis arcem F. Guidoni tradidit, ut in ea Zizimum ad breve tempus cuftodiret; cum ad Urbem acceffit, Cardinalis Andegavenfis, & Francifcus Cybo Innocentii juffu ad 12. ab Urbe lapidem ei obujam proceffere. Secundò ab Urbe lapide, Cardinalis humaniter á Zizimo receffit, ut celerius ad Pontificem accederet, & fortaffis quia non decebat, Cardinalem cum illo in Urbem ingredi; Antiftites die 13. Martii aliique Viri Ecclefiaftici nobiles, Legati Principum, viri alii nobiliffimi nobili pompa Zizimum equitantem comitati funt.

Qualis fuerit ejus acceffus in Urbem, Matthæus Boffus Canonicus Veronen- „ fis tunc præfens fic tradidit. Solemni pompa exceptus totaUrbe fpectante, ince- „ ffit enim per fpeciofores vias infigni infidens equo, mediufque interFrancifcum „ Pontificis filium, & Magni Magiftri Rhodiorum equitum Fratrem in Palatium „ Vaticanum deductus eft, ibique honorificè habitus. Non multos poft dies publi- „ cum in Confiftorium deductus ad Pontificis Maximi confpectum, confpicuo in „ Throno fedentis, neque flecti ante illum, neque deofculari ex more pedes, ut qui „ præfunt facris ritibus illum facere edocebant, omninò renuit ille, qui fub „ Patre Mahomete tantum Chriftiani Sanguinis effuderat, fæuus & impius. Afpe- „ ctus Barbari Zizimi, fæuus, & truculentus, corpus compreffum, & corpulentum, „ cervix lata, pectus vaftum, & prominens, ftatura, ultra mediocrem, habens „ oculorum alterum lufcum, ac toruum, nafum aquilinum, caput inquietum, „ femper omnia colluftrans, & tanquam minax infpectans. Ætas illi videbatur an- „ no quadragefimo proxima, patrem ad unguem referens, & ut indole, fic mori- „ bus peffimis infigni atrocitate, atque fævitia æquans. Hæc quidem Boffus de Zizimo. Fufius tamen, & magis accuratè Antonius Petrus Beneficiatus presbyter

Libr. 14. Hift. Equit. Meliten.

ter Basilicæ Vaticanæ in suo M. S. cujus autographum servatur in Archivo Vaticano, aliudque exemplar in Bibliotheca Altempsiana, & PP. Benedictorum Congregationis, quam dicunt S. Mauri, Romæ. Placet patrio ejus sermone talem relationem subnectere.

» Filippo de Clivis Baglivo della Marca (ait ille) e Guglielmo Laorsino Vicecancellario Ambasciatori di Rodi convennero con Innocentio VIII. dell'andata di Zizimi à Roma, e se n'hebbe il consenso del Rè di Francia, purche non andasse in paesi à lui sospetti, e non disponesse cosa intorno à lui senza sua saputa sotto pena di dieci mila libre d'oro, alla quale era la Chiesa obligata. Ciò piacque al Papa, e al Concistoro, e se ne fece atto publico. Fu resoluto che Zizimi, sotto la custodia del Gran Prior d' Alvernia Guido di Blanchefort, che lo teneva nel castello di Borgo novo sua contrada, si menasse per terra fino al mare, e ivi montasse nella gran Caraccha di Rodi. Da Francia à Ciuitavecchia. La navigatione fù per le pericolose fortune molto travagliata, e appena si scampò la vita. Si sbarcò, e d'ordine del Papa fu da Leonardo Cibbo suo parente, mandatovi à posta, consegnata la Rocca di Civitauecchia al detto Priore à di 6. di Marzo 1489. dove stette Zizimo fino all' andata à Roma. Trattanto il Papa mantenendo la sua parola creò Cardinali à di 9. di Marzo con alcuni altri il gran Maestro Pietro di Abuson del titolo di Sant'Adriano, l'Arcivescovo Bordeaux Genovese di Casa Gentili, & il Referendario Vescovo di Aleria. Nel medemo dì fù creato, mà non publicato Diacono Cardinale Gio: figlio di Lorenzo de Medici Fiorentino di anni quattordici con questo, che per tre anni non pigliasse il cappello rosso, mà trattanto imparasse le cerimonie, & offitii divini, doppo i quali fece solenne entrata in Roma, ove avisato della morte del Padre fù dichiarato Legato à Latere, e tornò à Fiorenza, ma il Bordeaux, e il gran Mastro non trovandosi in Roma hebber il cappello, mandatogli dal Papa. Promulgata la promotione mandò il Papa ad incontrare Zizimo Giovanni Balve Card. di Angiù Aquitano, Vescovo Albanense, Nicolò Cibbo Vescovo di Cosensa di Casa Busardi apparentata col Papa, e per terzo Francesco Cibbo suo figlio. Questi con cento Cavalieri armati incontrorono Zizimo. Quando li due Prencipi si scopersero, si salutarono abracciandosi. Quando furono lontani da Roma dodici miglia gli andò incontro Domenico Doria, Capitano di Cavalleria del Papa, col quale si arrivò alla Porta Appia di San Sebastiano, dove trattenutosi un poco l'incontrò il Senator di Roma con molti Nobili, e Cavalieri. Intervennero à questa Cavalcata molti Arcivescovi, Vescovi, Protonotarii, & Abbati con i loro cappelli; doppo venivano gli Ambasciatori del Rè di Sicilia, di Venetia, Fiorentino, e di Siena, e doppo infinito Popolo. Vi andorono secondo l'ordine del Maestro di Cerimonie; li Signori Romani, poi le Famiglie de Cardinali doppo li Cavalli leggieri, e gli Ambasciatori, e Cavalieri di Malta armati, doppo gl'altri Prencipi, dietro il Senato di Roma, alla man destra di cui cavalcava il detto Prior Guido molto riccamente adobbato, e à man sinistra il Prencipe del Falcone, Ambasciatore di Francia, e Francesco Cibbo, e nel fine Zizimo solo con feroce aspetto sopra un superbo, e ricco cavallo. Doppo lui la famiglia del Papa, doppo la quale Domenico Doria già detto. In tutto il numero erano dodici mila cavalli. Si passò per Campo di Fiore, e si andò al Palazzo Vaticano. Tutte le finestre delle strade erano parate. Il Cardinal di Angiò, ch'era d'ordine del Papa andato per incontrar Zizimo, quando fù appresso Roma due miglia, partì da lui con scusa di andare ad auuisare al Papa detta sua venuta, non volendo essere in Roma con un Turco, non giudicando ciò convenevole alla dignità Cardinalitia: giunto Zizimo al Papal Palazzo fù dal detto Cardinale accolto, e condotto alle stanze di Papa Clemente, ove sotto Polo II. il Gran Mastro Frà Pietro Raimondo Zagosta celebrò il Capitolo Generale. In tanto il Prior Guido, e il Cavalier di Rodi andorno à baciar li piedi al Papa. Il dì seguente alli 14. Marzo 1489. il Papa tenne publico Concistoro, ove il Prior Guido, & il Signor Falcone presero in mezzo Zizimo, e lo condussero innanzi al Papa vestito Pontificalmente. Lui ricusò bagiarli i piedi,

poi

„ poi si dice, che si indusse à farlo, persuaso da quei, che l'accompagnavano, e
„ per interprete disse alcune parole; fece poi riverenza à Cardinali, che resero il
Apud Oldoinum ann. 1484. „ saluto, e fù condotto alle stanze sue, ove lodò la Maestà Pontificia.

Victorellus in additionibus ad Ciacc. pag. 99. multa enarrans de adventu Zizimi ait, ea pluries legisse in publicis MS. Monumentis Marci Barbi, & Joannis Belves Andegavensis Cardinalium subscriptionibus munitis, deindè subdit; „ Nolebat Zizimus indignabundus, & subirato animo Innocentii pedes deosculari, *sed tamen deosculatus est*, Stephanus tamèn Infessura eo tempore tunc Romæ „ degens in suis Diariis his verbis asserit, quòd monitus Zizimus per Magistrum „ Ceremoniarum, & per interpretem, quòd deberet se ter inclinare, & genuflectere antequam appropinquaret se Pontifici, & deindè procedendo, deberet ejus pedem osculari, nil de his fecit, imò ità superbè incessit, & nullum „ æxtimavit (barbara elatio!) & nedum quòd genua non flecteret, caput nunquam „ inclinavit.

Idem affirmat Burcardus Magister Cæremoniarum Pontificius apud Raynaldum anno 1489. num.3. qui prætermissis jis, quæ sibi visa sunt supervacanea hoc modo scripsit. „ Venit per Consistorium coram Pontifice, & licet diceretur ipsum Turcum reverentiam Pontifici facturum Turcorum more terram manu tangendo, deinde manum osculando, tamen illud facere recusavit, sed in introitu Consistorii, ubi genuflecti solet *genuflectere noluit* immo vix, & valdè parùm caput coopertum Pontifici inclinauit, adeò quòd hujusmodi inclinatio cognosci potuit, seù videri. Ascendit ad Pontificem, qnem stans erectus amplexus est, & super brachium dextrum parùm deosculatus, caput suum semper tenens coopertum, qui stans coram Pontifice illi explicari fecit per suum interpetrem, & gaudere se præsentiam Pontificis attigisse, ipsumque rogare, quod facti memor esse velit, & eum habere commendatum, & cum tempus dabitur, & locus, in secreto alia explicaturum; Respondit Pontifex jam diù actum fuisse, quòd nobilitas sua pro suo statu, & bono Romam duceretur, & quod sua nobilitas in nullo dubitare debeat, sed lætè vivere, quia omnia in bonum finem sunt ordinata, pro quibus Turcus in se confidere asserens, Sanctitati suæ gratias egit. Tunc recessit à Pontifice Turcus, & omnes Cardinales in suis locis stantes est amplexus, & super, sivè circa spatulam dexteram singulos osculatus, & deinde rediit ad cameras suas.

Vixit Zizimus toto deinceps Innocentii Pontificatu Romæ in Vaticano *Ciaccon.96* honesta custodia, ad cujus sustentationem Frater Bajazethes Constantinopolinus Imperator quadraginta aureorum millia annuatim dum vixit, misit. Non omittendum hic esse judico, quòd idem Bajazethes, ut Pontificem sibi conciliaret Fratris captivi causa, Sacræ Lanceæ ferrum, quòd latus Domini pendentis in Cruce perfoderat, ad eum misit. Hoc olim apud ædem S. Andreæ Antiochiæ repertum, capta jam Civitate, Boemundus in Prælio gestans, cum arcem expugnare non posset, ea illicò potitus est, & hostium multa millia prodigiosè delevit. Id olim Constantinopolim adductum fuerat. Turca hoc anno 1484. Pontifici dono misit: *Ciaccon.97* Pontifex in ejus occursum prodiens, illud submisse, ac devotè excepit, & veneratus est, marmoreoque tabernaculo conclusum in Basilica Vaticana religiosissimè collocavit.

Itaque si vera est, ut vera credi debet, Burchardi relatio, jure improbanda est Sculptoris incuria, seù arbitrium, utpotè qui volens Zizimum exprimere coram Pontifice, illum genuflexum, & capite detecto effinxerit contra historiæ veritatem.

Quæ cum ita se habeant, careatque numisma pessimè exculptum temporis nota, fundamentum præbet suspicandi tunc temporis factum, cum scilicet anno 1492. Ferdinandus Junior Ferdinandi Regis Neapolitani nepos missus est Romam ad impetrandam absolutionem anathematis quo Ferdinandum Regem Pontifex execratus fuerat. Ex Victorello habemus, quòd cum Ferdi- *Addit. ad Ciacc.p.95.* nandus post pacem firmatam se ostenderet difficilem, & morosum in servandis Capitulis, & censum debitum recusaret solvere, Pontifex videns se illusum, Ferdinandum anathemate perculsum Regno privavit. Verùm Ferdinandus minis

Regis

Regis Catholici, & expeditione Gallica territus, coactus fuit ad obedientiam Pontificis redire. Et Rex in majorem animi sui significationem obedientiæ Matrimonia tractavit inter secundam Pontificis neptem Baptistinam, & Ludovicum de Aragonia Fratuelem suum: Mox Princeps Capuæ filius Alphonsi Ducis Calabriæ, filii Regis Ferdinandi, Romam venit pompa verè Regia exceptus, ut scilicet Aui Patrisque nomine veniam à Pontifice posceret; & in Diariis Joannis Brucardi dicitur die 9. Decembris venit ad Urbem Illustrissimus Ferdinandus de Aragonia Dux Calabriæ, qui facto prandio in Vinea Reverendissimi D. Cardinalis Ursini propè Ecclesiam S. Susannę circa 21. horam inter Reverendissimos DD. Sanctę Anastasiæ, & de Ursinis Cardinales equitans, associatus à Comite Pitiliani Capitaneo Ecclesię D. Julio de Ursinis, & magna alia honesta comitiva venit ad Palatium Apostolicum ad summum D. N., quem magnis exceptum honoribus refert Stephanus Infessura, explicat illos Raynaldus anno eodem numero secundo scribens, fuisse eidem Alphonso Regni Neapolitani jura tradita, nec non Ferdinando filio Principi Capuæ, ut Ferdinando avo Seniori succederet, si Alphonsus Pater Dux Calabriæ ante Ferdinandum extremum diem obiret, & clientelaris sponsionis sacramenta solemni ritu Alphonsum Innocentio Pontifici detulisse, ostendit ejusdem Innocentii diploma, quod incipit. *Dudum Felicis recordationis* &c. apud eundem Raynaldum, datum Romæ apud Sanctum Petrum anno 1492. pridie nonas Junii Pontificatus anno octavo, quod diploma facilè indicatur in numismate exposito, in quo dum homo expressus procumbit, alius veste Sacra indutus adstat, volumen apertum gerens prope Pontificem, manum habentem benedicentis instar extensam; Quę omnia (ni fallor) in epigraphe indicantur Emphasim quandam exprimente ECCE SIC BENEDICETVR HOMO, videlicet non tantùm anathemate absolutus, sed honoribus à Pontificia liberalitate præter vota cumulatus.

An. 1492. *num.* 10.

M.S. Arch. Vatic. sign. num. 111.

IV

IVSTITIA. PAX. COPIA

Narrat Torrigius in Cryptis Vaticanis die 5. Settembris anno 1606. sepulchro Innocentii VIII. aperto, ejus Cadaver repertum fuisse Sacris Vestibus auro textis, atque unionibus exornatis indutum, & propè pedes ejusdem numisma æneum in cujus antica parte Pontificis effigies erat cum verbis INNOCENTIVS VIII. IANVENSIS PONT. MAX. in postica verò tres puellæ exculptæ quorum nomina erant IVSTITIA, PAX, COPIA. *Pag.* 214.

Qui nam tale numisma publicaverit incertum est, certissimum autem his symbolis significatum, sub Innocentii regimine Justititiam, Pacem, & rerum Copiam floruisse. Sibi invicem illæ in nummo festivæ occurunt (fuit enim Innocentius, teste Leonello Episcopo Concordiensi apud Massonium) *Constantissimus Justitiæ cultor, Pacis studiosissimus amator, & exuberantis Annonæ vigilantissimus instructor*. Et ut factis verba comprobemus. „ Quoad Justitiam (ait Volateranus) „ in vindicandis criminibus inexorabilem se ostendit adversus duos Fratres (è no„ bili Romana Familia) ob eorum potentiam diù impunitos, quos una die capi, „ ac securi percuti mandavit, quamvis cum Patre eorum longo jam tempore ami„ citiam servaret. Dominicum etiam Viterbiensem, & Franciscum Maldentem, „ & aliosViros nobiles,& Scriptores Apostolicos falsarios,Cardinalibus omnibus „ reclamantibus, spreta intercessione Patris Dominici, qui Medicus erat Ponti„ ficis, suspendio enectos medio foro combussit. Urbem, ait Ciacconius, casti„ gandis nefariis hominibus, bonisque ad publica munera evehendis purgavit, „ Jus severissimè à suis Magistratibus dici mandavit. Fulminavit terribiles pœ„ nas, & anathemata in Fœminas maleficas, veneficas, & incantatrices, & „ contra despicientes Datarium: Pauli II. & Sixti IV. edita contra homicidas, „ & sicarios renovavit, & omnes Urbe, & ditione Ecclesiastica ejecit. *Ciacc* 95.

Quam

Quam Pacis amator fuerit, injuriarum ostendit dissimulatio præcipuè cùm Catharina conjux Hieronymi Riarii filia Galeatii V. C. Mediolanensibus auxiliis suffulta occupasset Forum Livii, ob cædem Mariti ad Ecclesiam devolutum, ac Duces occidisset Pontificios. Idem fecit cum Venetis, quos tantum litteris corripuit penè Familiaribus, cum Cardinalem, ab Innocentio Patavinæ Præfectum Ecclesiæ, teste Raynaldo anno 1486. nec non Hermolaum Barbarum teste Joanne Candido, Patriarcham ab eo dictum Aquilejensem, nollent in possessionem admittere. Pontificatum ingressus teste Ciacconio omnes Christianos Principes frequentibus Nunciis hortabatur, ut mutuis dissensionibus, & bellis compositis, Fœderibus juncti, Turcarum vires, toto jam Orbe terrarum formidabiles, retunderent; cùm singulis Principum, & Rerum publicarum Oratoribus, qui ad se plurimi honoris causa veniebant, de pace, communique concordia diligenter agebat; Cùm enumeraret bellorum incommoda violari templa, summi Dei cultum intermitti, Urbes diripi, Hæc & hujusmodi sæpè repetebat. Dicebat enim sibi bella displicere, & nunquam ad arma veniendum Principibus, nisi coactis.

Lib 8. hist. Aquil.

Col.93.

Bello Neapolitaoo confecto, ad quod se inductum fuisse affirmavit à Justitia, & ratione, ad pacis studia conversus, Cives aliquot Romanos, quorum capita erant Marganii, & Sanctacrucii, armis feralibus diffidentes, item Vrsinos, & Columnenses adhuc discordes summa diligentia conciliavit, quum nihil antiquius duceret, quam Urbis quieti, copiæque studere. Pacem item conciliavit inter Jacobum Regem Scotiæ, & Filium ejus, & Regna Hispaniæ. Ad pacem redegit Sigismundum Austriæ Ducem, & Venetos, qui bellum diù gesserant ad confinia Comitatus Tirolis, quare Janus Vitalis cecinit in Innocentio Octavo.

Greg. Laurus in Vatic. B. Joachini.

Non minus Innocuus fuit hic, quam nomine factis.
Virtus cujus erat maxima, Pacis Amor.

Et inter Dotes ejus indicatas in sepulchrali inscriptione ab Alberico Cybo, qui ejus Sepulchrum condidit, legitur

INNOCENTIO VIII. CYBO P. M.
ITALIÆ PACIS PERPETVO CVSTODI.

Pace ubique stabilita nil magis optavit, studuitque, quam Urbis quieti, Copiæque consulere, teste Volaterano; quapropter toto ejus Pontificatu Annonæ ubertas maxima fuit.

Atque hæc omnia ritè expressa fuere in tribus puellis in nummo exculptis, quorum prima gladium, & stateram tenet, ut in nummo Galbæ videtur, quæ ideò ei tribuitur, quia cuncta ponderat: hinc, & Præceptum Pythagoræ, *Stateram ne transilias* quod Justitiam, & æquitatem exercendam admonet. Secunda verò, *Pacem* significans, ramum Olivæ dextera stringit, sinistra cornu divitiæ sustinet, in nummo autem Titi effingitur cum caduceo, & cornucopiæ: in nummo Trajani scuta incendit, cornucopiæ tenens. Tertiam demum, *Copiam* declarans, cornucopiæ, & spicas demonstrat, ut exprimitur in nummo Antonini prora Navis ad latus ejus addita. In alio ejusdem Antonini stans, monetas spargit: in nummo Trajani sedet supra bina Copiæ Cornua.

Jamblicus de vita Pitagoræ cap. 30.



AR-



ARDVA . VIRTVTEM.

OLea, & Palma in Montis cacumine virentes explicant mentem Hesiodi, qui in loco impedito, & inaccesso collocavit Virtutem, cujus Olea, & Palma sunt pręmia. Antiqui enim Athenienses solebant coronas olympicas ex olea victoribus tribuere; quare Plinius. *Athenæ quoque Victores olea coronant*, & palma non solum manu ferebatur, sed & ex ea nectebant Coronas. Coronarum ex palmis mentionem fecit Artemidorus libr. 1. cap. 79. quæ corona palmata imitabatur auream radiatam. Id quod ex Apuleio discimus. *Caput decore corona cinxerat palmæ candidæ folijs in modum radiorum prosistentibus*. Verùm etsi nullum fuit certamen sacrum, cui propria corona non sit attributa; tamen apud Priscos hunc morem invaluisse constat, ut Palma sit commune coronamentum omnium, Victoriamque significet post aliquod certamen relatam. Quoniam ingenium hujus ligni est, ut urgentibus opprimentibusque non cedat. Ideo Poetę palmas vocant & *pretia*, & *præmia* victorię. Lib.15.cap. 4. Lib.11.

Et lentæ victricis præmia palmæ.

Et *arduas*, idest ad quas itur non nisi per ardua.

- - - - - - etiam ardua palma
Nascitur - - - - - Virg.Ænei. lib.5.

Tertulliano sunt palmę victoriæ, *Nam & rursus* (inquit) *innumera multitudo albati, & palmis victoriæ insignes revelantur* &c. Ipsa adeo palma simpliciter prolata significat victoriam. Sic Alexander tot Gentium se victorem dicens hortatur milites, ne sibi victoriam prope partam eripiant, his verbis. *Ne infregeritis in manibus meis palmam, qua Herculem Liberumque patrem, si invidia abfuerit, æquabo*. Et quidem Pausanias memorans plerisque ludis coronam decerni, ait, *omnes victores vbique locorum palmam dextra præferre*. Confirmat hoc Livius, scribens *eodem anno coronati primùm ob res bello bene gestas, ludos Romanos spectaverunt. Palmæque tum primùm, translato è Græcia more, victoribus datæ*; atque adeo ubicunque palma extabat, ibidem erat pro omine victoriæ. Q.Curt.l.9. Lib. 8. Lib.10.

Sic pariter olea, multis dotibus eminens, non solum victoriæ, sed etiam facta est symbolum Pacis; ut fatetur Virgilius dicens se ad ædem Cæsaris laturum dona, & quidem redimitum Oliva, quæ bona Pacis altiùs efferat.

Ipse caput tonsæ folijs ornatus Olivæ
Dona feram - - - -

Et alibi facit Æneam prætendentem ramum Olivæ sicuti ferentem Pacem.

Paciferæque manu ramum prætendit Olivæ.

Hinc est quòd Prudentius Discordiam, quæ id agit, ut Concordiam fraude evertat, pingit redimitam olea sicuti paciferam.

Ipsa redimitos olea frondente capillos
Ostentans, festis respondit læta choræis Prud. Psy-thomach.
Sed sicam sub veste tegit.

Vult, inquit, videri pacifica, cum tamen revera sit

Vipereum crinem villis innexa cruentis. Virgil. 6. Æneid.

Idcircò Legati teste Statio pacem petentes hunc ramum gestabant,

- - - Ramus manifestat olivæ Li.2.Theb.
Legatum, causasque viæ - - -

Idest è Ramo, quem is gestat, manifestum est ab eo peti pacem. Ob hęc non indubius afferam, nummum percussum fuisse, ut ardua Innocentii Pontificis studia indicarentur, quibus pacem inter Europæ Principes conciliare conatus fuit, donec voti compos fieret, palmamque suis certaminibus copularet, ut visum est in præcedenti explicato numismate.

VI VII

EXibent hæc duo numiſmata inſignia Gentilitia nobiliſſimæ Familiæ Cyborum, cum imagine Innocentii VIII. in aduerſa parte, Pontificiis coronis, & clauibus exornata, diverſimode diſpoſitis; ſunt enim in ſecundo numiſmate à nobis ſuperiùs explicato ſupra ſcutum; in his duobus poſt illud, in modum Crucis diſpoſitæ. In numiſmate autem Nicolai V. ut vidimus, in medio exculptæ videntur. In templo S. Joannis in Laterano ſunt inſignia Gregorii XI. ad quorum latera hinc inde Claves pendent, ut notavit in ſuo Prodromo Gentilitio Antonius Stephanus Cartari, ut plurimum tamen ſub ipſo ſcuto in modum Crucis tali modo ponuntur, ut ſuperiùs partes Clavium ſuperiores appareant, inferiùs verò inferiores. Quem modum ità diſponendi ante omnes adhibitum fuiſſe ab Adriano VI. deduxit R. P. Menetrier ab inſigni, poſito in Collegio, ab eodem Pontifice Iovanii erecto: colligantur inſuper Claves Pontificiæ funiculo ſerico ut apparet in ſecundo numiſmate, quem Pater Sylveſter Petraſancta S. I. in ſuis Teſſeris gentilitiis docet colorem habere Cianeum, quia penès ipſum Pontificem (ait ille) eſt poteſtas eadem *cum Cœlo ligandi, atque ſolvendi*. Sed mos invaluit rubeum illum efficiendi, & quidem jure, namque inter colores ex quibus in ſuis ritibus utitur Eccleſia, non eſt Cianeus, atque ut plurimum rubeo, & albo Summus Pontifex induitur.

Lib. 3. cap. 1. pag. 236.

Cap. 8. in Prax. Inſignium. Cap. 73.

Notandum inſuper eas claves, quas ſummo Pontifici offerre ſolet Archipresbyter Baſilicæ Lateranenſis ea die, qua poſt Coronationem poſſeſſionem ejuſdem Baſilicæ adit idem Pontifex, funiculo aureis, & argenteis filis contexto colligari; qui tamen à nullo Pontificio ritu præſcribitur.



A L E-

IV
RESERAVIT ET CLAVSIT ANN IVB
M · D ·

III
CORONAT

II
RODERICO · LENZVOLA · D · BORGIA · SP · M · CD · XCII ·

I
ALESSANDRO · VI · PONT · M · A · X ·

V
OB SAPIENTIAM CVM FORTVNA CONIVNC ·

VI
MOLE DIVI HADR · INSTAVR · FOSSA AC PROPVGNACVLIS MVN · ARCEM IN

TENTAN DA · VIA ·

I
II
III
IV
V
VI
VII
VIII
IX
X

VNA LEX
ERIT OMNIVM
Num · 15

ALEXANDRI VI. NUMISMATA.

✾ I ✾

ALESSANDRO . VI. PONT. MAX.



Talice scriptum nomen Alexandri VI. Pontificis Maximi exhibet numisma in nostra tabula retrogrado ordine sub numero primo incisum ob incisoris incuriam, sed cum imagine ejusdem ad vivum expressa capite detecto, & Pluviali Margaritis ornato circumvestita. Electus ille fuit die 11. Augusti anno 1492.

✾ II ✾

RODERICO . LENZVOLA . D. BORGIA S. P. M. CD. XCII.

Eodemque anno 1492. percussum est numisma hoc, ut indicant verba pariter italica in ejus aversa facie in girum disposita: RODERICO . LENZVOLA . D. BORGIA. S.P. M. CD. XCII. hoc est *Roderico Lenzuola detto Borgia Sommo Pontefice* non verò ut P. Molinetus scripsit: *Roderico Lenzuolo dictus Borgia Summus Pontifex*. Nullus enim dicet inscriptionem partim italicis, partim latinis verbis exaratam fuisse; vocabatur Alexander ante Pontificatum Rodericus Lenzolius natus in Hispania (teste Mariano lib. 26.) in Urbe Valentia ex Patre Gotfifredo Lenzolio, & Isabella Borgia Matre, vel cum Jacobo Volaterano natus apud oppidum Scientiam Diœcesis Valentinę, Nepos Calisti III. ex sorore, qui quanquam gente Lenzolia ortus esset, Borgię nomen, quo cum insignibus gentilitiis ab avunculo donatus fuerat, auito relicto, usque ad obitum retinuit. *Pag.* 25. *In M.S.* *Ciac.* 147.

Exibet numisma insigne gentilitium paternum sex Zonis distinctum, quarum tres nigræ, totidem albę, ac taurum rubrum in campo argenteo; qualem ostentat gens Borgia, ex qua Calistus III. traxit originem. Cur autem animal illud in sua parma primus ejus nominis expresserit, mihi prorsus ignotum. Notum quidem Cæsarem Augustum, cum primus in spectaculum Taurum exibuisset, Tauri imagine signasse aliquando nummos, narrante Illustrissimo, & eruditissimo Prẹsule Josepho Maria Suaresio dissertatione de nummis antiquis. *Pag.* 35. *edit. Amstelodam.*

Plutarcus verò, ut refert P. Paulus Pedrusius Societats JESU, credidit Taurum in monetis signari solitum à Teseo, memore forsan Tauri Maratonii ab eodem superati. *Pag.* 30.

❧ III ❧

CORONAT

Col.152. ÆReum hoc numifma Coronationis Alexandri VI. tefte Ciacconio, Vir perhumanus Martius Milefius Sarazanius liberali animo Romę exhibuit. Altera pars Alexandri imaginem nudato capite his verbis cinctum refert ALEXANDRO . VI. PONT. MAX. In altera Vir Pluviali indutus Pontificem coronans confpicitur, & fub bafi folii legitur CORONAT . hoc eft *Coronatio* Alexandri VI. fuit ille Francifcus Piccolomineus Senenfis S. R. E. Archidiaconus.

Pompam Coronationis defcribit Petrus Delphinus oculatus teftis, ubi narrat Lib.3.epift. 38. Alexandrum anno 1492. die 26.Augufti,oblato in Vaticana Bafilica Cęleftis Agni Sacrificio,triplicis Coronamenti Tiara redimitum in gradibus ante fores Bafilicæ Majorum more, deindè ad Lateranum via pannis obtecta, triumphorum imaginibus ornata, parietibufque aulęis, & tapetibus decoratis proceffiffe, ad aramque maximam Lateranenfem, fyncope correptum immobilem redditum, fed aqua confperfum convalviffe.

Ciac. 152. Verba autem fupralaudati Authoris rurfus in Concionem revocant ea, quæ circa Coronationem Pontificis in numifmate III Martini V. indicata fuere, ubi de ritu Pontificem coronandi differuimus.

Examinanda modò eft triplicis coronamenti Tiara, circa quam non parum dubia funt, quæ de illa varii tradunt Authores. Magna enim apud illos verborum æquivocę fignificationes inveniuntur, cum illam modò ***Mitram***, modò ***Cydarym***, ***Regnum***, ***Diadema***, ***Coronam*** pluribufque aliis nominibus appellent. Ut clara methodo noftram differtationem expediamus præmittendum eft hoc in loco, haud agendum effe de ornamento capitis quod Pontificibus confueto vocabulo appellatur Mitra, quę Aaronis exemplo Summis Sacerdotibus, aliifque Pontificibus convenit, fed de Regia Corona, quam Summi tantum Pontifices geftant. Jofephus Stevanus Doctor Valentinus in tractatu de ofculatione pedum Romani Pontificis, ubi addit difputationem de Coronatione, fagaciter hæc habet. Noftri „ maxime Sacerdotes (ideft Summi Pontifices) cum duplicem perfonam fufti-
Serm. 3. de Coron. Pont. „ neant, duplici etiam dignitatis caufa Corona ornantur. Ut Innocentius III. „ confirmavit his verbis de fe ipfo loquens. Ecclefia Sponfa non nupfit vacua, „ fed dotem mihi tribuit abfque pretio preciofam fpiritualium plenitudinem, & „ latitudinem temporalium, magnitudinem, & multitudinem utrorumque. In „ fignum fpiritualium contulit mihi mitram, in fignum temporalium dedit
Apoc. 9. „ mihi Coronam, mitram pro Sacerdotio, Coronam pro Regno, illius me confti-
Serm.1. in feft.S.Sylv. „ tuens in Vicarium, qui habet in veftimento fuo, & fœmore fcriptum, ***Rex*** „ ***Regum, & Dominus Dominantium***.

Quod documentum innuit eruditiffimus Præful Angelus Rocca in notis ad „ Vitam Sancti Gregorii à Joanne Diacono confcriptam, dicens: Mitra, „ per quam fpiritualis authoritas, ac Tiara, fivè Corona, per quam tempora- „ lis poteftas fignificantur tefte Innocentio III. Mitra autem, ut docet idem Pon- „ tifex, quæ Pontificatus fignum eft, Papa femper utitur, & ubique (intellige in „ in Ecclefiafticis functionibus) Regno verò, neque ubique, neque femper, „ quia Pontificalis authoritas eft prior, & dignior, & diffufior, quam Imperia- „ lis, quia Sacerdotium pręceffit Regnum, & Aaron Saulem anteceffit.

Triplicem illam effe docemur in Cæremoniali Romano, edito juffu Gregorii
Pag. 232. „ Decimi apud eruditiffimum Abbatem P. Mabillonum, ubi hæc habentur. Do- „ minus Papa tres mitras diverfas habet, quibus diverfis temporibus uti- „ tur, fcilicet unam albam totam, vnam cum aurifitio in titulo fine circulo, & „ mitram aurifrifiatam in circulo, & in titulo utitur in officiis diebus feftivis, & „ aliis excepto à feptuagefima ufque ad Pafcha, & ab adventu ufque ad Natale, „ & quando cantat pro defunctis. Mitra verò cum aurifrifio in titulo fine circu- „ lo utitur cum fedet in Confiftorio, & judicat, undè Coronam Regalem repræ-

fen-

„ sentat, alba utitur diebus Dominicis, & aliis non festivis ab Adventu Domi-
„ ni in Vesperis &c.

In ordine Romano Joannis Caietani de Corona, quæ vocatur Regnum, im-
„ ponenda Papæ per primum Diaconorum Cardinalium sic habetur. Papa omnia §. 19.
„ pretiosa ornamenta habebit, & Pallium, & Mitram optimam, & Chirothecas,
„ & Anulum pastoralem, & sic cum omnibus venit, vel ad portam, vel ad gra-
„ dus Ecclesiæ, & ibi prior Diaconorum Cardinalium extrahit sibi Mitram, &
„ ponit ei Coronam, quæ vocatur Regnum in capite toto populo acclamante
„ *Kyrieeleison &c.* De iisdem mitris idem Cajetanus §.78. ideò sunt duo pluvialia,
„ & tres mitræ, alba aurifrisiata cum perlis, & alia sine perlis aurifrisiata, quam
„ defert diebus feriatis, & sicut pristina Summi Sacerdotis tiara quid mysticum
„ præseferebat, ità, & sub nova lege mitræ diversa figura, diversum etiam myste-
„ rium repræsentat, ut qui agunt de Ecclesiasticis officiis, ac ritibus pluribus
docent, quos consulat, qui ea cupit, de his enim pluribus agere ab instituto nostro alienum esse putamus, non tamen ommittendum, albam mitram gemmis quoque exornatam fuisse ante annos circiter sexcentos, ut scribit Panuinius in calce libri de vocibus Eccles. & Anselmus Solerius de Pileo sect.3.

Mitram gestandi morem in sacris, ex institutione, immò & usu Apostolorum manasse, acceptum è veteri lege, ferè omnes Ecclesiastici Scriptores testantur licet non ejusdem formæ semper apud omnes illa fuerit: apud Baronium ad annum Christi 34. num. 293. dicitur ad Episcopalis dignitatis ornamentum Sanctum Jacobum gestasse in capite laminam auream, ut etiam testatur Divus Hieronymus, & Sanctus Epiphanius, qui causam reddit, affirmans, illam gestasse in signum Regalis Sacerdotii (sic illud appellat Sanctus Petrus) tradunt quoque historiæ Ecclesiasticæ Scriptores Joannem Apostolum pro insigni Pontificio gestasse Petalum, sivè auream in fronte laminam. Immò Baronius sibi suadet num.294. illam etiam omnes Apostolos gestasse: secutis deindè temporibus S. Sylvestri, qui vixit circa ann.314. scimus illum albo velamine contentum fuisse, quod Episcopalis, & Pastoritiæ curæ fuisse insigne nemini dubium.

Nicephorus lib.4.

Epist. 1. 2.

Carolus Paschalius de Coron. lib. 9. cap. 27.

Itaque sicuti spiritualis potestas in Sacra Mitra indicatur ita pariter temporale dominium in aliquo capitis ornamento significatum apud fere omnes Nationes ex historiarum Monumentis accepimus, nec unico Coronamenti genere usus est, quique in aliqua dignitate constitutus cæteris dominabatur, ut plurimum diademate caput evinciebat, quod fascia fuit candida, & lata ex documentis Hoffmanni, Authoris cæteroqui meritò damnati, atque etiam aliquando fuisse constat coloris purpurei, flavi, lutei, flammei, & cærulei, erat autem ex linea tenuique materia, & gestabatur à Regibus. Barbaris primitus usitatum, ac familiare, serò ad Grçcos pervenit. Romanis antiquitus exosum, postmodum in frequenti usu esse cœpit, & quidem Salmasius Julio, Victor Caligulæ, Cedrenus, & fasti Siculi Constantino illud primùm tribuunt. Primus certè Eliogabalus gemmatum usurpavit, quod post Diocletianum reliqui omnes Imperatores immitati sunt. Forte minus constans, & interruptus per intervalla prò imperantium ingenio mos Posteris occassionem dedit, ut primos ejus rei inventores crederent, penes quos primus illius usum viderant. Erat autem Eliogabali Diadema ex duplici linea Margaritarum, Coronæ dein sociatum est, unde cum Corona sæpe confunditur.

Prisca Diademata inquit Paschalius de Coronis pro more cujusque gentis non una forma, sed variata fuisse constat. *Libr. 10. c. 1.*

Et verò quæ in Orbe Romano corona fuit, aut Diadema Persarum, Regibus fuit Tiara, & sic antiquitatis nomine libet discriminare priscam Tiaram, à diademate. Nam Tiara vetus ita fuit pileus Regius, ut non tamen esset Diadema, cujus rei documentum illud est, quod Tiara Regum cumulabatur Diademate. Hoc discimus è Xonophonte, loquente de Cyro. ***Habuit***, inquit, ***Diadema circa Tiaram*** cæterum invenio quinque fuisse Tiaras, unam universæ Persarum genti communem, alteram Primorum, tertiam Judicum, quartam Sacrificantium. quintam Regiæ majestatis propriam. Itaque constat notam Regiæ frontis, & ex Tiara, ac Diademate sic junctis, & compactis constitisse apud Reges Persarum.

De Inst. Cyr. libr. 8.

Immò

Immò in veteri lege Dei laminam auream rutilasse in fronte Summi Pontificis, in qua scriptum nomen Dei, quod significabat (inquit Divus Hieronymus ad Fabiolam) *universa, quæ subter sunt, Dei arbitrio gubernari*. Ejusdem capitis ornamentum Clemens Alexandrinus vocat *pileum aureum, qui significavit, legalem Domini potestatem, & principale Imperium Christi*; nec sine ratione sic illud vocat. Josephus enim Hæbreus libr. 3. antiquit. cap. 8. *Quale fuerit ornamentum Capitis Summi Sacerdotis* describit, monstratque non solum lamina, sed Corona aurea triplici ordine ducta mitram ornatam fuisse; ubi ait. *Porrò pileum* (ita appellat mitram communem omnibus Sacerdotibus) *utebatur quali cœteri Sacerdotes, super quam extabat alius consutilis ex hyacinto variatus, hunc aurea Corona triplici ordine circumdabat, in quaspectabantur Caliculi aurei, quales videmus in herba, quæ apud nos vocatur Daccharus apud Græcos herbarios Hyoscyamus hinc Ecclesi.* 25. 14. *Corona aurea supra mitram ejus*.

Libr. 5. Strom.

Hæc Pontificia Hæbreorum cidaris non obscuram præferebat imaginem cidaris Pontificiæ Christianæ. Continet enim Pontificium hoc insigne triplicem coronam, quod inventum plerisque visum Bonifacii Octavi, de quo vide Antonium Mazzaronium in libello de tribus Pontificis Coronis; fuisse tamen hoc gestamen antiquius, quam ipsi arbitrantur, nec Bonifacio adinuentum, vel à Paulo Secundo, ut alii sunt arbitrati, primum inductum; sed à Paulo fuisse revocatum, cum exolevisset, monuit Jacobus Cardinalis Papiensis; fuisse tamen apud antiquos tegumentum capitis, quasi usuarium, quod à Beda *Camelaucum* dicebatur, quoque uti solitum Romanum Pontificem scribit Anastasius in Constantino Papa, qui vixit anno 708. Cujus magnificentissimum ingressum Constantinopolim describens ait. *Pontifex & ejus primates cum sellaribus Imperialibus sellis, & frænis inauratis, & mappulis ingressi sunt Civitatem, Apostolicus Pontifex cum Camelaugo, ut solitus est Romæ procedere*.

Lib. 2. comment de rebus Pau. II.

Pag. 93.

Discrepant tamen Authores in eo describendo *Camelauci* nomine indicato ab Anastasio. Anselmus Solerius, ubi agit de Pontificum capitis tegmine. *Non videtur* (inquit) *hoc tegmen capitis tum Pontifici usuarium aliud fuisse, quam pileolus purpureus, quo semper operitur. Cujusmodi Camelauciis usos item Imperatores docemur ex Constantino Porphirogenita in Corographia*.

De Pileo sect. 13.

Illud aptius describit Beda de Tabernac. lib. 3. cap. 8. dicens *Pileum esse in modumparuulæ cassidis extensum supra summitatem capitis*. Ejus forma pluribus in monumentis conspeximus, præsertim in antiquissimo musivo apsidis Oratorii Sancti Nicolai Romæ ab Anastasio Papa Quarto exornata. Eam expressam reperies in conatuChronohistorico ad acta Pontificum pag. 208. ubi videntur decemPontifices Summi cum hujusmodi capitis tegumento expressi: dicitur etiam *epanoclystus* græcis dictionibus, quod nomen idem sonat, ac supra, & clausus, seu tutus. *Regnum de auro purissimo epanoclystum cum catenulis suis, habens in medio Crucem auream*. Anast. Biblioth. in Hormisda. Antiquissimam hujus pilei formam, qui Camauri atque Triregni etiam nomine ab auctoribus exprimitur, extantem supra cyborium Lateranensis Ecclesiæ attulit delineatam Macrus in Hierolexico dict. Bulla. Illum Reges Gothorum gestare solebant, e quibus ejus usum Romanos accepisse prudenter opinatus est admodum R. P. Thomasius ex PP. Theatinorum Familia Vir Ecclesiasticæ eruditionis peritissimus. Victorellus in addit ad Ciacconium in Innocentio II. citat in hoc argumento Suggerium Sancti Dionysii Abbatem, illius temporis Historicum, qui inter alia sic habet, narrans Innocentium II. „ fecisse sacrum in Basilica Sancti Dionisii in Dominica Resurrectionis. Summo „ mane (scilicet anno 1130.) extrinseca via ad Ecclesiam cum multo Collateralium Collegio quasi secreto commeavit, ibique more Romano seipsos præparantes, & mirabili ornatu circumdantes capiti ejus Phrigium ornamentum Imperiali instar Galeæ, circulo aureo concinnatum imponunt albo, & palliato „ equo insidentem educunt &c. Joseph Maria Soresinus Lateranensis Basilicæ Presbyter Beneficiatus in libello de Capitibus Apostolorum pag. 47. Jconismum exhibet, in quo videtur tiara, nescio an credam ad speciem aliquam vetustatis in idea artificis formatam fuisse, an verò ex usu temporis illius; est enim non alvearis in modum, formaque ovali, ut modò videmus, sed instar coni acuminata, qualis in nullis ejus, aut alterius ævi Pontificum monumentis reperitur.

In actis Maii Bolandi.

In Vita Ludovici Grossi Regis.

Aliud

Aliud tegumenti genus exposuere in conatu ad Catalogum Pontificum Authores Actorum Sanctorum, quæ Bollandus noster primus cœpit illustrare, in effigie Joannis IV. acceptum è tabulis Cavalerii, sed monstrosum, ubi ajunt; *Ignotum esse quis primus Pictor excogitavit, in unum compaginans tiaram usus recentioris, & quidem supernè coronatam, atque mitram Episcopalem bicornem ferè similem hodiernæ. Nisi quod Infernè circumeat eam regale frygium, seù diadema*; adduntque Joannem IV. qui vixit anno 640. si usus aliquando tiara est, eadem pura, & simplicissima usum fuisse, qualis in Cavalerii imaginibus nulla, plura verò in apsidibus musivi operis sæculo 12. & 13. erectis. Cavalerius quidem in unum collegit (ut ipse ait in sua præfatione) multas Pontificum effigies post eas, quæ pridem opera fratris Onuphrii Panvinii in publicum prodierunt studiosè conquisitas partim ex sepulturis, picturis, & musivis antiquis, partim ex numismatibus acceptas, reliquas ex Basilicis Sanctorum Petri, & Pauli diversisque in Urbe Ecclesiis depromendas curavit, ut eas exhiberet, quas è multis retro sæculis in antiquioribus Romæ Ecclesiis depictæ cernebantur, sed utinam etiam curavisset docere Posteros, quibus in locis singulæ effigies spectari potuerint, addito de cujuscumque vetustate judicio; hac enim ratione depræhenderemus usurpatam Pictorum licentiam, & veras fictasque dignosceremus, & ubi confusa sint ab ignaris hominibus insignia quędam Pontificalia indumenta, & ad hodierni temporis formas aptari, præter historiarum fidem, & nominatim circa capitis eorum tegmen: cum enim hoc constet simplici coronamento institutum fuisse, usque ad Bonifacium VIII. qui ipsam dupplicavit, in jis tamen imaginibus, quas Romæ Typis vulgavit Jacobus de Rubeis ann. 1675. nullum duplicis Coronamenti spectatur, sed triplicis, hoc est à tempore Alexandri III. annis ferè ducentis, citiùs quam Urbanus V. vixerit, quem tertium addidisse circulum plures historiæ notarunt.

Putant supracitati Auctores fieri potuisse, ut pileolum illum, qui signum libertatis, & dominii erat, Sanctus Sylvester assumpserit in signum libertatis, quam Ecclesiæ datum à Constantino Imperatore gratulabatur; eique Phrigium sive diadema infernè appinxerit, quod placuit Pictoribus convertere in Coronam. Immò sunt, qui dicunt hoc ornamenti genus à Constantino Magno originem duxisse, quam sententiam amplectitur D. Leo in epist. 9. adversus præsumptionem Michaelis cap. 13., & D. Innocentius III. serm. 1. de B. Sylvestro confirmat his verbis. *Constantinus secedens Byzantium Coronam Capitis sui voluit B. Sylvestro conferre, sed ipse pro reverentia clericali Coronæ, vel utilitatis ausa noluit eam portare.* Hoc idem recenset Ciacconius in D. Sylvestro. Col. 215.

Addunt nonnulli fuisse illud triplici Corona compositum Eminentissimus Cardinalis Cæsar Rasponus lib. 2. cap. 13. de Basilica Lateranensi hæc habet: „ Eugenius IV. mitram Sancti Sylvestri Avenione Romæ deportatam, & tribus Co- „ ronis aureis insignem (quam fuisse donum Constantini Magni perhibent) ex Va- „ ticana Principis Apostolorum Basilica ad Lateranum reportavit summa cum ve- „ neratione, Lytanias decantante Clero, & Populo Romano, atque in Basilicæ „ Sacrario honoris causa collocavit, uti testatur Cardinalis Ægidius Viterbiensis, „ qua sacram tiaram postmodum Innocentio VIII. Pontifice furto ablatam fuisse, nec tanti sceleris Auctorem unquam inveniri potuisse constat; quod furtum accidisse die Lunæ 22. Novembris 1485. narrat Ciacconius his verbis; *Noctu furto sublata fuit de Ecclesia Sancti Joannis Lateranensis Mitra aurea, quam Regnum appellant, & Sancto Sylvestro à Constantino Imperatore donatam ferebant*, rursus in Eugenio IV. *Sancti Sylvestri Mitram Romam ex Avenione delatam tribus Coronis aureis distinctam, ipsemet è Vaticano ad Lateranum detulit magna cum veneratione, & Lytania Sacerdotum omnium Populi Romani.* Col. 875. Col. 93.

Stephanus Infessura in suis MS. Diariis ann. 1447. die 12. Februarij testis oculatus narrat his verbis, quæ ex Italico transferre non judicavi. *Lo Papa (Eugenio IV.) processionalmente mandò à Santo Gio: Laterano lo Regno di San Silvestro, cioè Corone tre di oro l' una di sopra l'altra, le quali donò Costantino al detto San Silvestro, e lo detto Regno venne d' Avignone.*

Alii tamen arbitrantur Nicolaum primum anno circiter 860. circulum aureum civilis potestatis insigne addidisse, cum jam Roma, Ravenna, aliæque tum

Romani

Romani Ducatus, tum Exarchatus Civitates Summo Pontifici ut Domino parerent, unde ejusmodi Tiara Regnum, & Corona quoque cæpit appellari.

De ea tali nomine mentio fit in ordine Romano antiquo recitandi officium à Benedicto Canonico Guidoni Cardinali inscripto anno 1130. ubi pag.4. Dominica secunda Adventus &c. *mane ad Missam fit statio ad Jerusalem in Palatio Sussuriano, ubi D. Pontifex cum tota Curia debet cantare Missam, & accipere Coronam*; rursùs pag.7. *Missa finita debet accipere Coronam in capite suo, & per mediam Urbem cum processione redire ad palatium, & perficere festum Coronæ*, & pag.9. die Natali Domini: *Finita Missa Pontifex, ab Archidiacono coronatus ascendit equum, & procedit cum processione ad Palatium hoc modo &c.*

Hujusmodi Tiaras unius coronamenti in vetustis imaginibus, ac monumentis, & Romæ cernimus, & Sugerius describit, ut vidimus, & tergeminam Augustorum Coronam, nulla post Cęsarum memoriam dant Ara, lapides, signa, ve monumenta.

Præterea Illustriss. Præsul alibi laudatus Angelus Rocca docet, quòd quamvis diadematis vel Coronæ, vel Tiaræ Pontificalis originem Sigebertus ad annos
Hist.Franc. lib.1.c.24. Domini 550., & Aymonius Monachus Clodoveo acceptam referant, dicentes Anastasium Imperatorem Clodoveo Regi Francorum Coronam auream cum gemmis dono misisse, eamque deinde à Clodoveo ultro Pontifici oblatam velint.

Et in Catalogis Romanorum Pontificum ex antiquissimis Scriptoribus, & M.ss. codicibus, ex quibus editus fuit liber Pontificalis, Anastasio Bibliothecario tributus, exhibitus ex correctione Lucæ Holstenii, qui Anastasii opus ad M.ss. Codices Vaticanos continentes Regios, Florentinos, & Farnesianum recensuit; legitur in actis S. Hormisdæ Pontificis eodem tempore, (quo Hormisda Romæ erat) *venit Regnum cum gemmis pretiosis à Rege Francorum Clodoveo Christiano, donum B. Petro Apostolo*. In Codice Vaticano legitur *Regium*; in Catalogo Bibliothecæ Reginæ Sueciæ juxta exemplar Bibliothecæ Colbertinæ legitur, *eodem tempore venit Corona aurea cum gemmis pretiosis donum à Rege Francorum*: hæc omnia recenset in suo opere Chronologico antiquitatis Ecclesiæ Emmanuel à Schele-
Pag. 489. strate, Bibliothecæ Vaticanæ Præfectus sub Innocentio XI.

Cave tamen ne credas inposterum mendaciis ajentium, Cęsarianum, ut ità dicam, Diadema, *Regnum* nuncupatum, S. Petro Romam missum à Pio Francorum Rege Clodoveo, ut Pontificibus coronandis deserviret. Illud enim misit teste Aymonio *ad Beati Petri Limina hortatu Summi Præsulis Remigii*, quo facto pa-
Lib.1.c.24. tenter ostendit, se Deo non fore ingratum, dum ad ipsius Apostoli Sepulchrum insigne mitteret Regium, sciens se à Christo Solio Regni esse donatum. Idque
Pag. 127. etiam advertit Nicolaus Alemannus de Pariet. Lateranen. contra Franciscum Junium, qui de translatione Imperii contrà Belarminum falsò affirmat, Romanos Pontifices gestare Coronam, olim à Constantino Pontificibus concessam, & in hanc fermè diem retinere Clodovei Francorum Regis diadema dicens: *Illa ipsa Corona illud Regnum quod hodie imponitur capiti Pontificis, eadem est quam Anastasius Imperator Clodoveo dedit, & Clodoveus Pontifici*, citat Sigibertum, qui ait in Chron: *ipse verò Rex Clodoveus misit Romam Sancto Petro Coronam cum gemmis, quæ Regnum appellari solet*, at ut vidimus, Regnum quidem Clodoveus Romam misit, sed B. Petro misit, non Hormisdæ Pontifici, quòd scilicet ad Aram Vaticanam Religionis ergo suspenderetur, non quo Pontifices coronarentur. Ad Aram porrò illam, non Clodovei tantùm, sed innumeras Regum, & Imperatorum Coronas dependisse novit, qui Anastasii, & aliorum legit historias.

Cæterum liquet ex Anastasio, pluribusque, gesta Ponticum colligentibus, ante Clodoveum Coronam gestasse quam *Regnum* vulgò appellant. ad significandum Regale Sacerdotium, Sacerdotum omnium Principi collatum à Christo, & quidem usque ad Bonifacii VIII. tempora annum scilicet 1294. qui teste Suggerio Abbate, duplicis Coronamenti Tiara usus est, (cui opinioni adhæret P. Claudius Franciscus Menetrier S. I. in suo opere Gallico, cui titulus *Pratique du Blason*, Parisiis impresso an:1674., & Antonius Stephanus Cartarius in Prodromo gentilitio, secundam Coronam addens, edita primùm Constitutione *unam sanctam*, in qua expressit Spiritualis potestatis prærogativam, per totum Terrarum Orbem

Pon-

Pontifici competentem. Confirmat Cartarius suam opinionem, afferendo ejus Pontificis imaginem, quæ in Basilica Lateranensi servatur unica Corona decoratam, ejusdemque simulacrum in Basilica Vaticana supra tumulum collocatum, binis redimitum Coronis, atque aliud supra Principem Urbevetanæ Civitatis januam, quod ibi usque ab anno 1296. Urbevetani grati animi ergo posuerunt, quę simulacra duas Coronas in Capite ostentant, à quibus non tenue argumentum præbetur sub eodem Bonifacio unicæ Coronæ usum desiisse, & duplicis incœpisse.

Triplicis denique Coronamenti Tiaram ante annos circiter trecentos assumpsisse legitur Urbanus V. numeri mystici forsitan causa, apud Nicolaum Alemannum Vaticanæ Bibliothecæ Custodem cap. 13. pag. 129. in differ. histor. de Pariet. Lateran. à Francisco Cardinali Barberino restitutis, quod quidem ex gravi aliquo vetusto Vaticanæ Bibliothecæ monumento doctum illum, & accuratum Scriptorem hausisse affirmat Victorellus in addit. ad Ciacc. pag. 305. in Bonifacio VIII. *Vixit Urb. V. 1375.*

In jis tamen Pontificum imaginibus quas accepimus Romę excusis, nullas puplicis Coronamenti Tiaras spectamus. Triplici verò jam inde à tempore Alexandri III. annis ferè ducentis citiùs, quam conveniat, & periculum est, ne progressu temporis longiùs serpat depravatio. Verum quidem est, exprimi ab Auctoribus, qui Antuerpiæ illustrant Acta Sanctorum in Urbano III. monumentum ex rubro marmore, quatuor columnis itidem marmoreis sustentatum, ubi ejusdem Pontificis ossa fuerunt inclusa anno 1187. in quo monumento exculpta videtur supra Claves Tiara cum tribus Coronis, sed putant has esse additas in quadam recentiore ejusdem Templi reparatione post Urbanum V. quando etiam tertium coronamentum potuit accessisse. *Pupil. p. 29.*

Etiam Perusii in Sacello Sanctissimi Crucifixi Cathedralis Ecclesiæ extat monumentum, in quo sunt ossa trium Romanorum Pontificum, qui Perusiæ objerunt, & quidem ante Vrbanum V. videlicet Innocentii III. Urbani IV., & Martini IV. cui monumento imposita est Tiara tribus Coronis decorata: At hæc addita fuit anno 1615., ut refert Oldoinus, cum illa corpora ad Capellam illam è sacrario Templi fuerunt translata.

Hanc opinionem superlaudatus Antonius Stephanus Cartarius rejecit, asserens duplices Coronamenti decore ditatam Pontificiam Tiaram perseverasse usque ad tempora Benedicti XII., annum circiter 1334. qui tertiam Coronam addidit, postquam pronunciavit, certissimè tenendum ab omnibus Christianis, animas à Corporibus segregatas, atque ab omni criminis labe puras, claro Dei intuitu ante universale judicium potiri; pariterque sentiendum, infelices animas, quæ peccato lethali devinctæ ab hominibus demigrarent, Inferorum suppliciis mox ab obitu cruciari, & contra sentientes pronuntiavit hæreticos: Quod Decretum veterem controversiam diremit, quę Theologos antea in contrarias distraxerat sententias. Illud recenset Odoricus Raynaldus in epitome Annal. ad annum 1336. n. 3., ex MS. Bibl. Vatic. signat. n. 3965.

Confirmant hanc opinionem Cartarii duo simulacra ejusdem Pontificis Benedicti, quorum primum in Basilica Vaticana cum duobus Coronis servatur, secundum Avenione, tribus Corònis redimitum, omnibus verò aliis Decessoribus in tumulis Avenionensibus collocatis, cum duabus Coronis.

Cętera autem monumenta, in quibus Bonifacius, seù ejus stemmata gentilitia cum tribus Coronis visuntur, asserit supradictus Auctor, post Benedicti XII. tempora fuisse extructa, & quidem more, quo Pontifices utebantur. *Ib. pag. 255.*

Qua nam ratione Benedictus XII. tribus Coronis decoratum Pontificium, hoc ornamentum gestare incœperit, ignotum prorsus mihi est, neque ab Auctore ullo indicatum invenio, nisi à supradicto Cartario, dicente pag. 236. indicare voluisse Pontificiam dignitatem in triplici Ecclesiæ universalis statu, videlicet *Militantis*, *Purgantis*, *& Triumphantis* Jurisdictionem, à Deo illi concessam, exercere, singulari fultus Spiritus Sancti presidio, quod Petro ejusque Successoribus à Christo promissum est, nunquam ipsos in Fidei quæstionibus aberraturos. Scio quidem à multis multos excogitatas fuisse rationes, quibus ritè eas à Summis Pontificibus gestari persuaderent. Vvolfangus Lazi lib. 2. cap. 3. comm. Reip. Rom. dicit: „ Pontificem Romanum ita Coronari, quia Italiæ, Illirię, & Affricę dici-

„ tur immediatè Præfectus. Nonnulli præterea, melius rem intuentes dixerunt; „ Pontificem maximum eo Regno vti, quoniam est Patriarcha, Prętor, & Præfectus: tali modo loquitur Abbas Castellanus in suo Pontificali. Cæsar autem Costa Maceratensis, Vir quidem doctissimus, propius accedens lib. 1. var. ambiguitatum cap. 1. propositæ rei hanc reddit rationem, quia Sacrum Imperium Christi tribus floret in linguis Hębraica, Græca, & Latina: solidatur hæc ratio à D. Chrysostomo super Joann. 19. dicente: ideò Sanctissimę Crucis inscriptionem tribus his linguis fuisse explicatum: Novam etiam hanc addit rationem, quoniam Pontifex M. unam ex illis Coronis gerit ut summus Sacerdos, aliam vti dono acceptam à Constantino, vltimam uti traditur à Clodoveo Francorum Rege: verum hanc rationem inanem esse autumo propter superiùs exposita.

Et multò plures, ni fallor, & fortè validiores possunt excogitari rationes. Marcus Antonius Mazzaronus de triplici Corona ex remotissimis exempla deducens ita loquitur. „ Prima ratio ex Ægyptiorum monumentis desumi potest, ubi „ ut legitur apud Pierium Valerianum: Cernitur quædam mulier caput habens „ tribus Regiis Coronis insignitum, ut Filiam, Uxorem, & Matrem Regis repræ„ sentet. Summus Pontifex Ecclesiæ universæ preest, quæ ejus filia, itidem Uxor, „ & Mater dici potest, & ideò tribus ipse Coronis coronari debet. Dicitur siqui„ dem Filia, quoniam Pontifex Maximus ratione prælationis, & auctoritatis, „ qua ut gubernator preest ipsi Ecclesiæ, ejus Pater dici debet. D. Bernardus ad „ Civitatem Pisanam, ubi dicit, loquendo de Innocentio Papa, ora tuum, & „ universitatis, (idest Uniuersalis Ecclesię) Patrem. Dicitur Mater deinde, quo„ niam cum PontifexMaximus sicuti cęteri Fideles, fit per baptismum regeneratus, „ & in Ecclesiæ gremio salutem obtineat, meritò ejus Filius dici debet. Dicitur „ postremò Uxor, & ipse Sponsus appellatur, quod ita probatur. Quilibet Præ„ latus dicitur Sponsus Ecclesiæ suę particularis C. Sicut alterius uxor 7. q. 1. ubi „ dicit B. Calistus, Uxor Episcopi ejus Ecclesia dicitur, in cujus signum Anulum „ portat, ergo à fortiori Pont. Max. Universalis Ecclesię Sponsus dici debet. „ Confirmatur per cap. Ecclesię meę dist. 93., & cap. quoniam Ext. de Immunit. „ Eccles. lib. 7. ubi dicit Papa: Nos justitiam nostram, & Ecclesię sponsę nostræ „ negligere nolentes &c. videatur Divus Augustinus in Psal. 121. & D. Ambros. super Psalm. *Beati immaculati in via*.

Pag. 50. *Lib. 41. ad verb. Anulus.*

Theophilus Rainaudus S. I. in argumento Coronæ Pontificiæ, *Coronam auream*, inquit, *triplicem Symbolum esse triplicis Pontificiæ authoritatis, qua Christi Vicarius reliquis Antistibus longè supereminet, nempe potestatis ad docendum, dispensandum, atque plectendum, quibus titulis Pontificius vertex ab omni Ævo Christiano ob eam triplicem potestatem est exornatus.*

Angelus Rocca in Bibliotheca Vaticana illustrata, *cum Summus Pontifex* (scribit) *coronatur, Capiti ejus Tiara, quam Regnum mundi appellant, imponitur, tribus constans Coronis tres potestates, hoc est Imperatoriam, Regiam, & Sacerdotalem, plenariam scilicet, & Universalem totius Orbis auctoritatem repræsentantibus*. Si plura desideres vide Paschalium de Coronis lib. 19. cap. 27.

Pag. 5.

Eadem triplex Potestas indicatur in quadam antiquissima, & peculiari Icone B. Petri primi Pontificis, quam in Archivo Basilicæ Vaticanæ asservatam refert Franciscus Maria Torrigius, cujus caput loco Regni triplicem capillitiam Coronam exhibet. Tales pariter capillorum circulos exhibebat ejusdem D. Petri Imago, musivo expressa in Ecclesia Sanctæ Agathæ in Suburra circa annum Domini 472. constructo, ut narrat Illustris. Ciampinus in vet. monim. cap. 25. quæque periit an. 1592., cujus exemplar extat delineatum in Biblioth. Vatic. studio Francisci Pennæ Sac. Rot. Auditoris, & Decani, antiquorum monimentorum amantissimi; Illud etiam exprimit ære incisum nunquam satis laudatus Illustris. Ciampinus ibidem, sicuti pariter antiquitus ejusdem Principis Apostolorum imago, Summique Pontifices tres claves manu gestantes exprimebantur; ut patet in imagine, quam exhibet Nicolaus Alemannus, acceptam ex Vaticano codice manu descripto sexcentesimo nonagesimo nono anno, ut ipse deducit ex libri forma quadrata, quadratisque apicibus, & vetustissimis membranis, insuper in musivo Lateranensi, ab eodem Alemanno exposito cap. eodem pag. 86. sed de Clavibus alibi fusiùs dicendum erit.

De Crypt. Vat. pag. 76 *De Pariet. Lateranen. cap. 10.*

Imò

Imò antequam Papa tres Coronas gestaret, Deum Patrem Regali in Throno sedentem triplici diademate coronatum depingi consuevisse, notat eruditissimus Præsul Sausaius in Panoplia Sacerdotali par.1. lib.7. cap.7.

Has ternas ex auro Coronas Paulus secundus Summus Pontifex, qui Prædecessores superavit in apparatu Pontificio, Gemmatas reddidit, ut suo loco dictum est.

Cæterum quando tam solemnis coronationis vsus inductus fuerit non est facilè definire: certum quidem à Priscis temporibus originem duxisse, cum An.816. quo Paschalis Pontifex regnabat in donatione Caroli Galliarum Regis, confirmata à Ludovico ejus filio, relicta fuerit omnino libera Clero electio, & Coronatio Pontificis, ut constat ex Constitutione servata in Vaticano, habetur apud Gratianum dist.63. cap. *ego Ludovicus* &c.& scribit Leo Ostiensis lib.1. Cronic. Cassinen cap.18.

Apud Franciscum Carriere Chronol. Pont. pag. 151. edit. secundæ Lugdunen.

Unum superest indicandum, scilicet ante fores Basilicæ utplurimum Vaticanæ supra gradus, per quos ad illam Fideles ascendebant, solemni ritu Pontificum capiti imponi consuevisse Regium hoc diadema, post Pontificias infulas intra Parietes Basilicæ susceptas, ut præscribitur in ordine Romano, auctore Joanne Gajetano §.16. ubi sit habetur *Papa omnia prætiosa ornamenta habebit, & pallium, & Mitram optimam, & Chirotecam, & annulum pastoralem, & sic cum omnibus venit, vel ad portam, vel ad gradus Ecclesiæ, & ibi Prior Diaconorum Cardinalium extrahit sibi Mitram, & ponit ei Coronam, quæ vocatar Regnum in capite toto populo acclamante Kyrie eleison*. Hunc verò in meniano supra porticum extructo jussu Pauli V. Pontificis sicuti exposuimus in historia Templi Vaticani cap.28. Ut scilicet coram populi frequentia Sacra Coronationis pompa augustius perficeretur, in qua Christi Vicarii dignitas gemmarum fulgore, ac venerabile decus indicatur.

Extat locus ex tractatu Arnoldi Abbatis Bonevallis Sancti Bernardi familiaris Amici de septem verb. Domini in Cruce, qui hùc mirificè collineat. „ Sequitur (inquit) ornatus Pontificis Tiara videlicet, quam etiam nonnulli vocant Galerum, & Cidarim: Hac etiam minores Sacerdotes utebantur, eratque byssina, circumdata coronula aurea opere textili facta, sicut hodie Phrygium mitris nostrorum Pontificum plerumque consuitur, eratque in modum cassidis pastoralis, aliquantulum verticis cacumen in sublime excedens, astringebaturque capiti Vitta hyacinthina, ne casu aliquo, imolante Pontifice, laberetur. At verò Summi Tiara Pontificis excellentior erat, & præter hæc laminam auream, (quam Petalon vocant, seu Plateum) fronti habebat insertam, in qua nomen Dei, quod apud hebreos ineffabile dicitur, Sriptum erat: Hec Tiara, quæ caput tegit, & ornat Pontificis, totamque ejus pulchritudinem coronat, & protegit, omnes sensus capitis Deo indicat Consecratos, & totam corporis gloriam debere ad caput referri: hactenus Arnoldus. Nunc verò Romani Pontificis Vertici Crux imminet parvo globulo imposita, ut scilicet indicetur, Orbem totum Crucis Victoria subactum, summoque Pontifici totius Orbis Cura à Deo commissa eademque illum regi, ac sustentari.

Tom.1. Bibl.SS.PP.

Cæterum interprete Carolo Paschali, in eo diademate pretiosus lapis verbum Dei significat, quod nescit interitum, nec est obnoxium rubigini, & corruptioni. Certè Magi nato Christo obtulerunt aurum, quod est symbolum Regni; manet hæc Corona, nempe aurea, inquit Clemens Alexandrinus, immortalis ad imaginem Domini, non enim sicuti Flos flavescit. Porrò si prisca Roma fuit diademata, sicuti Regina Gentium, is qui hodiernæ nouæque Romæ, imò toti terrarum Orbi imperat, an non meritò extraordinaria Corona, quæ extet supra omnia diademata, insigniri debet; nam super illa quæ usque adhuc retuli, Romanus hierarcha tam latè regnat, ut vel ex eo tantùm, quòd talis tantusque est Magnos Reges superet. Lamina aurea addita supra frontem fascia firmabatur, cujus extremitates supra dorsum ejusdem Sacerdotis pendebant ab antiquis Auctoribus Infulæ, seu Vittæ appellatæ, quæ proprium insigne Sacerdotis etiam apud hebreos extiterunt: de quo vide Carolum Paschalium de Coronis lib.4. cap.22.

De Coron. lib.9.

Lib. 2. pedag. cap. 8.

Et hæc quidem illa sunt, quæ de Pontificio diademate verecundè potiùs in copiosa opinionum diversitate, quàm confidenter scribo, & cum Prudentio admirabundus dicam paucis mutatis.

Prud. Peri-stephanon. hymn.6.

O triplex honor, triforme culmen
Quo nostri Caput excitatur Orbis,
Orbis Christiani decus perenne.

IV

RESERAVIT. ET. CLAVSIT. ANN. IVB. M.D.

ANnum Jubilæi millesimum quingentesimum ab Alexandro VI. celebratum indicat hoc numisma, in quo Pontifex exprimitur, lapidem in porta, quæ dicitur *Sancta*, deponens, ut eam claudat. Fuit enim primus inter omnes Pontifices Alexander, qui ejus Portæ aperitionem sacris Ritibus præscriptis celebravit, ut indicavimus in explicatione numismatis VI. Martini V. Pontificis; Quamobrem in ejusdem præclaræ actionis monimentum percussum fuisse tale numisma pro certo habeo, quod etiam restitutum sub Vrbano VIII. invenitur ab jis, qui cupierunt ejus anni memoriam non deperdi. Cętera verò ante Alexandri tempora ad libitum efformata; Sed ut veritas elucescat, pauca ex probatissimis auctoribus, sacrisque Monimentis excerpta indicabo, & primò.

MS. servatur in Archiv. Basil.

Certum probatumque abundè est Vaticanæ Basilicæ Portas quinque tantum extitisse à Constantino Imperatore in ejus fronte apertas, ut narrat Maffeus Veggius de memorabilibus Ecclesiæ Sancti Petri, ubi ait: „ Scire oportet quinque „ Portas esse Basilicæ S. Petri ante vestibulum sitas, sic quasque nomine appella- „ tas, eorum scilicet mediam *Argenteam*. Planè huic alius proximè est ad dexte- „ ram partem introitus, quam *Romanam* appellatam esse accepimus. Quæ verò „ hanc contingit, est & alia porta, quæ *Guidonea* vulgari verbo à Guidonibus „ vocata est: Porrò alia porta, per quam sinistra parte Basilicam introimus, Ar- „ genteæ proxima, *Ravenniana* dicebatur. Cæterum alia huic contigua est, quæ „ porta *Judicii* appellabatur. Idem repetit lib.2. §. de Donis, & oblatis, quinque Portas Argenteam, Romanam, Guidoneam, Ravennianam, & Judicii: deinde subdit *solaque* (scilicet porta Judicii) *nomen suum adhuc cum ceteræ omiserint, servat*.

Romanus itidem Canonicus quem Petrum Mallium fuisse quamplurimi existimant sub titulo 44. de nominibus quinque Portarum Basilicæ B. Petri Apostolorum Principis nominat mediam, & majorem, quæ vocabatur Argentea, quo- „ niam optimo argento tota deargentata fuit, & variis picturis à Leone Papa IV. „ depicta. Secundam portam Ravennianam, quoniam antiquitus Ravennates, & „ omnes Longobardi, & Tusci de consuetudine per eam intrabant. Tertiam por- „ tam Judicii, quoniam per eam tantum mortui qui sepeliendi sunt in Ecclesia „ Beati Petri mittuntur à Domino Judicandi. Quartam portam Romanam, quo- „ niam ut à nostris majoribus accepimus, Romanę mulieres antiquitus, & adhuc „ frequenter per eam intrant. Quinta, quæ vadit per porticale juxta Veronicam, „ dicitur porta Guidonea, quoniam Guidones, qui ducebant Oratores venientes „ per porticale, frequenter per eam intrabant. Vixit Petrus Mallius anno 1160. sub Alexandro III., cui in prefatione ejus opusculi ait, illud ex Archivo ejusdem Sacrosanctę Basilicę compilatum. Ex his authoribus omni fide apud omnes dignissimis patet, tunc temporis Portam non fuisse, cum de ea nullum quidem verbum exararint, nec eam haud minus cęteris insignem ommittere debuissent; Abbas verò Paulus de Angelis in descriptione ejusdem Basilicæ Vaticanę, edita cum notis Romę an.1646. subdit, *Basilicæ Vaticanæ Portæ à Romano enumeratæ sunt quinque, quia sua tempestate plures non fuerunt. Postea verò in angulo Basilicæ fuit aperta sexta, quæ à Christifidelibus vocata est Porta sancta.*

Primus eam expressit Tyberius Alpharanus qui anno 1590. nonaginta scilicet annis

annis post Alexandrum VI. tempore Sixti V. Tabulam ichnographicam antiquę Basilicæ pelineavit, servatam in Archivo ejusdem Basilicę, ubi prope Guidoneam portam aliam indigitavit, parvulam quidem, sed *Sanctam* appellatam. Eamdem Severanus de septem Urbis Ecclesiis post quinque Portas enumeratas indigitat, inquiens. „ Si vedeva una porticella piccola nell'angolo, à fine del muro di Chie- Pag.69.
„ sa, la quale in fino a' tempi nostri era chiamata Porta santa Antica, & era tra-
„ ditione, che prima di Bonifazio VIII. quella si aprisse per il Giubileo ogni cen-
„ to anni; ma parendo à Sisto IV. troppo angusta per la frequenza del popolo, fù
„ lasciato l'uso di quella, e aggiuntane un'altra sopra la Guidonea, chiamata pa-
„ rimente Porta santa. Verùm Authorem cæteroqui prȩclarum à veritate aberasse ex infra dicendis patebit.

Onuphrius enim Panvinius accuratissimus, & eruditissimus Scriptor, de septem Urbis Ecclesiis agens, loquens de Januis Basilicȩ Vaticanȩ inquit. *Sexta est Porta Sancta recens addita, quæ vigesimo quinto quoque anno Jubilæi redeunte aperitur, & eo exacto clauditur*. Cum autem scripserit Panvinus post annum 1500. (ut refert inter alios Pater Jacobus Gualterius Societatis JESU in Chronologia Ecclesiastica) dicatque *est Porta Sancta Recens addita* profectò sub Alexandro VI. non verò Sixto IV. qui Alexandrum præcessit. Pag. 307.

His adde cum Illustrissimo Phæbeo, & Victorello, quod ex Bonifacii VIII. aliorumque Summorum Pontificum litteris indictionis anni Jubilæi usque ad Alexandrum VI. ne verbum quidem ad ejusdem portæ aperitionis, vel clausuræ solemnia pertinens, inveniatur; ab Alexandro verò ad Innocentium X. inclusiuè semper in similibus litteris specialis, & individua de ea re mentio habeatur. Ut autem manifesta illatio fiat, totius rei gestæ sub Alexandro seriem, ex Brucardo tunc temporis Cæremoniarum Præfecto acceptam, subdimus, quæ rem apertè demonstrat. Narrat ille in suis Diariis, citatus etiam à supradicto Phębeo, se à Pontifice infra hebdomadam tertiam Adventus proximam Nativitati Domini vocatum esse, sibique iniunctum, ut portam auream Basilicæ Vaticanæ incisis versicoloribus lapidibus distingui, & exornari præciperet: aliqui enim eiusdem Basilicæ Canonici sanctitati suæ retulerunt, à Majoribus se accepisse, initio cujuslibet anni Jubilæi illam per Romanum Antistitem reserari, & sub finem claudi solere. Subdit autem Brucardus, Cæmentarios, deiecto pariete, in quo auream Portam Vaticanam elapso Jubilæi anno obstructam extare Canonici asserebant, propè videlicet Veronicę, quod vocabant, sacellum, nullum antiquæ ibidem portæ vestigium reperire potuisse. Pag. 591. Par. 1. cap. 10. pag. 101.

„ Venit propterea die Mercurii decimaoctavâ Decembris post horam 21.
„ idem S. D. N. ad Basilicam Sancti Petri, ubi Sanctitati suæ primùm ostendi
„ locum in cappella Veronicæ, quem dicunt Canonici ejusdem esse portam, au-
„ ream nuncupatam, quæ singulo Jubilæi anno consuevit per Summos Pontifices
„ aperiri, quod & sæpius audivi in vulgo dici, & teneri: placuit Sanctitati Suæ;
„ mandavit ordinari, & incidi marmora pro ornatu ejusdem portæ ad latitudinem,
„ & altitudinem, quam forma ab intra ostendebat, & muros ante, & à latere ca-
„ pellam prædictam claudentes, omninò amoveri, ut populus liberius possit per-
„ transire; ordinavit quòd Episcopus Mutinensis Datarius faceret minutam,
„ deindè scribi Bullam Jubilæi, & paulò post subdit, commisit Muratori Magistro
„ Thomæ Mataracio Romano, quòd murum quantum porta aurea continet, ruat,
„ usque ad grossitudinem quatuor, aut quinque digitorum, nullatenus tamen
„ perforet .... Omnibus ordinatis rediit ad palatium, & magister prædictus
„ cum aliis dedit operam rei sibi commissæ; facti sunt lapides marmorei pro or-
„ natu portæ hujusmodi ad altitudinem ordinatam, sed in latitudine latiorem ad
„ duos palmos, vel circa, & compertum est quòd in eo loco nunquam fuit prius
„ porta, sed murus undique alteri parti ejusdem muri æqualis, & colligatus;
„ fuit solum altare in loco prædicto, quem portam dicebamus, & cum populus
„ opinionem portæ hujusmodi haberet, noluit eum in opinione, quæ potius
„ devotionem inducit, perturbari.

Idem, quod in Basilica Vaticana, etiam accidisse in Basilica Sancti Pauli in
„ via Ostiensi, narrat idem Bruccardus; Misso enim ad illam Episcopo Ragusino (cum

Tom. 4. „ (cum Jubilęi diplomate, neque Abbas, neque Monaci, verba sunt Bruccar-
„ di) ejusdem sciebant, si, & quæ porta aurea esset in Ecclesia præfata. Aperuit
„ propterea, ut postea mihi retulit idem Archiepiscopus tres portas in facie Ec-
„ clesiæ, obstructas potius, ut existimo, ad præcludendum malum aerem,
„ quam alia ratione muratas, de his tamen parùm est mirandum, quia sola fides
„ salvat rusticum. Ridiculum tamen mihi videbatur, quod omnes Religiosi dicti
„ Monasterii tantam rem ignorarent.

Ad An. 130. num. 3. Itaque Episcopus Ragusinus supradictus missus fuit cum diplomate, ut refert Cardinalis Sancti Georgii apud Rainaldum, alteri impositum fuit non impari forma, sine ulla portæ sanctæ mentione, quam quidem ommittere non debuissent ejus temporis Romanarum rerum Historici.

His positis, haud ambigendum esse Portam Sanctam à nullo Pontifice Ales xandrum VI. præcedente apertam fuisse; si enim Basiliçæ Canonici antiqua traditione tantùm edocti extitisse clausam hujusmodi januam affirmabant, faciliter dignosci, & reperiri poterat; imò in codicibus rerum memorabilium Basilicę enarrata, nec vetusta antiquorum relatione roborata traditio requirebatur, ut eam Pontifici Alexandro persuaderet. Pręcessit enim ante annos viginti quinque Sixtus IV., qui ante illum Jubilæi solemnitatem celebravit, quòd si portam aperuisset, post breve eorum annorum curriculum non defuissent quamplurimi, qui illam certò indicarent. Sicuti pariter successiuè edocti homines pręcessissent sub alijs Pontificibus, si eorum singuli, anno Jubilęi celebrato, portam similem reserassent. Si autem ordine retrogrado procedamus à Sixto IV. ad Nicolaum V. anni vigintiquinque interfuerunt à Nicolao V. ad Martinum V. anni 27. à Martino V. ad Bonifacium nonum anni septuaginta septem à Bonifacio Nono ad Urbanum VI. anni decem, ab Urbano VI. ad Clementem VI. quadraginta à Clemente VI. ad Bonifacium VIII. quinquaginta, in quibus facili traditione, posteri à decessoribus eruditi, ejus portę locum indicare potuissent, nec Basilicę Canonici incerta coniectura affirmare debuerant Alexandro Pontifici, Portę ejusmodi cognitionem à Majoribus immemoratis accepisse.

Aperiendę igitur, vel claudendę aureę portę ritus adeò olim delituit, ut usque ad Alexandri VI. tempora nulla ejus rei memoria, uspiam occurrat, imò liquidò constet ipsum Bruccardum preces in hujusmodi solemnijs adhibendas, primum edidisse, easque Ceremoniali Marcelli Corcirensis cura adiectas fuisse. Contrarium tamen affirmat Riera, Petrus Matthæus in Historia Gall. & Stephanus Vinandus, ajentes singulis annorum centenariis tantùm aperiri solitam, & à Bonifacio Octavo veneratam fuisse, scilicet anno 1300. Arridet eorum opinioni numisma ęneum, quod Ciacconius impressum repręsentat in Vita ejusdem ex una parte Pontificis effigiem, ex alia imaginem portę pręferens, à qua vulgò putatur Porta Sancta significari, tametsi modernum illud ipse Ciacconius, & Victorellus crediderint *ad specimen antiquitatis confictum*. *Hist. Jub. par. 1. lib. 2.*

Verùm si singulis annorum centenariis eam celebritatem habitam dicamus, profectò post annum 1300. quo Bonifacius VIII. aperuit, etiam Bonifacium Nonum anno 1400. illam aperuisse dicendum est, sicuti centesimo subsequente anno 1500. Alexander VI. aperuit. Atque credibile non videbitur, eos Pontifices, à quibus annum Sanctum ad varia annorum spatia (ut vidimus in Martino V.) celebrandum esse suis decretis firmarunt, neglexisse ejusdem solemnitatem, & ritus, inter quos non ultimum locum tenet Portę Sanctę aperitio; debuerat igitur in promptu esse locus portæ saxis oppletus, imò sacrarum Cæremoniarum ordo, qui teste Bruccardo, ab omnibus penitus ignorabatur, nec ab ullo Pontifice servatus innotescebat.

Ex jis, quæ pluribus historiarum monimentis recensentur de anno centesimo à Bonifacio VIII. celebrato veritas magis elucescet. Inter Authores, qui rem totam paginis suis consignarunt tali pacto loquitur Rainaldus.

„ Annus Christi 1300. Jubilæi majestate Illustris affulsit, de quo Jacobus Diaco-
„ nus Cardinalis Sancti Georgii ad velum aureum non solum vincta oratione lo-
„ cutus est, sed soluta oratione ejus historiam conscripsit, cujus autographum
Annal. 1300 num. 1. „ exemplar in Bibliotheca Sancti Petri Romæ asservatur, ejusque meminit inter

alios

„ alios Cardinalis Baronius Sched. MS. cujus etiam duo exempla MS. in Biblio-
„ theca noſtra Sanctæ Mariæ in Vallicella extant: hic Cardinalis Pontificiorum
„ conſiliorum particeps, reique ſpectator affirmat, cum ad Romanum Pontificem
„ delatus rumor advenerat de proximo nunc futuro centeſimo, qui tantam ejus
„ fore anni vim, ut quo Romani, ad Principis Apoſtolorum Petri Baſilicam
„ pergentes, omnium pleniſſimam peccatorum dilutionem ſortirentur, pollice-
„ retur. Hinc vetuſtorum revolvi librorum monumenta pius Pater edixit; quibus
„ ejus nec ad plenum, quod quærebatur in lucem vento, forſitan ex Patrum, ſi
„ licet tetigiſſe famam, deſidia, ſeù ex Schiſmatum, vel Bellorum, quo Roma-
„ ni ſæpius turbine vaſtati, lugere potius, quam mirari vacet libris deperditis,
„ ſeù quia nec tantum veritatis, ut opinionis ſuberat, in Lateranenſi Patriarchio
„ eodem reſidente Præſule centeſimus oritur, mira res! Totam penè prima Ja-
„ nuarii die novellæ myſterium remiſſionis occuluit, proclivi verò in veſperam,
„ ſole, quo ad mediæ ferè noctis intempeſtæ ſilentium, parvumque eò Romanis
„ patefacto, frequens ipſi ad ſacram D. Petri Baſilicam properant: oppreſſi al-
„ taria ſtipant, alternatimque ſe, ut vix accedere fas eſſet impediunt, tamquam
„ ex brevi finienda die expiare gratiam, vel maiorem autumarent. Acceſſerunt
„ ne moti, cum aliqualis matutinus de centeſimo, ſeù Jubilæo in Baſilica factus
„ cieret ſermo, ſponte ne ſua, jam quod credulitati magis proximum eſt, cæleſti
„ tracti nutu, qui centeſimi tranſacta memoraret, vel adventum diſponeret: haud
„ nihil ambigentes affirmamus. Jis initiis in dies civium externorumque fides,
„ & peregrinatio augeri cœpit, quibuſdam prima Centeſimi die omnium culpa-
„ rum ſordes deleri aſſerentibus cæteris, annorum centum indulgentiam fore,
„ ſicque ferè uſque ad bimeſtre tempus, & ſimiliter die, qua toti Orbi Venerabi-
„ lis revelatur effigies, vulgò Sudarium ſeù Veronica dicta: longè plus ſolito
„ compactis turbis convenirent, utrinque dubii ſperantes erant. Verùm Promo-
„ tor noſter Diuus Bonifacius Octavus Summus S. R. E. Pontifex, ut erat inge-
„ nio vigilans, refertuſque ſolertia, conſervabat hęc omnia, conferens in cor-
„ de ſuo, ſuoque more præſentia, dum haud prohibebat frequentiam acceptam
„ eſſe coniiciebat, venientemque firmabat votum.

„ Igitur de centeſimi nova jam ad plenum digeſta materia, ſacrum Patrum con-
„ ſultaſſe Cœtum, nolentem extinguere ſpiritum Præſulem, favorabiliterque ob
„ Apoſtolorum merita, reſponſum conſultanti memoramus. Quamobrem quo lim-
„ pidius ſcripto gerendæ rei clareſceret veritas, exarari litteris concedendum,
„ diſcutiendumque privilegium juſtum, ipſius ſæpiuſculè forma interlecta, ac
„ ex hoc politiore facta, poſt collocutiones, ad Concilia prævios, eam Patres
„ manere in girum conſulti ſuaſere, definienſque decrevit Prę́ſul; cujus ea mens
„ eſt Baſilicę Principis Apoſtolorum Dei non tantum, fama crebreſcente, tametſi
„ incertum, centeſimum indultum illibatum ſubſiſtere. Quinimò quibuſcumque
„ Venerabiles Apoſtolorum Petri, & Pauli Baſilicas externis quindecim Romanis
„ diebus triginta viſitantibus quoquo centeſimo, uberrimam omnium peccaminum
„ abolitionem impertiri fructiferam, ſiquidem ſi pœnitentes, & confeſſi, vel in-
„ fra id temporis forent (poſt hæc nonnullis interiectis proſequitur Cardinalis.)
„ Publicandi aderat tempus, Cathedrę B. Petri celebritas, offerendum Principi
„ in ſuo quam alibi honeſtius templo; donec publicatur ſericis, aureiſque ambo
„ circumfulcitur, quo Romanus Prę́ſul, Patreſque conſcenderunt. Orationeque
„ facta ad turbam grande lętitię munus litterę ſerico appenſis Bullis diſſeruntur.
„ Quę, etſi Laterani prius datæ continerentur; illuc tamen datas apud Sanctum
„ Petrum ſuis juſſit Prę́ſul litteris adſcribi: alterique impoſitum donum, non im-
„ pari forma Doctoris Gentium Baſilicæ miſſum. Hactenus Cardinalis ſupracita-
„ tus, qui conceptum diploma repetit, illudque extat inter Extravagantes de
„ *pœnit. remiſſ.* cujus initum, *Antiquorum habet fida relatio*; deinde ſic proſe-
„ quitur cap.4. Nec mora totius Orbis caput Roma, Civitatis Populus, nullo
„ ſexus, vel ętatis, pubertatis annos exegiſſet, diſcrimine, ad ſuorum Patronum
„ Baſilicas, quo ad dierum intervallum finem accepiſſet, curſitabat &c. neque
ullibi mentionem de Portæ ſanctę aperitione facit.

Illam etiam tacent Joannes Villanus tunc Romam profectus referens lib.8. cap.36.

cap.36. Tantam fidelium multitudinem Romam conveniſſe, *ut præter Romanos, ducenta peregrinorum millia in Urbe viderit*. Jordanus etiam Vitæ Bonifacii Scriptor in vita MS. Ptolomæus Lucenſis, Bernardus, Martinus Polonus, & annalium Colmarienſium ſcriptor, loquens de Anno ſancto publicato à Bonifacio VIII. quod notat Raynaldus ad an. 1300. n. 6.

Bibl. Vatic. n. 1960.

Aſſerit tamen inter paucos Stephanus Vinandus Bonifacium conceſſiſſe pleniſſimam peccatorum jis qui Baſilicam devotè per eam januam ingrederentur; at quo fultus fundamento tacet: Certum autem eſt (ut vidimus) diplomate publicato Bonifacium indulgentias conceſſiſſe viſitantibus Baſilicas Divorum Petri, & Pauli nec ſpecialem in illas ingreſſum præſcripſiſſe. Et Stephanus Infeſſura in ſuis Diariis quæ patrio ſermone ſcripſit ſub Bonifacio VIII. nullum quidem verbum habet de Porta ſancta, ſed ſolum de Jubilei anno. Loquitur ille his verbis, quæ in Latinum translata retulit Illuſtriſſimus Phœbeus ſic. Anno 1300. *Bonifacius Octavus celebravit Jubileum; tantus populus Romam profectus eſt, ut viæ vix eam multitudinem caperent &c.*

In Nenul. prodis.

Par. 2. cap. 1. pag. 109.

Attamen ſi piam Chriſtifidelium fidem, qua Portam auream à Bonifacio Octavo, aliiſque Pontificibus apertam fuiſſe pro certo habebant improbandam non eſſe aſſeramus; dici poſſe autumo, eos Summos Pontifices aliquam Baſilicæ Januam ſuis met manibus reſeraſſe ad hunc finem paulò ante clauſam, per eamque ingreſſos eſſe, frequenti cum fidelium populorum comitatu, ut ſcilicet eis quodammodo oſtenderent Divinæ gratiæ theſauros in publicum bonum apertos, ac per eandem Portam totius anni ſpatio ceteros Chriſtifideles Baſilicam ingreſſos, talemque Januam eo tantummodo tempore auream, ſeù Sanctam appellatam.

Talem fortaſſe Ritum Sacræ antiquæ Legis Paginæ præbuere: enim in cap. 46. Ezechielis. *Porta atrii interioris quæ reſpicit ad orientem erit clauſa ſex diebus, in quibus opus ſit, die autem Sabbati aperietur, ſed & in die Calendarum aperietur.*
„ Ad quæ verba Gaſpar Sanctius: In atrio interiori, nempè Sacerdotalis, ſunt tres
„ Portæ, Orientalis quæ directè ſpectabat tabernaculi portam, & Auſtralis, atque
„ Aquilonaris, quę Sanctuarij lateribus erat obverſa. Ex his orientalem Domi-
„ nus clauſam eſſe jubet diebus omnibus, in quibus operi faciundo vacare fas eſt.
„ In Neomeniis, & Sabbatis apertam eſſe vult. & verſ. 3. ait Profeta. Et adora-
„ bit Populus terræ ad oſtium portę illius in Sabbatis, & Calendis; ſequitur San-
„ ctius: his diebus aperiendam diximus orientalem portam: tum fas erit popula-
„ ri, atque prophanæ turbę aſtare ad portam illam interioris atrii: Dies autem
„ Sabbati ſic erat ſolennis, & ſacer in lege Moyſi, ut ab illo dies omnes vocaren-
„ tur Sabbata, immò feſta omnia Sabbati compellarentur nomine; ſic docet D.
„ Chryſoſtomus, aliique, & probat illud Levitici 23. ubi primus dies menſis Se-
„ ptimi vocatur Sabbatum, feſtum videlicet tubarum. Ab ejus Portę aperitione deductum tale ritum ſibi ſuaſit etiam Illuſtriſs. Phœbeus; *Sicut enim illa* (inquit) *in interiori porticu Baſilicæ ſita Sabbato aperitur die ſcilicet quietis, & veræ libertatis, qua Dominus Ieſus ad eximendum Nos è jugo Satanicæ ſervitutis liberator advenit, eam ingreditur Princeps Regum Romanus Antiſtes, demùm uſque ad veſperas completivas anni Iubilei non clauditur porta, ut adoret populus Terræ ad oſtium illius.*

Com. in Ezech.

Hom. 40. in Matth.

Par. 1. c. 10

Longa annorum ſerie uſque ad annum 1673. in more fuit prope Aſiſium Sacros indulgentiarum Theſauros, quos dicunt de Portiuncula à Summis Pontificibus conceſſos, ſolemni pompa publicandi ante fores clauſas templi Sanctę Marię de Angelis dicati, nec ab ullo obtineri illos poſſe quiſque ſibi ſuadebat, antequam, cum publica piorum ſupplicatione accedens Sacerdos pluviali indutus, & pontificias conceſſiones in diplomate exaratas manu geſtans Januam Templi ingrederetur.

Olim etiam omnes publici pœnitentes à templo excluſi à Diaconis prima quadrageſimę die ſacris Cineribus ſacra, ut ſcribit Sebaſtianus Fabbrinus, & Hieronymus Grazianus par. 1. cap. 12. de anno Jubilęi. *Feria v. in Cœna Domini ad Januas templorum clauſas accedentes enixis precibus admitti deprecabantur, quibus exauditis Sacerdotes fores reſerabant, & in reconciliationis ſignum ad Sacras Aras perducebant.*

Tractat. de Iub. cap. 23.

Sicuti apud Ethnicos, Jani portas aperiri Bello, & claudi pace compoſita ſolen-

solemne erat, ut inquit Plutarcus in Numa Pompilio secundo Rege Romanorum; *Nec incongruè* (addit Phœbeus supra laudatus) *tempore quo Deus exercituum bellum præcipuè infert hostibus humani generis, ut Fideles suos à peccatorum vinculis absolutos ad pristinam libertatem revocet, Romanus Pontifex portam Vaticani Templi aperit, ac pace cum iisdem Fidelibus (remissa eis pœna culpæ) composita, claudit.* *Par.1.c.10. pag.101.*

Verùm prudenter monet Joannes Baptista Casalius, se post ejus perquisitionem, adhuc illius originem adinvenire non potuisse. Sanctam autem dici eam Portam, quòd supernæ Civitatis aditum, ceu figura quędam insinuare videtur. *De Vet. Sac. Rit. cap.93.*

Quo verò ad illius mysterium, ut refert Angelus Pientinus, aperitur Porta illa in ipsius anni Sancti incohatione, primò ut intelligatur, eo anno nulli non patere Ecclesiam, nulli, si Jubilęum lucrari velit, ejus ingressus denegari: A summo autem Ecclesiæ Antistite reseratur, ut significetur, ipsum tantùm illius ditissimi Thesauri claves habere ejusque januam aperire, quatenus ei expedire videbitur, ut non incongruè de eo dici posset; aperit, & nemo claudit, claudit, & nemo aperit. *De Iub. l.3. cap.6.* *Apoc.3. ap. Casal. pag. 377.*

Neque absque mysterio tribus ictibus Porta illa à Summo Pontifice aperitur, quoniam Sacri Jubilæi solemniis maximo afficiuntur gaudio qui in Cœlo, qui in Terra, nec non qui in Purgatorio sunt. Eodem deinde anno peracto, Porta illa non absque solemnitate clauditur ab eodem Pontifice, quoniam supremus Jubilęi fructus, nempe Cælestis Vitæ acquisitio illius interclusione demonstratur.

Sed ut pleniorem ejus solemnitatis notitiam à Bonifacio VIII. celebratæ, ut hucusque novimus, assequamur, non ommittendum est, quod apud Octavium Pancirolum tract. de Thesauris Romæ abditis legimus; hoc est Summos Pontifices ante Bonifacium cum in Cœnobio S. Sabinæ moram traherent, aperire consuevisse Portam auream, quæ adhuc ibi sub Ecclesiæ porticu visitur, atque hoc è conjecturis deductum esse à Navarro in Commen. Jubilęi; hoc tamen Andreas Victorellus ait, se non invenisse dictum à Navarro, & Phœbeus addit, *Nullis suffultum esse antiquitatis monumentis nullis historicorum testimoniis comprobatum, adeo illorum notitia delituit, ut solus ipse Auctor id ominatus fuerit*: putatque Phœbeus, quod si talis Porta in porticu Sanctæ Sabinæ ad usum Jubilæi adhibita sit, potius ob luem in Suburbiis Anno Jubilęi grassantem, Basilicæ Sancti Petri Ecclesiam S. Sabinæ subrogatam, sicuti ab Urbano VIII. Ecclesiæ S. Marię trans Tyberim anno Jubilæi 1625. suffecta fuit, translato in eam Aureæ portæ usu. *Pag. 2. hist. Jub. par.1.*

Itaque deducendum ex supra allatis fundamentis Portæ sanctæ, seu aperitionem, seu verius dicam designationem ab Alexandro VI. primùm Jubilęi anno recurrente decretam, quam ipse Pontifex (ut in numismate declaratur) RESERAVIT ET CLAVSIT, utque ejusdem anni proximè imminentis celebritas innotesceret. Prædecessorum pro Instituto litteras Apostolicas de proposita amplissima noxarum Venia, iis qui limina Apostolorum decretis diebus religiosè lustrarent, Ritu solenni promulgare decrevit die Veneris 20. mensis Decembris in Consistorio secreto, quę Litteræ Dominica quarta Adventus dicti Mensis extra portam Palatii Apostolici apud Sanctum Petrum publicatæ fuerunt à duobus Cubiculariis, quorum alter latinè, alter verbo italicè protulit, ut refert Bruccardus dicens: *Tubicinibus multis ante, & post publicationem ipsam sonantibus, deinde à prandio peracto fuit ipsa Bulla italicè omnibus publicata per officialem Vrbis in locis, ubi banna, & proclamationes fieri consueverunt etiam Tubicinibus primùm, & post sonantibus.* Quæ Bulla incipit *Inter causas multiplices &c.* quæ habetur apud Bruccardum in Diariis, & Mucantium in M.s. observationibus Cęremonialibus anni Jubilæi cap.1. *Raynal. an. 1444. n.25*

Hanc Bullam ter publicatam fuisse enarrat Olympius Riccius S.R.E. Cardinalis in suo tractatu de Jubilæis, nempe die 28. Martii, duodecima Aprilis, & vigesima secunda Decembris. *Fuit etiam dicta die Dominica 22. Decembris*, sequitur Jo: Bruccardus in Diariis, *cum publicatione prædictæ Bullæ publicæ per Vrbem per eundem officialem proclamatam, quòd omnis Clerus Vrbis debeat ad horam Vespertinam Vigiliæ nativitatis Domini ad Basilicam Sancti Petri processionaliter venire, & aperturæ portæ aureæ ibidem interesse, quod in die Nativitatis sequenti post dictam Sanctissimi Domini nostri Missam majorem ostendatur Vultus Domini.* *Cap.29.*

Feria quarta die 24. mensis Decembris Vigilia Nativitatis Domini nostri Je-
„ su Christi, antequam Sanctissimus noster descenderet ad Basilicam Sancti Petri
„ pro Vesperis dicendis, posita fuit porta marmorea ornata in locum, ubi dicitur
„ Porta aurea, quæ tamen designationem, seu formam interiorem, quę porta di-
„ cebatur, in latitudinem ad duos palmos excedebat, in altitudine autem concor-
„ dabat. Murus fuit ab intra atterrucatus, & subtilior factus, sed non satis atque
„ bene, neque à lateribus nisi quantum porta marmorea posita continebat; fuit
„ etiam circa medium ad sex palmos supra terram perforatus ad latitudinem unius
„ palmi, & lateribus sine calce obturatus, ut in eum locum Dominus noster ritus
„ faceret pro illius apertura, deinde hora vigesima, vel circa, Papa accepit para-
„ menta solita, & Regnum, sivè Tiaram, & in Sede sua solita portatus venit pro-
„ cessionaliter sub Baldachino manu sinistra candelam inauratam perpulchrè or-
„ natam ardentem portans, & manu dextera populo more consueto benedicens,
„ Prælatis, & Cardinalibus omnibus paratis, singulis candelas ardentes in mani-
„ bus portantibus, & ordine solito procedentibus. Pervento ante Portam ape-
„ riendam sub porticu Basilicæ Sancti Petri Cantores nostri incœperunt, & canta-
„ runt quasdam Antiphonas ad hoc ordinatas: deinde Pontifex dixit sequentem
„ Orationem (quam ipse met Joannes Bruccardus composuerat, & Pontifex pro-
„ baverat.) *Oremus. Deus, qui per Moysem famulum tuum populo Isdraelitico*
„ *quinquagesimum annum remissionis, & Jubilæi instituisti; concede propitius nobis*
„ *famulis tuis Jubilæi centesimum annum auctoritate tua institutum, quo hanc Por-*
„ *tam populo contrito aperire voluisti feliciter inchoare, ut in eo venia plenæ indul-*
„ *gentiæ, & remissionis omnium delictorum obtenta, cum dies advocationis adve-*
„ *nerit ineffabili gloria, & perenni felicitate perfruamur, per Dominum nostrum &c.*
„ Responso à Cantoribus *Amen*, Sanctissimus Dominus noster accessit pedester
„ ad Portam aperiendam, & accepto de manibus Magistri Thomasii Mataracii
„ Muratoris, & supràstantis ædificii malleo, quo communiter Muratores utun-
„ tur, dedit tres, vel plures ictus ad illud foramen in medio Portæ factum lateri-
„ bus obturatum, quos fecit cadere in terram, & retrocessit in Sedem suam se-
„ dens, & Laboratores prosecuti sunt, murum ad quantitatem designatam rum-
„ pentes, in qua ruptura mediam horam, vel circa consumarunt, Cantoribus no-
„ stris continuè Antiphonas cantantibus, & repetentibus. Rupto muro ad op-
„ portunitatem Sanctissimus Dominus noster de sede descendens ivit pedester ad
„ Portam hujusmodi, ad cujus liminare genuflexit, & detecto capite oravit ad
„ spatium medii Miserere, candelam suam ardentem in manu sinistra retinens, sur-
„ rexit, & ego eum sub brachio sinistro, & manum sinistram suam cum candela
„ sustinui, & intravit Papa per Portam Basilicæ præfatæ, & ego cum eo, & Do-
„ minus Bernardus socius nobiscum ad dexteram Papam sustinens, & secuti sunt
„ eum Crux sua cum Subdiaconis, Cardinales, & Prælati cum præssura magna,
„ & processimus usque ad Altare majus Basilicæ &c. Idem Bruccardus citatus à
An. 1499. *n.*28. Raynaldo describit Sacras preces, quæ in pandenda aurea Basilicæ Sancti Petri Porta repetitæ fuerunt, additque instruxisse Alexandrum auctoritate Pœnitentiarios, ut Christifideles à contractis noxis nonnullis exceptis Casibus expiarent; Imperasse præterea ut nullus Cardinalis Jubilæi anno abesset ab Urbe.

Quę hoc anno Jubilæi Romæ evenerint recenset Phœbeus aliique; nos verò omittimus, ne ab his quæ numisma indicat longius quam par est divagemur.

Non tamen ommittendum Alexandrum Sextum, ut commodius Urbem accedentes Basilicam Vaticanam peterent, viam perfecisse, quæ ab ejus nomine dicta fuit Alexandrina; estque illa quę hodie vulgò dicitur *Borgo nuovo*. Scripsit *De cryptis Vatic. pag.* 346. Turrigius, in Consistorio habito die 18. Januarii 1499. „ Tractatum fuisse de fa-
„ cienda via nova ad Palatium, & cura demandata fuit Cardinali Sancti Georgii.
„ Die 20. Februarii Papa dixit Cardinali Sancti Georgii, ut tractaret cum Ar-
„ chitectis, & Magistris Viarum de impensa facienda in dicta via. Die 24. De-
„ cembris post prandium completa est ruptura Viæ devenientis à Castro Sancti
„ Angeli ad Sanctum Petrum, ut per eam eant Cardinales. Hanc viam deinde
„ Julius Secundus lateribus stravit anno 1505., ut legitur in quodam Codice
„ M.s. die 28. Augusti Cardinalis Sancti Georgii fecit verbum cum Pontifice de

Via

„ Via Alexandrina, ut flerni posset, & fuit concessum, quòd Sanctissimus Dominus noster, & Collegium Dominorum Cardinalium solverent 600. ducatos, & Officiales 800., & Hospitale Sancti Spiritus, & Ecclesia Sancti Petri centum: hęc eadem notavit Bruccardus, ut autem demum Alexander Portam auream clauderet.

„ Fer. 3. 5. Januarii anni 1501. Sanctitas Sua ordinavit, quod Reverendissimi DD. Cusentinus, & Mutinensis haberent curam clausuræ portæ aureæ S. Petri, die crastina post Vesperas qui Cardinales in Festo Epiphaniæ Cusentinus, & Mutinensis venerunt ad vesperas ad Basilicam Principis Apostolorum, quibus interfuerunt, finitis Vesperis distributa fuerunt torticia alba, & ordinata Processio per portam mediam Basilicę Cantoribus cantantibus Hymnum *Hostis Hærodes impie &c.* Cum essemus circa portam mediam præfatam adhuc intra Basilicam ostensus est Populo vultus Domini, quo ostenso prosecuti sumus Processionem, quę intravit portam auream, circa quam ab extra erat Gubernator Urbis, multis peditibus, & guardia Papæ custodientibus, præcaventibus, ne quis hominum post Cardinales præfatos portam auream intraret, & ab intus, & extra erant quatuor Magistri, & Manuales circiter duodecim, & lateres, lapides, & cœmentum intus, & extra in sufficienti quantitate. Intravimus igitur: in fine Processionis Reverendissimus D. Card. Mutinen̄ sibi ipsi caudam portans: ego post eum, & post me Cardinalis Cusentinus ipse caudam Cappæ suæ deferens post Cusentinum nullus familiaris. Unus ex suis disposuit super liminare portæ aureæ ab extra unam petram auream valoris 80. ducatorum, & alius aliam petram argenteam valoris trium carlenorum ab intra super liminare, & muratores desuper calcem, & incœperunt murare, & obstruere hujusmodi portam, ut eam totaliter clauderent quamprimum, dictis deinde aliquibus precibus recesserunt In nomine Domini.

Hanc portam sub Alexandro VI. clausa alij deindè Summi Pontifices, quibus Jubilæi annum recurrentem celebrare contigit, iisdem ferè ritibus aperuere, ut in aliis numismatibus apparebit, in hanc nostram ætatem quidem servatam, non tamen eodem in loco Basilicæ, In tabula ab Alpharano delineata est Porta Sancta proxima Portæ Guidoneæ: Illam Authores varii diversimodè indicarunt: Paulus Quintus illam transtulit aliquantulum scalas versus, statuitque etiam propè Portam Guidoneam supradictam. Urbanus deindè Octavus in ipsa Porta Guidonea collocavit, ut diximus in nostra Historia de Templo Vaticano.



OB SAPIENTIAM CVM FORTVNA CONIVNC.

JUgum ab Angelo Bovi imponi in hoc numismate non nemò arbitratus est, scilicet jugum Ecclesiæ divinitus impositum Alexandro Pontifici in Bove adumbrato, quem exprimunt ejus gentilitia insignia. *P. Claud. Molinetus pag. 29.*

Alii autem non jugum hic depingi maluerunt, sed linteum, ad quod nomen LENZUOLO, Alexandro quondam inditum alludere, prosperamque fortunam plenis velis adumbratam exprimi.

Atsi ad examen numisma revocetur, jugum nullatenus expressum apparebit, sed Linteum, nec propterea ejus Auctorem adeò rudem existimabo, ut asseram lintei expressione ad avitum cognomen Alexandri alludere voluisse, sed Fortunam, cujus plenis velis ita feliciter progressus est Alexander, in Bove gentilitio significatus, ut ad summum Ecclesię apicem pervenerit; nomine tamen fortunæ, non eam intelligo, quam imperiti cum Ethnicis, Deam esse sibi suadent, sed cœleste & Divinum quoddam consilium in cœlesti Aligero expresso, à cujus nutu omnia dependent, atque reguntur. Fuit tamen cum eo Alexandri sapientia coniuncta; *Inerat enim Alexandro* (teste Cardinali Ægidio in Historia MS. sect. 20.)

acerrimum ingenium, inerat solertia, prudentia, diligentia, & multæ efficaciæ facundia naturalis.

Pertinet autem meo quidem judicio ad eas dotes illud toto Orbe celeberrimum decretum, quo lites inter Reges Hispanum, atque Lusitanum exortas Alexander diremit.

Res memorabilis toto Orbe inaudita in hoc Pontificatu fuit detectio, & inventio novarum Insularum, & continentis, quam Indiam Occidentalem, & novm Orbem vocant, Lustratore Christophoro Columbo Ligure anno 1492. Pontificatus Alexandri Primi. Columbus enim, cum cogitasset de navigatione ad Indiam Occidentalem, & id proposuisset Joanni Secundo Regi Lusitano, ac repulsam retulisset. Et superatis etiam multis repulsis integro septennio in aula Regum Castellæ, tandem exauditus est à Ferdinando Rege, cui Deus destinaverat opulentiam Indiæ Occidentalis. Ergò Columbus impetratus tribus navigiis, virisque 120. anno 1492. solvit Gadibus, & post inventam insulam, quam dixit Hispaniolam diviti prȩda onustus cum decem insulanis auctis anno 1493. mense Martio appulit ad portum Sancti Lucæ de Berrameda. Ferdinando Regi Alexander VI. Summus Pontifex indulsit, sicuti antea Martinus Quintus Lusitanis Regibus concesserat quidquid à capite *Non* in Affricæ oris, & ultra in India Orientali occuparent. Sed interim Joannes Secundus Rex Lusitaniæ moliebatur classem, qua Castellanos ab Hispaniola exturbaret. Sed cum Ferdinandus eum per Legatos placare conatus fuerit ex consensu partium electus fuit Arbiter Alexander Pontifex, qui de re difficillima judicaret, cognita causa, consultisque cosmographis, jussit duci duas lineas per meridianos à polo ad polum, unam per Azorides, vel Hesperides extremas, idest ultra Insulam Sancti Antonii Leucas centum, seù milliaria mille, ut narrat Franciscus Lopez de Gomora adducens diploma Pontificium, & alii apud Ricciolium lib. 3. cap. 27.

Ciac. col. 151.

Lib. 1. Ind. Occid. cap. 4.

Altera verò Linea longè ab hac gradus 180. per imaginationem protracta fuit, & quidquid à priori ad posteriorem Orientem versus intercederet Terrarum, Lusitanis; Occidentem autem versus, Castellanis concessum fuit, dictaque fuit utraque Linea *della Demarcation*, idest *Deflexionis*, quia ultra illam non licebat navigando quidquam occupare hinc Lusitanis, inde Castellanis.

Quare Columbus anno millesimo quadringentesimo nonagesimo tertio tribus maximis navibus, aliisque minoribus quatuordecim, & viris plusquam 1500. auctus, die 25. Septembris solvit à portu Hispalensi propè Gades, & die prima Octobris venit ad Insulam Ferri, deindè ad terram Canibalorum, seù Corriborum, in quorum Oceano plures quam 46. Insulas detexit, quod Pelagus ab Insularum multitudine Archipelagus vocavit. Ita Ricciolius Societatis JESU in Geographia reformata lib. 3. cap. 22. spectatumque illud est, quod olim postea quasi præsagus cecinit olim Seneca;

- - - - - Venient annis
Sæcula seris, quibus Oceanus
Vincula rerum laxet, & ingens
Pateat tellus, Siphysque novos
Detegat Orbes, nec sit terris
Ultima Thule

Vict. ad Ciac 153.

Bisovis lib. 1. cap. 2.

Vict. ad Ciac. 155.

Ut autem fides in locis antea non repertis, à Christiano Principe non possessis propagaretur, ea Ferdinando concessit gravi præcepto adjecto, ut ad earum Incolas Christianæ fidei doctrina, & moribus imbuendos viros probitate, & doctrina prȩstantes mitteret. Et ne quis eas occupare prȩsumeret pœnam adiecit excommunicationis.

Nam defuere, qui dixerint Alexandrum novas insulas Catholico Regi Ferdinando concedere non potuisse. Inane tamen hoc esse constabit, si quæ celebris Dominicani Ordinis Theologus Franciscus à Victoria de Indis conscripsit, perlegantur.

Atque ita sapientia eximia, quam Posteri semper admirabuntur, difficillimum judicium perfecit Alexander, digna propterea; quæ æreo numismate perennaret.

ARCEM

VI

ARCEM IN MOLE DIVI HADR. INSTAVR. FOSSA AC PROPVGNACVLIS MVN.

INter ſepulchrales memorias, quibus antiqui Magnates ſuos honoribus cumulare ſtuduerunt, non infima fuit Moles, qua cineribus Hadriani aſſervandis deſtinata fuit. Ejus fundamenta in agro Vaticano fuerunt jacta propè Tyberim tali ſtructura, ut teſte Procopio in quadratam primùm, poſtmodum in circularem formam deſierit. Tota ſanè pario marmore egregiis ſimulacris equiſque affabrè exculptis emicabat. Qui verò ſcire cupit lugubrem illius ad hæc tempora permutationem conſulat Donatum lib.4. cap.7. Nardinum, & Joannem Baptiſtam Caſalium inter cęteros lib. de Urbis ſplendore cap.23., qui eam plenè materiam elucidarunt. Nos ex illis, & Baronio, aliiſque probatiſſimis monimentis brevem ejus ſeriem recenſebimus. *Lib. 1. fol. 52.*

Ejus igitur Molis decora uſque ad ſecundum Bellum Gothorum inviolata permanſerunt, ſed illa ſecundi Belli turbo decuſſit, nam Gothi Molem aggreſſi cum pro mœnibus ſtantes Romanos, Græcoſque alii telis arcerent, alii ſcalis in ſummitatem conarentur aſcendere, qui munitionem tuebantur, ſuæ ſaluti conſulentes, fregerunt ſimulacra, eorumque ſaxa in ſubeuntes devolvere.

Dein Moles pro arce tam Græcis, quam Gothis fuit, nam à Totila iterum, Roma expugnatur, & poſt Beliſarium, miſſo Narſete in Italiam, cum Romanum exercitum admoviſſet; ut refert Procopius libr. 3. de bell. Goth. nec Gothi haud quaquam Urbis mœnia univerſa cuſtodire ſat commodè poſſent, brevi admodum ædificio circa Adriani Molem locum complexi, eodemque priori numero adnexo, in præſidii formam mox redigunt, prætioſiſſimis rebus depoſitis, diligentiſſimè præſidium jam aſſervabant, Urbis mœnibus, cæteriſque deſtitutis, atque neglectis; deinceps Arx in poteſtate fuit Narſetis, & Exarchorum, qui poſt illum Romam, & Italiam Imperatoris nomine regebant.

Sed ſub hæc tempora graſſante Romę peſtilentia anno 590. Gregorius Magnus Pontifex, dum ad Divi Petri ſupplicationem haberet, Angelum in edita Mole enſem vagina condere, & vim morbi perire ſuſpexit, inde Sancti Angeli inditum eſt nomen, addita in ſummo vertice ædicula Sancto Michaeli Sacra, qua deindè ad imam partem tranſlata, marmoreum Angeli ſimulacrum impoſitum eſt.

Ejus meminit Luitprandus, qui etiam quomodo ſua ætate haberent ſe munitiones enarrat libr. tertio cap. 12. his verbis; In ingreſſu Romanæ
„ Urbis quædam eſt miri operis, miræque fortitudinis conſtituta munitio,
„ ante cujus januam Pons eſt prætioſiſſimus ſuper Tyberim fabricatus, qui
„ primus Romam ingredientibus, atque egredientibus eſt, nec eſt alia, niſi
„ per eum tranſeundi via, hoc autem niſi conceſſu cuſtodientium munitio-
„ nem fieri poteſt. Munitio autem ipſa, ut cętera deſinam, tantæ altitudi-
„ nis eſt, ut Eccleſia, quæ in ejus vertice videtur in honorem Militiæ cœ-
„ leſtis Principis Archangeli Michaelis fabricata, dicatur Eccleſia Sancti An-
„ geli uſque ad Cælos, amplioribus deinde Monumentis aucta, & Caſtrum,
„ ſive Arx dicta eſt.

Sed ſtatum Italię cum vertiſſent Longobardi, eorumque excuſſo dominatu plures Principatus ſurrexiſſent, ex quibus in primis Marchiones in Etruria. Hi ad potentiam, Arciſque Romanæ poſſeſſionem adiecerunt, ex quibus Adalbertus anno 908. qui ſolo dumtaxat nomine Regibus habebatur inferior.

Florebat tunc Romæ opibus Theodora illuſtris fœmina, quæ turpibus illecebris Adalbertum illexerat, & in Arcem recepta, velut Principatum Urbis adepta, etiam Romanos Pontifices infeſtabat. Secuta eſt etiam ejus filia Maroxia, qui Arx non magis ſecuritatis, quam ſcelerum receptaculum fuit,

fuit, & ex illa Romanis Civibus cum Vidone, Adalberti Patris Successore, cui nupserat, imperabat, sed Vidone absque liberis mortuo, ipsa cum filio Alberico in Urbe dominabatur. Nupsit deindè Maroxia Ugoni Fratri Vidonis, cui vacuam Arcem obtulit, at verò Albericus ab Ugone vitrico colapho offensus cives impulit, ut in Ugonem, & Matrem coniurarent, eoque Duce Arx oppugnari cœpta, undè Ugo vim metuens, sese ex mole in murum Civitatis demisit, Romaque discessit. Albericus dedita Arce, Matrem Maroxiam custodię tradidit, ipseque solus imperavit: Alberico Vita functo ad Octavium filium Principatum transmisit, quia propria potentia ad Summum Pontificatum evectus Joannes Duodecimus dictus est, sicque Romanus Pontifex Arcem in sua potestate habuit; Nec tamen diù à Pontifice possessa; mortuo namque Joanne, Pontificum, longè Lateranum Incolentium è potestate extorta fuit à Civibus Romanis, qui Joannem Decimumtertium captum, & in Adriani Molem captiuum, mox in Campaniam detulerunt. In eamdem Benedictus Quartus anno 974. detrusus, necatusque est, cujus parricida a Benedicto Septimo Urbe pulsus, aliquot post annos reversus, Joannem Decimumquartum Benedicti Successorem in eadem Arce inclusum interfecit.

Baron. ad an. 955. tom. 10.

Successit Joanni Joannes XV. sub quo Crescentius Nomentanus Arcem occupavit anno 985. & Joanni formidinem attulit, cum Pontificis gratia Otho Tertius venerit in Italiam, Crescentius adversus illum portis Molem, & vallo, & aggeribus, sepsit. Interea mortuo Joanne, Gregorius Quintus eligitur, cui per vim Crescentius alium subrogavit. Otho cum copiis ad Urbem reversus Arcem expugnavit, & Crescentium capite multavit. Hinc Castrum Crescentii dicta fuit hæc Moles, manseruntque illę Crescentii munitiones. Sexaginta verò post annos, Alexandro Secundo Pontifice electo, Cincius Romanus Pontifici Arcem infestam obiecit valido cum exercitu, & Longobardorum auxilio. Cadalous Pseudopapa, dum Apostolicam Sedem occupare conatus, Arcem à Cincio recepit. In eamdem Arcem Alexandri Secundi Successor Gregorius Septimus, sese à Laterano recepit, undè Henrici Tertii exercitum propulsavit, ut apud Baronium ann. 1084. sed iterum populus Cæsaris factione infensus Pontifici Urbano Secundo Arcem fraude occupavit anno 1091. reversus tandem è Gallia, Arcę potitus fuit Urbanus. Post Urbanum Anacletus Pseudopapa adversus Innocentium Secundum ad dignitatem summam evectus Adrianam Molem invasit: tandem post Octavum annum, ex quo rebelles Sanctam Sedem occupaverant; Innocentio II. Pontifici Arcem restituerunt.

Romę quies parta videbatur, quando nova suborta tempestas est, nam anno 1141. Romani ordinem Senatorium restituere conati sunt ob idque Romani Pontifices Cœlestinus Secundus, & Lucius Secundus, atque Eugenius Tertius divexati sunt, & in Arce Sancti Angeli sese tutati sunt anno 1347. commorante Pontifice in Gallia Nicolaus Rentius Romanum regimen, Tribuni assumpto nomine, adeptus, Arcem in sua etiam ditione habuit, in quam dejectus è tribunatu confugit. Anno 1376. rediit Pontifex è Gallia Gregorius XI., eoque mortuo, creatus est Urbanus Sextus, sub quo Arce potitus Gerardus Cardinalis Gallus Petro Præfecto custodiendam dedit, nec Pontifex, soluta quavis pecunia, ab eodem recuperare potuit, sed populus pactus cum Præfecto Arce potitus est. Bonifacius postea Nonus Urbani Successor ex Umbria Romanorum rogatu ad Urbem reversus, cum pendi sibi publica vectigalia mandavit, etiam Adriani Molem à Populo cum vectigalibus recepit ann. 1392.: quam, antiquis fatiscentibus mœnibus, novis cinxit, opera Nicolai Aretini Sculptoris præclari, munitisque Pontibus frænum Urbi imposuit. Verùm Innocentio Octavo ad Pontificatum evecto, Romani iterum sibi Arcem cum libertate restitui petebant, sed frustra, usque dum Joanne Vigesimotertio Pontifice, Ladislaus Neapolitani Regni Rex, post ostia Tyberina expugnata, Palatio Lateranensi potitus est, Arcemque recepit, donec Martino Quinto Pontifici reddita fuit. In ea jussu Nicolai Quinti Bernardus Rosellinus multa cubicula extruxit, & munitione refecit. Sixtus Quartus

Cardi-

Cardinalibus Arcis Præfecturam renovavit, ipsâ in Christophorum, & deinde Dominicum à Ruere collata.

Regnante deinde Alexandro VI. die Dominica 29. Octobris circa horam 14. ut refertur in Diariis Joannis Bruccardi, fulmen unico ictu combussit turrem superiorem castri, (illam vides expressam in numismate,) & totam superiorem partem ipsius Turris cum mœnibus, & Angelo marmoreo totaliter hinc inde ad magnam distantiam projecit, partim ad Burgum Sancti Petri, partim ad domum Reverendissimi Domini Cardinalis Alexandrini ultra pontem juxta Ecclesiam Sancti Celsi positam.

Propterea Alexander in Arcis muniendæ curam intentus, vetus mausoleum, quadratis lapidibus compactum, opere lateritio excelsius fecit, Angeloque supremo reposito, quem primum collocaverat Gregorius Pontifex Magnus, ut dictum est commodas ædes imposuit, pulcherrimum propugnaculum quadratis tiburtinis imminens Tyberi, ælioque ponti extruxit, tutas deinde munitiones constituit. De his scribens in Diariis Bruccardus hæc notavit: *Die 22. Octobris incæpta fuit ruina Domus Magistri Jacobi Musici, & aliorum circa Castrum Sancti Angeli sitarum, & designatum fossatum, quod Castrum ipsum cingere debet; ibi cum Alexandri insignibus hæ sunt notæ.*

ALEXANDER VI. PONT. MAX. INSTAVRAVIT: ANNO SAL. MCCCCXCV.

Eas ipse aliquandiù incolvit præcipuè cum anno 1494. die 31. Decembris, ut refert Bruccardus, Carolus Rex Gallorum pacificè ingressus cum armatis Romam, claves Urbis recepit à Castrorum Magistro Pontificio, in ædibus Sancti Marci pernoctavit, tormentis bellicis circum dispositis cum exercitu.

Atque, ut ipse aliique Summi Pontifices è Vaticanis Ædibus tutò in illas possent se conferre (scripsit Pater Oldoinus) ambulatorium, quo à mole Adriani ad Vaticanum Palatium tenditur, ab eo constructum fuisse, sed falsò; tale enim ambulatorium, ut in nostra Vaticani Templi historia exposuimus multò antefuerat à Joanne XXIII. Summo Pontificé extructum. Illum autem post Alexandri VI. obitum absolutum fuisse sub Julio II. ab Antonio à Sancto Gallo Juniore scribit Vasarus in ejus Vita.

Fama fertur Clementem Septimum sub Angeli simulacro in vertice Arcis posito collocare voluisse septem vitiorum capitalium ænea signa, quę affabrè delineaverat Baccius Bandinellus; hoc tamen perficere non potuisse. Atque hæc dicta sint satis. Plura enim de Adriani Arce dicenda erunt in numismate Urbani VIII. quod illam iterum repræsentabit.

VII

TENTANDA. VIA.

APud nullum, numisma hoc, tres baculos simul colligatos, & Corona circumdatos ostendens, excusum vidi, illud tamen exposuit delineatum Typotius in Hierographia Romanorum Pontificum pag. 28. num. 16. illudque his verbis illustrat. „ Qui Religionis causa peregrinantur, in montes „ ascendunt, in valles descendunt, flumina traiiciunt, rivos tranant, sulcant „ Maria de via in via, non viam modo permeant, deflectunt in semitas, non „ semper regiam tenent. Quid Religionis Antistites facere opportet in hoc „ exilii loco? Hoc enim vult Auctor Pontifex, cum tres Scipiones Sanctę Tri„ nitatis auxilium prętentent.

Joannes autem Ferrus in suo Theatro ait ab Alexandro VI. tres baculos corona circumdatos expressos fuisse, ut significaret vitę humanæ peregrinationem, in quà

in quà Sacræ Triadis Perſonæ opem viatoribus ferunt. Meam quidem ſententiam à veritate haud aberrare exiſtimavero, ſi dicam voluiſſe Alexandrum in Corona æternam Beatitudinem indicare, ad quam non niſi per longos itinerum labores, viaſque difficillimas in hujus vitæ exilio, in quo docente Apoſtolo *Peregrinamur à Domino*, poſſumus pervenire, erigere tamen animos nos debere, atque omni conatu tentandam viam, ut terminum adeò felicem aſſequamur.



I


PIVS · III · PONT · MAX · MDIII ·

II


GLORIA · SENENSIS · D · C · PICCOLOMINI ·

III




IV



SVB · VMBRA · ALARVM · TVAR
M.D.III.

V


POENA · ET · PRÆMIVM









PII III. NUMISMATA.



I

* PIVS * III. PONT. MAX.



EFFIGIEM Pii III. præfert numiſma, hoc eſt Pontificis, qui electus die 27. Auguſti ann. 1503. coronatus 29. Septembris ad Lateranum à Raphaele Riario Cardinale; cum vix Italiæ Principes lætum novi Pontificis nuncium acceperint, ſævo vulcere afflictatus, quòd crus exedebat, vigeſimo *Col. 210.* ſexto die ſui Pontificatus 13. Octobris ex hac Vita deceſſit. Narrat de illo Ciacconius, cum poſt ſolemnes cæremonias facem ſtupeam collucentem more Majorum vidiſſet, audiviſſetque vocem illam *Sanctiſſime Pater, ſic tranſit gloria Mundi*, fleviſſe ſtatim, & humanam ſortem brevi perituram ingemuiſſe, ac ſi futuri obitus præſcius eſſet.

Vir fuit benignus, mitis, & humaniſſimo ingenio, tantuſque illi fuerat Virtutis habitus, ut nihil in eo, quod ad egregium hominem pertineret, deeſſe videretur. *Ibidem.* Ingenio, Religione, integritate, modeſtia, gravitate, clariſſimus ſemper emicuit, ut ei ob ſingulares virtutes iamdiù communis hominum opinio ſummum Eccleſiaſticæ dignitatis apicem auguraret.



II

* GLORIA * SENENSIS * D. C. PICCOLOMINI *



III.

GEntilitium ſtemma Pii III, in duplici numiſmate expreſſum vides in altero laurea Corona cinctum, in altero verò adiectis verbis DI CASA PICCOLOMINI GLORIA SENENSIS. In numiſmate Pii II. eadem inſignia vidimus quinque Lunulis bicornibus argenteis in Crucem diſpoſitis expreſſa, quibus nobiliſſima Piccolominea Familia ab Avitis ejus Proceribus fuit indicata. Eadem oſtentavit Pius III. Patria quidem Senenſis, ſed filius Nanni Tudeſchini Viri opulentiſſimi, & Laudomiæ ſororis Pii II. à quo Gentilitiis inſignibus Familiæ Piccolomineæ donatus, cum omnibus diſciplinis, ac juri precipuè à teneris annis diligenter vacaſſet, non ſine avunculi ſui induſtria, qui etiam Archiepiſcopum Senenſem illum deſignavit, & ann. 1460. cum aliis quinque Diaconus Cardinalis tituli Sancti Euſtachii creatus, quum ſuæ ætatis vigeſimum primum annum quinque diebus minus expleviſſet. *Ciac: 210.*

❁ IV ❁

SVB . VMBRA . ALARVM . TVARVM . M.D.III.

POstquam triginta ſex Cardinales unanimes renuntiarunt Pium Tertium Cæſar Borgia, qui Nepe ad eam diem cum copiis ſubſederat, cum parte ſuorum Romam venit, Patribuſque gratias agens, quòd Virum optimum Chriſtianę Reipublicæ prefeciſſent, Ipſum Pontificem adoravit. Interim Urſini contra Valentinum Borgiam cum Armatis invadunt, ut iniurias ſibi illatas ulciſcerentur. Valentinus enim ſedente Alexandro VI. occupata Senogallia Urſinę Gentis Principes aliquot coniecerat in vincula, & cervice fidiculis eliſa necaverat. Hiſce de cauſis invaſerant Valentinum Urſini, qui cum viribus augerentur, tutelę ille ſe commiſit Pontificis, quam declarat numiſma verbis, ex Davidico Pſalmo SVB VMBRA ALARVM TVARVM PROTEGE ME; exhibens Virum armis indutum. Quamobrem Pontifex pacis, & quietis publicę ſtudioſus in Adriani Molem, eum recipi juſſit, ex qua nonniſi Pontificio juſſu abire liceret, ſicque carcere tutatus honeſto, non prius emiſſus eſt, quàm Principatum Urſinis reſtituere promitteret.

Jo. Palat. pag. 727.

Pſ. 16. 8.

❁ V ❁

POENA . ET PRAEMIVM.

EXprimuntur à lemmate, ſuboſcurè ſignificata in ramis oleę, ac ſpinarum, quas eadem manus offert. Tale emblema excuſum à Pio III. Pontifice refert Tipotius in Pontif. Hierographia num. 17. pag. 29., ut ſcilicet indicaret Supremi Principis partes eſſe pœnam, & premium rependere. In Populi autem ſubiecti voluntate electionem eſſe.



JULII

I



II



III




IV



V



VI



VII



VIII



IX



X



XI



XII



XIII



XIV



XV



XVI



XVII



XVIII



XIX



X X



JULII II. NUMISMATA.



I

IVLIVS . LIGVR . PAPA . SECVNDVS.



NTER numismata quę sub Julio II. percussa sunt primum se offert ejus effigies, pluviali tecta, ejusdemque nomen in girum expressum, quod post assumptionem ad Pontificatum elegit; Julius enim Julianus diceba- tur ante Pontificatum; ad quem anno Domini 1503. triginta septem Cardinalium votis fuit evectus, die prima Novembris; vigesima autem sexta ejusdem Mensis ante Basilicam Principis Apostolorum à Raphaele Riario Archidiacono Cardinale Coronatus. *Ex Diariis Paridis de Grassis.*

Ejusdem Pontificis effigiem diversimodè expressam numismata repręsentant: Aliqua enim in barbem, nempe rasa à tonsore barba referunt, ut hìc sculptam videmus, & in alio, quod in aversa parte Basilicam Vaticanam exhibet.

Alia verò cum barba prolixa, quam (referente Ciacconio, Mazzono, alioque) primus omnium Pontificum Julius contra majorum consuetudinem prolixam aluit, ut majorem intuentibus reverentiam incuteret; idque reliqui post eum Romani Pontifices probasse usu videntur, sed quo tempore is barbam nutrire cœperit incertum: In nummo, anno 1507. cuso, ob fundationem Arcis Centumcellanæ, quem in suo erudito Cimelio Romæ servat Illustriss. Eques Prosper Mandosius nobilis Romanus, & propter æstimationem cultissimæ eruditionis apud omnes in pretio, ejus Pontificis effigies sine barba exculpta videtur, ex qua deduci certè potest, ante eum annum illam non aluisse. Simulacrum autem marmoreum, quod extat in tumulo illi erecto in Basilica S. Petri ad Vincula, eumdem barbatum refert.

Si verò ad apsidem ab Anastasio IV. exornatam oculos Convertamus (quæ extabat in Oratorio Sancti Nicolai Episcopi à B. Calisto II. extructo intra Lateranense Patriarchium, & tandem à Constantino Abbate Cajetano è tenebris eruto, ac Commentariis illustrato an. 1638.) in eadem observabimus, ipsius Auctorem, idest Anastasium primùm inter omnes sui Sęculi Pontifices mento raso expressum conspici, exemplum sequentibus pluribus, quorum extant monumenta usque ad Julium II., qui barbam aluit, & varios exinde habuit imitatores. Non tamen supradictus Anastasius IV. qui vixit ann. 1153. radendæ barbæ primus dedit exemplum, nam, & Leonem III. vidimus anno 797. barba rasa expressum in Musivo Triclinii Lateranensis à se constructi, quando jam abdicato penitùs Græcorum in Italia Imperio Barbirasium (sic Petrus Damiani appellat) occidentali Clero Monachisque tunc Commune, videtur Pontifici isti placuisse, præ intonsa barba, quam hodiè studiosè nutriunt Episcopi omnes, & Monachi Græci præcipuè.

Extat Romæ Templum, quod *in Dominica*, seù *Domnica* vocatur, aut *Kyriaca*, sivè dicta *Navicella*: Has appellationes sortitum est à Domina, seù Hera, & Domnica per sincopem, ut Domnus Apostolicus, itá *Kyriaca* à voce Græca, quæ Dominicam significat: *Navicella* verò est vox Italica, quæ Naviculam significat, dicta à mormorea Navicula, quæ in Platea ante ipsum Templum est. Hanc Ecclesiam Martinellus in sua Roma ex ethnico Sacra putat fuisse fabricatam à nobili Ma-

trona Cyriaca nomine in propria Domo. Certum eſt illam ex antiquiſſimis Urbis Eccleſiis eſſe, & licèt ignoratur ejus extructio, ſcimus tamen Paſchalem primum illa vetuſtate collabentem à fundamentis renovaſſe, aſſerente Anaſtaſio. Eccle-
„ ſiam S. Dei Genitricis ſemperque Virginis Mariæ Dominæ noſtræ, quæ appella-
„ tur *Dominica*, olim conſtructam, etiam ruinæ proximam ſolerti vigilantia prefa-
„ tus Pontifex ampliorem, melioremque, quam antea fuerat, à fundamentis ædifi-
„ cans renovavit, abſidamq; ejuſdem Eccleſiæ muſivo mirificè decoravit. In hoc muſivo exprimitur B. Virgo Filium ſuum in ſinu tenens: Ad Mariæ pedes genuflexus Paſchalis primus Summus Pontifex dextrum pedem Virginis manu tenens, quaſi illum deoſculari velit. Pontifex autem qui vixit anno 820. apparet imberbis.

Imò ex Platina ſcimus Anacletum Primum, qui vixit anno Chriſti 84. natione Grecum patria Athenienſem conſtituiſſe ne Præſul neve Clerici barbam, vel comam nutrirent.

At ſi præterita ſæcula percurramus obſervabimus ex Pontificibus alios barbatos, alios imberbes fuiſſe, ſicut Imperatores, exceptis fortaſsè Germanicis, cui nationi barbæ ſuæ non ultima cura fuit, tamquam virilis capitis præcipui ornamenti, ut ex numiſmatibus præſertim colligi poteſt; Nero qui vixit anno 56. à Chriſto nato barbam raſit: Adrianus qui floruit anno 120. primus Imperatorum fuit, qui barbam geſtaverit: ejus Succeſſores raſerunt barbam: Poſt Adrianum an. 220. Macrinus iterum barbam oſtentavit, poſtmodum ejus Succeſſores denuò raſerunt barbam. In principio verò ſeptimi ſæculi Heraclius Imperator, qui regnavit anno 609. etiam detulit barbam, quam conſuetudinem ceteros Imperatores Græcos amplexatos fuiſſe in numiſmatibus obſervo. Hæc confirmat Illuſtriſſimus Ciampinus de S. Sebaſtiano agens.

Tom. 2. veter. monim.

At ne quid in numiſmate expreſſum negligamus, Vox Papa explicanda eſt, quæ Julio II. tributa omnibus etiam Summis Pontificibus convenit, & primò querendum eſt, unde illa provenerit, ſecundò quo tempore ejus uſus incœperit. Ut à ſecundo capite exordiamur. Antiquum eſſe nomen Pape, & quidem etiam Epiſcopis communi praxi attributum, ex plurimis probatur hiſtoriarum monumentis. Conſtat ex actis Bonifacii III. qui vixit anno 606. Hic cum ſemper ambitioſis titulis abſtinuiſſet, nec alio, quàm humillimo nomine, videlicèt Bonifacium Epiſcopum Servum Servorum Dei, vel Catholicæ Eccleſie Epiſcopum ſe appellaſſet, referente Ciacconio in ejus vita, *in publicis tamen acclamationibus, quæ in Miſſarum ſolemniis, & celebratione Conciliorum fieri ſolebant, cum titulum ſibi ab aliis attribui egrè permiſit ſic D. N. univerſali Papæ vita &c.*

Pag. 425.

Notandum hic cum eodem Ciacconio, quòd olim Epiſcopi Conſtantinopolitani, ambitione, & Regiæ Urbis magnificentia elati, ſub Leone Papa ſupra cæteras Sedes locum ſibi viſidicare auſi ſunt. Sic Joannes, & qui ei ſucceſſit, Cyriacus adversùs Sanctam Sedem Apoſtolicam univerſalis ſibi Epiſcopi nomen, & primum in Eccleſiæ locum aſſumere conati ſunt. Gregorium Papam eorum ſuperbiæ reſiſtentem habuere; tandem ſub Bonifacio III. ab Imperatore Phoca ità res conſtituta eſt, ut Romanus Pontifex, juxtà Apoſtolica dogmata primùm omninò locum in Catholica Eccleſia retineret, ſecundùm verò Conſtantinopolitanus Antiſtes, (ita Beda de temp. ration.) proceſſu temporis poſt Photium Patriarcham Conſtantinopolitanum illud uſurpari cœptum, ut ambo Epiſcopi, Romanus ſcilicèt, & Conſtantinopolitanus *Oecumenici*, ideſt *Univerſales* appellarentur. Hic quidem univerſalis Papa, additumque, ut Papæ nomen, quod omnium vocabulorum Epiſcopalium excellentiùs eſſe ſtatutum eſt, ſolus Romanus Pontifex (cum antè omnibus commune eſſet Epiſcopis) retineret, quo illi tantùm dignitas, & ſupra cæteras Eccleſias vetus prærogativa deſignaretur, ceteri verò quatuor Epiſcopi præcipuarum Sedium, videlicèt Conſtantinopolis, Alexandriæ, Antiochie, & Hieruſalem Patriarche vocarentur. Quamobrem advertit Oldoinus, nimis inſcite aſſeruiſſe nonnullos Scriptores, Bonifacium III. à Phoca Auguſto accepiſſe primò, ut Romana Eccleſia Caput omnium Eccleſiarum fieret, ac nominaretur, nam certè Phoca Imperatore antiquior eſt Juſtinianus, qui ad Joannem II. ſcribens, nominat Romanum Pontificem Caput omnium Sanctarum Eccleſiarum, Antiquior

Pag. 426.

tiquior Constantinus, qui in Edicto idem statuit, denique quotquot fuerunt Catholici idem affirmarunt. Phocas igitur finem tantùm imposuit dissensioni inter Joannem Patriarcham Constantinopolitanum, qui cum Pontifice de æqualitate decertare audebat, statuitque Romanam Ecclesiarum Caput esse, & Magistram, sed ad id, unde digressi sumus redeamus. *Tom. 1. Concil.*

Nomen igitur Papę antiquissimum esse constat etiam ex Concilio Calcedonensi habito anno 451. sub Leone primo, in cujus actione decima sexta loquens Bonifacius Legatus Romani Pontificis ait, *Beatissimus, & Apostolicus vir Papa inter cætera hoc nobis mandavit*, & in eadem Actione loquens Eusebius Episcopus Dorylæi, Urbis Phrygiæ nomine Græcorum, hoc ipsum nomen Romano Pontifici cunctis audientibus tribuit, addita *Sanctissimi* etiam agnominatione. Insuper in quadam Chronologia Ecclesiastica, ab Abrahamo Ecchellense Maronita relata, habetur, Heraclam Alexandrinum Patriarcham XII. primumfuisse, qui Papæ nomine appellari cœpit, idest circa annum 220. At Pontificem Romanum Papam appellaverat Tertullianus, qui ante Heroclam extitit. Vivebat enim sub Severo Imperatore, qui anno 213. mortuus est, ut narrat in suo Breviario chronologico P. Franciscus Longus, & Petavius in Rationario temporum lib.5. Majorem hujus nominis antiquitatem non inveni. Quo autem tempore ejusmodi nomen ad solum Romanum Pontificem translatum sit, apud Scriptores Ecclesiasticos haud certum est. Cardinalis Baronius eum morem decorandi Episcopos titulo Papæ observat. in adnot. Martyrolog. Rom. 10. Januarii, durasse usque ad annum 900. post Christi ortum. Alii existimant, id nomen commune fuisse usque ad annum 1073. quo tempore Gregorius VII. decreto sanxit in Synodo Romana III. contra Schismaticos, ne ullus præter Romanum Pontificem se eo nomine appellare auderet. Res sic à Baronio, & Azorio narratur apud Braccium de Etymologia nominis Papæ cap.2. & apud Ecchellensem cap.12. *Bartholom. Caranza Sum. Conc. pag.276.* *De primatu Papæ pag.69.* *Idem cap.1.* *Bellarm. de script. Eccl.*

Cum obtinuisset communis usus, ut Papę nomen tantummodò Romano tribueretur Pontifici, & Schismatici illud sibi in odium ejusdem Romani Præsidis fastu superbo vindicarent, aliaque non concessa præsumerent, Gregorius VII. Papa anno à Christo Domino 1074. sui verò Pontificatus anno III. 6. Kal. Martii Indict. XIII. habuit Romæ Synodum adversùs Schismaticos, ubi statuit inter alia plura, ut Papæ nomen unicum esset in universo Orbe Christiano, nec liceret alicui seipsum, vel alium eo nomine appellare. Hæc in regesto Epistolarum Gregorii VII. quòd asservatur in Bibliotheca Vaticana, ubi Canones ejusdem Synodi scripti habentur. Servant idipsum Græci, ut nomine Papę Romanum Pontificem intelligant.

Cur autem sic appelletur non una est inter Authores opinio. Ejus originem, sivè ethimologiam rimari quamplurimi conati sunt, inter quos hac ultima ætate P. Theophilus Rainaudus in Onomastico Pontificio verbo *Papa*, Ignatius Braccius lib.1. de Etymolog. nominis Papæ, & Abraham Ecchellensis Maronita lib. de origine ejus nominis cap.6. &c. Aliqua ex his delibavimus ne ab ejus notione jejunus omnino sit Lector ineruditus. Itaq; conantur multi ostendere ex variis fontibus linguarum derivasse talem vocem *Pape* admirativam, quare Sylvester in Summa verbo Papa ait: *Papa dictus est, quasi admirabilis à papè interjectione admirantis, & quod Vicarius sit Christi, & Dei, cujus est terra, & plenitudo ejus*. Livius Sanutus lib. 10. Geographiæ, putat emanasse ab antiquo more subscribendi decreta, *sic decretum Pauli, & Petri*, non exprimendo verba scribebant decretum *Pa. Pe*, ex quibus monosillabis verbum formatum est, quod videtur in plumbeis bullis, quibus significatur potestas Beatorum Pauli, & Petri.

In Summa Sylvestrina dicitur à Glossa Papa dici, quasi *Pater Patrum*, quo nomine vocatus fuit Papa Hormisda à Concilio Provinciali Epiri in Epistola, illi inscripta; sed Cardinalis Baronius, Ludovicus à Cerda, & Joannes Azorius putat, non significari Pater Patrum, cum Synodus utrumque nomen tribuisset Hormisdæ, quorum verborum incisa multoties, vel scripta prima tantùm sillaba, cœpit usus invalescere pronunciandi tales sillabas, ac si unicum verbum conficerent. Alii putant deriuasse à verbis *Pater patriæ*, quo titulo antiquitùs vocati sunt multi Imperatores, Dictatores, aliique, qui benè de republica meriti sunt, ut Camillo

conti-

contigit, & Ciceroni, aliisque quamplurimis, ut notat Christophorus Landinus in orat. ad. 24. lib. & Paulus Middelburgus Episcopus Fori Sempronii in Epistola scripta Leoni X. ait: ,, Prisci Romani Patrem patriæ significare volentes duas ,, dumtaxat primas sillabas scribere consueverant, ut in antiquis monumentis, & ,, numismatibus videre licet, undè & Romanus Pôtifex hac tempestate vocatur Pa- ,, pa, hoc est Pater Patriæ, non ab interjectione admirantis, ut quidam autumant.

Scribit Platina, Martinum V. non modò Summum Pontificem, verùm etiam Patriæ Parentem appellatum, & de Sixto IV. scribit Sansovinus, tale nomen meritum fuisse ob Templa, Pontes, & Aquæductus extructos. Addit demùm Braccius probabiliter derivasse nomen Papa à verbis *Pater Patriæ*. Erant enim in Republica Romana Patres qui Feciales dicebantur, & Pacis Custodes, primò, quia Papa semper eligitur è Collegio Purpuratorum, & ab ipso Collegio tantùm, ut decrevit sub Nicolao Secundus circa an. 1060. Concilium Romanum Canon. 1. de electione. Summ. Pontif. apud Binium tom. 9. column. 1099. Secundò, quia ut notat Stapletonus lib. 2. cap. 3. de Magnitudine Romanæ Ecclesiæ; Horum opera Cardinalium, & ad legationes amplissimas toto Orbe obeundas, & ad pacem inter Principes Christianos, bellis se mutuis conficientes, componendam felicissimè utitur summus ille Orbis arbiter Divi Petri Successor, eo nempè modo, quo eo Patribus fecialibus eligebatur, qui fœdus, ac pacem componeret.

Barth. Carranza tom. Conc. pag. 600.

Qui plura desiderat legat librum Abrahami Ecchellensis, qui multas opiniones refert, easque refellit, demùm cap. 10. Sententiam Euthichii, tamquam probabiliorem putat statuendam, quæ docet, Summum Pontificem Papam appellari, quia Pater Patrum omnium consensione vocatur.

Hanc dissertatiunculam claudimus, advertendo, Summos Pontifices aliis etiam nominibus decoratos antiquitus fuisse. P. Michael Nau in dialogo XI. de vera effigie Ecclesiæ Romanæ, & Græcę citat Epistolam Constantini Imperatoris ad Leonem Papam, in qua dicitur. *Hortamur porrò vestram Serenissimam Summitatem, ut quamprimum mittat quem designare solet Apocrisarium, ut is in Regia, & à Deo conservata nostra Urbe degat, & in emergentibus, sivè dogmaticis, sivè Canonicis, ac prorsùs in omnibus Ecclesiasticis negotiis vestræ Sanctitatis personam referat*, ubi habes duos titulos *Summitatis*, & *Sanctitatis*. Apocrisarius autem dicebatur à voce græca, idest Responsalis; erat enim Minister Papæ apud Imperatorem, ut sunt modò Nuntii, seù Legati, quem ad Pontificalem Apicem illis temporibus Orientalium Imperatorum favor dirigebat, ac talis fuere Gregorius Magnus, Virgilius, Paschalis, Sabinianus, & alii. Hęc docet Macrus in suo Hierolexico.



II

ETSI . ANNOSA . GERMINAT.

Aversa ejusdem nummi facies Quercum exhibet auream Gentilitiam stirpis roboreæ sivè de Ruere, à qua ortum duxit Julianus. Additum Lemma ETSI ANNOSA GERMINAT Quercus naturam exprimit, à qua licet antiqua, fructus proveniunt, & nobilissimæ Familiæ Roboreæ decora, quibus semper extitit feracissima, Origo enim Gentis à Longobardis; Familiæque Auctor, teste Ciacconio, Hermundus fuit, qui anno Christi 700. vixisse fertur. Simon Ruvereus ex Taurinis, ubi hæc familia apud Augustam Prætoriam ortum habuit, in Ligures ad vada Sabatia, quam Savonam vocamus concessit, ibique fixo domicilio ab eo Gens de Ruere in illa Urbe reliquis familiis nobilitate haud inferior manavit. Ex hac Familia, etsi *annosa* natus est Julius Secundus, & Patrem habuit Raphaelem Ruvereum Sixti IV. Papæ fratrem, Matrem verò Theodoram Mancrolam honestissimam fœminam, Heroes ex tali stirpe natos apud Auctores quære. Unum pro cunctis nobis sit ex illa Julium II. Pontificem maximum, quem Ciacconius appellat Virum constantem, liberalem, contumacibus implacabilem, in prosperis continentem, in calamitatibus se ipso semper excelsiorem, cujus virtus in adversis enervari non poterat.

Col. 219.

Col. 234.

BENE-

III

BENEDICTVS QVI VENIT . IN . NO . D.

HÆc verba in girum expressa circa Gentilitium stemma Pontificis, cujus effigies est in opposita parte, accepta ex Evangelio, & ab Hebreis pronunciata, cum Hierosolymam JESUS quadam triumphi specie ingressus fuit, Pontificem Julium indicant Bononiam magnificentissimè ingressum. *Luc.13.35. Io. 12.13.*

Anno 1506. Pontificatus sui tertio Roma discessit Julius, ut Bononiam peteret boni publici desiderio, & quietis Amore; sed ejus Itineris causa magis dilucidè exponenda est, deinde magnificentissimum in Urbem Bononiensem ingressum.

Premebatur Bononia quinquagenaria dominatione injusta Joannis Bentivoli, obsequio obliterato Romano. Hoc ægrè ferens Pontifex occasionem sibi diuinitus oblatam ad Bentivolum expellendum ratus, ejus dominationem radicitus extirpare decrevit.

Itaque cum omni ferè Cardinalium Senatu, & cum omnibus Officialium ordinibus Curiæ (inquit Paris de Grassis Magister Cæremoniarum) ipse met profectus est Bononiam; Cardinalium numerus 26. erat. Totius verò Curiæ equestrium 3000. Vigesima sexta Augusti ex Urbe recessit ante Ortum Solis, stipatus armatis 500. Et cum Gallorum copias, quæ ad decem millia peditum, & mille equites hastatos ascendere dicebantur, Bononiam versus signa attollere accepisset, die 10. Octobris in Bononienses vulgato edicto, quo post enumerata Joannis Bentivoli scelera, anathema indixit, nisi novem dierum spatio ejecto Bentivolo ad Ecclesiam redirent. Bentiuoli interim comparatis ad defensionem armis, credentes sub Regis Ludovici tutela vivere, dum acceperunt Ciamontem adventare cum exercitu Gallico, convenerunt, ut dedita Urbe, ipsi cum bonis suis in tutum se reciperent. *In Diariis.*

Die autem Sancti Martini sacra ingressus est Bononiam Julius. Pompam ingressus fusè notavit supracitatus Paris de Grassis Cæremoniarum Magister in suis Diariis, ex quibus ejus narrationem huc transtuli jisdem verbis exaratam. *In Diariis.*

„ A porta Civitatis usque ad Ecclesiam Cathedralem tot esse debebant arcus erecti triumphales, quot essent populares Societates in Civitate, videlicet viginti quatuor, præter Judeorum, & Vexilliferorum, sivè Confaloneriorum, Doctorumque, & Scholarium publica Collegia: nec non Legati, ac Episcopi Bononienses, qui omnes etiam singillatim suum arcum fieri juberent æqualibus distantiis, & sic in totum Arcus triginta, sed propter tempus, & timorem Gallorum qui etiam circumquaque armati erant, quanquam data fide non nocendi, ideo solùm arcus 13. sumptibus tamen publicis erecti fuerunt, & unusquisque arcus suum titulum habuit: ut IVLIO SECVNDO TYRANNORVM EXPVLSORI; alius TRANQVILLITATIS LARGITORI; alius LIBERATORI PATRIÆ; alius BONONIA A TYRANNIDE LIBERATA &c. Et sic usque ad Ecclesiam per arcus hujusmodi triumphales viá disposita fuit. Adde quod ab omni parte viæ prædictæ surgebant pulpita, quæ pegmata dicuntur, in quibus erant Viri seniores, & nobiles Matronæ, puerique, & puellæ, ac reliqua mollior ætas, spectantes pompam, & mirùm dictu, ut populus ille æstimatus fuerit ad septuaginta hominum millia, præter equestres, qui etiam decem, aut duodecim millia erant. Tam Bononiensium, quàm Curialium viæ omnes à sursum pannis, & auleis tegebantur, pendebant utrinque tapetia, arma, & signa picturata, arboresque, floresque. Item centum nobilissimi Juvenes, & adolescentes ex patritiis primatibus Bononiensibus simili uno habitu induti, obviam iverunt Pontifici, auratos baculos singuli manibus ferentes, in quorum cuspide glans erat singulis, quæ glans signum erat Familiæ Ruvereæ. Ordinati etiam fuere Milites catafracti Bononiensis Magistratus, qui centum, & quinquaginta esse solent. Etiam vexilla omnia populi, quæ sunt numero sexdecim, & alia Nobiliora quatuor, videlicet Libertatis, Pontificis, Ecclesiæ, & Cruciatę, & sic


„ & sic in totum viginti ferebantur ante Papam, & tàm Equi, quàm Vexilliferi „ armati erant armis bellicosis pręter Galeam, quàm singuli Pueri ante ipsos „ præferebant. Carceres omnes publici aperti fuere liberatis omnibus, qui „ ibidem detinebantur; hi autem cum titulo scripto ante pectus pendente in „ Platea steterunt, & Pretor ibi eos ostendens petiit ut Papa eis vitam do„ naret, prout fecit, & sic omnes liberati fuerunt. Insuper tot altaria erecta „ fuere magnificentissimè ornata, quot in tota Civitate Parochiales Ecclesiæ „ erant; Omnes demum de Clero, nullo excepto, processioni interfuit, itaut „ omnes suis in locis dispositi firmi in via manerent, omnesque, Pontifice „ transeunte, festivis sonis, & modulis, hymnisque applauderent.

„ Post Clerum eodem modo Confraternitates, & Collegia omnia Doctorum, „ & Scholarium cujusque professionis. Sic omnibus ritè dispositis Pontifex hora „ circiter vigesima in sede gestatoria delatus cum Mitra, & paludamento aureo, „ præcedentibus 22. Cardinalibus in Cappis rubeis venit ad Ecclesiam Sancti „ Petri sub Baldacchino, quod Oratores tres Imperiales, unus Regis Franciæ, „ alius Hispanię, & unus Venetiarum primùm detulerunt; Postea Orator Flo„ rentinus, duo Rectores Universitatis, Prætor Bononiensis, & duo alii Princi„ pes de Curia; Demum nobiles Bononienses sex vicissim detulerunt. Priuś„ quam Pontifex Domo exiret Cives viginti, qui electi vocabantur, Claves illi „ obtulerunt. Facta oratione in Ecclesia, deposito Pluviali, & Stola, ac Mitra, „ sed alia Stola resumpta, & Cappello purpureo ad Palatium in magna Platea „ delatus est: Ante januam Palatii Locumtenens claves ipsius palatii in vase ar„ genteo obtulit. Dum processio fieret, Campanæ omnes pulsatæ sunt, & Bom„ bardæ explosæ. Per triduum etiam Campanarum sonitu, & focis lætitiæ signa „ data sunt, & qui morte consanguineorum mœsti erant, aut pullo colore in„ duti publico edicto vestibus lætitiam præseferentibus induti sunt. Hucusque „ supradictus de Grassis, qui deinde sic prosequitur.

„ Dum verò Bononiæ Pontifex degeret die Dominica 15. Novembris (te„ ste supradicto Paride) fuit prima Missa in Ecclesia Sancti Petronii pro gratia„ rum actione. Post aliquot dies habita Missa in die Coronationis pro Anno „ quarto Julii, venerunt undecim Vexilliferi populi cum sexdecim vexillis, & „ notarius Legati legit Juramentum, & finita lectione Juramenti, venerunt ad „ jurandum super librum positum ante pedes Papæ super magnum cussinum au„ reum, & rursum singuli venerunt ad osculum pedis, & Accolito tenente Ve„ xillum unicum ad dexteram Papæ, ipse Papa tangebat Lanceam vexilli, & si„ militer Vexilliferi, tangebant, & illud osculabantur. Hoc facto venerunt Mas„ sarii decem, qui simpliciter jurarunt ut Vexilliferi.

„ Postquam Papa die Veneris 19. Februarii confirmavit in Consistorio se „ reversurum Romam, die 20. æquitavit ad locum, ubi Arx facienda erat, ibique „ benedicto lapidę, Legatus Bononiensis illum posuit cum aliquibus Medaleis ex „ auricalco, & post Missam in prima Dominica Quadragesimæ publicavit Bullam „ super creatione quadraginta Consiliariorum Status Bononiensis, & omnes vo„ cati sunt ad juramentum præstandum, & die Lunæ 22. Februarii Bononia di„ scessit hora 14. cum mœstitia universi populi Bononiensis, eidem Benedicens „ vultu hilari. Multi flebant, quia dubitabant de Bentivolis, ne Gallorum ad„ ventu adiuti irrumpere in Civitatem molirentur cum Civitatis damno, & „ ruina.

Consonat nummus in honorem Julii sub titulo *Benedictus qui venit in nomine Domini*, quas voces Cives repetebant, ob incruentam Victoriam per Urbem effusi, excepturi liberatorem suum die supradicta Sancto Martino sacra, quam ævo perpetuo celebrandam decrevere, adjuncto currentium equorum spectaculo.



OSCV-

IV
OSCULATAE SUNT

Convenire in hoc nummo Justitiam, & Abundantiam scripsit Pater Claudius Molinetus, cujus sententiæ adhæreo; duæ enim mulieres expressæ sunt, quarum altera æquam bilancem sustinet, eo ferè modo, quo in nummo Augusti Imperatoris exprimitur; habet insuper ramum oleæ, ut scilicet indicet lætitiam à Populis conceptam. Rami enim propter viriditatem lætitiam quamdam præferunt, undè in festis viæ, & domus ornantur ramis, & Domino Nostro ingrediente Hierusalem, cędebant ramos de arboribus, & sternebant in via. *Apud Aug. tab. 24. n. 24.* *Rutilius lib. 1. itinerar.*

Exornent virides communia gaudia rami, cecinit Rutilius. In nummo Aurelii Cæsaris, qui ob studium sapientiæ postea Philosophi nomen adeptus est, hilaritatem vidimus ramum manu tenentem. In vita quoque Fulgentii Episcopi Ruspensis legimus, Populum ei ab exilio redeunti occurrisse cum lucernis, lampadibus, & arborum frondibus.

Altera verò mulier cornucopiæ gestans Abundantiam significat, quod symbolum felicitatis temporum esse omnibus rei nummariæ peritis notissimum est, dexteras invicem conjunctas habent in Concordiæ symbolum, quam tali pacto exprimebant antiqui. Sic in nummo Nervæ concordia exercituum duabus dextris conjunctis significabatur. Quantum verò Justitia tempore Julii III. floruerit declaravit Cardinalis Ægidius cum scripsit; *Eo regente tanto metu afficiebantur improbi, ut nemini inferrent iniuriam. Justitiæ tenacissimus æque, ac Abundantiæ Cultor.* *Aug. tab. 33. num.*

V
IUSTITIAE PACIS FIDEIQ. RECUPERATORI

Nummus est anno primo Pontificatus Julii percussus, quò (referente Ciacconio) ille Pacis, & tranquillitatis publicę studiosus ad pacandas Italię, Galliæ, & Hispaniæ Provincias variis pręliis decennio fatigatas, omnes nervos intendebat. Finito Neapolitano bello post relatam à Consalvo Duce Hispaniarum Cajetæ Victoriam, exactosque Gallos, auctoritate Pontificis icto fœdere inter Galliæ, & Hispaniæ Reges anno à Partu Virginis 1504. & Julii Pontificatus primo Pax Orbis terrarum per triennium conciliata fuit. Exprimitur illa in virgine, ramum oleę sinistra ostendentem, eo fero modo, quò in argenteis aliquibus Othonis nummis ostentari pacem indicat Vaillantius dextram eadem præbet *non fortunæ Orbis terrarum*, ut Pater Claudius Molinetus explicavit, sed alteri puellæ, sinistra gubernaculum navis gestanti globumque dextero pede sistenti, in qua, ni fallor, Fides, seu Fidelitas in lemmate expressa indicatur. Totus enim Terrarum Orbis stabit, si ejus legibus gubernetur; adest in medio ara, seù tripos cum igne, ut Pacis sanctionem sacrum aliquid involvere intelligamus, utpotè Juramento firmatam, & Ecclesiasticis ritibus solemniter celebratam. *Col. 223.* *Tom. 2. pag. 82.* *Pag. 32.*

VI
IURI REDDO

Palatium exibet numisma, quod ab Julio Pontifice inchoatum affirmat Cardinalis Ægidius Viterbiensis à Ciacconio relatus, quod cum veterum Romanorum ædificiis de splendore contendisset, si fuisset absolutum. *Col. 241.*

In via, quam Julius Pontifex rectam fieri jussit à Lazzaro Bramante insigni

tunc temporis Architecto, dictaque ab ejus nomen Julia, non longe ab æde Sancti Blasii ad Ripam Tyberis fundamenta ejus ædificiis ab eodem Bramante jacta adhuc apparent. In eo omnibus jura dicentibus in Roma Curia sedes proprias assignare decreverat Pontifex, ut in eodem loco Tribunalia congregata lites omnes accedentium facilius, commodiusque dirimere, ac componere possent. Verùm ad finem perductum Roma non vidit, fortasse ob impensas, quas bella deindè exorta hauserunt, haud sine Divino Consilio, ut præclari operis gloria ad Innocenti XII. Summi Pontificis distrhaeretur, sub quò magnificentissimum Palatium ad id munus erigeudo, Justitiæ, & Pietati ingentes opes sacravit, ut Deo dante videbimus in ejus Pontificis numismatibus.

Vasar. part. 3. pag. 37.

VII

CONTRA STIMVLVM NE CALCITRES

Pag. 2?.

NUmmum hunc Luckius Castrensem vocat, aitq; cusum anno 1511. durante bello Ferrariensi: Vigebat tale bellum inter Pontificem, & Alphonsum Estensem Ferrariæ Ducem pro cujus incolumitate, ac defensione Rex Galliarum sæpe testatus fuerat se libenter omne Regnum expositurum. Pontifex interim majorem in se molem, quam cui ferendæ par esset, impendere videns, Joannem Franciscum Pichum Mirandulæ ad Ciamontium misit summum Gallicarum copiarum Præfectum, & Ducem Ferrariæ per Oratores admonuit (narrante Ciacconio,) ut à Gallorum fœdere discederet, annuumq; vectigal à Majoribus suis pendi solitum Sedi Apostolicæ solveret, & salinas restitueret, sed obedire contempsit; post longam disceptationem multosque internuncios, ultro citroqve inutiliter missos, Pontifex, datis ad reliquos Principes litteris, Alphonsum, qui Ferrariam Beneficiario Jure ab Ecclesia acceperat, sacris interdixit, & conscriptis militum copiis, bello persequendum censuit, quod ut felicius gereret perficeretque brevius, publicis rebus Romæ ordinatis anno sui Pontificatus octavo 3. Idus Novembris in Castra proficiscitur, quæ ad Mirandulam tunc erant, nec prius discessit, quam ea Civitas caperetur. Hoc Julii Pontificis iter Adrianus Presbyter Cardinalis Tituli Sancti Grisogoni versibus descripsit relatis à Ciacconio pag. 225. nullis autem suorum Consiliis, nulla itineris, & temporis difficultate permotus, quo minus id bellum presens ipse, & periculis se se offerens urgeret exemplo admodum raro, mirantibus plerisque Pontificem in Castris versari; nolebat quippe quemquam contra stimulum calcitrare, nec fortasse fuit è Superioribus Pontificibus, qui Petri patrimonium majori animi præstantia tutaretur.

Pag. 225.

Panvinius in vita Jul. II.

Talem Julii voluntatem lemma indicat alludens ad verba à Deo dicta Saulo in terra ab equo decidenti, exhibito in numismate DVRVM EST SIBI CONTRA STIMVLVM CALCITRARE, quo significatur, augere sibi potius malum, si illato ad correctionem propriam stimulo impatiens reluctetur, similitudine à Bobus accepta, qui dum ab Aratore, stimulo urgente, si stimulum tentent calce repellere multò pejus feriuntur. Unde videtur voluisse Pontifex, ut olim Christus Saulo, non tunc primùm, sed alias quoque instigato, ut Evangelii jugo superbam cervicem aliquando submitteret, impellente valde conscientia, ob monitiones Pontificis; *verba enim Sapientum* (ait Ecclesiastes cap. 12.) *Sicut stimuli, & quasi clavi in altum defixi, quæ per Magistrorum Consilio data sunt à Pastore uno*.

Arnoldus Ferronus in vita Ludovici XII.

Vers. 11.

Ob id Alphonsus, & inopinam rerum conversionem perculsus, ne fœderatorum armis Principatu exueretur tentandam Pontificis Clementiam prudenter ratus, vnà cum Fabritio Columna, quem in prælio Ravennate captivum duxerat ad Pontificem suplex venit, à quo indulgenter receptus non in valvis Basilicæ, sed in Consistorio Cardinalium fuit anathemate liberatus.

In Diariis Paridis de Crassis distinctè enarratum inveni, quidquid in ejus
„ adventu accidit his verbis. Anno 1512. die 4. Julii Illustrissimus D. Alphon-
„ sus Estensis ad Urbem venit ducens secum Illustrissimum D. Fabritium de Co-
lumna

" lumna, quem nuper in clade Ravennæ captiuum habuit, & Pontifici reddidit liberum. Itaque cum iste D. Alphonsus nocte ingressus est domum, ubi habitavit apud Sanctum Laurentium in Lucina, fuitque in habitu simplicissimo ex serico nigro: omnis ejus Familia nunquam inter diem ab ædibus exivit, ipse verò paucissimis se videndum præbuit, donec esset tempus, quo Pontifex eum vellet à censuris absolvere. Absolutio autem facta est eo modo, quo dicam. Noluit Pontifex illum absolvere ante januas Basilicæ Apostoli Petri cum liberè, & promptè ad Urbem venisset, sed in Consistorio publico, & quidem in Aula Regali. In ea stante Pontifice in habitu solito die 18. Julii coram quatuordecim Cardinalibus, aliisque, & Populo frequentissimo Magister Cæremoniarum cum mazzeriis duxit Alphonsum inter septa, & quia fuerat percussus in capite, etiam manente cicatrice, & quia erat rasus capillis permissum fuit, ut cucuffam auream in capite gestaret, & veniens petiit per Magistrum Cæremoniarum sibi licere osculari pedem, quod Pontifex benignè concessit, deindè hæc verba dixit, quæ mihi (ait Paris) in cellula prius recitaverat, videlicet, Beatissime, & Clementissime Pater. Conosco veramente, e confesso hauer offeso, e peccato in molti modi quasi insopportabili contro la Divina Maestà, contro la Santità Vostra Vicario di Nostro Signore GIESV Christo, e questa santissima Sedia Apostolica, e tanto più quanto che da quella hò insieme con li miei Progenitori, e Fratelli riceuuti grandissimi beneficij, onde per esser stato ingrato verso la Santità Vostra, & haver offeso quella, mi dole, e me ne pento, & cum hoc verbum diceret, ingemiscere cœpit, tam flebili voce, quam lacrymis manantibus, quibus tersis continuavit, dicens: Perciò sono personalmente, e umilmente venuto innanzi al cospetto, & alli Santissimi Piedi di Vostra Beatitudine, dove al presente inginocchioni mi trovo, supplicandola, che per Divina Misericordia, e vostra Pietà mi voglia perdonare, ancora che io non meriti perdonanza alcuna, promettendo à Vostra Santità di mai più non fallire contro quella, ne contro questa Santissima Sede Apostolica: di tutto quello che hò fallito sono apparecchiato, e in animo, e in persona nello stato, e in ogni mia fortuna di patirne ogni debita penitenza, che per Vostra Santità mi sarà imposta, alla quale devotamente mi raccomando, e supplico mi perdoni; & cum hoc dixisset faciem humiliavit tergendo digitis oculos madentes. Pontifex tunc respondit longo sermone dicens, D. Alphonsum in hoc, vel maximè vera dixisse, quòd erraverit, & omnia errata in Sedem Apostolicam explicuit, nam exprobravit ei, quòd cum esset à Venetis undecumque oppressus, at penè submersus in omni ruina jvit, & liberavit eundem, deindè cum expulisset Bononia Bentivolos, & ipsi ad eum recurrerint, qui contra juramentum præstitutum eos susceperit, & juverit. Pontifex quidem potuisset ipsum Ducem privare ob perjurium, tamen passus est &c., & quia Deus tanta mala non potuit pati, Regem Franciç (cui ipse Alphonsus contra Pontificem adhæserat) ex Italia repulit &c. & quia ipse D. Alphonsus veniam petiit, eam Pontifex dixit se negare non velle, nec posse ad imitationem Jesu Christi, & sic Papa illum absolvit: Absolutio autem sic facta est.

" D. Alphonsus primò supra librum apertum in genibus Papæ cum imagine Crucifixi juravit ambabus manibus, deinde Papa sedens legit ex eodem libro antiphonam. *Ne reminiscaris Domine delicta confitentis Tibi, neque vindictam sumas de peccatis ejus, sed pro tua pietate exaudi orationem meam*, tum psalmum legit totum *Miserere* alternatim cum duobus Cardinalibus assistentibus, & repetita antiphona deposita mitra dixit orationem, deindè reasumpta mitra, & extensa manu super eum legit *Misereatur tui &c. deinde auctoritate Dei Omnipotentis, & Beatorum Apostolorum Petri, Pauli, & Ecclesiæ suæ Sanctæ, & nostra absolvimus te, ad beneplacitum nostrum si comparueris cum reincidentia, à vinculo excommunicationis, & anathematis, & omnium censurarum in te quomodocumque, & qualitercumque, ac quibuscumque modis illatarum, & restituimus in eadem auctoritate Sanctis Sacramentis, Ecclesiæ, unitatique, & Communione fidelium. In nomine Patris &c.* & hoc facto imposuit illi salutarem pœnitentiam, ut iret, quando sibi videretur ad quatuor Ecclesias Patriarchales Urbis, & ibi Missam in

„ in unaquaque Ecclesia audiret deinde Papa mandavit ipsum intromitti in Eccle-
„ siam ideſt in cappellam, qui mox precedentibus Mazzeriis, & poſt eum Pœni-
„ tentiariis jvit ad oſtium, ubi Cardinalis Pœnitentiarius data manu dextera in-
„ troduxit illum, & confeſtim Cantores incœperunt canere ſub pietoſiſſimo can-
„ tu verſiculum *Congratulemur*, *quia ovem quæ perierat inveni*, *& gaudium majus*
„ *eſt in Cœlo coram Angelis ſuper uno peccatore pœnitentiam agente*, *quam ſupra nona-*
„ *ginta novem*, *qui non indigent pœnitentia*, prout in Evangelio Lucę, quod le-
„ gitur Domin. 3. poſt Pentecoſt. Dominus Alphonſus oravit ante altare, deinde
„ aſcendit, & illud oſculatus eſt, ac obtulit ducatos decem, quos ego accepi.
„ Itaque Dominus Alphonſus reverſus ad Papam egit gratias verbo, & oſculatus
„ eſt illum in pede, manu, & facie: Huc uſque Paris.

VIII

TEMPLI PETRI INSTAVRATIO
VATICANVS MONS.

POſt mille, ac viginti circiter annorum curriculum ab ædificatione Baſilicæ, quam Magnus Imperator Conſtantinus Principi Apoſtolorum in Vaticano campo dicavit, Nicolaus V. Summus Pontifex videns eam ruinæ proximam novæ Baſilicæ conſtructionem meditatus fuit, ſed in ipſo primo conatu operis communi Mortalium lege deficiens, jiſdem veſtigiis illud reliquit, quibus inchoatum. Julius verò Secundus celſitudine animi haud Nicolao inferior, ruentem ædem conſpiciens, operi manum admovit, & cum viris in architectonica arte præſtantibus de nova erigenda mole ſerò egit, & tandem Lazzaro Bramanti ejus curam commiſit, ac ipſe Pontifex die 18. Aprilis Sabbato in Albis anni 1506. primarium lapidem à ſe benedictum poſuit: Ejus futuræ Baſilicæ frontem exhibet numiſma, in cujus explicatione non magis inhærendum puto, cum in hiſtoria chronologica ejus Baſilicæ, quam deſcripſimus cap. XII. omnia recenſuimus, quæ ab antiquis monimentis accipere potuimus, expoſitis ibidem ſcenographicis, & ichnographicis delineationibus Bramantis ſtudio perfectis. Illam adeat eruditus Lector.

Hic tantùm addendum, Julium mordaci dente repræhenſum fuiſſe à Suave, quòd non magnopere Sacerdotali deditus eſſet muneri: At Eminentiſſimus Cardinalis Sfortia Pallavicinus in Hiſtoria Concilii Tridentini ex adverſo cenſet in nulla re magis defeciſſe (ſi tamen defecit) quam molimine operis Summi Sacerdotis, ac Summi pariter Principis, adeoque ſupra vires ærarii ſui, hoc eſt nova ædificatione admirabilis Baſilicæ Vaticanæ. Ferebatur Julius ſuo ingenio ad glorioſa facinora, quod ſanè ſtudium, cum ita quærit humanam laudem, ut in ea quaſi in ultimo fine minime conſiſtat, ad eamque nititur per bonas artes honeſtate non caret ex Patrum doctrina. Venerabatur Julius præcipua quadam pietate Principem Apoſtolorum, non modò, quòd ejus muneri ſucceſſerat, ſed quòd prius Cardinalis titulum tenuerat ab æde ſacra, ubi vincula ejuſdem Apoſtoli aſſervantur, jam tum ab ipſo exornata eximia porticu, quæ adhuc viſitur; quare beneficio Pontificatus Apoſtolo obligatior, ac viribus auctior ſtatuit, templum ejuſdem honori dicatum extruere, omnium fortaſſe poſt homines natos pulcherrimum. Sed pietas ſumptuoſa Solomonis (inquit idem Pallavicinus) *Tunc planè eſt cumulatè laudabilis cum opibus Salomonis innititur*, *alioqui magnificentiæ ſtudium etiam Pietati ſervientis in Principibus*, *quam in privatis cautius oportet eſſe*. *Hi de ſuo ſumptu faciunt*, *illi de alieno quæſitum pro ſuo patrimonio ſubditorum ſubſtantiam habentes*. *Quapropter hæc Vaticani ſtructura cæmentaria*, *magna ex parte ruinam traxit ædificii*, *quod in animis pietas ſtruxit*; *quo enim tot decies centena aureorum millia colligerentur*, *quæ operis immenſitas abſorbebat*, *neceſſe fuit Julii Succeſſori ea aggredi*, undè Lutherus hæreſis inducendæ prætextum ſtudioſè arripuit ex iniqua interpretatione operum Pontificis. Ipſe etiam Julius ad inopiam pecuniæ redactus

Cap. 1. num. 9.

Ibidem

redactus, intendit animum ad Fidelium suppetias ultro conferendas, indulgentiis promulgatis per Christianas regiones, simulque facultatem lactis, ovorumque comedendi diebus jejunio sacris, dummodò voluntariam eleemosynam erogarent, qua inchoata Basilica promoveretur.

Eas primò per annum indulsit, quod postea spatium ad suum arbitrium produxit, adiuncta etiam ad indulgentias consequendas veneratione Templorum, quæ eligeret Hieronymus Torniellus Vicarius citra montes ordinis Minorum, illi negotio à Pontifice Præfectus in viginti quinque Provinciis, in quibus Vicarii munere fungebatur. Alios etiam sequentibus annis substituit, quos brevitatis gratia prætermittimus. Videatur Pallavicinus in lib. 1. cap. 2. num. 7. Neque tunc sibi defuit, aut Christianorum pietas in elargiendo ad opes divinas comparandas, aut Julii magnificentia in attollendo augustissimo ædificio.

De Indulgentiis concessis à Julio II. ob fabricam Sancti Petri habetur distincta mentio in Diplomate Leonis in lib. 3. Diplom. Secret. fol. 9. ubi extenduntur ad aliquas Galliæ Provincias eas exoptantes. Earum etiam disputationum distinctè mentionem fecit Fr. Lucas Waddingus Tom. 8. suorum Annalium.

Jam verò tametsi ab eo usque tempore Maximiliano Cæsari libellus oblatus fuerit, exponens decem gravamina Germaniæ per Curiam Romanam illata, quorum octavo novarum Indulgentiarum concessio arguebatur, veteribus, aut abrogatis, aut suspensis; Cæsaris verò responsio aliquam præseferret cæteris in capitibus querimoniam, de hoc tamen nullum prorsus verbum fecit, utpotè qui & in Pontifice auctoritatem agnoscebat, & in re honestatem, Populorum Pietate, ac Principum judicio comprobatam.

Hic tamen addendum est Julium, ut tantum opus perficere facilius posset Bullam emanasse, cujus initium est: *Liquet omnibus Christianæ fides Cultoribus* in Bullario pag. 437. In ea ait. *Sicut Beatus Petrus Apostolorum Christi Princeps fuit, ita illius Basilicam in Urbe congruentius restaurari convenire, & ampliari*; sed cum videret ejus restaurationem absque piis Christifidelium subventionibus se perficere non posse; ideò aliquid sussidii pecunia, vel opere infra annum dantibus, aut promittentibus, dedit multa privilegia, & pias concessiones.

IX

TEMPLUM VIRGINIS LAURETI M.D.VIII.

Ædem Beatæ Virginis sacram, quam ipsemet Virgo diu incoluit, in Urbe Lauretana positam esse nullus est, qui nesciat. Illic è Galilea postquam migravit in Dalmatiam, Sedem suam Deipara Virgo elegit. Incidit hæc migratio in annum à Christo nato 1295. sita illa est ad quatuor Mundi Regiones, namque anterior paries, ubi fenestra visitur binos lata pedes, & totidem alta ad occidentem Solem vergit; posterior, ubi ara est ante Beatæ Mariæ simulacrum posita, vernum ferè Orientem spectat, adeo quidem directè, ut per utrumque æquinoctium decem circiter dierum spatio Sol oriens posteriorem, occidens anteriorem aspiciat portam. Itaque per eam sub occasum Sol, quam dixi fenestram ingressus ad Beatam Virginem vespertinus Salutator accedit, quando matutinus esse nequit, obiecto pariete exclusus: sinister Sanctissimi Sacelli paries ad Septentrionem vergit, dexter ad meridiem. Est ea ex coctili latere extructa, interiusque concamerata humilis atque angusta; nullo subterraneo fundamento, sed plano, medioque templi loco insistit, marmoreis parietibus pulcherrimè cælatis forinsecus circumtegitur, non tam substentandæ ædi, quam ornatus gratia additis. Quamobrem, ut rei miraculum credere facilius possent homines, parietes marmorei aliquantulum à lateribus distincti sunt, patetque inter eos intervallum. Bina parietum latera longiora corinthiis columnis Senis; Breviora quaternis exornatur; imam partem fascia pedalis è marmore luculleo vice sterecobatæ circumplectitur, deinde sunt stylobatæ distinguendis spatiis appositi. In spatiis ex stilobatis Leonis Pont. Max. insignia virtutumque emblemata expressa spectantur. Supra stylabatas columnæ

columnæ positæ ad singulos angulos, binæ item interpositæ januis, quæ in longioribus lateribus patent, æneis valvis munitæ, quadruplicem in sacram cellam aditum præbentes. Inter columnia à loculamentis explentur, loculamenta à statuis occupantur Divinorum Vatum, & Sybillarum, quas Dei Deiparæque prænunciati ortus celebres fecerunt, eademque porphyreticis laminis exornata, haud facilè dictu est, quantum pulchritudinis operi huic concilient. Quæ verò inter columnarum scapos spatia patent, ornata signis, Beatæ Mariæ vitam exprimentibus, Religionis, voluptatisque sensu perfundunt epystilia columnarum corinthiorum legibus efformata, subtus opposita leonum rostra aquilæ restes pomorum mordicus tenent; ultimus, ac summus columellarum ordo eminentium Angelorum statuis concinnæ variatus coronam addit, & prębet ad suspendenda vexilla, quæ ex diversis Regionibus afferuntur; Opus hoc à Sansovino Architecto, & statuario descriptum Leo X.; & Clemens VII. incœperunt, Paulus Tertius absoluit, stetit autem ut è rationum libris compertum, est aureorum nummum millibus penè quatuor, & quadraginta.

In Ædicula sacra interiùs posita unica cella est, longa pedes circiter quadradraginta lata viginti altitudine paululum latitudinem superante. In sinistro pariete armarium extat, ibidemque Ternæ scutellæ è quibus Jesus puerulus cibum cepit. Fenestræ Caminus obversus est, latus pedes duos, & medium. Supra Caminum statua Virginis colitur Filium sinistra manu amplexantis dextera sustinentis, Nazaret cum ædicula ad vecta manibus Angelorum: cedrina est,& vix quatuor palmos excedit, puer globum gestat leua, dexteræ tantum binos digitos tollit in modum benedicentis: Atque hæc, ut fama est, S. Lucæ Evangelistæ manu fuit exculpta. *Tursell. & alii.*

Hanc sacram Domum aliud templum custodit, quod Paulus II. Inchoaverat Impositum Lauretanę urbis fronti, quæ Adriaticum sinum spectat, & quadrato lapide excelsis fornicibus, & tholo, laminis plumbeis contecto, ac duodenis Columnis grandioribus augustum. Alas ejus Sacella occupant, venustissimis pictorum plastarumque operibus ornata. Janua quæ amplissima panditur columnis marmoreis striatis est insignita, bina ad latera utrinque positæ januæ parastatis, & stylobatis munitæ, cętera templi facies, aut est marmore istrico vestita, aut vitreis distincta fenestris. Ante templum area spatiosa patet, quam Romani Pontifices geminata porticu cœperunt exornare. Tale templum, nobilis Architecti Bramantis Consilio usus, Basilicâ in arcis modum constructa munivit Julius II., cjusque frontem in numismate percusso publicavit. Aliud huic simile se vidisse narrat P. Oldoinus, apud equitem Carolum à Puteo, quod Ecclesiæ speciem exponebat cum lemmate VIRGINI FAVENTI TEMPLVM meritò illi inscripto, nam ut narrat Tursellinus in historia Lauretana, & Victorellus in addit. ad Ciacconium in Mirandulæ obsidione agitans in Castrensi tentorio belli Consilia cum Cardinalibus, à globo exploso, à quo Pretorium dejectum occidi potuit, Divina Clementia neque ipse, neque alius quispiam eorum, qui ibi ad erant, læsus est. Ex illa expugnatione Lauretum ubi priùs Bononiam proficiscens die ipso B. Virginis natali in illius natalis Cella sacrum fecerat reversus, Deo Deiparæque gratias egit, vota reddidit, & globum, monumentum Posteris quàm grave periculum Lauretanæ Virginis ope evasisset; in miro Sacello suspendi præcepit. *Vict. ad Ciac.241. Col.251. Lib.2.c.11. Col. 235.*

Ædificium extructum aliis beneficiis cumulavit Julius, beneficia Pauli II. & Sixti IV. confirmans, idque in suam tutelam recepit, ac Pontificium Sacellum nuncupavit. Illius Ministros Pontificum Familiares esse voluit, muneribus multis, jisque insignibus, Sacram illam Ædem honestavit. Inter quæ non infimo loco pones argenteam Crucem auro ornatam. & prisco opere celatam quadraginta librarum, in cujus turbinata base titulo illo Virginis ope partæ victoriæ indice suam in illam pietatem testatus est, scilicet IVLIVS II. PONT. MAX. DEIPARÆ VIRGINI LAVRETANÆ DICAVIT ANNO MDX. IN HOC SIGNO VINCES: Annonam insuper, & alia venalia Lauretum deferentes omni vectigali immunes esse voluit, interdixit etiam, ne quisquam dona, seù pecunias Beatæ Mariæ Lauretanæ oblatas averteret, cum excommunicationis latæ sententiæ minis.

Neque

Neque his contentus, Basilicam ipsam à se perfectam variis ornamentis ditavit, Binos Aræ ornatus, *Frontalia* vocamus, ex holoseuco Villoso cæruleo insigues auro, margaritis, & opere phrygio addidit, Mitram adjecit aliaque Pontificalia indumenta, quibus Episcopus sacra celebrans uteretur: ad ejus verò Cultum Cantorum Chorum instituit, & organa magnifico opere auroque conspicua erexit, Campanas duas eximia magnitudine, ac specie fusa donavit, turrisque campanariæ fundamenta jecit. *Oldoin. col. 245.*



❦ X ❦

ANNONA PVBLICA.

PUella, quæ in numismate exhibetur cum Spicis, & Cornucopiæ, Annonam significat, quę anni præcipuè frumento alimonia est: Ejus typus desumptus est ex antiquis Cæsarum nummis, licet in nullo similem omninò viderim: In nummo Titi Annona est cum Cornucopiæ, & vase pleno spicis: In alio ejusdem Annona sellæ insidet manu tenens flagellum, ut quidam Sculptor expressit, in ipso autem nummo non flagellum, sed tesseram qua Annona plebi distribuebatur, ut benè advertit Augustinus, sella autem habet in pedibus acumina, quibus homo firmius adhæret, & pedem supra Cubum, symbolum stabilitatis: non enim timet deficere, qui Annona dives est. In nummo Adriani Annona spicas tenet adstante navi, & modio. *Tab. 28. n. 15.*

Fuit semper antiquorum Cordi Annonæ cura, & Romæ præcipuè, ubi ut plurimum: *Aurea fruges pleno diffudit copia cornu*. Attamen pluries frumenti penuria laboravit; ad quod malum avertendum legimus, fuisse Præfectum Annonæ, & Augustum constituisse, ut ad dividendum frumentum, ji, qui Magistratum gerebant, unum aliquem ex jis, qui ante tres annos Prætura defuncti erant proponerent, & è Prætoriis viris quatuor sorte capti frumentum dividerent. Romæ quidem antea nomen Annonæ ignotum fuit, quia se quisque opibus suis sustentabat, & in angusta Urbe Cives non adeo frequentes erant, ut ex agri Romani fructibus ali non possent, cum quisq; proprio labore sumptum suum compararet. Ubi postea Populorum copia aucta est, Romanus ager alendæ plebi impar repertus, frumentum ex Sicilia, Affrica, & Gallia convehendi occasionem dedit Marius Marcius edilis plebis qui primus frumẽtum assibus in modios dedit, auctore Plinio: C. Gracchus semisse, & triente, ut Florus ait; Cato mille quingenta talenta Romæ ad frumentationem dicavit, ut scribit Plutarchus in Cæsare, Clodius legem Annonariam tulit, ut frumentum gratis populo daretur, ait Asconius. Julius capta Affrica 20. Myriades medimnorum, 30. myriades librarum Olei pauperi plebi alendę Romam iutulit, ut Dio. lib. 43. *Horat. 1. epist. 12.* *Lib. 18.*

Augustus, ut Annonæ Urbis copiam efficeret fossas incuria, & vetustate limo clausas labore militum patefecit, & urbi annua ex Ægypto ducenties centena millia frumenti intulit. Itaque ne Ethnicorum Cęsarum solicita providentia Pontificius Amor erga Subditos evinceretur, Julius II. Italiæ annona laboranti, Bellorum incursibus vastatæ, providè succurrit, atque ut melius id efficeretur. Annonæ Urbis Præsidentem dedit. *Suet.* *Oldoin. in Ciacc. 245.*

Memor ille fuit cum Vopisco in Aureliano, Periculosum esse Romæ in defectu alimentorum, & documenti à Simmaco dati, nihil lætius esse Populo Romano saturo. *Lib. 4. c. 4.*

Annonæ verò Præfectus tum primùm Romæ creatus est cum spurius Metius, qui frumenta populo diviserat occisus est, ut Sanctus Augustinus dicit lib. 3. de Civit. Dei cap. 17. Zonaras primum Præfectum Annonæ, Minutium augurium vocat, Tacitus verò lib. 1. Turrianum. Munus ejus describit Cassiodorus. *Tui studii est, ut sacratissimæ Urbi præparetur annona, ubique redundet panis copia. Per officinas Pistorum cibosque discurris, pensum, & munditiam panis exigis, Carpentum Præfecti Urbis conscendis. Si querela panis ut assolet concitetur, tum promissor ubertatis Seditiones Civicas momentanea satisfactione dissolvis*. Seneca ejusdem munus attingit *Lib. 6. var. fonte 18.*

Cap. 8. Libr. 1. c. Theod. de conditis in publ. l. 4. frument.

tingit De brevit. Vitæ : *Tu Pauline curas ne frumentum concepto humore vitietur, & concalescat ut ad mensuram pondusque respondeat.* Præfectum Annonę antiquitus sequebantur ubique Apparitores.

XI

PASCITE QVI. IN. VOBIS. EST. GREGEM. DEI.

DVm Pontifici genuflexo D. Petrus ligandi, atque solvendi potestatem in Clavibus tradit, à Christo sedente præceptum imponitur, in lemmate indicatum pascendi gregem sibi commissum. Quod quidem commune omnibus Episcopis est, qui à pascendo Pastores appellantur, à Deo electi non ut pascantur, sed pascant. Ita D. Petrus epistola prima, cap. 5.

De crypt. Vatic. pag. 354.

Habet manum elatam in signum dominij, ut notavit Torrigius in marmore antiquo servato in cryptis Vaticanis, & in opere quodam musivo in Tribuna Templi B. Marię sacri, quod dicunt *di Monticelli*. Quo anno fuerit cusum numisma indicatum, reperire non potui.

XII

TVTELA.

PAstorem exhibet numisma vigilantem, dum oves in agro pascuntur, posterorum memoria consecratum, ut Vigilantissimi Pastoris Julii Tutela innotesceret, qua etiam cum vitæ suæ discrimine gregem sibi commissum custodivit. Quandoquidem Pastoris optimi munus est, non solum Pedo suas oves defendere à belluarum aggressibus, sed gladio; mortale subiit periculum Julius tum maximè, cum rem bellicam contra Ducem Ferrarię à suis segnius geri cognoscens, cum tribus Cardinalibus in Castra Mirandulana profectus est; Globus nempe ferreus tormento vibratus æneo tentorium dejecit Pontificium.

Narrat Paris de Graffis in suis Diariis Julium Mirandulam expugnasse cum *indesinenter in castris sub mœnibus ipsius oppidi morans, nunquam ab expugnatione, & à tormentis cessare voluit, quin semper suus exercitus ad illius capturam procederet.*

XIII

PEDO SERVATAS OVES AD REQVIEM AGO.

Lib. 2. de consid. c. 6.

CVm anteriori numismate consonat aliud, in quo Pastor oves ad caulam deducit, ut quiescant. Quàm aptè Pontifici Pastoris typus conveniat discimus à D. Bernardo Eugenium alloquente. *Tu es cui traditæ sunt Claves Regni Cælorum, cui oves traditæ sunt: habent alii assignatos Greges, singuli singulos, Tibi universi crediti sunt, Vnus uni nec modo ovium, sed, & pastorum tu unus omnium.* Quam aptè Julius sub optimi Pastoris specie significetur, ex iis, quę superiùs innuimus apertè declaratur. Balleono, & Bentivolo armis devictis, Populis Italiæ requiem peperit. Unde ITALIÆ LIBERATORIS titulo insignitus fuit, & Baptista Mantuanus cecinit:

Publica res Christi tandem revocata Tyrannis,
Respirare potest, & ducere gaudia, victis.

Ciacc. col. 228.

Sed magis Pastoris partes optimè implevit, cum Ludovicus Rex Gallię decrevisset iratus contra Pontificem ereptam Bononiam vi gallica Bentivolis expulso rursum Pontifice, restituere; Julius animi, & corporis ęgritudine uno tempore depulsa, licèt vix integra valetudine, auctis Copiis, sęva adeo hyeme, ut Padus gelu rigens curulia tormenta sustineret, fervido animo in pręlium erupit, nullam

habita

habita fenii, aut falutis ratione ut laceratam, & contemptam Pontificis majeftatem, ac ovium requiem turbatam, vel cum proprii capitis periculo vindicaret: At expulfis Gallis ex Lombardia, Civitates omnes Sanctiffimi Pontificis nomini acclamabant. Non tamen fibi, & propriç virtuti Victoriam Julius tribuit, fed Deo. Unde die 27. Junii anno 1512. referente Paride de Graffis, *ftatuit tribus diebus fieri proceffiones folemnes à Clero Romano, & ubique darentur figna lætitiæ facibus accenfis in viis &c. & ita factum eft; neque credibile fuit, tantas totque tortias reperiri poffe inter fpatium quatuor horarum, quot fuerunt accenfæ.* Factæ funt etiam de mandato Sanctiffimi D.N. triduanæ Proceffiones ab univerfo Clero Romano cum omnibus aliis fignis. Lætitiç publicç videlicet focis tam in Caftello, & Palatio, quàm in omnibus viis publicis, & ante domos omnium Cardinalium, Prçlatorum, & Officialium cum fonitu Campanarum omnium Urbis, & Bombardarum Caftelli, Palatii, Capitolii, & aliorum locorum in omnibus Civitatibus, Oppidis, & locis S.R.E., fic pariter in omnibus locis confœderatis cum Papa, qui die fefto Sanctorum Petri, & Pauli in fignum particulare rei hujus donavit Bafilicæ Apoftolorum omnia Paramenta Pontificalia, & præfertim pallium aureum Altaris cum titulo hoc, videlicet.

IVLIVS II. PONTIFEX MAXIMVS ITALIA LIBERATA.

Hactenus fupradictus Paris de Graffis.

Julium accufant Novatores ut truculentum, qui novem annorum fpatio 200. hominum millibus mortis occafionem dederit, calumniantur etiam arma Maximiliano intuliffe, & Ludovico, Claves de ponte in Tyberim projeciffe, ftricto enfe alta voce in clamando: *Claves Petri cum non fufficiant, Pauli enfis non deficiet*; In horum acie Pleffeum collocabis contra quem Pater Gretferus Soc. Jefu dimicavit. Quis credat, quod ipfi garriunt, Julium Virum graviffimum, & laudabilis feveritate venerandum hæc talia dixiffe? Bella Julium geffiffe non negamus, fed aliter Ecclefiç libertatem, & Urbes à Tyrannis redimere non potuit. Etiam Pius fecundus, Innocentius fextus, Clemens quartus, Leo nonus, divinis miraculis clarus, Leo quartus Vir fanctiffimus bella gefferunt. Omitto alia tùm Pontificum Romanorum, tùm veteris teftamenti exempla, in quo Moyfes, & Aaron in rebelles arma tractarunt. Cçterum de clavibus projectis in Tyberim Calumniç funt Hçreticorum. *Victurell. col.243.*

Hæc agendo Julius optimi Paftoris partes implevit in numifmate expreffi, qui pedo fervatas oves ad requiem agit, ut dicitur in lemmate, ex hoc autem curiofæ non minus quàm difficilis indaginis oritur occafio, fcilicèt cur Summus Pontifex Baculo paftorali, feu Pedo non utatur, quod in Curç paftoralis infigne præcipuum à cçteris Ecclefiç Paftoribus adhibetur, cum Pontifex Romanus ab Ivone Carnotenfi dicatur *Paftor generalis ovium Dei*, imò *Paftor Paftorum* à D. Bernardo. *Tu es* (inquit Eugenio) *cui claves traditæ, cui oves creditæ funt, funt quidem & alii Cæli janitores, & Gregum Paftores, fed tu tantum gloriofiùs, quantò & differentius, utrumque præ ceteris nomen hæreditafti. Habent illi fibi affignatos greges finguli fingulos; tibi univerfi crediti, uni unus, nec modò ovium, fed & paftorum tu unus omnium paftor.* *Serm. de Cath.Sancti Petri. 2.de confid. cap.8.*

Quod autem Pontifex Summus illo non utatur prçterquamquod omnes urbis Incolæ norunt clarè ftatuitur in ordine Romano, cujus authorem fuiffe Jacobum Cajetanum in Cardinalem electum à Bonifacio Octavo circa anuum 1300. affirmat Reu. P. Mabillonus in fua admonitione ad talem ordinem ab eodem vulgatum fub num.14. capite enim 48. hæc leguntur verba, *Cambuta, feu Baculo paftorali non utuntur Summi Pontifices*, cui ordini inhærentes Joannes Andreas in Glof. Otho Frifingenfis lib.3. c.25. Jordanus lib. de Imp. & elect. Capiftranus de poteftate Papæ part.1. Troilus de Ss. Canoniz. dub.2. n.91., Guglielmus Durandi in Rationali Divinorum officiorum cap.15.lib.3., & Joannes Stephanus Duranti c.9. de Ritibus Ecclefiæ Catholicæ idem docent, ac petunt rationem, cur Romanus Pontifex præter cçterorum Epifcoporum morem non utatur baculo paftorali, fic enim Ivo epiftol. 137. nominat, feu paftoralem virgam (paffim Pedum vocamus). quod effe notam Jurifdictionis, & Paftoralis dignitatis habetur ex octava Synodo. Reddunt aliqui rationem ab Innocentio III. Summo Pontifice indicatam, qui

libro primo Constitut. Decretalium C. de Sacrosanct. Vnct. cap. vnico in fine hæc habet. „ Licet Romanus Pontifex non utatur baculo pastorali, tùm propter hi-„ storiam, tùm propter mysticam rationem, tùm etiam ad similitudinem aliorum „ Pontificum poterit eo uti. Quę nam fuerit historia ob quam Pontifex baculo non utatur Glossa commemorat his verbis. „ Martialis unus de discipulis Petri, „ quem posuit Dominus inter discipulos, cum dixit nisi efficiamini sicut parvu-„ lus iste, non intrabitis in regnum Cælorum &c. quem postea Petrus cum alio „ scilicèt Materno ad prædicandum misit in Germaniam, qui cum iret mortuus „ est, & rediit Collega ad Petrum, & Petrus ait, Accipe baculum, & tangens „ eum dic, ut in nomine Domini surgat, & prędicet, at ille in quadragesimo die „ à tempore mortis tetigit eum, & resurrexit, & prædicavit, & ita Petrus remo-„ vit à se baculum, & dedit Subditis: hactenus Glossa, hanc tamen historiam eruditissimus Joannes Stephanus Duranti affirmat apud nullum antiquum Scriptorem se potuisse reperire. Additque aliam historiam ab ipso Innocentio III. cap. de Baculo relatam, scilicèt Sanctum Petrum baculum suum misisse Eutherio discipulo, primo Trevirorum Episcopo, quem unà cum Valerio, & Materno ad prędicandum Evangelium genti Theutonicę destinaverat. Eutherio verò successisse Maternum, qui per baculum Sancti Petri à morte suscitatus fuerat, atque hunc baculum (ait Innocentius) *usque hodie cum magna veneratione Treverensis servat Ecclesia*.

Apud Campinum vet. moniment. cap.15.

Lib.2. de Rit. cap.19.

Huic primę rationi, quę historiam adducit, succedit alia, quam mysticam appellavit Innocentius, eamque Glossa his verbis explicat. „ Mysticam rationem „ quia Baculus habet in summitate recurvationem, quasi ad trahendum, quod „ non est necessarium Romano Pontifici, quia nullus ab illo divertere potest fina-„ liter, quia Ecclesia non potest esse nulla, vel quia per baculum designatur Co-„ erctio (intellige imperium, & authoritatem, qua quis in Subditos vtitur) siuè „ castigatio, ideò alii Pontifices recipiunt à suis Superioribus baculos, quia „ ab homine potestatem recipiunt, Romanus Pontifex non utitur baculo, quia „ potestatem à solo Deo recipit. Eamdem rationem clariùs explicat noster Pater Theophilus Rainaudus. „ Quia enim (ait) hujusmodi baculus supernè recurvus inferne perferratus, & acutus, est accommodatum instrumentum ad attrahendum, „ vel pungendum, ut fusè considerat Philippus Abbas epist.13. propterea rectè „ adhibetur pro signo jurisdictionis, qua ejusdem baculi curvitas in superiori par-„ te insinuat esse ab homine acceptam, ut notat Joannes Andreas in Glossa ad cap. „ cum venisset de Sacr. Unct. volens, ea baculi recurvatione innui. Pastorem, „ qui in regimine suo curvus fuerit, removendum esse ab eo, qui jurisdictionem „ ad regendum contulerit, quod cum non habeat locum circà Romanum Pontifi-„ cem, qui à solo Deo accipit Jurisdictionem, meritò non utitur baculo pasto-„ rali, quo adhibito simulque anulo investiri à Pontifice ipso solere Episcopos re-„ liquos notat S. Bernardus Serm.1. de Cœna Domini, si agatur de Ecclesia, sicu-„ ti de Castro, investiuntur ab Imperatore per Sceptrum, ut ait Otho Frisingen. „ lib.2. de gestis Federici cap.6. Hęc igitur est illa mystica ratio, quam subesse „ huic defectui virgę pastoralis in Romano Pontifice dixit Innoc. III. dicto cap. „ cum venisset de Sacra Unct. hactenùs Rainaudus.

In Corona aurea verit. 4.

Attamen ob has rationes credendum non esse docet Illustrissimus Ciampinus, nullum ex Pontificibus Romanis post Divum Petrum baculo usum fuisse, oppositumque probat ex Luitprando Ticinensi Diacono, qui cap. Vndecimo libri 4. de rebus Imper. & Reg. narrat jussu Leonis Papæ in exauctoratione cujusdam Benedicti, qui Sedem Pontificiam invaserat hujusmodi ferulam fuisse confractam verba Luitprandi hæc sunt. *Ad Domini Leonis Papæ pedes, ipsiusque Imperatoris idem Benedictus concite procidens, se peccasse, seque Sac. Rom. Sedis invasorem esse acclamavit. Post hæc Pallium sibi abstulit, quod simul cum Pontificali ferula, quam manu gestabat, Domino Papæ Leoni reddidit, quam ferulam idem Papa fregit, & fractam Populo ostendit.*

Vet. monimen. c.15.

Hoc facilè refelli posse scripsit supracitatus Pater Rainaudus. Potuit enim (ut ipse ait) nequam ille inter insignia Pontificatus baculum assumere per errorem, vel quia fortassis antea Episcopus erat, & inter ejus supellectilem hujusmodi ferula cum

la cum reliquo apparatu reperta est præcepit Leo illam confringi, ut significaretur, eum non Pontificatu dumtaxat malè captato, sed omni prorsus Episcopali munere excidisse, cæteroqui dubitare non licet, quia Innocentius III. omninò doctissimus & Rituum scientissimus Pontifex verè negaverit Romanos Pontifices uti virga pastorali, id, quod ad tempora Sancti Petri refertur, juxtà eos, qui rationem historicam ab Innocentio indicatam, quòd Sanctus Petrus suum pastoralem baculum Sancto Materno dederit, quo proindè deinceps non fit usus, ut neque reliqui Pontifices ejus imitatione.

Verùm contra eruditissimum cæteroqui Scriptorem non unica militat antiquorum authoritas. Licet enim abundè comprobatum sit, nullum Pontificem Romanum baculo pastorali usum fuisse post Divum Petrum, scilicet baculo in summitate curvo, pedi nomine significato, quod Episcopi animarum Pastores retinuerunt; probatur tamen, Romanos Pontifices alio baculo, diuturno annorum decursu, usos fuisse, quem ferulam Scriptores appellant, scilicet baculum rectum, in cujus summitate aliquando Crucem inserebant, aliquando globulum. Baculus cum Cruce videtur in Imagine Sancti Gregorii Magni, quam Dominicus Macrus exponit in suo Hierolexico, quam asserit in Cimelio clarissimi Viri Alphonsi Ciacconii repertum fuisse. Vixit Gregorius in fine sexti Sæculi: cum globo autem, non ovalis figuræ (ut scripsit Author cæteroqui præclarus,) sed rotundæ, quæ clarè apparet in imagine Gelasii II. electi in Pontificem anno 1118. quam Constantinus Abbas Cajetanus in ipsius Papæ vita exponit acceptam ex antiquo Codice Bibliothecæ Vaticanæ ipsius Gelasii tempore exarato. *Ad vocem baculus.*

De hac ferula loquitur Baronius ad annum 1099. referens Paschalis Secundi electionem his verbis, ex Anonimo acceptis. *Est locatus in utrisque curulibus, sedibus scilicet eburneis, data est ei ferula in manu.*

Accedit authoritas Cencii Camerarii Cardinalis Sabelli, qui postea Honorius III. Pontifex fuit circa annum 1206. Is in suo ordine Romano (quem Pater Mabillonius sub numero xii. refert) describens in §.79. electionem Summi Pontificis hæc ait; *Idem electus sedet ad dexteram in sede porphyrica, ubi Prior Basilicæ Sancti Laurentii de Palatio ei ferulam, quæ est signum regiminis, & correctionis, & claves ipsius Basilicæ, & Sacri Lateranensis Palatii, quia specialiter Petro Principi Apostolorum data est potestas claudendi, & aperiendi, & ligandi, atque solvendi, & per ipsum Apostolum omnibus Romanis Pontificibus, & cum ipsa ferula, & clavibus accedit ad alteram Sedem similem, & ejusdem lapidis, & tunc reddit eidem priori, tam ferulam, quàm etiam ipsas claves.*

Insuper ordo Romanus Jacobo Cardinali Cajetano conscriptus, qui floruit anno 1295. ferulam etiam memorat in numero vigesimo; *Prior Basilicæ Sancti Laurentij dat ei ferulam &c.*

Demùm habemus ex Diariis Paridis de Grassis, Sacrarum Cæremoniarum Magistri, describentis possessionem Ecclesiæ Lateranensis factam à Leone Decimo, eo tempore, idest anno 1513. quo Leo ad Pontificatum assumptus fuit, usum ferulæ, cujus est sermo. Sic enim ait: *Postea itum est ad Cappellam Sancti Sylvestri, & primo sedens, quasi jacens Papa accepit à Priore Canonicorum claves primò, deindè ferulam, in quo actu idem Prior cum daret ferulam dixit certa verba ad propositum illius actus, videlicet dirigere, sanctificare, & regere.* Demonstratur igitur ad ea usque tempora ferulæ usus. At quando nam ille cessaverit incertum, ignotumque est, cur idem in desuetudinem abierit. Rationem inquirens Illustrissimus Ciampinus in dissertatione historica, an Romanus Pontifex baculo pastorali utatur putat ritum ferulæ, cum plerisque aliis Cæremoniis omissum fuisse rationabiles ob causas post Concilium Tridentinum, præcipuè tempore Pauli Tertii, institutis diversis Congregationibus in hac Urbe pro reformatione morum, ut docet Cardinalis Sfortia Pallavicinus in sua Historia Concilii, sed coniecturæ loco hæc habenda esse affirmat. *Pag. 12.*

Hanc autem ferulam à Summis Pontificibus adhibitam signum fuisse regiminis, & correctionis docent nos verba ordinis supracitati Cencii Camerarij. *Accipe ferulam, quæ est signum regiminis, & correctionis.* Signum fuisse temporalis potestatis, ac jurisdictionis opinatus est Illustrissimus Ciampinus, quoniam cum

Differt. citata pag. 16. recto baculo ad ferulæ similitudinem temporales Principes appinguntur, ut appareret in imagine Caroli Magni relata à P. Margherino inter antiquas inscriptiones Basilicæ Sancti Pauli, & in alia Caroli Calvi à Stephano Baluzio relata in notis ad Capitularia Regis Francorum; atque eruditis notum sit, olim Magistratibus non fasces, sed bacillos Prælatos fuisse, ut notat Julius Cæsar Bulengerus. Cum itaque Regiæ potestatis symbolum fuerit baculus, atque hęc potestas insit etiam Romanis Pontificibus, illam significatam in ferula quis ambigat. Hanc ferulam, quam Baronius dixit in electione Paschalis II. *Sceptrum Pontificium* appellatum inveni in actis ejusdem Paschalis à Ciacconio descriptis his verbis. *Pontificale officium suscepit lanea veste exutus, purpuream clamidem induit, tiaraque capiti ejus imposita, ex titulo Sancti Clementis, Clero, & Populo Romano comitantibus equo albo ad Basilicæ Constantinianæ, porticum perducitur, ubi sceptrum Pontificium manibus gerens ea loca, quæ solis Pontificibus adjudicata sunt invisit*; Sceptrum autem potestatis insigne semper fuisse notissimum est, undè Servius *Sceptrum* (ait) *imaginem simulacri Jovis reddere. Sceptrum enim ipsius est imperium*, de quo plura Bulengerus.

Pag. 33. Pag. 276. De Imp. Rom. 7. cap. 15. Tom. I. col. 899. De Imp. Rom. libr. 2. cap. 15.

Nunc verò Summo Pontifici Crucem esse pro baculo, & virga pastorali affirmat Illustrissimus Sausajus. *Sublimi* (inquit) *Cruce utitur Summus Pontifex, quam instar Pedi esse Episcopalis si quis censuerit, non à veritate ipsum deflectere idcirco existimavero, quòd etiamnum apud Ruthenos, & Moscovitas Episcopi pro virga Crucem perferunt, seù cruciatis utuntur baculis, sicut testis oculatus prodidit Sigismundus liber Baro in suis commentariis rerum Moscoviticarum*.

Pro coronide brevissimæ hujus circa Pedum elucubrationis quæri posset, undènam ejusmodi baculi gestandi mos invaluerit: respondet Jacobus Pamelius, vir inperquirendis veterum monumentis diligentissimus in libro *De antiquo Missæ ritu* aliàs *Animæ Gemma* inscripto, de baculo pastorali hęc ille habet, *Baculus ex authoritate legis, & Evangelii assumitur, qui & virga Pastoralis, & Caputia, & Ferula, & Pedum dicitur. Moses quippè dum oves pascit virgam manu gestavit. Hanc ex præcepto Domini in Ægyptum pergens secum portavit, hostes signis per eam factis terruit, qui velut lupi oves Domini strangulabant &c. & cap. sequenti. In Evangelio quoque Dominus præcepit Apostolis, ut in prædicatione nihil nisi virgam tollerent &c.* His documentis inhęrens Sanctus Pontifex Clemens hujus nominis primus, & in Pontificum serie quartus, Historicorum aliquorum testimonio, quos citat Oldoinus in ejusdem vita, lege sancivit; *Sacrum Vestium usum in Missæ Sacrificio, & Episcopos Pedo, sacro amictu, Sandaliis, & chirothecis ornavit*.

Col. 91.

Quid verò significet inter alios Auctores explicat Innocentius Tertius. *Baculus* (inquit) *correctionem significat pastoralem, propter quod à consecratore dicitur consecrato: Accipe baculum pastoralitatis. Quod autem est acutus in summo designat, quod per eum Pontifex debet pungere pigros, regere debiles, colligere vagos.* Glossa propter historiam in cap. de Sacr. unt. §. ult. lib. 1. Decret. tit. 16. quatuor his versibus expressis docet luculentiores baculo Episcopalis significatus,

Libr. I. Missæ cap. 62.

In baculi forma Præsul datur hæc tibi norma
Attrahe per primum, medio rege, punge per imum
Attrahe peccantes, rege justos, punge vagantes
Attrahe sustenta, stimula, vaga, morbida, lenta.



POR-

XIV
PORTVS CENTVMCELLAE.
XV
CIVITA VECCHIA

DUo se offerunt numismata, in quibus Centumcellarum Portus, & Arx illi proxima indicantur. Sub Julio cusa illa fuerunt, scilicet anno 1508. ut ejusdem Arcis fundationem ab ipsomet Julio solemni ritu factam Posteris patefacerent. Fuerat jam pridem ab Amico Agnifilo ad Cardinalitiam dignitatem à Paulo Secundo evecto anno 1476. constructa Arx munitissima, ut affirmat Ciacconius ad Centumcellarum oram, sed cum Saraceni oras infestarent Italicas, ac propè etiam in littore Romano duas Triremes, duasque Naves majores intercepissent, Julius ad prohibendum Infidelium pyratas portu Centumcellę reparato, qui à Trajano Imperatore suam originem agnoscebat. Arcem denuò in munitiorem formam extruxit, ejusque primo lapide sacrato, illum non quidem ad Arcem misit (ut affirmavit Reu. P. Molinetus,) sed in ejus Arcis fundamenta ipsemet jecit teste oculato Paride de Grassis. Hic enim in suis Diariis narrat, Pontificem illuc profectum talem lapidem posuisse simul cum multis numismatibus his verbis. Secunda Dominica Adventus &c. Nummis materia, (illa fuerunt num. circa centum quinquaginta) ex auricalco, quod Brongium appellatur, & totidem ex ęre albo, nescio, cujus mixturę, in magnitudine sicut Julii duplices, sed grossiores; ab uno latere erat facies Pontificis, in cujus circulo erat versus, idest IVLIVS SECVNDVS PONTIFEX MAXIMVS ARCIS FVNDATOR, ab alio latere erat forma Arcis faciendæ cum inscriptione hac; CIVITAS VECCHIA, quod mihi mirum videbatur, cum *Vecchia* non sit vocabulum latinum, tamen sic fuit in aliquibus; lapis autem erat inscriptus sic. *In Paulo II. col. 4.* *Pag. 33.*

IVLIVS II. PONTIFEX MAXIMVS ARCEM CENTVMCELLENSEM PORTVS, ET VRBIS COMMODITATI CONDIDIT ANNO M D VIII, „ & istę lapis fuit longus quasi palmis tribus, & latus duobus, & grossus quasi quinque, à cujus tergo nulla erat sculptura. Post preces &c. parato cęmento, & operariis adjuvantibus Pontifex cum mitra, accepto cochleari muratorio, posuit cementum in formam Crucis, & in transversali signo, posuit lapidem ipsum primarium, & in capite Crucis calcinarię posuit Crucem lapideam, & in fine Crucis Calcinarię posuit vasculum cum numismatibus. Quibus factis Pontifex exiit ex fundamentis, & stans in propatulo dedit benedictionem solemnem Sabbato ante Dominicam tertiam. Serò Papa ex Civitate Veteri pro more reversus est in Urbem, ubi fuit cum temperie temporis optimi.

Similes duos nummos à se visos affirmat Victorellus Centumcellarum Portum, & Julii vultum exprimentia, in quibus parum discrepabant tituli alterius enim erat PORTVS CENTVMCELLAE alterius tantùm CENTVMCELLAE.

Cęterum Arx quadrata figura quatuorque munimentis rotundis singulis angulis distributis absolvitur, frontem ostentat, qua respicit Portum cum alia editiore Turri, supra quam majora tormenta Bellica extant ad hostiles naves à portu arcendas aptissima, sed de hac Arce alibi fusior recurret sermo. Eam delineavit Michael Angelus Bonarota.

VIA

XVI

.VIA. IVL. III. ADIT.

L O N. M.

A L T. L X X.

P.

VATICANVS M.

Col.250. NUmiſma hoc, quod eſt admodum rarum, Pater Oldovinus affirmat à ſe viſum apud Equitem Carolum Antonium à Puteo, illudque viam Juliam exponere, & pag.250. ait „ In Via, quę ad Molem Adriani ducit è Re- „ gione antiquę officinę monetariæ propè Pontem Sancti Angeli, in cujuſdam „ privata domo eſſe quamdam Julii memoriam, nempè :

IVLIVS SECVNDVS OPT. MAX. QVOD FINIBVS DITIONIS S. R. E. PROLATIS. ITALIAQVE LIBERATA VRBEM ROMAM OCCVPATÆ SIMILIOREM, QVAM DIVISE PATEFACTIS, DIMENSISQVE VIIS PRO MAIESTATE IMPERII ORNAVIT.

Dominicus Maximus. *Hieronymus Picus.* } Ædiles F. C. MDXII.

De Rom. vet. Sita eſt talis via inter Pontes Sixtum, & Ælium, quam putavit Nardinus cum Donato eamdem eſſe viam, quę olim rectam appellabant.

In eodem numiſmate aliam viam ſignificari quidam maluerunt, quam Julius itidem Secundus lateribus ſtravit, eſtque illa quę à Mole Adriani ad Sanctum Petrum aperuit Alexander VI. ob id Alexandrinam dictam, uti ex antiquo MS. in Biblioth. Vaticana, ut diximus in Alexandro VI.

Gio. I. pag. 24. Aut viam illam, quæ hodiè dicitur vulgari nomine *la Lungara*; hanc enim (referente Floravante Martinello in ſua Roma) Julius rectam reddidit à porta, quæ dicitur Sancti Spiritus uſque ad aliam Septinianam vocatam.

Verùm eos deceptos eſſe manifeſtè docet ipſum numiſma, in quo duo Vaticani campi colles exprimuntur ſimul conjuncti à quodam ambulacro, quod Julius II. extruxit. *Eodem tempore* (ſcripſit Donatus noſter,) *quo Julius Secundus novum Sancti Petri Templum, veteris parte disiecta, ad Bramantis exemplar ædificare agreſſus eſt,* Libr.4.c.9. *Palatium Pontificium auxit longiſsimis, ornatiſsimiſque Porticibus, & ambulacris, junxitque duos Vaticani colles continuato per Valliculam interiacentem ædificio.*

Tale ædificium teſtatur inſcriptio in pariete grandioribus caractheribus expreſſa.

Old. col. 250. IVLIVS II. PONT. MAX. LIGVRVM SEXTVS, PATRIA SAONENSIS SIXTI QVARTI NEPOS, VIAM HANC STRVXIT PONTIFICVM COMMODITATI.

Illam deſcribit Georgius Vaſarus italico ſermone his verbis: „ creato Giulio Par.3.p.35. „ Secondo l' anno 1503. volle acconciare quello ſpatio, che era frà il Bel- „ vedere, (intellige Viridarium Pontificium in Vaticano Colle) e 'l Palaz- „ zo, che haveva forma di teatro quadro, abbracciando una Valletta, che „ era in mezzo al Palazzo papale vecchio, e la muraglia nova fatta da Innocen- „ tio VIII., e che da due Corridori, che poneſſero in mezzo queſta valletta, ſi „ poteſſe andare, e venire per loggie à Belvedere; onde Bramante nel più baſſo

della

„ della Valle con due ordini di Altezze sparti una loggia dorica ornata di pilastri,
„ tutta di travertini, sopra questa pose un secondo ordine jonico sodo di finestre,
„ tanto che venne al piano delle prime stanze del Palazzo papale, e di Belvedere
„ per farvi poi una loggia più di 400. passi lunga dalla banda di Roma, e parimenti
„ vn'altra verso il Bosco, che ambedue pongono in mezzo la valle; fini Bramante
„ con questo disegno il primo Corridore dalla banda di Roma, eccetto
„ l'ultima loggia di sopra, e solamente fondò quella verso il Bosco; non fù finita
„ per la morte di Giulio II., e poi di Bramante: fecevi ancora la testata, che è
„ in Belvedere all'antiquario delle statue antiche coll'ordine delle nicchie, e a
„ suo tempo vi si mise il Lacoonte, statua rarissima, e l'Apollo, e la Venere, &
„ il resto delle statue furono poste da Leone Decimo, cioè il Tevere, il Nilo, e
„ Cleopatra; altre da Clemente VII., Paolo III., e Giulio III. Una parte di
„ questo Corridore lunga 80. braccia rovinò per essere mal fondata in fretta nel
„ tempo di Clemente VII., e fù rifatta da Paolo Terzo.

Hæc Vasari enarratio viam aperuit ad explicationem inscriptionis in quà diù hæseram antequam verum sensum assequi possem, quem talem puto. VIA IVL. III. ADIT. hoc est *Via Iulii trium adituum*. Aditus enim dicitur via, seu ingressus per quem ad aliquem locum procedimus, ut apud Virgil. *9. Aeneid.*

Aditumque per avia quærit.

LONG. M. ALT. LXX. P. *Longa est eadem Via mille, Alta septuaginta pedum*. Hęc enim mensura mille pedum continetur in mensura quadringentorum passuum, ad quos Bramantem eam viam perduxisse Vasarus affirmavit, & cum Vasaro Torrigius in cryptis Vaticanis, qui etiam refert eandem viam ab Urbano VIII. an.1633. restauratam fuisse, ruinæ periculo imminente. *Pag. 147.*

Adjecta sunt verba, VATICANVS MONS, quibus de significatione veta numismatis omnis adimitur dubitatio. A vetustate verò, & Etymologia ipsius nominis Vaticani satis elucet quantum situs ille celebris, ac illustris fuerit. Porrò Vaticanus nuncupatur Mons iste à Vaticiniis, quæ ibi præteritis Seculis Populi excipiebant à Vatibus, eum tunc incolentibus teste Festo, asserente, Romanos in præfato situ à Vatibus audire Vaticinia consuevisse, nec non consilia ad Tuscorum expulsionem his verbis. „ Vaticanus collis appellatus est, quòd eo potitus sit *Fol.203.*
„ Populus Romanus Vatum responso, expulsis Hetruscis; seu, ut narrat Gellius *Fol.908.*
„ appellatum à Vaticiniis, quæ vi atque instinctu ejus Dei in eo agro fieri solita
„ essent, sed præter hanc causam M. Varro, aliam esse tradit istius nominis ra-
„ tionem, nam sicut Pius, inquit, Deus appellatus araque ei statuta est, quæ *In libris Divin.*
„ est infima nova Via, quòd in eo loco divinitus vox edita est. Ita Vaticanus
„ Deo nominatus, pener quem essent vocis humanæ initia. Quoniam Pueri, si-
„ mul atque parti sunt, eam primùm vocem edunt, quæ prima in Vaticano syl-
„ laba est, idcircò vagire dicitur, exprimente verbo sonum vocis recentis. Sic author prefatus, sic Livius lib.5. hic lib.11. de Divin., & S. Augustinus de Civit. Dei lib.4. cap.11.

XVII

HIc nummus affinitatem habet cum alio sub num. VI. à nobis explicato. Ædem enim similem exponit in modum arcis extructam: ante ejus Januam Latomus adest in obsequium Themidis ensem attollentis, lapidem incidens. Julius enim, ut diximus fundamenta jecit Palatii, quod Magistratibus Jura dicentibus inserviret.

Attamen à veritate aberrare haud me putaverim si dixero, arcem in utroque numismate significare posse, quam idem Pontifex excitavit Bononiæ, ut Juri redderet Pontificio (à quo defecerunt) Bononienses, à Bentivolis corruptos; Ad eum

eum finem Pontifex profecturus Bononiam, Bramantem nobilem Architectum secum in itinere habere voluit, (teste Vasaro) & antequam Bononia discederet ann. 1507. die 20. Februarii Arcem erecturus primum lapidem, & numismata jecit, (ut refert Paris de Grassis, & Victorellus) promulgavitque decretum de 40. Consiliariorum ditionis Bononiensis erectione, Cardinale Hadriano Notarii munere fungente.

In vita Bramantis.

Pag. 243.

XVIII

POST . TENEBRAS . LVCEM.

SVpereminentem inter tenebras Turrim videmus in hoc numismate, & coruscantem supra nubes Lunam; in girum sunt expressa verba ex cap. 17. Jobi vers. 12. accepta POST TENEBRAS SPERO LVCEM, quibus significare voluit Julius se in adversis meliora sperasse, & post miseram hanc, ac caducam, æternam, ac felicem vitam.

Pag. 14. Joannes Jacobus Luckius in Silloge numismatum elegantiorum affert hoc numisma, quod appellat *Votivum*; Aitque cusum icto fœdere Cameracensi cujus Auctor Pontifex fuerat anno 1508.. Tenebras Julio multas offuderunt Perusia, Cæsena, Forumlivii, Venetorum cum primis in dies crescens potentia: At novus ei fulgor exortus est, pacto fœdere cum Imperatore, & Galliarum Rege. Intelligens enim eos Venetis parum faventes, statuit utendum hac occasione, & de utriusque animo sibi copulando laborandum esse, ut ubi minus posset, illorum viribus adjutus Ariminum, Imolam, Cerviam, Faventiam, nonnullasque alias Civitates à Venetis recuperaret. Igitur adnitente Pontifice, & Legatus à Julio mittitur Antoniolus Cardinalis Pallavicinus, prudentiæ laude clarissimus; & eo res deducta est, ut Imperatoris nomine Margharita ejus Filia Belgarum Gubernatrix, & Matthæus Langus à Rege Galliæ Cardinalis Rothomagensis, quem sequebatur Jacobus Albionus Aragonum Regii Legatus Cameraci convenirent. Paucis diebus perfecta inter illos res est, & in certam formulam conceptum fœdus fuit, quam apud Gerardum de Roo videre licet, quo Bellum Venetos tanto silentio decernitur, ut Venetiis vix crederetur, quùm suspicio manare cœpisset.

Ciaccon. col. 224.

XIX

LVMINARIA . VERAE . FIDEI.

IMagines Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli, qui sunt LVMINARIA VERAE FIDEI, repræsentat numisma manibus invicem junctis ad osculum inclinatas, ut utriusque læti animi Unio mentisque consensio significaretur. Manus tactas in gaudio, & præcipuè dexteram lego in Plauto Menech.

Teneo dexteram Genium meum
Qui me aluit, & quasi genuit.

Hinc etiam Patroni dicti Genii Plaut. capt:

Cedo manum: manum? Gaude, quid ego gaudeam.

Dexte-

Dexteræ etiam contactus semper pacis, & amicitiæ symbolum; Virg. Æneid.8.

Pars mihi pacis erit dexteram tetigisse tyranni.

Solemne autem olim fuisse, ut osculatio adorantis signum esset, refert Joseph Laurentius in sua Polimathia, & ex antiquissimis fidelium litteris, hoc est Mose, libris Regum, & ceteris, usitatum fuisse morem Salutationis per osculum, est certissimum. Manavit etiam ad priscos Ecclesiæ nostræ Auctores, quod ex epistolis Sancti Pauli apertum est, & Sancti Ignatii Viri Apostolici, cum tamen hoc Sanctum dicatur osculum, quod in prima Ecclesia apud Christianos ferè adjunctam habebat Salutationem his verbis *Pax tecum*, quæ etiamnum in Missæ sacrificio retinetur, quæ sanè certum, ac purum continet affectum Charitatis, de quo Justinus Martyr oratione ad Antoninum Imperatorem. Origines in cap. 16. Epistol. ad Roman. Tertullianus &c. Certè ut reverentiæ, ita Pacis, Amoris, & Charitatis erat symbolum, & pignus osculum, quæ semper inter DD. Apostolos Petrum, & Paulum adeò intercessit ut uno quemadmodum humero labores in Fide Christi propaganda sustulerint, mortemque etiam simul subjuerint. Quapropter canit Ecclesia *Gloriosi Principes Terræ quomodo in Vita sua dilexerunt se, ita, & in morte non sunt separati.* Imò dicam neque post mortem; non tantùm quia in cælesti Patria simul æternis gaudiis perfruuntur, sed quia pluries simul associatos visos esse plurima monumenta testantur. Præter cætera haud negligenda est relatio, quam Pompejus Ugonius italicè recitat, acceptam ex quadam Epistola, cujus auctorem ait, falsò dici D. Dionysium Areopagitam. Verba Ugonii sunt. *Attendi il miracolo, mira il prodigio ò fratello mio Timoteo, perciohe fui presente al tempo della separatione loro* (intellige DD. Petri, & Pauli) *e doppo la morte loro li viddi insieme, che si tenevano stretti per mano, e così accompagnati rientravano le porte della Città vestiti di abito di splendore, e di Corona, di chiarezza, e luce ornati.*

Libr.1. dissert27.

Stat.11. pag.86.

Eam tamen epistolam de obitu Pauli ad Timotheum scriptam à Sancto Dionysio Areopagita refert P. Antonius Possevinus in apparatu sacro, ubi referens scripta S. Dionysii ait. His addit Joannes Tritemius *de obitu Pauli Epistolam unam, cujus exemplar è Paulo de Voragine Archiepiscopo Genuensi in vita Pauli recitatur.* Idem Tritemius in libro de Ecclesiasticis Scriptoribus referens opera D. Dionysii ultimo loco meminit hujus Epistolæ de obitu Pauli ad Timotheum, & dixit ejus initium esse. *Saluto te.* Epistolam autem non ponit.

Pag.403.

P. Thomas Massutius Societatis Jesu in Vita Sancti Pauli, ommissis jis, quæ sunt apocripha, & quę leguntur in epistola, falsò adscripta Dionysio Areopagitę refert ex actis Lini de Martyrio S. Pauli, Ministris ad Urbem revertentibus, obviam eis in porta Ostiensi Plautillam processisse, eosque sollicitè de Paulo interrogasse, quibus respondentibus, relictum cadaver illius in Valle Pugillum detruncatum capite velato eo linteamine, quod ei Plautilla commodaverat, ipsam verò tunc respondisse: Nequaquam ita est: Sed ecce nunc intraverunt Petrus, & Paulus Civitatem induti veste pręclara, Coronas fulgentes in capitibus suis habentes, & velum meum Paulus mihi juxta promissa restituit, quod eis ostendit: hæc omnia Linus. Hic admonendus est Lector ejusmodi librum Lino attributum inter apocryphos tutius recenseri cum Baronio, & aliis à nostro Labbeo citatis.

Lib.3.c.12.

In Bibliotheca Gesneri indicatam inveni eam de S. Pauli obitu epistolam, ubi legitur, Dionysii Areopagitæ opera, quæ extant, latinè excusa Parisiis anno Domini 1498. cum Scholiis Jacobi Fabri Stapulensis; sunt autem hæc: *Hierarchia Cælestis, & Ecclesiastica &c. de obitu Pauli ad Timotheum &c.* In illa autem epistola non dissimilia verba legi à verbis Lini; dicitur enim; „ Et reverso milite Carnifici dixit Lemobia, ubi dimisisti Magistrum meum „ Paulum? Respondit Miles: Cum Socio jacet ibi extra Urbem in Valle Pugil-

In suplem. ad Bellar. de script. Eccles.

„ lum, & velo ſuo velata eſt facies ejus. Ipſa autem reſpondens ait: Ecce in-
„ traverunt nunc Petrvs, & Paulus induti veſte præclara, & Coronas ful-
„ gentes luce radiantes habebant in Capitibus ſuis, & protulit velum ſanguine
„ cruentatum, & monſtravit eis. Propter quod opus multi crediderunt Do-
„ mino, & Chriſtiani facti ſunt. Ex quibus narrationibus tùm Sancti Lini, tum D. Areopagitæ, etſi non conſtat Apoſtolos manibus ſimul junctis Romam ingreſſos, ut ſcripſit Ugonius; Conſtat tamen eos etiam poſt mortem ſeparatos non fuiſſe, ut canit Eccleſia.

Luminaria demum veræ Fidei meritò appellantur in numiſmatis inſcriptione. *Matth. 5. 14.* Si enim Apoſtolos omnes Lucem Mundi eſſe Chriſtus affirmavit. Eam certè diffuſam teſtantur omnes ab eorum Principe Petro, ac Gentium Doctore Paulo, *Geneſ. 1.* qui ut duo Luminaria magna ignorantiæ tenebras veræ Fidei documentis ex Orbe Ethnico omninò fugarunt.



LEO-

I



II



III



IV



V



VI



VII



VIII




IX



X



XI



XII



XIII



XIV



XV





XVI




XVII









LEONIS X. NUMISMATA.



I


.LEO.X. PONTIFEX.MAX.



Eonis X. Pontificis Imago exibetur, qui ante Pontificatum Joannes vocabatur è Medicea stirpe natus. Hic narrante Ciacconio peractis Julii II. novemdialibus Exequiis comitiali jam tempore Florentiâ in Urbem venit, ac lætis adeò populi vocibus exceptus fuit, ut licet omnium ultimus Conclave fuerit ingressus, Pontifex futurus à pluribus expectaretur. Ergo Cardinales in Joannem conspirant, atque eum triginta septem annos natum, quæ propè consularis est ætas, Pontificem salutant die 11. Martii anno 1513. ejusque jussu nomine Leonis X. Alphonsus Petruccius Cardinalis Senensis promulgavit. Placuit enim novo Pontificis hoc appellari nomine, ut insitam animo magnitudinem, clementiamque appellatione ipsa, & factis exprimeret. Oldoinus verò ait id nomen assumpsisse, utpotè qui propter innatum excelso, regioque animo clementiæ virtutem, non expresso quidem titulo, sed erudita allusione magnanimi cognomentum affectaret duorum Superiorum secutus exemplum, quibus Alexandri, & Julii augustissima nomina placuissent. Non defuere, qui dicerent Claricem Ursinam Matrem, pleno jam vtero, Leonem ingentis magnitudinis, & miræ lenitatis in reparatæ Templo Florentiæ omnium maximo se parere sine gemitu somniasse. *Col. 309.*

Ejus præclaras dotes multi recenserunt, inter quos Politianus epistola ad Innocentium VIII., qua gratias agit, quòd adolescentem Reipublicæ Florentinæ supremi Senatus Collegio adscripserit. Ejus docti hominis verba sunt.

„ Quid ipso tandem Joanne Cardinali nostro perfectius, aut quid numeris
„ omnibus absolutius? non tuo judicio blandior Pontifex, nota cunctis, & testa- *ApudVictorellum add. ad Ciaccon. Col. 314.*
„ ta loquor, ita natus, & factus; ita denique eruditus, atque institutus hic
„ est, ut nemini secundus ingenio, nec æquali industria, nec præceptoribus li-
„ teratum, neque gravitate lenibus concesserit. Nativa in eo probitas, & ge-
„ nuina diligentia quoque parentis itá impensè culta est, ut in illius ore non
„ modò, non verbum dictu fœdius, sed ne leuius quidem unquam, aut etiam li-
„ centiùs excederet, non actio, non gestus, non incessus in illo notatus, non
„ postremò quod in deteriorem partem concupisceretur, cultum pietatis, & reli-
„ gionis penè etiam cum lactè nutricis exuxit. Erat judicii in rebus cognoscen-
„ dis peracuti, in audiendo patiens, aditu facilis, in dicendo elegans, pruden-
„ tia sententiis, altæ indolis, munificentiæ, & liberalitatis incredibilis. Ut ad- *Col. 313.*
„ dit Ciacconius.



II

GLORIA ET HONORE CORONASTI EVM.

TAlia verba exculpta in aversa parte numismatis coronam efficiunt gentilitiis Mediceorum insignibus, in quorum Campo aureo quinque pilæ purpurei coloris, aliaque cyanea insunt, cui tria aurea lilia copulantur. Hos additos fuisse ob amorem, quo Reges Galliæ inclytos ejus Familiæ Heroes sunt prosequuti, passim affirmant Historici. Borghinus de Florentinis insignibus „ hæc patrio sermone scripsit. Notissima è ancora nella nobilissima Casa de Me-
Pag. 3. „ dici la palla con trè Gigli non per cagione di Ambasciaria, ò Cavalleria, ma „ in segno di singolare affettione della Corona di Francia donata. Casimirus Frescot in opusculo impresso Venetiis cum titulo *de' Fregi della Nobiltà Veneta*, ait;
Pag. 63. „ Porta d'oro con cinque palle vermiglie, e una festa superiore azzurra carica „ di tre Gigli d'oro per l'aleanza di Catarina de Medici con Enrico II. di cui fu „ Sposa, ò come scrivono altri per concessione di Luigi XI. à Pietro de Medici „ gran Confaloniere di Fiorenza l'anno 1509. Franciscus Guicciardinus in Historia Italiæ refert Oratores Galliarum Regis Florentiam profectos Petro Magno Etruriæ Duce beneficia commemorasse ejus Decessoribus à Ludovico XI. collata,
Lib. 1. pag. 16. & præcipuè (dicit Guicciardinus) *Haver bonorato in testimonio di benevolenza l'Insegne loro, con l'Insegne proprie della Casa di Francia.*

Hæc Mediceorum decora in stemmate indicata aliis cumulavit in Leone Pontifice Rex Regum, & Dominus Dominantium Deus, cum *gloria, & honore coronavit* Pontificiam tiaram concedens, quam illi imposuit Alexander Farnesius, qui locum Archidiaconi absentis tenebat, die non quidem 30. ab electione, ut ex Jovio lib. 3. Vitæ Leonis Jacobus Nardus coronatum testatus est, sed die 19. nona Martii S. Josepho dicata, ut ait Panvinius in Chron. & ante Panvinium scripsit Paris de Grassis in Diariis, quæ Victorellus affirmat se vidisse in Vaticano, manu
Col. 314. ejus scriptis, erat autem Paris eo tempore Cæremoniarum Pontificiarum Magister. Neque eam tiaram suscepit in Lateranensi Basilica, ut Jovius, & Guicciardinus dixerunt, sed ante fores Basilicæ Vaticanæ, quod etiam fatetur idem Paris, qui aderat.

Eam pompam peractam fuisse scripsit Panvinius anniversario Cladis Ravennatis Die, magnificentissimo apparatu, tota Urbe aulæis, & festivis frondibus, arcubusque ornata, dum Basilicam Lateranensem veteri Pontificum instituto Leo visitavit. Illam, qua post Gothorum tempora nullam fuisse insigniorem affirmat
Col. 311. Ciacconius, centum millibus aureorum Leoni constitisse narrabant Quæstores, qui pecuniam auream, & argenteam per vias spargebant.

Ferdinandum Ponzettum munere spargendi pecunias functum, se legisse in
Col. 312. „ MS. illius temporis Codice refert Victorellus. Voluit autem Pontifex eo- „ dem die coronari, atque eodem equo vehi, quo ab hostibus Gallis in
Ciac. 311. „ Ravennæ prælio captus fuerat, ut veterem acerbitatem cumulo præsentis læ- „ titiæ compensaret. Equum illum tracicum fuisse scripsit Jovius in libr. 5. Vit. Leonis.

Ex ejus assumptione universa Respublica Christiana maximam percepit voluptatem, quòd tum è Patris clara virtutis memoria, tum ex ipsius liberalitatis, comitatisque fama, tum etiam, quia optimis moribus præditus habebatur, tum item quod paterno exemplo eruditionum, omniumque illustrium ingeniorum amans futurus sperabatur. Illum præstantissimum Pontificem fore persuasum erat. Qua spe felicissimè concepta ab eruditis id carmen in Arcu trimphali ad Hadriani Pontem est inscriptum, quo superiorum temporum mores cum Leonis laude lepidissimè notabantur.

Olim habuit Cypris sua tempora, tempora Mavors
Olim habuit sua, nunc tempora Pallas habet.

In eo quoque arcu, qui erat ad bivium Viæ triumphalis præclarissimo totius populi studio hoc carmen cubitalibus litteris fuit inscriptum.

Vota

Vota Deum Leo ut absolvas hominumque secundes;
Vive pie ut solitus, vive diù ut meritus.

Eodem festivo die Vexillum S.R.E. prętulit Alphonsus Ferrariæ Princeps, Vexillum autem ordinis Equitum Rhodiorum Julius Medices portavit; ita Jovius, & Guicciardinus. Quam pompam indicat Lemma Numismatis supradictum verbis à Psalmo octavo acceptis GLORIA, ET HONORE CORONASTI EVM. *Psal.8.6.*

III

FIAT . PAX . IN . VIRTVTE . TVA.
MEMORIA OPTIMI PONTIFICIS.

NUmisma votivum populi Romani, in quo perenne monumentum vulgavit optimi Pontificis Leonis X. cum initio Pontificatum ejus studia in pace concilianda adhiberi cognovit. Illum de pacis cura sollicitum refert Ciacconius *ad omnes Christianæ Reipublicæ Principes Legatos misisse, quibus eos hortabatur, ut odia, & arma deponerent, nec spem conceptam frustratam fuisse, nam Germaniæ, Galliæque Reges Ludovicum, & Henricum sævis armis depræliantes post missos Legatos desponsataque Henrici Sorore Ludovico pacavit.* *Col. 314.*

Anno etiam 1518. die 3. Martii fecit Consistorium, in quo fuerunt publicati quatuor Cardinales Legati mittendi ad Reges Christianos pro componenda pace, & unione eorum contra Turcas, videlicet Card. Bibiena pro Gallia, Card. de Farnesio pro Germania, Card. Campegius pro Anglia, & Card. Ægidius pro
„ Hispania, fuerunt etiam factæ per triduum Processiones ad impetrandam Pa-
„ cem, & unionem, in ultima quarum Pontifex à S. Petro ad Minervam pedestris
„ ivit, & quidem nudatis pedibus, ut refert Card. Ægidius (sed ne id faceret à
„ Cardinalibus obsecratum Paris de Crassis narrat) & sine sottulariis, & crepidis
„ iter confecisse, idemque factum à Cardinalibus, paucis senibus exceptis. Pri-
„ ma fuit 12. Martii ab Ecclesia S. Mariæ de Ara Cæli usque ad B. Virginem, in *Victorellus col.316.*
„ Rotunda, & fuerunt latæ multæ reliquiæ, inter quas Caput S. Joannis Baptistę,
„ & Caput S. Andreæ. Secunda 13 Martii à S. Laurentio in Damaso usque ad
„ Beatam Virginem dę Populo cum Capite Sancti Joannis Baptistæ. Tertia 14.
„ Martii.

Tres Puellas in numismate expresserunt, Veterum edocti documentis. Earum media Justitiam indicat nudo pectore stantem, ut scilicet nullius minas se timere demonstret, imò ad pœnas infligendas paratam, cum recti Judicii, in æqua bilance indicati, ratio postulet, quas Jugo ensèque districto significat. Alia quæ ad sinistram adstat Puella cum Cornucopiæ Abundantiam indicat bonorum, quæ populis Pax producit. De tertia Puella expressa scuto facem admovente fusiùs dicendum est in sequenti nummo.

IV

SCVTA COMBVRET IGNI.

VErba sunt ex Psalmo 45. accepta, ubi Regius vates enarrans opera Domini, ait ARCVM CONTERET, ET CONFRINGET ARMA, ET SCVTA COMBVRET IGNI. Hæc virtus tribuitur Leoni Pontifici sub typo mulieris in numismate expressæ, accensa face scuta comburentis, & ramum olivæ sinistra ferentis, pro ut in antiquis nummis passim Pax insculpta videtur; & prȩsertim in ęneo numismate Domitiani, & Vespasiani, quę exposuit Guilielmus Coul in libro de religione Antiquorum, ubi Pax ramum olivę habens face accensa arma comburit. *Reg. 45.10* *Pag. 22.*

Combussit etiam arma Pontifex Leo, non solum cum capitales urbis inimici-

tias

tias extinxit, ad pacem restituens Ursinorum præcipuè, ac Columnensium Familias, de qua, teste Cardinali Ægidio nummus reperitur, in quo utri usque Familiæ insignia juncta extant. Verùm ob prorogatum Lateranense Concilium, quod tale dictum fuit, eo quòd in Basilica Lateranensi celebratæ fuerint ejus Sessiones, in quarum prima refert Paris de Grassis qui interfuit: *Erant 26. Cardinales, 80. Prælati, & Basilica erat plena tanta multitudine, ut multi extimarint, ultra hominum 50. millia fuisse, quod Julius II. anno 1512. inchoavit ad extirpationem schismatis, quod Pisano conciabulo propagatum fuit ad Ecclesiæ, & Romanæ Curiæ reformationem, Christianorum Principum bello inter se mutuo digladiantium Concordiam, Pragmaticæ sanctionis abrogationem, & expeditionem contra Turcas suscipiendam.* Celebravit inter alias Sessiones Sessionem sextam die 27. Aprilis anno 1513; in qua electi sunt, qui ad componendam Pacem inter Principes, & extirpandum Schisma maximè idonei judicati sunt. Pontificiis votis annuit Deus, nam Feria 6. 17. Junii ejusdem anni in Sessione 7. præsidente ipso Leone. Lectæ sunt litteræ subscriptæ per Bernardinum Caravajali, & Federicum da S. Severino olim Cardinales super materia abjurationis Schismatis, & unionis Ecclesiæ, & confessionis errorum ipsorum, & veniæ petitionis propter suscitatum ab illis Schisma, qui post paucos dies in Palatio Apostolico pristinæ dignitati sunt restituti, in Consistorio secreto post solemnem abjurationem Schismatis, venientes, ad Palatium tamquam privati Clerici, & ante pedes Pontificis abjurato Schismate alta, & intelligibili voce. Conciliavit etiam Romanæ Ecclesiæ Viros, ab ea dissentientes, cum in eodem Concilio eadem Sessione 6. cum ageretur de citando Ludovico Gallorum Rege super pragmaticá sanctione tollenda, cujus vigore electio Episcoporum, Archiepiscoporum, & Abbatum non spectabat nec ad Regem, nec ad Pontificem, sed ad Capitula; Papa nihil respondit; qua victus clementia Rex. 19. Decembris per Oratores Claudium Episcopum Massiliensem, & Ludovicum de Soleriis obedientiam Leoni professus, Pisano damnato conciliabulo, Præsules ad Lateranense Concilium missurum se promisit rogans; ut de Pragmatica sanctione abolenda actionem differret, donec Ecclesiæ Gallicanæ Procuratores quam primùm in Vrbe mittendi audirentur, quæ pragmatica postea in Sessione decima fuit abrogata; Anno deinde 1515. mortuo Ludovico, pacem iniit cum Francisco Primo, qui Bononiæ Pontificem allocutus est, ubi inter obsequia Pontificis à Rege soluta (narrante Paride qui fuerat præsens his verbis) non solùm deosculatus est pedem, sed & laciniam vestis Pontificis ad Thronum pergentis sustinuit humiliter, Papa cōtradicente, dicens, *Se libenter servire Christi Vicario etiam in minoribus.* Idem Paris narrat, Regem in Consistorio osculatum esse pedem Pontificis, ac verba gallico idiomate protulisse, quibus demonstrabat se lætissimum, eo quod viderat Pontificem Vicarium D. N. JESU Christi, cujus se filium, & servum præferebat, deinde Pontificem, antequam discederet, misisse ad eum Crucem auream cum gemmis, & lapidibus pretiosis ornatam, valoris, ut communiter extimata fuit, quindecim millium ducatorum Auri, & Regem, ut intellexit, ante eam genibus flexis osculatum fuisse eam, quia ibi erat pars ligni veræ, & Sanctissimæ Crucis D.N. Jesu Christi in quantitate, sicut est Avellana.

Bartholom. Caranza in Sum. Concilior. pag. 656.


Act. Concil. Lateran.

In Diariis.

Itaque (verba sunt ejusdem Ceremoniarum Magistri) qui *Julium II. infestissimum hostem dicebant, & arbitrabantur, Leonis iram non experti, eum agnum mitem crediderunt, & tanquam Patrem arbitrantes, armorum loco amore illum prosecuti sunt.* Sicque Leo scuta combussit, & si Julius vomeres in lanceas vertit, Lancearum ictus Leo in blanditias, pace animorum conciliata, commutavit.

Ut autem omnium animorum Pacem facilius obtineret; observat Cardinalis Ægidius Leonem pacis studiosissimum Cardinales ex omnibus gradibus, dignitatibus, & ordinibus creavit, tamquam ex partibus Christianorum omnium firmissimæ Pacis obsides habiturum.

Victorell. pag. 315.



LIBE-



LIBERALITAS PONTIFICIA.

PLenum in hoc numismate Cornucopiæ dum effundit Liberalitas, nihil ad hujus Pontificis liberalitatem commendandam posse addi his, quæ de ipso prædicavit Panvinius, scripsit R. P. Molinetus. Fuit (inquit Panvinius) omnium qui ad hanc diem fuerant ad Romanorum Pontificum liberalissimus, nihil ardentius, quàm liberalitatis summam gloriam, à qua cæteri Sacerdotes abesse longè consueverant, in omni vita expetivit, eos Principe loco indignos existimans, qui nequaquam benefica, & larga manu fortunæ muneribus uterentur. His tamen plura addere multi possunt. Diximus in superiori numismate secundo Pompam Coronationis, *qua post Gothorum tempora nullam visam esse insigniorem* (scripsit Ciacconius) *centum millibus aureorum ob pecuniam per vias diffusam Leoni constitisse*. His adde quod Oldoinus refert. Leonem advenas, & Peregrinos qui cœnantem spectarent Pontificem, si eos veste obsoleta conspiceret, vacuos non permisisse redire. Crumenam quotidie nummis aureis sibi repleri velle ad incertas liberalitatis exercendæ occasiones; Sacerdotes quoque viros religiosos, sacras Virgines, quæ intra septa religiosa pudicitiam colerent, menstruis subsidiis juvare. Magnum veteratorum militum, & exulum aluisse numerum, nihilque vehementius contendisse, quàm ut nemo calamitatem subiret. Dicebat regimen duobus constare, præcipuè Annona, & Justitia. Pag. 35. Col. 311. Col. 326.

Cum ad Suburbana relaxandi animi gratia diverteret, tanta agrestium, ac populorum omnium gratulatione, ac lætitia excipiebatur, ut cuncti ejus adventum se, vel fructuosissimis messibus fertiliorem sentire faterentur, utpotè qui senibus, ac pueris, puellisque in viam effusis, ac rustica munera passim offerentibus, non modò pecuniam largissima manu rependeret, sed etiam appellando humaniter, ac sciscitando, qua nàm maxima in parte rei domesticæ acriùs à fortuna premeretur, Virginis dote prębita sublevaret, affectis autem morbo, ac ætate, vel numerosæ familiæ onere prægravatis ęs alienum protinus dissolveret. Nihil enim in magno Principe digniùs, ac præstantiùs arbitrabatur, quàm juvare mortales, alienæ calamitati obviam ire, lætasque omnes à se dimittere. Oldoinus col. 327.

Congeriem autem Instrumentorum musicorum appositam in numismate dicit supracitatus Abbas Molinetus innuere, illud ipsum quod Panvinius, quòd *Musicos magnopere amaverit cum esset ejus artis peritissimus*. Sed cum in numismate præter instrumenta musica, etiam Mitræ, pilei, corona, atque volumina impressa sint, aptiùs in ipsis explicari liberalitatem dicam, qua Leo pater pauperum neminem Civem, vel Peregrinum, qui paulò nobilioris artis famam teneret, neminem, vel mediocrem Poetam, vel alicujus optimarum Litterarum artis non ignarum indonatum reliquit, ut affirmat idem Oldoinus. Idem ibid.



VICIT LEO DE TRIBV IVDAE.

CArdinalis Ægidius Viterbiensis narrat hoc numisma initio Pontificatus à Populo Romano cusum, atque hoc titulo nobilitatum VICIT LEO DE TRIBV IVDAE. Verba sunt Joannis Apostoli in Apocal. 5. 5. loquentis de Christo. Tale numisma ait Victorellus sibi allatum fuisse nunquam antea visum, & quod non facilè inveniri potest, in cujus altera facie Leo cui Angelus coronam affert, pede dextero, quo quasi manu uti solet, globum tenet, in ambitu illa sententia VICIT &c. Numisma votivum illud esse ait Joannes Baptista Palatius, quo forsan dicitur, quòd sicut Christus Leo de Tribu Judæ venit in Mundum Col. 217. Pag. 723.

mittere

mittere pacem, non gladium, ita Pontifex plenus clementia Thronum ascendisse in dilectione inimicorum Pacem omnium procurando.

Sicque Cardinalis Ægidius dixit, loquens cum Leone. *Videmus Te Leone principe fieri, quæ fecit cum se terris ostendit Leo de Tribu Judæ. Illud Pacis genus Leone Pontifice apparuisse*, idem Cardinalis asseruit, *quod præteritis quibusdam seculis Roma non viderat*. (Supra laudatus Cardinalis) loquens de Pace, quàm inter Ursinos, & Columnenses conciliavit Pontifex, ait. „ Dicam, & aliud Sanctitatis suæ pacis opus inauditum: deducimus de more Senatores. Urbs omnis „ Columnensem comitatur: ventum erat ad Columnensium domum divitè gaza, „ & festa fronde cultam, ecce apparent portæ ornamenta, ubi vidimus utriusque „ Senatoris insignia Ursinorum, atque Columnensium, quo spectaculo nihil à „ multis seculis vidit Urbs Roma lætior, ut multi spectantium Cælum acturi gratias suspexerint, plures lacrymas fuderint tamquam fassi felicitatem sæculi, „ qui in horum Senatorum amicitia perpetuam factionum calamitatem depulsam „ sentirent.

Apud Victorell. 314.

Vicit itaque Leo quem diximus visam Matrem in puerperio eniti absque dolore in Ecclesia S. Reparatæ Florentiæ, non quidem efferatæ naturæ viribus, sed clementia, qua Leo animal pollet præcipuè erga viliora animalia. Quare cecinit Martialis.

Epigramm. lib. 1. ep. 23.

Quid nunc sæva fugis placidi Lepus ora Leonis?
Frangere tàm parvas non didicere feras
Servantur magnis isti cervicibus ungues,
Nec gaudet tenui sanguine tanta sitis
Præda Canum Lepus est, vastos non implet hiatut,
Non timeat Dacus Cæsaris arma puer.

Exempla multa adduci possent, nam Pontifex dictus Petrum Soderinum Mediceorum hostem acerrimum Ragusio Romam evocavit, summo honore suscepit, ac filiam ex Soderini fratre uxorem dedit Aloysio Rodulpho filio Contessinæ sororis suæ. Pepercit Valosio, quem propere Volaterrano carcere eductum Patriæ restituit. Eandem animi magnitudinem ostendit erga Caravajalem, & S. Severinum (hos Cardinales dignitate Julii spoliaverat, ut eorum corpora cremaret Romæ in campo Floræ, tanquam Authores Schismatis Pisani) postquam Romam Lugduno Mari cum Gallo Legato aduentarunt, intellecta Julii morte, ibique abjurato Concilio pristinum recuperarunt honorem.

VII

S. P. Q. R.

IN altera parte numismatis expositi SS. Petri, & Pauli imagines visuntur, & sub illis Mediceorum Parma, regno Pontificiisque clavibus decorata, cum inscriptione SENATVS POPVLVSQVE ROMANVS, LEO PONTIFEX MAXIMVS, quibus verbis Populum Romanum significare voluisse autumo, à se cusum numisma, ut beneficia Leonis commemoraret, nullique majus obsequium à se deberi, quàm Beatis Apostolis Petro, & Paulo: quibus quantum Roma debeat abbundè deduci potest à celebri comparatione, quam Venantius Fortunatus his carminibus exposuit, paucis tamen, quę apud alios legi possunt prętermissis.

Li. 3. Carm.

Cælorum portæ lati duo lumina Mundi
Ore tonat Paulus, fulgurat ore Petrus.
Inter Apostolicas radianti luce coronas
Doctior hic meritis, celsior ille gradu.
Corda per hunc hominum reserantur, & astra per illum,
Quos docet ille stylo, suscipit ille Polo.
Pandit iter Cælis hic dogmate, clavibus alter,
Est via cui Paulus, Janua fida Petrus.

A facie

A facie hostili duo propugnacula præsunt
Quos Fidei turres Urbs, caput Orbis habet.

Inter numismata quę à Martini tempore usque ad Leonis Pontificatum cusa cum effigie Pontificum inveniuntur, hoc primum sacris Imaginibus in aversa parte expressis decoratur. Fuerant tamen in aliis antiquitus exculptę res sacrę. Narrat Jacobus Grimaldus in tractatu de Sanctissimo Sudario Veronicę: „ Quòd Innocentius III. qui ante Pontificatum Canonicus Basilicę Vaticanę fuit, sui Presulatus anno primo 1198. concessit Archipresbytero, & Canonicis S. Petri redditus, qui de signis plumbeis, sive stanneis Imaginem Apostolorum præferentibus proveniunt, quorum hactenus (nempe anno 1628. quo vivebat Grimaldus) exemplum Peregrinorum continuata devotio conservavit. Habent autem hujusmodi signa claves S. Petri, Apostolos Petrum, & Paulum, & in fastigio, & medio sacrosanctum Sudarium, Pileis suta devotionis, ergo Peregrini deferunt ad hanc diem. Honorius deinde III. anno sui Pontificatus sexto, Innocentii Prædecessoris litteras confirmavit mandans, ne quis sub excommunicationis pœna hujusmodi signa formare præsumeret, nisi de Capituli memoratæ Basilicæ licentia, quæ dabantur Peregrinis Apostolorum limina visitantibus, in signum susceptæ Peregrinationis. Nec parva erat pecunia, quæ ex dictorum signorum percipiebatur à Capitulo; quandoquidem omnes Peregrini his signis se muniebant, tantaque erat multitudo Peregrinorum Terrarum undique ad Basilicam confluens, ut mirandum sit valdè in hodierni diei comparationem.

*M.s.pa.*91. *Ex Bibliot. Vatic.epist. n.*285. *Ex Bibliot. Vat.n.*216. *anni sexti, & ex Archivo Basil. capf.*3. *fasciculo* 7.

VIII

CUrrus cum quatuor equis, & binis rotis dicitur *Birota*, & *Birotis* vulgò *Baroza*. *Quadriga* etiam dici potest cum quatuor equis trahatur, in qua figura triumphantis instar exprimitur vecta, desuper autem Victoria stanti illi in quadriga coronam imponens. Hac expressione ubique consueta in antiquis nummis, partæ insignis alicujus Victoriæ decus, nullatenùs raro illatæ cladis, memoriæ signatur.

Macrus in Hierolex.

Sic in nummis Tyberius triumphans in quadriga cernitur Lauream, & Scipionem eburneum triumphantium insignia ferens, sic Lepidus, & Cæsar Augustus, cui victoria coronam imponit, de qua impressione loquens D. Gregorius Nazianzenus. *Imaginibus Imperatorum* (ait) *alii aliud quid appingere solent, quidam enim Civitates clariores dona ferentes adjungunt, alii autem Victorias capiti eorum coronas imponentes*.

Ora. in Julian.

Qui tale numisma percussit in honorem Leonis X. ob victoriæ lętum nuncium Pontificio exercitu relatam, cum Galli Mediolano, & tota Insubria depelluntur, & Parma, & Placentia libenter Pontifici cedunt. Ut eæ Urbes Ecclesiæ restituerentur Fœderi Cęsaris conjungitur Leo. In eo autem Belli sumptu ingentem auri vim collegit non expilatis Provincialibus, sed instituto novo equitum ordine anno 1520. ad numerum quadringentorum. Quę Sanctorum Petri, & Pauli militia dicebatur, & pro tessera effigies erat Apostolorum à torque pendens. Hi equites coemptis privata pecunia ejus dignitatis officiis, & vectigalibus quotannis centum aureos accipiebant, & immunitatis prærogativa juvabantur. Addidit etiam Cubiculariorum, Scutiferorumque Collegia, officiis eorum Venalibus, sicut ante Julius Secundus officia Annonæ Præsidentium instituerat. Pontificiis copiis Mantuæ Princeps Franciscus Gonzaga prçficitur, & summa totius Belli Prospero Columnę mandatur, cum Helvetiorum Germanorumque auxiliis, Legato totius Exercitus Julio Medice constituto. Tanto autem gaudio in ejus victoriæ nuntio in Villa Manlia, quam propè Tyberim quinto ab Urbe lapide quam hyeme frequentabat, affectum fuisse affirmat P. Claudius Molinetus, ut non multò post priusquam cęnaret obriguerit, sensimque exortam esse ei febrem levem quidem, sed quę ei suprema fuit. Ciacconius autem mortem ejus narrat non caruisse suspicione veneni, quod veteri fistulæ fuerit illitum, aut pillulis, seu potu haustum.

*Mendo S.J. d ord.Milit.quæst.*2. §.26.

*Pag.*313.

IX

C. P.

ROMA.

Ciac. 317. DUabus litteris initialibus Leoni CHARISSIMO PARENTI dicatum esse à Populo Romano hoc numisma significat. Ejus enim Pontificatum lætissimum vidit, teste Panvinio, quare in grati animi monimentum, non tantùm numisma, sed & statuam marmoream in Capitolio dicarunt. Extat in Aula Conservatorum cum sequenti inscriptione.

OPTIMO PRINCIPI LEONI X.
MED. IOAN. POST. MARC.
OB INSTITVTAM INSTAVRATAMQVE
VRBEM, AVCTA SACRA, BONASQVE
ARTES, ADSCITOS PATRES,
SVBLATVM VECTIGAL DATVMQVE
CONGIARIVM
S. P. Q. R. P.

Floruit enim sub tanto Pontifice Roma incredibili rerum omnium ubertate lętitiaque omnis generis hominum, nam Pontifex quietis, atque ocii studio Romanorum inimicitias capitales, odii conciliatione edictoque sustulerat. Peregrinos immunitate multarum rerum, & perbeata illa sęculi severitate undique ad incolendam augendamq; Urbem invitavit. Nam ab Insubribus, atq; Cœnomanis, & Circumpadanis populis ingens multitudo exagitata diuturnis Barbarorum vexationibus fortunas suas Romam auidissimè transtulit, adeò ut ad campum Martium extructis Old. 336. domibus peramplam Coloniam condere videretur. Hæc exposuit Oldoinus.

Lib. 3. de vita Leonis Paulus Jovius nobilis illius temporis Historicus: *sic florebat tunc Romæ præstantibus ingeniis copia incredibili rerum omnium, ita ut Leo tantæ virtutis, ac amplitudinis Pontifex auream ætatem post multa sæcula condidisse diceretur*. Non dissi-Pag. 18. milia enarrat Mutius Pansa in descriptione Bibliothecæ Vaticanæ: & pręcipuè ait fuisse in litteratos homines liberalem, accitis Viris ea ætate præstantibus ut Petro Bembo, & Jacobo Sadoleto, ut à secretis epistolarum essent, Christophoro Aretino ut medicinam exerceret, Niso ut Philosophiam. Hieronymo Botticella, ut Jus Civile Romanos edocerent.

Ornatus Urbis qui in Elogio suprapofito indicatur pręcipuus in via, quę ad Flaminiam portam ducit. eam bifariam divisit una cum ea, quam Clemens VII. exornavit, deq; suo nomine *Leonianam* appellari jussit, ut sequentes notæ indicant.

LEO X. ET CLEMENS VII. MEDICES
FRATER PATRVEL. PONT. MAXX.
FLAMINIAM INTRA VRBEM TRIFARIAM
DIVISAM, ADHIBITIS VICOR. MAGISTRIS
DIREXERVNT SECTIONES. DE SVO NOMINE
Oldoin. 330 LEONIANAM CLEMENTIASQVE APPELLARI IVSSERVNT
ANNO IVBILEI.

Quod autem attinet ad expressionem mulieris cui subjectum verbum *Roma*, eam esse significat Urbem in Latio suis ab Incolis institutam, quæ Oppidorum Princeps surrexit, & Parens. Enim verò ex Aristotelis contextu amplitudinem, magnitudinemque illius auspicamur à propagatione Coalitorum, & à natis natorum similiter Phœbi vox, & Oraculum in 3. Æneides.

Dardanidæ duci, quæ vos à stirpe parentum
Prima tulit Tellus, eadem vos ubere læto.

Acci-

Accipiet reduces, antiquam exquirite matrem,
Hic domus Æneæ cunctis dominabitur oris,
Et nati natorum, & qui nascentur ab illis.

Matris nomine appellat Romam, quàm Tullius lib.9. ad Atticum vocat *Patriam antiquissimam, & sanctissimam Parentem*. Plinius *Parentem Mundi*. Enim verò Epictetus Sapiens interrogatus ab Hadriano Augusto, quid esset Roma? *Matrem omnium gentium*, respondit.

Eam videmus impressam in numismate ubera ostentantem, ut describit eleganter Corippus.

Addidit antiquam tendentem brachia Romam
Exerto, & nudam gestantem pectore mammam.
Altricem Imperii &c.

Symmachus Urbis præfectus singularis eloquentiæ Vir.

Omnes exerto, & pleno ubere Roma suscipit.

Et Prudentius lib.2. adver. Symmachum tantæ majestatis causam occinit.

Hanc frænaturus rabiem Deus, undique gentes
Inclinare caput docuit sub legibus iisdem
Romanosque omnes fieri quos Rhenus, & Ister,
Quos Tagus aurifluus, quos magnus inundat Iberus,
Corniger Hesperidum quos interlabitur, & quos
Ganges alit, tepidique lavant septem ostia Nili,
Ius fecit commune pares, & nomine eodem
Nexuit, & domitos fraterna in vincla redegit,
Vivitur omnigenis in partibus haud secus, ac si
Cives congenitos concludat mœnibus unis
Vrbs patria, atque omnes lare concilientur avito
Texitur alternis ex gentibus una propago.

Non dissimilibus verbis eam depinxit Claudianus.


Ipsa Roma triumphatis quæ possidet Æthera Regnis *Panegirici Olibrii.*
Insilit, innuptæ Ritus imitata Minervæ,
Namque Cæsariem crinali cingere cultu
Colla, nec ornatu patitur mollire retorto
Dextrum nuda latus niveos exerta lacertos
Audacem retegit mammam, laxumque coercens
Mordet gemma sinum, nodus qui sublevat ensem,
Album puniceo pectus discriminat ostro
- - - - - galeaque minaci
Flava cruentarum prætenditur umbra jubarum.
Et formidato clypeus Titana lacessit
Lumine - - - -


Victoriolam ideo manu ostentat, palmam, ac coronam offerentem; ut scilicet de toto Orbe triumphos significet, & virtutem militarem. Ob eos Romani ornamenta Urbis desumpsere, ut asseruit Claudianus supracitatus, à duabus mulieribus, quæ à Græcis ut Deæ colebantur, quibusque in nummis Galeæ affinguntur, Venere, & Pallade. Venus armata cernitur in nummis sub Cæsare, sub Augusto, & Tito signatis: Palladis effigies millenis in numismatibus prostat.

Insuper Roma, & Virtus Amazonum ritu prodeunt, quòd exertum uber id testari videtur cum Panthasilea à Virgilio memoretur.

Aurea subnectens exertæ cingula mammæ.

Sed mammam dextram ostendit, quam Amazonibus adustam historia docet, quare, & Virgilium, non de dextra, sed de sinistra intelligi debere, jamdudum eruditi docuerunt.





X

MENDICIS IN PTOCHOTROPHIVM REDACTIS.


Pio IV.

HOc numiſma huc adduxi non quidem, ut ad Leonem X. ſpectans, quamvis ejus imagine inſignitum reperiatur, ſed ut adulterinum, & fictitium eſſe indicarem. Inter numiſmata enim, quibus multa Cimelia ad animi delicias, & rerum antiquarum eruditionem ditantur, haud pauca ſunt, quæ adulterina extant non omnibus facilè dignoſcenda.

Duplici autem de cauſa hujuſmodi numiſmata aliquibus viſum eſt in Cimelia inducere, primò ex curioſitate, cum non licuiſſet omnibus nummos genuinos inferre. Ab aliquibus verò ad quæſtum id factum, quorum avaritia in fraudes laborioſas impulit, neque haſce impoſturas admittunt, niſi qui lucrum turpe æquitati, & pudori præferrunt. Aborret à talibus ingenuæ, & honeſtæ mentis ſenſus.

Atque hoc pluribus peragitur modis. Primus eſt cum duorum nummorum facies, quibus poſtica pars abraſa fuerit, ſimul committuntur; ſic enim in duabus faciebus exurgit nummus novus, & videbitur rariſſimus, ſecundum fraudis genus eſt, cum inter duas formas, ſeu Matrices (ſic nuncupat Patinus ſcalpta illa inſtrumenta chalybea, in quibus ut in utero cuduntur nummi) vi maxima comprimitur numiſma, quarum altera effigiem alicujus Pontificis habeat, altera verò typum aliquem, qui ad eundem Pontificem non ſpectat, ſed ad alium, & ex utraque ſuppoſititium prodit numiſma, quod falſitatis omninò convincunt, vel delineationis ratio, ætati illi minimè conveniens, vel argumenti dignitas, vel inſcriptio ad talem Pontificem non ſpectans, vel ex numeris expreſſis falſi dierum Calculi prodeuntes. Hoc tamen pluries peractum eſſe non dubito, niſi ex ſola ignorantia Artificum, litteras omninò ignorantium, à quibus tale numiſmatum matrices ex incuria ineptè copulantur, & comprimuntur numiſmata, quod adeo manifeſtum eſt, ut pluribus documentis non ſit opus. *[margin: Hiſt. Numiſm.c.20.]*

Eſt igitur iſtud numiſma, quod ſubjicimus inter ſuppoſititia maximè illuſtre, charitatem exprimens in muliere quatuor nudos infantes blanditiis fovente, cum lemmate MENDICIS IN PTOCHOTRHOPHIVM REDACTIS. Illius explicationi locus erit cum de Pio IV. agemus, qui referente Oldoino *Egentes certis in locis diſtributis aluit*. Leoni autem X. quamvis (ut vidimus) liberalitatem in egenos cujuſque generis ſplendidè exercuiſſet, ejuſmodi opus nullus Author mihi notus attribuit, nec talia inter Leonis præclara geſta enarrata leguntur. *[margin: Col.887.]*



XI

VI. ET VIRTVTE.

IN antica hujus numiſmatis parte pilam expreſſam vides, quàm ventoſam Plautus vocat, vento enim impletur, & ſimul ſubjectum follem ad eam implendam paratum. Pugillatoriam dixere alii pileam, quod pugni non ſolùm VI SED VIRTVTE excutiatur armati. Qua in re ut obſcuritas verbis illuſtretur, ſignificare ait Tipoticus: *ad virtutis exercitium, & præmium animi vigore, & magnitudine opus eſſe*. *[margin: In hierographia pag.30 n.2.]*

Jo: Jacobus Luckius Argentoratenſis Author præcipuus, qui in tradendis nummis recentioribus non ſolum illos ære expreſſit, ſed idiomate latino illiuſtravit ab initio ad finem uſque anni milleſimi quingenteſimi, talem nummum addu- *[margin: Pag. 37.]*
„ cens ait; Illum eſſe caſtrenſem, cuſum anno 1517. cum Leo, & Franciſcus
„ Maria Urbini Dux bellum invicem gererent, Leo ex cauſis nonnullis Franci-
„ ſcum Mariam à Ruere bello aggreſſus, omni ſua ditione exturbaverat, & Lau-
„ rentium Mediceum agnatum ſuum rebus impoſuerat; Franciſcus Maria Patria
„ extorris, & ſacrorum uſu prohibitus, amicorum opes, & auxilia ſollicitabat.

Itaque

Itaque Hiſpanorum copiis præcipuè adiutus ditionem omiſſam recuperare aggreſſus, penè totam recuperavit. Leo verò Pontifex, & Laurentius bellum urgere, & omiſſa recuperare ſatagebant. Cæterum in ea re, *nec vis, nec virtus*, quas pila ventoſa, eique ſubjectus follis in ſymbola notat, Leoni profuit; nam Franciſcus, quòd hoſtibus potentiſſimis non ceſſiſſet, immortalitatem ſibi comparavit, Authore Panvinio in vita Leonis Italica pag.260. Impreſſionis Venetæ anno 1622. *In Leone pag. 799.*

Joannes autem Baptiſta Palatius, artem, & virtutem ſignificari putat, quas Leo dicebat pernecesſaria Prinicipi, ut populos regat.

XII

SVAVE.

ALterum ſymbolum habetur in numiſmate Leonis cum lemmate SVAVE exculptum ſupra jugum, quo ſcilicet indicabat Pontifex, populos non debere nimis gravari. Sic enim à populis amor, non metus exigitur. Licet Leo exercuerit ſupra naturæ conſuetudinem ſummum jus, damnandis, qui falſos libellos ipſius ſubſcribentis manum mentiti, in judiciis protuliſſent; in cæteris tamen criminibus puniendis, eum civilis animi tenorem ſemper obtinuit, ut ad clementiæ laudem avidè properare diceretur. Typotius jugum hoc *Frænum* appellavit, & quidem non aptè; jugum enim eſſe manifeſtè apparet non frænum, quod quidem SVAVE eſſe, dixit ſignificari, vel quòd compreſſis voluptatibus vita ſit oppido ſuavis, vel quòd poteſtate illa Leo moderatè uteretur. *Oldoinus col.326.* *In Hierographia pa. 31. n.20.*

XIII

LVX VERA IN TENEBRIS LVCET.

CUr tres Magos Reges equitantes ſub ſydere Duce, quod omnes aſpiciunt, Leo Pontifex in numiſmate aureo expreſſerit, ignotum omninò mihi eſt cum è nullo ejus monimento potuerim arguere. Ad ſignum, quod pro Bullis uſus fuit fortaſſe alluſit, cujus inſcriptio erat. *Ad Dominum cum tribularer clamavi, & exaudivit me*, oculis ſemper in Cœlum intentis. At ne jejuni prorſus noſtram imaginem proſequamur, eorum expreſſionem placet obſervare. Sunt illi more antiquo chlamyde circumtecti, videlicet veſte militari, ſeu pallio breviori, tunicæ ſuper induto geſtantque coronam radiatam in capite, quam è Romanis Principibus primùm Caligulam uſum aſſerit Carolus Paſchalius, nempè cum id ageret, ut ſibi adſciſceret famam divinitatis, ſeque non ſolum Heroibus æquaret, ſed & ipſis majoribus Numinibus Mercurio, Marti, Apollini, quorum geſtamina, & inſignia uſurpabat. Radiata quoque aſpicitur in numiſmate Traiani, quam fuiſſe geſtamen priſcorum Regum antiqua referunt monimenta. Hi enim, ut ſe facerent auguſtiores, caput quiſque ſuum, cum non poſſet cæleſti luce, effigie radiorum exornarunt. Iſti radii emicant in aurea lamina, quæ ſicut faſcia circumplectitur Caput Regis. Cæterùm hos radios fuiſſe duodecim Virgilius tradit de Rege latino loquens his carminibus. *De Coronis lib.9. c.17.*

- - - - - Ingenti mole Latinus
Quadrijugo vehitur curru, cui tempora circum
Aurati bis ſex radij fulgentia cingunt.

Bis ſenos eſſe oportuit, quòd Sol, cujus iſti radii ſpeciem referunt, ut ait Seneca, *Bis ſena ſigna curſu vario regit.*

Regum tamen Magorum capita non ſemper radiata diademate aſpiciuntur in arcu, opere muſivo exornato in Liberiana Baſilica à Sixto III. anno 433. apparent Magi indicati ab Illuſtriſſimo Ciampino ſub num. 18. 19. & 20; quorum primus, qui ſenior depingi ſolet, caput habet pallio tectum, reliqui autem duo galeis, *De veter. monim. pag. 208.*

galeis, & criſtis exornatum militum more. In templo antiquiſſimo, quod dicitur Sancti Petri in carcere, etiam extant coloribus expreſſi ante Puerum Jeſum *Tiaratis vultibus*, ut verbis utar Albini Flacci, quibus explicat tegmen capitis in cacumen deſinens, quod antiqui lapides pluribus in locis exhibent, præcipuè in Templo SS. Apoſtolis Romæ dicatum, ubi ejus generis lapidem, ne periret, Eruditiſſimus Eques Franciſcus Gualdus Ariminenſis collocari curavit, hac appoſita inſcriptione.

VRBANO VIII. PONT. MAX. ANNO SALVTIS MDCXXX.
FRANCISCVS GVALDVS ARIM. EQVES
S. STEPHANI SACRVM FRAGMENTVM ORNAVIT.

Et Bibliothecę Vaticanę vetus numiſma æneum integris imaginibus dedit. Aliud ſimile extat in porticu Baſilicæ Liberianæ, ſub quo leguntur hæc verba.

ARCAM MARMOREAM, QVAM CHRISTIANORVM PIETAS EXCVLPSIT (LABORANTE SVB TYRANNIS ECCLESIA) VT ESSET LOCI SANCTITATE VENERABILIOR. FRANCISCVS GVALDVS ARIMIN. EQVES S. STEPHANI, E SVIS ÆDIBVS HVC TRASTVLIT, ET ORNAVIT M DC XXXII.

Si plura deſideras adeas Romam ſubterraneam à Paulo Aringo illuſtratam ubi lib.2.cap.10.pag. 295.& 327.exponit ſarcophagos marmoreos in Vaticano Cęmeterio effoſsos, ubi tres Magi Anagliptæ labore exculpti, caput habent tegumento coopertum ad modum Caſſidis efformato. In alio itidem Sarchopago pag. 331. exhibito, caput tegitur bireto, ſeù meliùs dicam cuculla ejuſdem penè formæ, quam exhibent Nautarum ſaga. Alius demum Sarcophagus in pag. 325. eorundem Imagines habet cum capitibus denudatis.

❀ XIV ❀

S. PETRVS. S. PAVLVS. LEO X. PONT. M.

EAdem exhibet hoc numiſma, ac aliud ſub numero VII à nobis poſito, hoc eſt Mediceorum. Stemma, & Imagines Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, qui enſem manu præfert, Petrus autem Claves, quibus Pontificiam poteſtatem Cœlum aperiendi indicat, ſicut enſe Paulus Mortem, qua pro Chriſto peremptus occubuit.

Aliquid tamen nobis ſuggerit eorum expreſſio, quod peculiari eruditorum obſervatione dignum eſſe judico, ſcilicet D. Paulum in dextera parte collocatum eſſe, in ſiniſtra verò D. Petrum, quem omnium Apoſtolorum. Principem eſſe nonniſi Ethnicus, vel Hæreticus aliquis denegabit. Hujus expreſſionis examen pro noſtris viribus breviter inſtituere, ejuſque cauſas è tenebris eruere conabimur.

Quæſtio hæc ſanè eſt à pluribus agitata, & à Serrano diſſerta. Hoc enim à priſca vetuſtate ad hæc uſque tempora, obſervatum eſt in Apoſtolicarum literarum ſigillis.

Et quod à priſcis uſque temporibus à dextris Sanctum Paulum depingere moris eſſet ulterius probatur ex vetuſtiſſimo Sacello Sanctæ Mariæ in Coſmedin Ravennæ, in quo ſupra majorem aram Sanctus Paulus ad prenarratum latus conſpicitur, quæ pictura, utpotè Hieronymus Rubeus aſtruit in hiſtoria Ravennæ, mille, & plus annis antequam ipſe ſcripſiſſet, formata fuit. Etiam in effigie Sanctæ Mariæ in Porticu in domum Sanctæ Gallæ Patritiæ Romanæ de Cęlo prodigiosè lapſa anno primo Pontificatus Sancti Joannis, hujus nominis Primi vultus Sancti Pauli in dextera conſpicitur. Jacobus Grimaldus agens de Sanctiſſimo Sudario (*M S. pag. 89.*) refert ſe vidiſſe capſam argenteam ſatis antiquam, in qua ſacrum Sudarium aſſervabatur, aitque *habet illa infraſcriptas Imagines Sanctiſſimi vultus Sanctorum Apoſtolo-*

stolorum Petri à sinistris, Pauli à dextris, & Magistri Matthæi Canonici ejus Vaticanæ Basilicæ genuflexi ad pedes Sancti Pauli; Quo tempore idem Canonicus vixerit mihi ignotum est. Satis est fuisse antiquum Canonicum cum Imagines ipsæ, prçsertim Sancti Pauli, scripturæ rotulum, non ensem tenentis, caracteresque literarum, magnam demonstrent vetustatem. Reperitur anno Domini 1360. quidam Matthæus Massarolus Canonicus ex indice scripturarum dictæ Basilicæ à me dudum confecto fol. 282. sed vereor hunc minimè fuisse tam recentioris in comparationem antiquitatis dictç argenteæ capsç. In capsa sunt hæc verba *Magister Matthæus hujus Basilicæ Canonicus fieri fecit hoc opus, & alii.*

In Oratorio Sancti Vincentii, sive Basilica Theodori Urbis, quæ est antiquissimum ædificium propè Patriarchium Lateranensi Baptisterio cohærens, ædificatum à Joanne XIV. qui vixit anno 640. ut ait Anastasius; *Eodem tempore fecit Ecclesiam Beatis Martyribus Venantio, Anastasio, Mauro, & aliis multis Martyribus.* Est apsis cum musivo, quod exprimit Beatam Virginem in medio Tribunæ collocatam, ad dexteram ejus stat Senex alba veste amictus, librum dextera tenens cum littera P. expressa in fimbria ejus, qui Sanctum Paulum absque dubio denotat, ad sinistram verò stat Sanctus Petrus claves dextera manu gestans, & sinistra baculum viatorium, cujus in summitate est Crux.

Ut igitur hanc quçstionem breviter expediam, constat in primis Petrum rectè Paulo præponi; hoc enim à multis Pontificibus observatum est, & perspicuum fit ex antiquissima Tabula, Constantini (ut aiunt) tempore depicta, quam Canonici Basilicæ D. Petro sacrç diligenter custodiunt. Tamen in hoc numismate D. Petrum Apostolici Senatus Principem ad sinistram D. Pauli, ut alibi collocatam videmus, sicuti capita prçdictorum Apostolorum in ciborio Lateranensi asservata.

Franciscus Maria Soresinus in tractatu de ipsis Capitibus septem affert rationes cum Joanne Molano, ex quibus clarè cognosci ait, id non arguere, quemadmodum multi opinantur, præeminentiam in S. Paulo, potius verò recondita mysteria, Divinaque arcana continere, quas rationes dixit se accepisse ex libello, quem de Imaginibus Petri, & Pauli scripsit Franciscus Mucantius ad Gregorium XIII. anno 1573. desumptas ex epistola Petri Damiani, ad Desiderium Abbatem, ex D. Thoma in prima ad Galatas, aliisque.

Prima desumitur ex S. Petro Damiani, qui ante annum 600. scripsit Desiderio Abbati. „Occurrit mihi (ait) quod ipse à me quæstione proposita sçpenumero requisisti, videlicet in Imaginibus picturarum per universas adiacentes Romæ Provincias, Petrus qui primus est, ad sinistram, Coapostolus autem. Ejus Paulus constituatur ad dexteram, cum juxtà ulgarem sensum hoc rerum ordo deposcat, ut Petrus, qui Senatus Apostolici Princeps est, dextrum Domini latus, Paulus verò, qui minor est, sinistrum jure possideat; sed durum est valdè, ut opinemur, quia tam egregium tamque famosum Apostolicæ dispositioni ordinem inconsultè, atque inconsideratè devota Deo, ac Religiosa vetustas admiserit; neque enim credendum est, ut Constantinus, imò Papa Sylvester, totque post eos Principes, & Sacerdotes in Ecclesiasticæ disciplinæ cura pervigiles, atque solertes, hunc ordinem tantorum Principum negligendum ducerent, si increpatione aliqua dignum existimarent.

Secundam rationem ejusdem Sancti Petri Damiani refert Jo: Stephanus Menocchius, quia Beniamin latinè sonat *filium dexteræ*, constat autem D. Paulum non solum de Tribu Beniamin fuisse, sed Beniamin ipsum postremum filium Jacob, Pauli typum gessisse, cui Deus dextræ suæ virtutem est impertitus, qui per sortem dexteram contra Gentes dimicavit, hoc videtur indicare carmen positum in pectore argentei simulacri, in quo conditur ipsius Pauli sacrum Caput, videlicet, *Hist. par. 1. fol. 54.*

Cedit Apostolicus Princeps Tibi Paule, vocaris
Nam dextræ natus, Vas, Tuba clara Deo.

Quam tamen ob causam scripsit Leonardus Quoquæus, nec præponi lçvam dexteræ (hoc est Paulum, aliquando ad dexteram depingi, & Petrum ad lçvam) est derogare Primatui Romani Pontificis.

Ter-

Tertia ratio est, quia dextera significat vitam æternam, sinistra temporalem: undè non immeritò tribuitur Paulo, qui cum adhuc viveret ad cælestia raptus est. Sic Angelicus Doctor pro Sancto Paulo decidit in Epist. ad Galat. cap. 1. lect. 1. Petrus, qui vocatus fuit à Christo, adhuc in carne mortali posito, ponitur in Bulla Papæ in sinistra parte, Paulus verò, qui vocatus fuit à Christo glorificato ponitur in dextera. Hanc etiam rationem tradunt Innocentius III. serm. de Evangelistis, & Guillelmus Durandus lib.7. ration. cap. 4.

Quarta ratio, quam refert Cardinalis Bellarminus, quia Petrus maximè circumcisionis Apostolus fuit, Paulus verò Gentium, quæ relicta Synagoga, ad dexteram Dei ponendæ sunt; ideoque Petrum poni in sinistra disposuit rerum humanarum Gubernator Deus, quamvis Petro Prioratum concesserit, ut affirmant S. Cyprianus lib.2. de Bapt. S. Augustinus ep. 19. ad Hieron. S. Hieronymus ep. 85. & S. Gregorius hom.18. in Ezech.

Quinta, quia per Petrum præsens vita activa effingitur, quæ exprimitur per latus sinistrum.

Aliam rationem adducit Mucantius, ut scilicet inde documentum sumamus, Summum Pontificem humilitate decoratum esse oportere, ut Petrus extitit, additque Mucantius ob eam rem Sanctum Gregorium Servum Servorum Dei Pontificem appellari voluisse, eamque causam potissimum credere in Altare Sacelli Pontificii talem ponendarum Imaginum formam observatam, ut Summi Pontifices sacris intervenientes, atque earum figurarum ordinem sæpiùs conspicientes divini illius præcepti facilius memores essent. Addit Petrus Cassanæus, Petrum in sinistra collocari, quia læva pars pro digniori apud antiquos est habita. Confirmat hanc rationem Soresinus pag.29. adducendo numisma, habitum ab erudito Episcopo Vasionensi Suaresio, in quo conspiciebatur Agrippa cum navali corona ad Augusti laureati dexteram, in eaque legebatur IMPERATOR DIVI FILIVS, & & in altera parte COLONIA NEMAVSENSIS. Alemannus de parietinis Lateranensibus dissertatione historia exponit lapidem, quem dicit cælatum à Longobardorum Regibus ætate Leonis III. extantem Ticini in Basilica Sancti Michaelis, in quo Christus schedulam porrigit, Paulo in dextera exculpto Petro verò in sinistra clavem cum Epigraphe superposita. *Ordino Rex istos super omnia Regna Magistros*; aitque duplicem extitisse loci constituendi rationem ecclesiasticam, alteram frequentiorem, & antiquiorem, quæ in sinistra digniorem collocabat, alteram verò, quæ in dextera. Sic Leo III. in Æde Sanctæ Susannę collocavit medium Christum Dominum dexterum Petrum Apostolum, sinistrum Sanctum Paulum.

Lib. de Gloria Mundi.

Cap. 9. pag. 68.

Confirmat hæc Macrus V. *Bulla* collocatione, quæ in plumbo, & in variis antiquis picturis habetur, scilicet à parte dextra D. Pauli, & à sinistra D. Petri, quem ait ex antiquo usu provenire, quia tunc dignior leva habebatur, de quare Leo Allatius libr.1. de Eccles. Occident. & Orient. perpetuo consensu cap. 6.

Cardinalis Bellarminus cum Antonio Nebricense in 50. loca S. Script. etiam ait antiquitus digniores, & Seniores in manu sinistra collocari, refertque Eusebius Cęsariensis, se vidisse Constantinum juniorem in dextera procedere Constantini Senioris: igitur resumit Bellarminus, credibile est, initio cœpisse depingi Paulum ad dexteram Petri, ut juniorem, & minorem; nam idcircò in diplomatibus Pontificiis Paulus ad Petri dexteram collocatur, ut eum præcedat, quod est argumentum obsequii à Paulo, & dignitatis in Petro. Ob eandem causam in Conciliis Nicæno, Calcedonio, Constantinopolitano, ac Ephesino Legatos Apostolicos suas sedes habuisse in parte sinistra affirmat Baronius, in qua re planè absque aliqua ambiguitate notum redditur sinistram partem, dextera digniorem fuisse existimatam.

Lib.1.c.21. de Pontif. Rom lib.1. de vita Constantini.

Negant tamen alii sinistram partem fuisse digniorem cum D.Thoma lect. 1. in epist. ad Galat. & Petro Damiani in epist. ad Desiderium. Et licet Eusebius dicat, se vidisse Constantinum adolescentem ad dexteram Imperatoris incedentem, ex eo id factum affirmat, quia cum pars hominis dextera sit dignior, hinc qui alium nobiliorem comitabatur ad ejus dexteram, incedebat non ut esset in loco honoris, sed vel ut pars potissima, & honoratior medium teneret locum, vel ut eum com-

commodius posset tueri, atque defendere, dexterâ enim honoratior locus indicatur, & ideò justi dicuntur futuri ad dexteram, ut notat Diuus Ambrosius ad Hæbreos primo.

Bollandi tamen Continuatores in Leone III. referunt observationem, factam à Joanne Lucio viro eruditissimo, aiuntque ab illo observatum esse in Ecclesiis antiquis Romæ superstitibus ante annum Domini 800. confectis, inter Imagines sacras operis musivi digniorem locum obtinere eas, quæ ad sinistram sitæ sunt, quæ autem tempore Leonis Papæ III. hoc est post annum 800. confectæ fuerunt è contrario dexteram pro digniori habere; Posteriores autem denuo antiquo more pro digniore sinistram, sicque continuatum esse usque ad Pontificatum Nicolai IV. anno 1288. electi, cujus tempore iterum locus dignior dexteræ delatus sit, & ab inde continuatus usque ad hodiernum diem. *In conatu Chronohistorico.*

Cumque Leonem III. antiquum morem perperam mutasse credendum non sit, neque causam, vel occasionem aliquis referat, duæ afferuntur conjecturę, cur id fecerit (inquit Lucius.) Prima, quod sicut Leo à Græcis animo alienatus, imperium ipsis inconsultis Francis detulit ita quoque locum digniorem sinistræ communem cum Græcis (quem hodiè usque servant) mutare voluerit. Secunda, quòd, cum idem Leo ad Carolum magnum in Germaniam progressus fuerit, ejusque ope in sedem suam restitutus sit, tunc morem dexteræ digniorem locum deferendi apud Francos reperit, ipsisque gratificaturus, ut Ecclesiam Romanam cum Occidentalibus sibi obsequentibus conformaret, mutaverit antiquum morem.

In qua re, quia non est attendendus mos, qui in incessu, vel congressibus inter viventes pro diversitate temporum, & rationum observatus ab Auctoribus refertur, vel Imaginum mobilium, quæ pro arbitrio disponi possunt; sed sculptarum, vel pictarum, quæ fictę semper eodem ordine conspiciuntur. Ideò petebat prædictus Joannes Lucius informari, an aliquis Auctor describat, quo ordine sacræ Imagines in Ecclesiis Galliæ, Germaniæ, & Hispaniæ circa tempora Caroli Magni dispositæ erant, vel an Ecclesiæ aliquæ illorum temporum reliquæ sint, in quibus si sacræ Imagines non extant, Regum saltem, & Principum sculptæ, vel pictæ reperiantur, in quarum dispositione dignosci quæat, qualis mos fuerit dictarum Regionum.

Eruditis viris id libenter proposuerunt disquirendum Bollandi Sequaces, ut hunc conatum curiosum promoverent, quando ipsi nihil huc faciens hactenus repererint, pręter unam observationem Caroli Macri à nobis supra indicatam. Ubi notat Capita SS. Petri, & Pauli in Cyborio Basilicæ Lateranensis, etiamnum sic asservari, sicut posuit Urbanus V. argento inclusa sub annum 1364., videlicet Pauli à dexteris Petri. Quod si è mea sententia aliquid addere non incongruum judicetur, dicere fas erit, id esse patratum ob quandam veluti urbanitatem, & honoris causam; solent enim Principes quamvis pręcellant, honoris tamen hospitiique causa ad dexteram suam alium Principem ducere, quomodo solet etiam Rex Reginam ferre ad dexteram, honoris causa; eodem modo intelligi potest, quod de imaginibus Petri, & Pauli notatur, quamvis non sit in universum verum de omnibus antiquis imaginibus horum Sanctorum; nam in multis, quę nunc Romę cernuntur, & in Pontificiis numismatibus, videbimus Petrum ad dexteram depictum; & si interdum ponitur Paulus ad dexteram, quasi ratione hospitii judicabitur factum, quia Petrus Romę in propria sede, Paulus verò ad adjuvandum Petrum accesserat, vel etiam in quandam amoris, & grati animi significationem, quia Paulus, Doctor Gentium fuit, & plurimum Ecclesię profuit. *V. Bulla.* *De memorabilibus Ecc. S. Petri MS. cap. 43*

Cęterum notat Torrigius, inter Principes Apostolorum non fuisse quandam incedendi, seù standi legem, qualem Aulici, ut plurimum inviolabiliter servant, erat enim illis cor vnum, & anima vna, eosque (ut loquar cum Sancto Leone) *Electio pares, & labor similes, & finis fecit æquales.* Quamobrem Thomas Correa aptè cecinit.

Bissenos inter Proceres duo lumina, per quos
Roma potens magni sustinet Orbis onus,
Sed dextra, lævaque sedent par gloria utrique
Par honor, & laus est, stat bene quisque loco.

Non tamen inde deducendum putes. Quod Centuriatores Magdeburgenses asserunt, Paulum nempè aliquando in dextra depictum esse à veteribus, ut significarent Petrum ceteris Apostolis non esse superiorem, sed parem. Hoc Commentum esse, & novitium, & hereticum, nullus Catholicorum dubitare potest, apud quos Apostolicę Sedis Primatus à Petri Apostoli temporibus hactenus refulsit, & fulgere non desinet. Quo spectat etiam, quòd nonnulli heretici omnibus Apostolis in picturis tribuant claves Regni Cœlorum, quas Ecclesia peculiariter Petro tribuit. Ita Molanus hist. Sac. Imag. lib.3.cap.24. vide etiam Franciscum Suarez part.3. tom.2. quęst.58. art.4. sect. 3.

Peculiari observatione dignum huc spectat numisma ęneum, quod Victorellus in addit. ad Ciacconium refert, ex Musęo Francisci, & Bruti Gottifredi acceptum, quod putat cusum. Post Justiniani Magni tempora pio aliquo ab Imperatore, & in cujus altera facie, sunt effigies SS. Apostolorum Petri, & Pauli manibus Crucem ferentium. Et ait. *Cur autem Paulus dextero collocetur loco, sinistro Petrus, sine ulla Petri prærogativæ nota, disputatum ab aliis abundè est.* Vide Baronium ann. 213. 325. & 451. vel quia apud Veteres Romanos sinistra in sacris dignior esset dextera, teste Plutarcho, Varrone, Festo, Plinio, aliisque, quod etiam observasse Gręcos testatur Sempronius Hierosolym. Epis. vel quia sępè dexter est, qui videtur sinister, cum non ab ipsis, sed ab alio, qui ad eos conversus est numerandi ordo desumatur, ut fit in templis, & factum narratur, in Conciliis, & consideratum à Veteribus est, qui digniorem sinistro collocabant loco, ut esset respectu numinis è Cęlo illum respiciens dexter. Illud addo ad eandem Petri prerogativam confirmandam dexteram Petri manum, qua Crucis hastili innititur, Superiorem esse sinistra Pauli, qua Crucem eandem loco, & gestu humiliore sustinet.

Pag. 43.

XV

PETRE.ECCE.TEMPLVM.TVVM.

XVI

LEO. DECIMVS. PONTIFEX. MAX.
ROMA.

Duplicem nummi faciem duo hæc lemmata enarrant, qui in eo monetarum genere est, quas vulgariter *Julios* appellamus, indicat tamen rei monumentum à Leone X. peractæ, quod futuris semper ætatibus totus Terrarum Orbis mirabitur, Templum scilicet Vaticanum, cujus fundamenta in honorem Divi Petri Julius Secundus posuit, Leo verò fuit prosequutus.

Card. Sfor. Pallav. hist. Conc Trid. lib.1.c 2.

Verùm cum animum adjecissent ad vix incœptum à Julio II. opus Vaticanæ Basilicæ perficiendum, immensæ pecuniæ cum opus absumere, & ærarium esse exhaustum animadvertit. Quamobrem ad sussidia confugit collationis cujusdam efficacis, simul ac suavis quippè liberę, & tamen exactę, quia conferentibus conducibilis. Indulgentias per Christianas Regiones promulgavit, simulque facultatem lactis, ovorumque comedendi diebus jejunio sacris, ac etiam deligendi, quem sibi quisque vellet ad excipiendam Peccatorum confessionem, dummodo voluntariam eleemosynam ad construendum Templum Principis Apostolorum conferret.

Vid.num.7.

Subsidium hoc ab exhausta jam prodigentia Leonis inductum Suavis narrat, sed à vero illum dissentire docet Eminentissimus Cardinalis Pallavicinus in historia Concilii Tridentini. Julius enim Secundus (ait ille) ante Leonem ad inopiam pecuniæ redactus, cum ob bellum maximis impendiis confectum pro recuperandis Urbibus sibi ademptis, tum ob necessariam maritimarum Arcium reparationem contra bellicos Turcarum apparatus intendit animum ad has fide-

lium

„ lium suppetias ultro conferendas, quibus inchoatam Basilicam promoveret.
„ Quare non potest jure Leo neque cupiditatis, neque inconsiderantiæ condem-
„ nari; quippè in ea re exemplum antecessoris secutus, populorum pietate, ac
„ Principum judicio comprobatum, ut enarratum est in Julio.
„ Sunt qui hujusmodi concessiones vituperant tanquam lucro inhiantes, pe-
„ rindè quasi cælestes thesauros pretio venales Pontifex faceret, aliique tanquam
„ prodigas carpunt, quòd pro tantulo argento immensi pretii privilegia disper-
„ gantur, sed primæ accusationi facilè occurrit supracitatus Card. Pallavici-
„ nus. Animo recolens, pecuniam esse necessarium instrumentum ad obtinendum
„ quidquid est in aliorum hominum potestate; siue id sit ab illis possessum, siue
„ illorum labores sint, & opificia. Quo circa cum fieri non posset, ut Va-
„ ticana Basilica extrueretur absque substantiis multorum millium hominum,
„ & absque multorum etiam millium sudoribus, perindè erat impertiri indul-
„ gentias, & privilegia cuicumque partem aliquam illius Basilicæ ædificanti,
„ atque eadem concedere tribuenti pecuniam idoneam ad cęmentorum partem
„ aliquam comparandam, & aliquibus operis mercedem persolvendam. Cæ-
„ terum quis ignorat nihil habere, è nihil esse nisi terram, ac propterea ad
„ Cælum emendum nihil posse de suo conferre, nisi terram? Deus autem hac
„ terra contentus pro ea nobis solvit, non quanti ea est, sed quanti à nobis æsti-
„ matur: idcircò Regem illum hortatus est Daniel, ut eleemosynis sua peccata
„ redimeret; sacrilegus quidem est, qui Cęli thesauros argento commutat in pro-
„ pria lucra converso, non qui eos spondet uti præmium oblatę Deo pecunię, &
„ ad ejusdem cultum expensę. Enimverò si opus hujusmodi ęternum divinę ami-
„ citię, clareque Dei visionis incrementum mereri potest; quidni mereri possit
„ condonationem alicujus pœnæ certo tempore post mortem luendę, & alicujus
„ Ecclesiasticę legis locationem, modò id ritè, & ordinatè fiat?
„ Alterum quod opponitur trahit originem ab ignoratione cujusdam princi-
„ pii, quod totius prudentiæ, moralique, ac politicæ scientiæ fundamentum est
„ quo statuitur oportere, ut alicujus rei sanctio bona sit, haud respicere ad ea,
„ quæ fert in singulis peculiaribus eventis, sed quæ in eorum omnium collectio-
„ ne conferat, alioquin punire civem Capite, quòd haud malo consilio ficam
„ gesserit, Magistratuum feritas esset. Jam verò quod in pœna contingit pariter
„ usu venit in præmio. Actiones quædam modicam de se utilitatem conferunt,
„ sed earum frequentia tantum affert emolumenti, ut id ad obtinendum validissi-
„ mo præmii illicio eas condire operæ pretium fit. Hac sanè ratione præstantissi-
„ mæ illæ indulgentiæ, ac immunitates, quæ cruce signatis attributæ sunt rectè
„ tribui videntur binos denarios conferentibus; nam in innumerabili multitudine
„ antiquarum collationum Rex Catholicus maxima subsidia suaviter conflat,
„ quibus ingentes classes ad Christianorum tutelam possit instruere.

Leonem aliquis accusavit, quòd Magdalenæ Sorori suæ proventum quarumdam Germaniæ partium dono dederit, sed Leonis animus nobilis, atque excelsus aditum suspicioni præclusit, templum Vaticanum corrosa per indulgentias pecunia ab eo fuisse defraudatum; Ab hac calumnia vindicavit illum Pallavicinus ostenditque, quàm ille magnificentiæ appetens fuerit præcipuè in ædificio Basilicæ Vaticanæ in Orbe terrarum ob ejus structuram facilè Principis. Inter Diplomata Pontificis à Bembo edita duæ sunt Leonis epistolæ ab eodem scriptę ad Raphaelem Urbinatem, quæ miram Pontificis sollicitudinem illius ædificii declarant. In illarum altera Raphaeli demandat, ut ideam Templi à Bramante descriptam ex ejusdem morientis consilio, in opus deducat, atq; perficiat ibiq; amplissimæ laudis stipendijque stimulos addit, ut retulimus in nostra historia Templi Vaticani cap.13. *Cap.3. n.2.*

De reliquo convertantur oculi ad inæstimabilem illam Basilicam, atque hic obtutus satis erit ad liberandum Leonem ab ea opinatione, qua quisque temerè suspicetur, distractas ab eo in propria emolumenta (prout Suavis diblaterat) eleemosynas à Fidelibus eidem ædificandæ Basilicæ oblatas. Tam vasta moles adeo ingentem thesaurum absorbuit, ut eleemosynæ illę ultro collatę pęnè atomus fuerint tanto Colosso. *Par.7.*

Hę concessiones indulgentiarum à Leone factæ pro fabrica, continentur in

lib. 3. diplomatum Leonis fol. 9. & lib. 1. & 2. diplomatum Secretorum Sadoleti.

Opponunt etiam contra Leonem turpiter illum egisse cum hunc Indulgentiarum proventum peculiaribus quibusdam redemptoribus divendidit. Verùm si res ipsa perpendatur, quicumque de hominum commerciis peritus intelliget, vix aliam iniri potuisse rationem (ut optimè notat supra laudatus Card. Pallavicinus.) „ Nam quis Principum in cunctis vectigalibus, quę constituit non cogitur idem „ exequi. Nam tametsi hac via modica pars ad Principem veniat multò tamen „ minùs perveniret, si per administros suo nomine eadem exigeret. Et tamen „ coacta vectigalium exactio eam secum affert ex inflicta violentia perturbatio- „ nem, quæ in Collatione voluntaria, qualis provenit in indulgentiis, timeri non „ potuit. Falsò etiam Suavis deducit hinc ortum habuisse hæresim Lutheranam. — *Cap. 3. n. 4.*

„ Ab evulgatione quidem earum libenter opportunitatem arripuit Lutherus; „ sed ut proprię superbię indulgeret, & animi sui tumori, ex quo oriebatur despe- „ ctus spectatissimorũ Scriptorum Aristotelis in Philosophicis, S. Thomę in Theo- „ logicis, quorum nomina, ad summam in Scholis venerationem evecta, ever- „ tenda susceperat, & jam hujus facinoris spargebat semina in Vvittembergensi „ Academia, traducebatque in amarum derisum Aulam Romanam, cui acerrimè „ infensus erat, fortasse quia, quod ambiit, adeptus non est, vt aliquis historicus narrat; sed ad Leonem redeamus Basilicam Vaticanam ædificantem.

Abbas Ferdinandus Ughellius in addit. ad Ciacconium de illo loquens ait. *In Vaticano Testudinem illam templi partem, quæ ad lævam ejusdem augustissimo opere Fabrefactam conspicimus, porphyreticis, atque lapideis lateribus opulentissimo opificio fabrefecit, cui si longiori ævo vivere contigisset, Vaticani spectatissimum Mausoleum ad calcem usque evexisset*: Quidquid in ea re perficienda evenerit, abundè exposuimus in nostra historia Templi Vaticani cap. 13. — *Pag. 321.*

Non tamen hęc prętermittenda est observatio circa expressionem rei in nummo excusæ. In altera ejus parte Leo genuflexus templum manu sustinens D. Petro offert, quæ expressio incongrua videtur, ac si templum adeò peramplum pomum esset, aut aliud quid simile; attamen illam fuisse familiarem antiquis, monimenta, quamplurima comprobant. In altera deinde facie frons ejusdem Basilicæ apparet cum tholo à Bramante præclaro Architecto delineata, qualem in nostra Tabula 15. proposuimus Cap. XIV. Historię de Fabrica Templi Vaticani.

XVII

PACEM MEAM DO VOBIS

ADeò patet numismatis sculptura, & clara est ejusdem inscriptio, ut nulla indigeat explicatione. Christi enim imago cernitur, Pacem Discipulis impartientis, ut refertur à D. Joanne cap. 14. Illud tamen non negligendum, quod ipse Salvator subdit, videlicet *Pacem meam do vobis, non quomodo Mundus dat.*

Hebræi enim (referente P. Cornelio à Lapide) cum quem advenientem salutant, vel abeunti vale dicunt, aiunt *Pax tecum*; ubi pacis nomine salutationem, & apprensionem omnium rerum prosperarum significant; Christus etiam illam apprecatur, non tamen falsam, inanem, & brevem, uti facit Mundus, sed veram solidam, & æternam, non verbis adulando, sed re ipsa spondens, & dans opem, qua securè ad æterna bona pertingamus. — *Ibi.*

Paulò aliter Jansenius, & Toletus. Pax hæc, inquiunt, est illa, de qua Paulus Philip. 4. dicit. *Pax Dei, quæ exuperat omnem sensum.* Continet autem Pax hæc primò, amicitiam cum Deo; secundò, tranquillitatem animi, & serenitatem in tentationibus, & persecutionibus; tertiò mutuam inter ipsosmet concordiam. Hæc homines facit fortes in omni periculo, & in omni molestia adhibet consolationem. Hanc Dominus relinquit suis, non divitias; super omnes enim divitias hujus sæculi Pax eminet. Similia bona gregi sibi commisso piissimus Pontifex in numismate apprecatur.

ADRIA-

pag 181





Gio: Batta Lenardi del. Arnoldo V. Westerhout fec.

ADRIANI VI. NUMISMATA.



ADRIANVS VI. PONTIFEX MAXIMVS.



DRIANI VI. Summi Pontificis effigies fine barba proftat in numifmate, Virumq; indicat fummæ virtutis, & probitatis. Natus fuit Adrianus Trajecti inferioris Germaniæ Urbis, Patre Florentio ingenuè Plebis viro, fed adeò paupere, ut præclaræ indolis filium fuo fumptu bonis litteris, & artibus imbuere nequaquam poffet. *Ciacc.* 425.

Victorellus autem dicit hanc effe Jovii, & Panvinii, aliorumque Scriptorum fententiam, at Matthias Bellintonus Salodienfis Cappuccinus doctus, piufque Theologus anno 1586. brevi confcripta hiftoria oftendit Adrianum natum, & educatum in Pago Salodienfi agri Brixienfiis diœcefis in Italia, Renzano nuncupato, Patre Joanne Bono, à quo deindè familiæ Cognomen effluxit, Familiæ Joannis Bonæ infignibus, & Adriani infignibus Leo additus; vel quia Leo X. Vaticanam purpuram ei tradiderat, vel quia Leo Venetæ Reipublicæ, cujus Imperio Brixia, Salodium, Renzanum, aliique Pagi parent, ftemma eft. 427.

Salodii præterea ftemma eft Leo, fed Leo florem unguibus tenens; quamobrem conjiciebat Bellintonus Adriani Patrem Florentium dictum; quod fi à Florentio familia Florentia eft nominata, & Adrianus Joannis Boni Salodienfis agri hominis, à quo Familia nomen habuit, filius eft, non ineptè conjicies fecundæ denominationi primam occafionem præbuiffe.

Hanc opinionem refutat Oldoinus nofter in fuis Additionibus, exiftimatque cum Spondano, aut fomnium, aut piam aliquam cogitationem. Sanè, inquit, fi id fuiffet, poterat Adrianus uno verbo iis fatisfacere, qui quærebantur Pontificatum ad Vltramontanos effe delatum. Fuit igitur Adrianus omnium ferè Scriptorum fententia verè Batavus Trajectenfis patre Florentio Auleorum Textore, feu ut alii volunt Cervifiæ Coctore honefto, fed ita paupere, ut præclaræ Indolis filium fuo fumptu in litteris educare non poffet, ideo Lovanium deduxit, & in Collegio Portiorum gratuitò ali obtinuit. *Pag.* 430.

Obfervavimus ejus effigiem fine barba, poftquam in Julio II. diximus ab eò fuiffe cultam, vidit etiam eundem vultum imberbem in numifmate Victorellus, quod actum fuiffe ait ante Adriani Coronationem, in cujus altera facie Tiara Pontificia in fublimi nummi parte eminebat, & claves fubjectas quafi vinculo nectens; fub clavibus Adriani ftemma, in ambitu verba *Securitas Vrbis Parmæ.* Oldoinus etiam exhibens hujus Pontificis monumentum, quod extat in Templo S. Mariæ de Anima Theutonicorum, addit nummum argenteum ex mufeo Caftelli Mantuani in quo ftemma eft cum lemmate PARMAE DOMINVS. Cur autem infcriptiones iftæ fuerint impreffæ à nullo Authore indicatum reperii; idcircò à veritate, haud me aberrare puto, fi credam nummos tales ex iis fuiffe, quibus ufualis pecunia conftat, à Parmenfibus fortaffè cufos, qui fub Pontificio dominio, & tutela effe, fibi invicem gloriantes omnibus conteftabantur. *Apud Ciacc.* 430. *Col.* 439.

QVEM

II. III

QVEM CREANT, ADORANT.

IN duplici numismate Coronatio Adriani VI. memoriæ Posterorum tradita est, quorum unum inscriptionem habet, QVEM CREANT, ADORANT, utroque pompam ipsam Coronationis, diverso tamen modo exhibente, quod sub numero II. positum est Cardinalem exculptum habet, à quo Pontificia Tiara illi imponitur, quod verò numero III. signatur, duos eandem tiaram Capiti Pontificio aptantes. In primo Pontifex Pluviali induitur, in secundo veste Sacerdotali, quam Planetam dicimus, eo ferè modo, quo exprimitur in numismate Martini V., ac Eugenii IV. Cum in horum explicatione plura dixerimus, in istis haud immorandum. Sciendum tamen Adrianum à triginta novem Patribus die 9. Januarii 1522. in Pontificem fuisse electum Roma absentem, cum adhuc in Hispania degeret.

Ciacc. 426. Post autem multas contentiones illo creato, Patres Comitiorum litteras in Hispaniam confestim miserunt, quibus novum Pontificem precabantur in Italiam maturaret, ut quę Deo, atque Senatui deberet oportuna ope afflictis Italiæ rebus illata, religiosè solveret. Indicta igitur profectione mense Augusti die quinta *Oldoi. 434.* Tarracone profectus levissimis tempestatibus Genuam pervenit cum quatuor circiter millibus peditum, & paucis equitibus navibus impositis, administrante Ferdinando Andrada, quem Copiis, & Classi præfecerat. Ibi excepere Genuenses piè, & liberalitèr, quamquam ab recenti calamitate direptæ Urbis nullo apparatu præferrent, oblatis publico Civium nomine ingentibus, & pretiosis donis. Advenere etiam Mediolano Franciscus Sfortia, Prosper Columna Cardinalis, & Ferdinandus Piscarius, ut eum statum Italiæ perdocerent. Post triduum hoc est die 24. Augusti quatuordecim Triremibus sociatus Genua ad Liburni portum secunda navigatione devectus, ubi à Julio Medice Cardinale, & quinque aliis Cardinalibus totiusque Italiæ Legatis, scilicet Piccolomineo, Petruccio, Cortona, & Rodulpho excipitur. Hinc ad Centumcellas cum octodecim Triremibus adnavigavit, ubi die 27. Pompeius Columna, & Franciottus Ursinus Cardinales sub Umbella Pontificem ad Templum deduxerunt, in quo à Pompeio Cardinali oratio est habita, tanti adventus lætitiæ accomodata. Postero die Ostiam pervenit, atque inde Tyberi subvectus Romam ad Templum D. Pauli accessit. Sequenti die Populo Romano singulis Sacerdotum ordinibus Comitantibus solemni pompa ad Vaticanum deducitur. Victorellus addit Pontificem ea die à D. Paulo *Victorellus ad Ciaccon. 428.* ad Vaticanum equitasse, divina Eucharistia prælata: qui etiam affirmat Pontificem, cum Romani in ea Urbis porta, qua ingrediendum erat, Arcum triumphalem quingentis aureis erigerent, Artifices desistere præcepisse, negantem Christianis, & Ecclesiasticis eos arcus convenire, quibus Gentiles gloriabantur.

Die deinde trigesima prima Augusti in gradibus ante Basilicam D. Petri fuit Coronatus pompa, & hominum confluentium frequentia non magna, ut idem Victorellus tradit, Pestilentia enim Urbem vexabat, & multi adhuc in Suburbiis erant; sedit in Pontificio Solio annum unum, menses septem, ac dies quindecim, post quos ex hac vita migravit.

IV

SPIRITVS SAPIENTIAE.

PER volumina in hoc numismate exculpta Adriani Pontificis eruditio designatur, cùm cęlestis Sapientiæ dono conjuncta, quę à Spiritu Sancto Pontificię Tiaræ imminente eidem Adriano communicata copiosè fuit. Inter dona enim, quibus divinus Spiritus Orbem humanum ditat, donum Sapientiæ

est

est, ut explicat D. Paulus epistola prima ad Corinthios, *Alii quidem per spiritum datur sermo Sapientiæ, alii autem sermo Scientiæ divisiones verò gratiarum sunt, idem autem spiritus*. Spiritus igitur Sapientiæ præcipuè emicuit in Adriano Pontifice, quæ fama Orbem repleverat. *Cap. 12.*

Angusta cum esset res familiaris Florentio Adriani Patri, ut filio ad bonas artes propenso subvenire non haberet, Lovanium misit, ut in Collegio Portiorum gratuitò nutriretur. Lovanii sunt quatuor Collegia strictiori disciplinæ artibus, & philosophiæ destinata. Ab insignibus suis, quæ sunt *Lilium*, *Falco*, *Castrum*, & *Porcus* nomina habent. *Alrad. Colait. ltm. B pag 10.*

Ibi vetere instituto ingenuis adolescentibus egestate pressis ad bonas artes perdiscendas alimenta ex publico præbebantur teste Jovio. Ita Adrianus metu liberatus expensarum incredibili vitæ integritate se totum dedit liberalibus disciplinis, quæ aliis essent obscura, & abstrusiora ea jucundè rimanti longè facillima viderentur. Paucis ille annis singulas Scholarum Classes ingenio, & doctrina facilè princeps secundissimo cursu percurrit: primum qui ei Dialectici honorem detulerunt, cum nemo esset ejus ordinis, qui ei solertia, & acumine disputandi conferretur: Pari quoque favore apud Philosophos Lauream promeruit. In Mathematicis ea illi contigit laus, quòd sine Præceptore, plerumque convolutas subtilitates per se caperet. Ad extremum Theologia etiam cum aliis instructus fuit optimè disciplinis, tantùm ipsi defuisse ajunt eloquentiæ Flores, & Poetarum amœnitates, quas contemnere erat solitus, eò quòd putaret aliquid de gravissimis studiis illos detrahere. Sic Sanderus in elogiis Cardinalium, & Aubertus Miræus in III. Belg. scriptor. Ex hac ejus sapientia inde factum est (ait Joannes Palatius) Præceptor cum quæreretur Carolo V; qui non minus doceret ornatè loqui, quam vivere, rejectis omnibus, qui se obtulerunt, Adrianus invitus adsciscitur, ut Deum monstraret Imperatori futuro. At Mundi Dominum, quis doceret nisi Mundi Magister? Divina certè Providentia disponente, cum Lutheri erroribus opponere se deberet, qui tunc temporis adeo noxium venenum in Ecclesiastica Dogmata, & probatissimos Pontificios mores evomuit, ut satis notum est. *apud [illegible] dor. [illegible] pir. [illegible] part. 7.* *Pag. 3.*

❦ V ❦

SANCTVS PETRVS. SANCTVS PAVLVS.

Sanctorum Apostolorum effigies habet numisma hoc, eodem modo ferè expressas, ut ostendit numisma Leonis X. à nobis sub numero XIV. explicatum. Quam ob causam plura addenda non sunt circa situm, quem obtinent, sinistrum videlicet D. Petrus dexterum S. Paulus. Cæterum has duorum Apostolorum imagines ritè numismata præferunt juxta antiquorum ritum, qui sua numima repræsentabant in nummis. Præfecti enim Monetarii (ut notat eruditus Suaresius differt. de numism. cap. 9. Heroum imagines apponebant, ita Calvinia Gens à Calpo filio Numæ originem trahens, Numæ vultum in nummis apponebat, Martius Philippus ab Anco Martio Rege, Anci Martii, Julia Veneris Caput, Claudia gens Claudiæ vestalis, Tarentini Tarenti fundatoris Delphino insidentis, quòd esset Neptuni filius. Athenienses Minervæ, Junonis Argivi, sic pariter Christifideles, v.g. Mediolanenses S. Ambrosium, S. Donatum Aretini, S. Marcum Veneti, S. Joannem Baptistam Florentini, multòque magis Romani Pontifices SS. Apostolos Petrum, & Paulum, ut scilicet omnibus, numismata pertractantibus innotescant Beneficia in Urbem, imò in terrarum Orbem ab illis emanata. Cæterum imagines eo modo exculptæ apparent, quo solent eas Pictores exprimere, ut facilè ex sola facie cognosci possint. In ea re vetustatem imitantes; de qua in tomo primo Conciliorum, ubi edictum donationis Constantini legimus. Ibi enim sic loquitur Imperator. *Interrogare cœpimus eundem beatissimum Papam (Sylvestrum) utrum illorum Apostolorum Imagines expressas haberet, ut ex ipsa pictura disceremus, hos esse, quos revelatio docuerat. Tunc idem Venerabilis Pater imagines eorumdem Apostolorum per Diaconum suum exhiberi præcepit,* *Borgia de [illegible] pag. 20.*

quos

quos dum aspicerem, & eorum, quos in somno videram, figuratos in ipsis Imaginibus cognovissem vultus, ingenti clamore coram omnibus Satrapis meis confessus sum eos esse, quos in somno videram.

De Calvitie autem quam Petro appingunt, habemus testimonium Clementis tom.3. Concilior. Fol.218. *Rectè autem corona in vertice pingitur cum eam Petrus gestaverit in memoriam Passionis Dominicæ*, ut est apud Bedam lib.5. hist. Angl. cap.22.

Paulus verò barbam habet prolixam, ut est apud eundem Bedam lib.4. c.14. relatum à Nolano cap.21. libr.3. Vide etiam Theoriam S. Germani cap.14., sed de his alibi.

VI

VT IPSE FINIAM.

Nummus votivus expressus à Luckio, atque etiam à Sadelerio allatus in sua Hierographia, qui inspiciens fabricam non absolutam, putavit vel fabricæ culmen, vel Belli intestini finem exoptari à Pontifice.

Cusum primus ejus Pontificatus anno affirmat Luckius, atque ad eum finem quem mox addam.

In Leonis Pontificis locum (scribit historiæ suæ lib. 20. Paulus Jovius) suffectus Adrianus VI. mira, & certè pudenda si Italiæ decus respiceretur, Senatorum factiosorem suffragatione, qua festinatis Comitiis hominem apud Batavos extremi Oceani natum, & tum in Hispania agentem, virtutis nomine cunctis Senatorii Ordinis prætulissent. Parum enim à dignitate Sedis Pontificiæ multis visum, cum Itali haberi possent, cis Alpes hominem accersiri cum è nobilitate præcipui Textoris filium. Sed Virtus Hadriani fecit, doctrinaque insignis cum vitæ integritate, morumque Sanctitate singulari conjuncta, ut Caroli V. Preceptor primò fieret, & Consiliarius, ut Academiæ Lovaniensis Cancellarius, ut in Hispania absente Carolo, Gubernator, ut Episcopus Bertusensis, ut tandem Ecclesiæ Caput. Misit Franciscum Cheregatam ad Conventum Norimbergensem contra Lutherum; magnopere ei in votis erat, ut *sua opera studio consilioque finiretur*, quam multi sollicitè expetebant, quæque jam tentata, ac cœpta à nonnullis fuerat Ecclesiæ Curiæque Romanæ reformatio. Tale desiderium expressum vides in turri incœpta, ac nondum absoluta cum lemmate, VT IPSE FINIAM, sed antequam vix manum operi illi admoveret, non sine veneni suspicione sublatus è medio fuit, biennio adhuc non impleto, ut diximus.



CLE-

I



II



III



IV




V




VI



VII



VIII



IX



X




XI




XII



XIII



XIV



XV



XVI



XVII



XVIII



XIX



XX



CLEMENTIS VII. NUMISMATA.



CLEMENS VII. PONT. MAX.



Unc Pontificem primum inter cæteros credidit barbam aluisse Rev. P. Molinetus ex eo quòd, cum apud Molem Adriani per septem Menses fuisset detentus, in his redactus angustiis, inedia laborans, ac squallore sordescens barbam radere neglexit, unde cum barbatus è carcere processisset in publicum, in hoc statu, qui virum gravem, & populis venerandum magis decere videtur, exinde remansit. Quod quidem cæteri Pontifices ejus Successores hucusque observarunt; At ut ut sint vera, quæ narrat hic Auctor præclarus, falsum tamen est Clementem VII. primùm barbam aluisse, ut satis probatum est in Julii II. numismate, quod certè Pag. 41. non unicum invenitur, ut idem Author affirmat, sed multiplex, effigiem Pontificis habens cum barba satis prolixa, eaque à se visa affirmat Victorellus à nobis adductus. In nummo anno Jubilei cuso Pontificem sine barba lustravi; Barbatum verò in alio nummo anno 1527. vulgato nempè anno eodem, quo ex Arce Adriani aufugit: Rursus cum barba magis prolixa eundem ostendit nummus, quam nomine *Julii* in pecunia numeramus, servatus Neapoli in Cimeliarcho, quod Franciscus Pichiettus Architectus Regius extruxit, & anno 11. nempè 1534. ante ipsius mortem vulgatus, ex quo satis probatur Clementem ab anno 1527. usque ad ultimum vitæ diem barbam aluisse.

Cusum fuisse hoc numisma anno secundo ejus Pontificatus indicant numeri sub effigie Pontificis exculpti, videlicet anno 1524. Creatus enim fuit die Jovis decima nona Novembris an. 1522. Coronatus die 26. ejusdem mensis in Liminibus Apostolorum, ubi Coronationis insignia suscepit à Marco Cornelio Veneto S.R.E. Archidiacono.



HODIE SALVS FACTA EST MVNDO
CLEMENS VII. ANNO IVBILAEI.

NVmismatis faciem cernimus, in qua Puerum JESUM in Præsepe jacentem B. Virgo, & S. Joseph adorant. Cusum fuit illud initio anni Jubilei à Clemente VII. celebrati, quare duplici de causa apposita fuerunt verba HODIE SALVS FACTA EST MVNDO. Consonant enim cum aliis, quæ ab Ecclesia psallente dicuntur diebus Christi natalitiis, *Redemptionem misit Dominus populo suo. hodiè illuxit nobis dies redemptionis novæ, reparationis antiquæ, felicitatis æternæ*; & benè aptantur anno Jubilæi sacro, cum in eo Redemptionis æternæ prætium omnibus pateat animarumque salus afferatur.

Quę fuerint eo Jubilei anno à Pontifice acta sequentia tria numismata explicabunt.

III

APERTAE SVNT * ET PORTAE COELI.

A Pontifice Porta ſancta malleo reſeratur coram genuflexis aliquot Peregrinis, dum inter nubes D. Petrus clave januam Cæleſtem aperiens oſtenditur. Qua expreſſione Catholici docentur D. Petro primùm Pontificiam poteſtatem à Deo conceſſam, deinde ad Romanos ſummos Pontifices D. Petri ſucceſſores emanatam. Portę Cęli vocantur in lemmate ſub metaphora, namque à Divo Petro reſeratur Janua Cęleſtis Patriæ, quam Divus Joannes tanquam Urbem in Apocalypſi deſcribit. *Vidi Civitatem ſanctam Hieruſalem novam deſcendentem de Cælo*, quæ verò à ſummo Pontifice, ſignificat Chriſti Domini merita, per quæ Chriſti fidelibus tanquam per Januam in Cęleſtem urbem aditus patet.

Illuſtriſs. Phœbeus ea narrat cap.5. part.2. de Jubilęo, his verbis. „ Clemens duobus Acolytis Jubilæi publicandi Provinciam commiſit cum Dominica quarta Adventus anno 1524. ad Pontificium Sacellum ſacris de more aſtiturus contenderet. Hujuſmodi autem Jubilęi indictionem ſimilibus litteris antea non fuiſſe peractam conſtat in Diariis Blaſii de Cęſena, & ipſis literis indictionis, datis 10. Kal. Januarii an.1525. Acolyti injuncta præſtituri illicò ad Januam Palatii Principem deſcenderunt, ubi circumſedentibus Pontificiæ Domus Pręfecto, aliiſque Pręlatis, & Papę familiaribus, cum tympanorum pulſu, & buccinarum clangore, appenſo ad alterum ex ambonibus originali diplomate, ejus exemplari alta voce Latino, & Italico Idiomate evulgarunt.

Cæterùm autem ex Diariis Martinelli Magiſtri ſacrarum Cęremoniarum habemus. Die 24. Decembris, quæ fuit pervigilium Nativitatis Chriſti Domini an.1524. Papa Pontificalibus veſtibus indutus acceſſit ad Portam ſanctam cum malleo ſuo aureo cantando verſiculos, ter percuſſit Portam fortitèr, & viriliter, deinde ſedit, malleum ſuum dederat Cardinali SS. Quatuor Majori Pœnitentiario, & Architecti diruperunt Portam, & aperuerunt, & deinde cum aqua benedicta lavarunt Pœnitentiarii poſtes.

Notat ſupracitatus Phœbeus Cęremonias, & ritus quibus Portæ aperitionem celebravit Clemens non fuiſſe omninò ſimiles illis quibus Alexander VI. uſus eſt, atque illas recenſet pag.154.eodem in cap.9. partis ſecundę, additque eas preces, & ritum à Blaſio de Cęſena Cęremoniarum Magiſtro in decentiorem formam redactas, quæ idcircò à ſummis Pontificibus ſubſequentibus Jubilęi annis ad ſua uſque tempora religioſè ſunt adhibitæ.

Ex eo autem quod Gallias, & Hiſpanias dira bellorum incendia urebant, Lutherana hęreſis in Germania debachabatur, & lues Italiam, ac Urbem ipſam vexabat, plurimi Fideles à ſacro itinere ſuſcipiendo deterriti fuere. Clemens proindè animarum ſaluti conſulens extendit beneficentiam in pleroſque Principes, & Catholicos populos, qui Romam peregrinationem obire formidaverant.



IVSTI

IV

IVSTI . INTRARVNT . PER . EAM.

V

RESERAVIT, ET CLAVSIT ANNO II.

NUmisma sub numero V. expositum Pontificem exhibet, lapidem deponentem in Porta, quam dicimus Sanctam, ut absoluto Jubilæi anno claudatur juxta ritum in Ecclesia Romana receptum. Illam clausit Clemens initio anni quarti sui Pontificatus; hoc est ineunte anno 1527. sicut reseravit in fine anni secundi, nempè anno 1525. Talem portam clausam ostendit numisma aliud sub numero IV. positum adjectis verbis; IVSTI INTRARVNT PER EAM, quibus impletum Vaticinium Regii Vatis ostendit Psal. 117. 20. *Hæc porta Domini justi intrarunt in eam*; sub quibus veræ Sapientiæ latet documentum, quo erudimur: Cęlestes thesauros, ac pœnarum solutionem jis impartiri, qui ante sua crimina pœnitentia deleverint, & à sanguine cęlestis Agni, mundati sacramento Pęnitentię ex impietate ęvaserint justi, ut Filii Dei evocari possent, ac Cæli Cohęredes.

VI

POST MVLTA PLVRIMA RESTANT.

OPprobria, quæ Clemens cum S.R.E. Purpuratis passus est à Milite, quo custodiebantur in Arce Adriani numisma significat, in quo Christus à Judęis flagellis cæsus sub lemmate POST MVLTA PLVRIMA RESTANT; eo quòd illi Spinæ, Crux, Lancea supererant. His verbis ac Christi Domini pœnarum meditatione animum erigebat mœrentium Clemens, ut futuras pœnas prævidentes præsentibus haud opprimerentur. Quæ verò passus sit Clemens cum Adriani mole detineretur, plurima monumenta contestantur, plurimique Scriptores enumerant. Satis superque sit eos dies indicasse, quibus Roma à militibus Cęsarianis fuit occupata.

Ingressi namque milites Urbem ad prædam discurrere cœperunt, eaque nocte nihil unquam lugubrius, atque funestiùs Roma vidit, (ut loquar cum P. Augustino Oldoino). „ Omnibus in locis ad satietatem, usque editæ sunt strages, Col. 465.
„ nobilissimi quique tormentis excruciati, Virgines, Matronæ, Sacræ Virgines
„ constupratæ, Cardinalium domus, Principum, Legatorum, Antistitum expu-
„ gnatæ, Templa multis necatis, aut excruciatis Sacerdotibus direpta, sacræ Re-
„ liquiæ dispersæ, & igne combustæ, Sanctissima Eucharistia conculcata, omne
„ genus impietatis, & sevitię commissum, id ipsum consequentibus diebus fa-
„ ctum, adeo ut calamitates, quas tunc Roma passa est, non modò explicari,
„ sed ne cogitatione quidem comprehendi possint. Prędæ verò magnitudinem
„ enarrare quis valeat? quam ad ducenties centena millia, hoc est viginti mil-
„ liones, ut vocant, aureorum ascendisse volunt eique accessit ingens Captivo-
„ rum, qui postea maxima se pecunia redemerunt, dignitas, & numerus. Tan-
„ ta enim auri cupiditate flagrabant milites illi, ut Julii II. Rom. Pontificis Ca-
„ daver multa exesum carie eruere, & anulo spoliare non dubitaverint. Legat
„ qui plura desiderat Baronii continuatorem.

„ Aurangius autem Princeps mortuo Borbonio electus ab exercitu in Du-
„ cem perducta fossa circa Arcem Adriani, ad quam Pontifex cum 13. Cardinali-
„ bus confugerat, dispositis prępsidiis circumdedit, ne quid in eam inferretur,

,, ut Pontifex omni ſpe deſtitutus ſexto Junii an.1527. deditionem facere coactus
,, fuerit graviſſimis conditionibus, ut quadraginta millia aureorum quamprimùm
,, daret, quinque præcipuas Status Eccleſiaſtici arces unà cum Mole Adriani, ac
,, Placentiam, Parmam, & Mutinam Cæſaris poteſtati ad libitum retinendas per-
,, mitteret. Ipſe cum Cardinalibus in arce Captivus maneret, donec pecuniæ
,, pars ſoluta fuiſſet, deinde Neapolim, aut Cajetam iret, ibi expectaturus, quid
,, Cæſar decreturus eſſet; obſides exercitui, pro reliqua pecunia darentur, &
,, Columnenſes ſacris dignitatibus reſtituerentur. Hiſque ſic conſtitutis Alarco-
,, nius Hiſpanus, cum tribus Hiſpanorum, ac totidem Germanorum cohortibus
,, Arcem S. Angeli eſt ingreſſus, ac Pontificem in anguſtas habitationes reda-
,, ctum ſex menſibus cuſtodivit. Multa quidem hæc ſunt, quæ Clementis animum
,, excruciarunt, plurima tamen ſuperfuerunt, quibus eidem auctæ ſunt pœnæ. Dum
,, enim Cęſarianorum Militum acies Romæ inſolentia graſſabantur inaudita, quam
,, ut facinus horrendum ipſe horruit Solimanus, teſte Fabritio Cornelio in Epi-
,, ſtolis; bello adjuncta eſt peſtis, quæ in ipſam Adriani molem ubi Pontifex cum
,, tredecim Cardinalibus militibus cuſtodiebatur penetravit, & nonnullos Aulicos
,, abſumpſit. Vidit deindè miſeram Imperii faciem Eccleſiaſtici. Cadente Roma,
,, & oppreſſo Pontifice, Mutinam invaſerat Ferrarienſis, Veneti Ravennam tute-
,, læ ſpecie detinebant. Peruſium Urbinas ad Balionum traduxerat, Cameri-
,, num Sciarra Columna occupaverat. Oſtiam, Civitatem veterem, Viterbium,
,, & alias Arces inſidiabant Hiſpani.

Anno deindè 1530. die Sabbati Octobris octava inundatio fuit Tyberis, major prę cæteris, ut memorię prodit inſcriptio in lapide affixa Moli Adriani his verbis:

MEMORIÆ
INVSITATI AVCTVS TIBERIS
AMNIS AD HOC SIGNVM,
QVO ROMA SERENO TEMPORE FACTA EST
TOTA NAVIGABILIS VIII. OCTOBRIS M.D.XXX.
CLEMENTE VII. PONT. MAX. ANNO VII.
GVIDO MEDICES ARCIS
PRÆFECTVS POSVIT.

Eam aquarum inundationem deſcripſit Martinellus in Diariis his verbis: Cœpit
,, Flumen noctu excreſcere, cum per duos dies tantùm univerſaliter pluiſſet, pro-
,, pter quod multæ domus ruerunt, magna multitudo gentium perdidit frumen-
,, ta, vinum, oleum, mobilia, ita ut major jactura Populo Romano ob hoc con-
,, tigit, quàm ob ſaccum anni 1527. Quare die 25. Octobris Papa ordinavit fie-
,, ri proceſſiones per tres dies continuos in Urbe ad placandam iram Dei, cum
,, hoc Judicium Dei pro certo crederetur, in pœnam delictorum noſtrorum, ti-
,, mens, *ne majora flagella ſemper in poſterùm imminerent*, & per publicum Preco-
,, nem indictæ fuerunt hæ publicæ ſupplicationes, aſſignatis aliquibus peculiari-
,, bus precibus recitandis ab omnibus, poſt quas erat Oratio devotiſſima, vi-
,, delicet.

Deus, qui contritionem non deſpicis, gemitum, & mœrentium non ſpernis affectum, adeſto precibus noſtris, quas tibi pro tribulatione noſtra effundimus, eaſque clementer exaudi, ut quidquid contra nos Diabolicæ, atque humanæ moliuntur adverſitates, ad nihilum redigatur, & conſilio tuæ pietatis elidatæ, quatenùs nullis adverſitatibus læſi, ſed de omni tribulatione, & anguſtia erepti, læti in Eccleſiâ tua Tibi gratias referamus per Dominum noſtrum &c.

Anno inſuper 1534. menſe Auguſti ſupra Cajetam, & Terracinam (loquor etiam cum ſupraſcripto Martinello in ſuis Diariis). Apparuerunt circa octuagin-
,, ta Triremes Turcarum. Pars illorum deſcendens propè Fundum, prædam fece-
,, runt pro victu, & nonnulla alia loca depopulata eſt inde propè Oſtium Tiberis
,, venerunt, & terruerunt totam Urbem.

Pluri-

Plurima igitur, (ut cætera fileamus) fuperfuerunt, quibus afflicto Pontifici dolor augeretur, narrat Oldoinus Clementem anulum continuò geftaffe, in cujus gemma infcriptum *Col. 473.*

Fortunatus erit ubique locorum gerens.

At quantum infcriptio hæc ab ejus vita diffentiret facilè deprehendet, quifquis eam veluti cymbam inter fluctus adverfa femper fortuna perpendet agitatam.

VII

EGO SVM IOSEPH FRATER VESTER.

Repræfentari in hoc numifmate fub fpecie Jofephi in gratiam fratres admittentis, Clementem Pontificem, qui concives Romanos in fuam pariter gratiam admifit, poftquam ab eo defecerant, putavit Reverendus P. Molinetus. *Pag. 42.*

Luckius verò ait, numifma hoc effe memoriæ dicatum, cufumque poft fœdus cum Gallo, Anglo, Venetis, & Francifco Sfortia contra Carolum V. Cæfarem, fancitum anno 1526. Res ita fe habuit. Francifcus Rex Galliæ, ut vires magis fuas contra Cæfarem confirmaret, de fœdere cum Pontifice, Anglo, Venetis, aliifque Italiæ Principibus maturè pangendo cogitabat; pronos ad eam rem cunctos invenit. *Pag. 58.*

„ Pontifex in primis in hoc contubernio effe voluit (ut verbis utar ejufdem Luckii) quòd fufpectam admodum Cæfaris potentiam haberet, & quòd Cæfar in Hifpania, edicta quædam contra Sacrofanctæ Sedis authoritatem promulgaret, & quòd Mediolanenfi Arci priufquam fame oppreffa hoftibus dederetur, maximis copiis fuccurri poffe ftatueret. Fœdus igitur pangitur 17. Maii anno 1526. Cuniaci inter Regios Procuratores, & Pontificis, ac Venetorum Miniftros. Capita fœderis hic ponere otiofum: cum à Guicciardino, & aliis prolixè recenfeantur. Commodi interim parum ex hac fraternitate fenfit Pontifex; nam Cæfariani Romam nemine refiftente occuparunt. Huc ufque præcitatus Luckius.

Quæ omnia confirmat Rainaldus in fuis Annalibus Ecclefiafticis his verbis. *Terruerat omnes Principes Cæfarea vis, ac fælicitas, adeò ut non modò cum Anglo, quam aliis fœdere fe junxiffe Belcheirus narrat, verùm cum Lufitano, quamvis Caroli affini de Cæfarea potentia elidenda agitata fint confilia, ne illum auro fubfidiario juvaret, quia etiam Sabaudiæ Princeps, Hifpanorum militum licentia feffus, in fœderatorum partes inclinavit.* Pontificem verò ad faciendum hoc fociale fœdus adverfus Carolum compulfum, fcripfit Joannes Matthæus Gibertus ob Cæfaris in Sedem Apoftolicam contemptum, ingratique animi culpam, tum ob nimiam cupidinem dominandi; Clementem etiam ad bellica confilia fufcipienda adactum refert Guicciardinus lib. 17. impendentis Italicæ fervitutis metu cum cerneret Carolum ita cum Gallo pepigiffe fœdus, ut Pontificem, atque Italos Principes, eo non comprehenfo, opprimere poffet, arcem Mediolanenfem obfidione premi, Infubres à Germanis, Hifpanifque proteri, Cæfareas turmas in Parmenfem, & Placentinum agros ditionis Ecclefiafticæ immiffos, rapinis clientes Pontificios vexaffe; lata à Carolo fuiffe in Hifpania iniqua edicta libertati Ecclefiafticæ adverfantia, atque Hifpanam rebellionem fubornatam in Romana Curia promulgaffe, ne Hifpani ab ea jus peterent. *Ad ann. 1526. n. 8.* *Libr. 18. c. 54.* *Lib. 1. pag. 197.*

Ego tamen mihi fuadeo numifmate propofito aliquid aliud, Clementi Pontifici magis gloriofum, memoriæ Pofterorum indicatum fuiffe, in eoque fignificari eius Pontificis eximiam clementiam, quam erga concives fuos Florentinos oftendit, cum pœnarum loco beneficia ipfius funt experti; neque enim numifmate dignum judicaverim fœdus armorum à Pontifice initum, compulfo, & adacto, ut fupracitati Authores affirmant. Ex probatiffimis Authoribus pauca feligam, ex quibus diudicabit Lector, an veritati magis mea adhæreat opinio, licet conjecturis innixa; quandoquidem ex numifmate, omni prorfus temporis nota carente, haud certi reddi poffumus.

Notiffi-

Notiſſimi ſunt factioſorum Florentiæ civium tumultus, quibus cum Urbe tota ipſa Etruria ingentia damna deploravit. Obreperant ad ſupremos Florentiæ Reipublicæ Magiſtratus (ut narrat Rainaldus) *Viri obſcuri, & ſordidi ſuarum rerum augendarum ex Patriæ incommodis cupidiſſimi, qui libertatis tuendæ nomine populo lenocinati ſæviſſimam tyrannidem, erectis Proceribus, & oppreſſo Sacerdotali ordine, exercebant*. Omnia fusè exponit Jovius lib.29. & poſtquam Clemens privatum fœdus cum Cæſare inierat ad reſtituendam Mediceę Familię dignitatem, iis legibus, ut Alexander Medices Pontificius nepos armis Cæſareis in Principatum Florentinum revocaretur; at pace promulgata inter Cæſarem, Venetos, Mediolanenſem, & Sabaudię Duces, pacis beneficium non ſunt conſecuti Florentini, nam illi Oratores, cum inanibus, & parum expeditis mandatis ad Pontificem, Cęſaremque miſſi ſunt, ut refert Jovius.

Ad ann. 1530. — *Idem ad ann. 1529. num. 60.* — *Lib. 27.*

Cum igitur Pontificiis armis maximè urgeri ſe animadverterent, narrat Benedictus Varchi Florentinus civis in ſua hiſtoria, quam de rebus Patriæ patrio idiomate ſcripſit, quod Urbe obſeſſa; ,, Mandarono quattro Ambaſciatori al Papa,
,, per moſtrare di humiliarſi sì per intendere la cagione, perche ſua Santità li
,, muoveſſe guerra, furono eletti Luigi Pazzi, il quale rifiutò, dicendo non
,, poter cavalcare, Pier Franceſco Portinari, Andreolo Nicolini, Franceſco Vet-
,, tori, e Giacomo Guicciardini, e premiſero per le poſte Franceſco Naſi, che
,, faceſſe intendere al Papa delli quattro Ambaſciatori, accioche ſoſpendeſſe l'ar-
,, mi, finche gli udiſſe. Il Papa ſollecitato da Ceſare, che andaſſe à Bologna,
,, gli udì in Ceſena, e la riſpoſta fù, che trattandoſi dell'onor ſuo, voleva,
,, che i Fiorentini ſi rimetteſſero in lui liberamente, e poi moſtrerebbe à tutto il
,, Mondo, che egli era Fiorentino, & amava la Patria ſua.
,, Altra volta alli 6. di Gennaro, furono creati Ambaſciatori Luigi di Pauolo
,, Antonio Soderini, Andreolo di Otto Nicolini, & il Giovine eletto per ſotto
,, Ambaſciatore fù Roberto Bonzi, quali ſi poſero in viaggio alli quattordici; alli
,, 18. hebbero udienza dal Papa in Bologna, raccomandatagli la Città, lo pre-
,, gorno voleſſe riconoſcerli per figli. Riſpoſe al primo, che mai haveva havuta
,, intentione di occupare la loro libertà, al ſecondo riſpoſe, che ſe non foſſe ſtato,
,, egli, ne ſarebbero à quell'hora ſtati privi. Poi ripreſe il modo, di governare,
,, che facevano, tornarono la ſeconda volta à ſuoi piedi alli 25. con riſpoſte del-
,, la Republica, che ſi moſtrava pronta à ſodisfare al Papa per le ingiurie, che
,, havevano commeſſo d'ucciderlo in cera, e di appiccarlo in pittura in una caſa
,, privata. Il Papa però tra le altre coſe ſoleva dire. *Io non ſono così cattivo, ne*
,, *crudel huomo, come mi tengono i Fiorentini, Io moſtrerò un dì à chi non lo crede,*
,, *che ancor Io amo la Patria mia*. Hanc amantiſſimam (an fratris, aut Patris dicam) voluntatem experti ſunt Florentini, cum conſentiente Pontifice, omnia ſunt compoſita eodem anno 1530. quo Alexandro Medici, ejuſque Sereniſſimis Poſteris dominium Civitatis traditum eſt, ac venia Florentinis conceſſa. Eandem Pontificis clementiam, & in Patriam amorem duo Brevia conteſtantur, Malateſtæ Balleono miſſa, Florentinis militibus Generali Præfecto, qui eoſdem ad petendam veniam ſuadebat. Illa in ſua hiſtoria recenſet Varcus, ſuntque hi qui ſecuntur.

,, Dilecte fil. ſal. & Apoſt. Bened. ex dilecto filio Dominico Centuriono Ca-
,, merario noſtro, & antea ex pluribus, intelleximus quo amore, & ſtudio fili
,, proceſſeris, & procedas ad ſervationem iſtius Civitatis, Patrię noſtræ chariſſi-
,, mæ, ſimulque ad noſtrarum rerum beneficium, quod eſt nobis ita gratum, at-
,, que in corde, & deſiderio fixum, ut hujus tanti beneficii, quod in nos, & in
,, noſtram Patriam confers, nunquam oblıviſci poſſumus; ſiquidem cum in omni
,, ſollicitudine incolumitatem ejuſdem Civitatis exoptemus, meritò ſit ut tibi
,, cum in hoc adiutorem pręcipuum habeamus, ſimus maximè debituri; ſed hęc &
,, alia pleniùs tibi refert Bernardinus Caccius dil. fil. quem ad te mittimus, cui
,, fidem in omnibus indubiam habebis. Dat. Romæ apud S. Petrum ſub annul.
,, Piſcat. die 14. Auguſti 1530. Pontific. noſtri anno 7.

BLOSIVS.

Secun-

Secundum :

" Dilecto filio Malateste Ballionio Exercitus Florentini Capitaneo Generali
" Clemens Papa VII. Dilecte filii salut. & Apost. bened. Ex tuis litteris tuum
" amorem, & fidem erga nos magis, ac certius perspeximus. Nos Fili Te hor-
" tamur, ut cetera amatissima concludas, quo enim plures sunt difficultates à
" te superatæ, major erit tuorum meritorum ratio apud nos, qui sanè hoc tuum
" in nostram Patriam beneficium nunquam oblivisci poterimus; sed hæc tametsi
" Galeatius tuus plenius ad te scripserit, ut credimus, explicabit etiam copiosè
" dilect. filius Martinus Agrippa familiaris noster præsentium exhibitor, cui in
" omnibus, quę tibi retulerit, fidem habebis indubiam. Dat. Romæ apud S.Pe-
" trum sub annulo Piscatoris die 29. Augusti 1530. Pontificat. nostri anno 7.

BLOSIVS.

Itaque Clementis indulgentiam, & fraternum amorem testatur adhuc numisma, in quo quatuor Oratores supplicantes, & Pontifex sub specie Josephi in gratiam admittit fratres concives, scilicet Florentinos, qui ab ipso defecerunt, ob errores veniam, ob iniurias beneficia referentes.

VIII

NUmisma laurea cinctum ferè eadem exprimit, ac præteritum, à nobis explicatum, nullam habens inscriptionem. Putant aliqui eadem de causa fuisse cusum. Tamen Joannes Baptista Palatius adulterinum esse affirmat, & ad Carolum Quintum Imperatorem pertinere de Tunetanis victoriam referentem, *undè ad pedes Cæsaris in eo habentur Barbari genuflexi, & vincti*. Cum tamen in celebrioribus Romanis Museis illud viderim, nec ullum in eo signum depræhendere potuerim, ex quo dubitationis locus esset, alteri sub Clemente VII. viso affine illud existimo, non tamen occasione eadem, quamvis ad ejusdem Pontificis clementiam celebrandam vulgatum.

In superiori sub specie Josephi Clemens exprimitur Florentinis parcens, ut dictum est, in hoc Clemens repræsentatur, sub specie Regis supplices devinctos à criminibus absolvens, meo quidem judicio Romanos fuisse reor, cum cæteris, qui in Pontificis perniciem coniuraverunt.

Ex celebri narratione, quam Dominicus de Rubeis italicè scripsit tempore ipso, quo sub Clemente Roma à militibus depopulabatur, accepi, Clementem ex Arce Hadriani, profectum, cum ad Urbem veterem pervenisset, sacris Pontificiis vestibus indutum publicè omnes suos hostes, quamvis absentes, à censuris liberasse, eamque indulgentiam in diplomate, ibi emanato, Romamque misso omnibus innotescere voluisse, atque eam ob causam totam Urbem festivo omnium campanarum sonitu lætitiæ signa dedisse. Adeò Pontifex se Clementem præbere semper studuit, ut ob eam virtutem in Vaticana Sancti Petri Basilica sepultus sequens sibi demeruerit Epitaphium, ut testatur Franciscus Suvertius relatus ab Oldoino.

CLEMENS VII. PONT. MAX.

CVIVS INVICTA VIRTVS

SOLA CLEMENTIA SVPERATA EST.

MISIT

IX

MISIT D. ANG. SVVM ET LIBERAVIT ME.

Act. 8. 11. VErba sunt ferè similia illis, quæ D. Petrus protulit, post quam ex carcere Hærodiano ad se reversus dixit. *Nunc scio verè quia misit Dominus Angelum suum, & eripuit me de manu Hærodis, & de omni expectatione plebis Judæorum*. Exprimitur D.Petrus è carcere Hærodiano egrediens cum Angelo, ubi ab Hærode fuerat inclusus, non alia de causa, nisi quia placeret Iudæis, ut dicitur in cap. duodecimo actuum Apostolorum. Protulit illa verba D. Petri saltem in corde S. Pontifex, & in præsenti numismate significavit sub typo D.Petri, simul cum Angelo ex carcere exeuntis se ipsum ex Adriani Arce aufugientem. Res ita se habuit.

Permisit Deus, ut ad saturandam hominum ingluviem, Lutheranæ Sectæ labe infectorum Vicarius ipse Christi, ac D. Petri Successor in carcere detentus cogeretur vasa Ecclesiastica deperdere, in monetam cudendam. Inter hæc post conditiones factas, ut soluta ingenti pecunia liberaretur Pontifex sub custodiis detentus, & postquam constitutum fuit, ut nona die Decembris anni 1527. Pontificem Hispani in locum tutum deducerent, ipse ob infestum in se animum Moncadæ Regni Neapolitani Proregis mutationem aliquam metuens, prioris ejus diei initio, hoc est die S. Nicolao sacra, (ut dicitur in Diariis) clara, mercatoris, sive Ministri dispensatoris habitu Arce egressus ex occulta porta, quæ est in extremo Vaticani Viridarii angulo ad Turrim rotundam, cujus clavem ab Olitore paulò
Oldoin.469 ante Papa impetraverat, elusis Custodibus, à Ludovico Gonzaga, qui ipsum in Pratis expectabat, ad montem Faliscum usque deductus fuit, indeque Urbemveterem noctu, nullis comitantibus Cardinalibus, ingressus est, ubi ad Leutrechium scribens gratias egit de opera, pro sua liberatione navata. Lautrechius fuit Gallus in Italiam cum Regio exercitu ad Pontificis liberationem profectus, miserat hic Franciscum de Angelis Generalem PP. Franciscanorum, Virum insignem pietate, & doctrina ad Lanojum, & Moncadam cum mandatis de Pontifice liberando. Vide Jovium in Clemente, & Possevinum lib. 7. Hist. Gonzagæ.


X

VT BIBAT POPVLVS.


Exod.17.6. LOquens olim Moysi Deus cum Judeorum Turbæ in deserto ob aquæ defectum siti angerentur, inquit, *En ego stabo ibi coram te supra petram Horeb, percutiesque petram, & exibit ex ea aqua, ut bibat Populus*. Eadem verba protulit in numismate præsenti Clemens, cum in Urbeveteri degens, aquæ penuriâ eam Civitatem laborare cognovit. Assurgit enim ea Civitas in excelso, aridoque saxo, supra quod nullę aquarum venæ scaturiunt, atque ad humanos usus sola aqua pluvia in cisternis servata cives utebantur, non sine magno incommodo, præsertim in siccioribus anni mensibus. Huic indigentiæ Clementissimus Pontifex providere sategit, Puteumque fieri curavit miræ altitudinis, in quem per duas scalas coclides singulari artificio extructas equi descendunt onusti. Ut ejus moles quam primùm absolveretur quandam pecuniæ summam à civibus collectam anno 1530. Fabricę applicari jussit dipolomate in forma brevis eo anno emanato, cujus exemplar ex Archivo ejusdem Civitatis mihi concesso, huc transfero.

CLE-

Puteus in Vrbe ueteri aqua perenni fluens, gradibus lateritijs quingentis compactus, tam facili latoque descensu, ut Sarcinarijs Iumentis accomodatus existat



Pars exterior Putei




A Aqua

B. Pons


C. Ianua


D Scalæ

Fundus Putei



Palmi Romani





CLEMENS PP. VII.

„ Dilecte Filii salutem &c. Volentes in Civitate, Territorio, & districtu istius
„ Civitatis nostrę Urbevetanæ subventionem medii pro centenario &c. declaran-
„ tes quòd ex prædicta exactione, sic ut supra facienda, summa, & quantitas
„ 1550. ducatorum auri de Camera, juliis decem pro ducato computatis, ad mi-
„ nus exigi debeat, de qua quidem 950. hic Romæ in manibus dilecti filii Augu-
„ stini tit. S. Cyriaci in Thermis Presbyteri Cardinalis nostri, & S.R.E. Camera-
„ rii, vel ab eo deputandi persoluantur. Reliquos verò videlicet 600. ducatos
„ similes in fabricam Putei propè Arcem in dicta Civitate Urbevetana jam incœ-
„ ptam converti, & exponi diligenter curabis, & facies. Mandantes omnibus
„ &c. Dat. Romę die 1. Junii 1530. Pontificatus nostri anno septimo.

BLOSIVS.

Ejus Fabricę Architectum Antonium à Sancto Gallo fuisse Vasarus refert in sua historia his verbis.


„ Trovandosi il Papa in Orvieto doppo il sacco, la Corte vi pativa molto per *Tom. 3. p. 322.*
„ l'acqua, onde Antonio S. Gallo, come volle il Pontefice murò un pozzo tut-
„ to di pietra largo 25. braccia con due scale a chiocciola intagliate nel tufo l'una
„ sopra l'altra: nel fondo si scende per una di esse à lumaca in tal modo, che si arri-
„ va sul ponte, d'onde presa l'acqua, si ritorna per l'altra scala. Quest' opera
„ fù condotta a fine tutta quasi prima, che Clemente morisse, e perche restava
„ la sola bocca Pauolo III. la fece finire, ma diversamente dalla idea destinata,
„ da Clemente, e da Antonio.

Monaldus Monaldescus in commentariis historicis libr. 2. pag. 15. fusiùs de hoc Puteo loquitur tali pacto.

„ Quantunque nella parte di sopra (cioè detta Città) non vi sia tal comodità, se
„ non per due pozzi profondi cauati nel tufo con grandissima spesa al tempo, e
„ per ordine di Papa Clemente VII. uno nella cava già detta nel libro primo di
„ altezza di piedi . . . . che con fune si tira l'acqua, ma l'altro vicino
„ alla Rocca, è di molto stupore, meraviglioso, e perche è cavato il sasso pro-
„ fondissimamente palmi 265. & intorno al concavo sono due strade a lumaca, con
„ scalini à cordoni commodi in numero 248. ma distinte, che per una si entra, e
„ per l'altra si ritorna, havendo e l'vna, e l'altra sei fili di finestroni, che sono 12.
„ finestroni per fila, che dal cavo del pozzo prendono il lume, e la sua larghezza
„ piedi . . . . . . l'altezza piedi 170. e nel fondo scaturisce una vena d'acqua
„ grandissima, alla quale è ordinato l'esito alto due canne, è sempre in un modo
„ abondante si conserva, per supplire à tutti i bisogni della Città, e per un ponte
„ si tragetta nell'imo fondo, che vi passa dall'una, e l'altra lumaca, e si conser-
„ va per tempi di assedio, ò di grand'altro bisogno di siccità. Fù finito al tempo
„ di Paolo III. è opera unica, e singolare, e d'alta meraviglia. Ejusdem Pauli III. qui coronam tali puteo imposuit, insignia in marmore exculpta conspiciuntur, adiectis verbis.

QVOD NATVRA MVNIMENTO INVIDERAT INDVSTRIA ADIECIT.

Adiecimus nos Tabulam, in qua Puteus orthographicè, ac ichnographicè exactissimè delineatus apparet, ut omnes prodigiosum architecturę opus, quod unicum fortasse est, valeat contemplari.



XI

CLAVDVNTVR. BELLI. PORTAE.

Postquam multos menses Clemens Pontifex carcere detentus fuerat, atque Roma à Germanis direpta; nihilominus iniuriarum illatarum immemor pacem cum Cęsare sancivit. Ejus pręcipuus Promotor Mercurius fuit Gattinaria, quem propterea Purpura ornavit Clemens, qui ut firmius Pax uniretur, ad Deum preces fundendas jussit, atque mense Junii 1529. fuerunt inchoatę tres Processiones, (ut narrat in suis Diariis Martinellus) prima die à Templo D. Marci ad S. Joannêm in Laterano, secunda die à S.Maria supra Rotundam usque ad S.Mariam Majorem, tertia à S. Laurentio in Damaso, usque ad Sanctum Petrum, quibus diebus post supplicationes ab aliquo Pręlato sacrum celebrabatur tertia die à Cardinali.

Pacis conditionis retulit P. Oldoinus, quarum pręcipuę fuerunt, ut Cęsar
Fol.469. Alexandro Medici Margharitam filiam suam Notham desponderet, eumque Florentiam, cum eadem auctoritate, quam Majores ipsius obtinebant, reduceret. Urbes Ecclesiastici Juris Pontifici restitui curavit. Pontifex verò iis recuperatis, Cęsari accepti beneficii gratia Regni Neapolitani jura concederet cum censu unius equi albi, & determinatæ summæ auri, & viginti quatuor Ecclesiarum Cathedralium, de quibus controvertebatur, nominationem ei concederet, in reliquas jus suum Pontifex retineret. Ut Pontifex ad propulsandos Turcas, quartam partem fructuum Ecclesiasticorum Cæsari ejusque Fratri Ferdinando concederet, & omnibus, qui in ipsum diręctè, sivè indirectè deliquissent, quæ in eum commissa fuissent, rata quoquomodo habuissent, veniam largiretur. Cumque dubitaretur an magis expediret, ut Cæsar in Italiam descederet, eam petendi cupidissimus, ut firmiùs cum Pontifice amicitiam stabiliret, vel Papa in Hispania proficisceretur, creditum est, Reipublicæ interessę, ut Carolus in Italia se conferret, & Pontifex Bononiam, ut ab eo insignia reciperet Imperialia. Itaque sub Autumnum 7.Octobris 1529. Clemens recessit ab Urbe Bononiam iturus; 23. mensis ejusdem eam Urbem ingressus est; atque Cæsar cum ingenti Classe, quæ mille equites, peditum novem millia vehebat, Genuam appulit, cui tres Cardinales occurrerunt Legati. Pontifex cum intellexisset Cæsarem ingressum Bononiam, exivit cum sacro Senatu è Palatio, & ante Ecclesiam S. Petronii in quodam loco eminenti ad hoc dispositο illum expectavit. Cæsar Pontificis primùm osculatus est pedem genuflexus, successiuè manus. Sublevatus ab ipso Papa, ad osculum faciei receptus. Veni inquit lingua Hispana Sanctissime Pater ad pedes tuos, quod summo voto semper expetivi, ut fessis Christianæ Reipublicæ rebus communi consilio succurramus. Oro Deum Optimum Max., qui me hujus voti compotem fecit, ut nostris consiliis adsit, atque hic adventus meus Christianis omnibus sit salubris. Tum Pontifex; certè hoc ipso congressu, sicut Deus immortalis, & Sancti Cęlites sunt testes, mihi nihil unquam fuit antiquiùs, & jam superis gratias ago, quòd Te videam prosperè, atque feliciter, terra, marique perductum, resque eo deductas intueor, ut Te Authore de concordia omnium, & solemni pace minimè desperemus. Obtulit subindè Cæsar auri signati circiter libras decem, deindè Papa, & Cęsar à sinistris, quem Papa semper manu tenuit, simul descederunt portam versus Sancti Petronii, & tunc dimisit Cęsarem, ut in Ecclesiam pergeret. Papa verò Cruce præcedente Sede delatus est in Palatium. Denique vigesimasecunda Februarii 1530. manu Pontificis Cæsar fuit coronatus diad emate ferreo. Ritus ejus coronationis lege apud Odoricum Rainaldum hoc anno 1530. lapso triduo orna-
Lib. 27. tus est corona aurea eo apparatu, quem describit Jovius, quo absoluto, Pontifice equum ascendente, Stratoris implevit officium, pedem sustinuit, frænum tenuit, equumque aliquot passus ducere voluit teste Augustino Sthanchio lib. 2. aduersus Lutherum, inde equum conscendens vnà cum Papa sub eodem Baldacchino equitavit per Civitatem Bononiensem, ex qua die 22. Martii Carolus V. discessit, & vige-

vigesima tertia Pontifex, qui 11. Aprilis Romam redivit remotis pompa, & cæremoniis maxima cum lætitia Populi Romani.

In tantæ Pacis monimentum cusum est numisma in quo Jani Templum, ut olim Nero augustus nummis suis sculpi jussit, à se clausum, & in aversa facie apposuit Orbem hinc, & hinc ramis Laureis vinctum in symbolum Pacis comparatæ publicis victoriis cum hac epigraphe PACI PERPETUAE.

In Pontificio hoc numismate epigraphem habemus CLAVDVNTVR BELLI PORTAE. Siquidem Virgil. ab originum ætate morem aperiendi portas Jani tempore Belli, easque claudendi, & clausas retinendi tempore pacis viguisse perhibuit.

Sunt geminæ belli portæ (sic nomine dicunt)
Religione sacræ, & sævi formidine Martis, Aeneid.7.
Centum ærei claudunt vectes æternaque ferri
Robora, nec custos absistit limine Janus.

Et Horatius 2. Epist. *Claustraque custodem pacis cohibentia Janum*; Plutarcus etiam *Hasce Jani portas* (inquit) *aperiri bello, & claudi pace composita solemne est.*

Jani autem templum fuisse in medio Foro ex adverso Capitolii tradit Procopius. ,, Erat, inquit, Sacellum totum ex ære constitutum, quadrata quadam di-
,, mensione tantæque amplitudinis, quanta integra Jani statua poterat ænea quin-
,, quepedalis capi capite dumtaxat bifrons. Portę utriusque æneæ quæ pacis tem-
,, pore claudebantur; instante autem bello aperiebantur, vocabaturque Janus
,, geminus à Numa Rege dicatus, qui pacis bellique argumento colitur, digitis
,, ità figuratis, ut trecentorum quinquaginta quinque dierum nota per significa-
,, tionem anni temporis, se Deum indicaret. Herodianus lib.1. imaginem Jani
,, Bifrontem ideo sic effictam refert, quia ab eo incipit, & in eundem desinit
,, Annus.

Servius Grammaticus in 12. Æneid. ait: *Romulum, & Titum Tatium cum in fœdera convenirent, simulacrum duplicis frontis effecisse, quasi ad duorum populorum imaginem.* Fuit dictus etiam geminus propter alias rationes quas recenset in explicatione numismatis Jani tom.1. Miscellaneorum, quæ collegit P. Gaudentius Robertus Carmelita Parmæ anno 1690; omnia verò quæ ad templi Jani ad sacrificia, & cognomina pertinent legere poterit studiosus Lector apud Giraldum in suis de Diis Gentium libris.

Quare autem hæ portæ aperirentur, & clauderentur, ut apertis Civitatem in armis esse significarent, clausis verò pacatos cives, probabile dictu est Ethnicos eum olim morem à quorumdam sacrorum Templorum solemniis deduxisse. Illi enim ex multis sacræ Scripturę monimentis veritatem in fictione, ut Scimiæ assimilantes, pleraque ex ejusdem veteris Testamenti cæremoniis in suas superstitiosas, ac impias celebritates transfere ausi fuerunt.

Propè hoc templum in numismate expressum jacet figura vinculis alligata, eam esse Discordiæ typum affirmavit P. Molinetus, sed cum virum potiùs, quàm fœminam representet, Martem, seu milite m judico ab illa significari armis penitùs exutum, quibus mulier pacem indicans facem admovet, ut exurat. Pag.42.

❦ XII. XIII. XIV ❦

CANDOR ILLAESVS.

IN triplici numismate, tripliciq; in Emblemate idem symbolum est sub eodem lemmate CANDOR ILLAESVS, illa Tipotius vulgavit, in quorum duobus Solem, in tertio Sydus conspicimus, addita pila unica ex septem gentilitijs Mediceorum. Voluit Clemens (ait Tipotius) integritatem suam ab injuriis Fortunę, & Hominum vindicare. ,, Incendium Urbis, quod in arbore apparet, ma-
,, jori vi, quàm humanæ tribuens, & invidiâ, qua illa flagrabat se esse superiorem
,, in lucida imagine ostendens. Joannes autem Ferrus in suo Theatro Symbolorum scripsit: ,, Clementem Pontificem in globo Cristallino fuisse expressum inter Pag.259.

„ solares radios posito, per quem transeuntes arborem incendebant, non verò „ paginam albam iisdem objectam, sic Syderis lumen à tenebris nocturnis non „ deturpatum, ut scilicet, ejus innocentia ostenderetur, ab injuriis illatis, nun-„ quam vel levitèr denigrata. Ob id vanitatis, ac superbię nota illicitum Cle-„ mentem arguere ausus est Hercules Tassus, sed immeritò. Non enim in suas laudes talia numismata publicavit Pontifex, sed Dominicus Boninsegni Florentinus ejusdem Pontificis Thesaurarius, ut refert supracitatus Ferrus pag.644.

Huc confert Anulus, quem Pontifex continuò gestabat, in cujus gemma inscriptum *Fortunatus erit ubique locorum gerens*, & quamvis Oldoinus pagina 473. haud fortunatum illum fuisse dixerit. Fortunatum tamen alius appellabit, non quidem ob temporalem fortunam, quæ certè in multis prosperè non arrisit, sed ob ejus animi celsitudinem, ac invictæ mentis virtutem, quàm nullæ, nec temporum, nec injuriarum hostiles incursiones lædere potuerunt; memor enim erat virtute præditum virum nihil extimescere, atque in pœnis esse felicem. Quam veritatem etiam Ethnicus agnoscens, sapienter cecinit.

Horat. lib. 3. Carm. ode 3.

Justum & tenacem propositi virum
Non civium ardor prava jubentium,
Nec vultus instantis tyranni
Mente quatit solida: neque Auster.
Dux inquieti turbidus Adriæ,
Nec fulminantis magna Jovis manus.
Si fractus illabatur Orbis,
Impavidum ferient ruinæ.

XV. XVI. XVII. XVIII

IUSTITIA EX DEO.

DUo numismata sub Clemente VII. cusa reperi, in quorum altero Pontifex equo insidet, in altero verò Mulæ. In hoc duo milites genuflexi, in illo unicus, eum adorant; in utroq; tamen Pontificio amictu, mitraq; decoratus est Pontifex cum lemmate IUSTITIA EX DEO. In aversis faciebus stemmata sunt medicea, clavibus, & Tiara, palmisque exornata; Illa mihi suadeo fuisse cusa in perenne monimentum fugæ Pontificis ex Arce Hadriani, ubi (ut dictum est) detinebatur. Miles enim genuflexus facilè indicat Aloysium Gonzagam, qui in Pratis proximis illum excepit non sub Pontificio habitu, sed vili, quo indutum indecorum fuisset Pontificem exprimere. Insidet Mulæ, & ex historiis accepimus illum *hispano militari, equo à Gonzaga parato, vectum ad Urbem veterem*; cæterum Pontificem albo equo semper uti notissimum est. Inter enim insignia Pontificalia, quę sect. 3. cap. 2. refert Theodorus Hoepingus, numeratur equus albus, aitque ex Spondani Epitome patere, *utrumque equum, & quo equitat Papa, & quo corpus Christi vehitur, album esse debere*. Cælestinus tamen Papa cum absens, nec cogitans Pontifex electus esset, vili Asello insidens Aquilam urbem ingressus, coronationis suæ insignia suscepit. vide Cassaneum in catal. gloriæ Mundi part.5. cons. 38. concl.3. & num.341.

Equus candidissimo colore decoratus est (cap. Constantinus 14. dist.96.) *quo in publico vecti Pontifices secundum Innocentii IV. ordinationem, Galero rubro uterentur*. Platina, Polid. & alii Volater. in Antrop. sub Benedicto IX. circa annuum 1031. Verùm Paulus II. primo Pontificatus sui anno splendidissime hujus equi ornatum faciens Pannum coccinei coloris, ei assignavit Azorius Inst. moral. part.2. lib.4. cap.3. §. decimo octavo *Quæritur* &c.

In lemmate autem IUSTITIA EX DEO, Clementis pium sensum habemus, Suam innocentiam, quam Gonzaga cum amicis celebrabat, non sibi, sed Deo tribuentis, Justitiæque Divinæ dispositionem in omnibus, quæ evenerant adorantis, juxta Ecclesiastici documentum. *Plurima illius opera sunt in absconsis, sed*
Cap.16.22. *opera justitiæ ejus quis enuntiabit*.

VIR-

XIX

VIRGINI MATRI.

Narrat P. Augustinus Oldoinus se vidisse in Museo equitis Caroli Antonii à Puteo numisma, quod Ecclesiæ S. Mariæ de Anima speciem habebat cum inscriptione VIRGINI MATRI. *Col.475.*

An à Clemente Pontifice cusum fuerit tale numisma assequi non potui, nec ex ullo monimento rationem habui, ut id affirmarem; suspicor tamen cusum in honorem Beatæ Virginis, quæ in tali Templo, *de Anima* dicto, colitur, atque ante illam Preces Clementem effudisse, ut calamitates, quibus propter Germanos milites Roma premebatur, dignaretur avertere. Colitur enim in eo Templo Beatissima Virgo, tanquam Germanorum Patrona, ejusque in honorem primo erecta fuit anno 1400. pretio trium domorum, quas Joannes quidam Petri Flander moriturus reliquit, ut Templum ac Xenodochium Germanorum perpetuò esset. Dicitur *de Anima*, quia eorum Animæ sub Beatæ Virginis Tutela ante, & post mortem esse profitentur.

Clemens autem (ut referunt historici) præcipuo quodam cultu Deiparam Virginem toto suæ vitæ tempore coluit; quare Romanus Pontifex renunciatus nihil ferè priùs habuit, quam ut Lauretanæ Virginis Ædem Pontificiis diplomatibus, ac diversis beneficiis honestaret, Antonium Sangallum, Raphaelem Baccium, Nicolaum Tribulum, aliosque illius ævi celeberrimos Statuarios ingenti prætio conduxit, ut inchoatum à Leone X. augustissimi Sacelli ornamentum pari magnificentia absolveret; quamvis Deus absoluti operis decus alteri reservavit. Ut autem sacræ Domus migrationem è Gallilea in Dalmatiam, inde in Picenum intensius exploraret, & dubitationem omnem è mortalium pectoribus, si qua fortè resideret, funditus tolleret, ex omnium familiarium numero tres Cubicularios suos deligit expertæ religionis ac fidei. Hos quid facto opus esset monitos, rebusque necessariis abudè instructos dimittit. Ergo illi Lauretum profecti, ac Sacram Domum contemplati dimensique conscendunt navim Illiricum petituri, quò ut ventum est, parieti cujusdam Ædiculæ inscriptum, Lauretanam ibi Domum fuisse olim, inveniunt. Hæc Accolæ ipsis monstrabant veras lacrymas ubertim manantes; Confestim igitur Legati, mensuris admotis, deprehenderunt prorsus omninò convenire; Protinus pergunt in Galileam, Nazaretum veniunt, Sacræ Domus fundamenta monstrata ab incolis cernunt, quoquo versus metiuntur, congruere cuncta comperiunt. Ex Legatorum numero Joannes quidam erat patria Senensis, qui novo aliquo judicio veteris miraculi fidem affirmandam ratus, duos inde attulit lapides, ex iis, quibus vulgo strui ædes Nazarethi solent. Lapis quidam laterem naturali forma imitatur, cæterum flaventibus intermicat venis. Reversus igitur Joannes cum Collega ad Ædem Lauretanam, cum ejus lapidibus Nazarenos illos lapides confert, reperit geminos eorum, ac simillimos esse, En quoque res auxit miraculi fidem, cum talem lapidicinam in Piceno, haud esse constaret. Illi igitur admodum læti pervolant Romam, Clementem expectati adeunt, comperta renunciant, Joannes igitur Nazarenos lapides Lauretanis simillimos profert tanti Miraculi testes, sicque Clementis studio historia Lauretana, & in sacram Ædem cultus stabilitus, Virgini igitur addictissimus Clemens in itinere Gallico sacram Virginis Imaginem Cœnobii Finariensis in Valle pia prope Finarium veneraturus è navi cum decem Cardinalibus descendit, perpetuoque concessit, ut omnes illi qui, qua decet mentis, & cordis integritate die Lunæ Domini resurgentis celebritatem consequente, & Assumptæ Virginis festo inviserent plenariam indulgentiam consequerentur. Officium Conceptionis Beatæ Virginis Immaculatæ à Francisco Quignonio Cardinali ordinatum approbavit. Literisque Pontificiis Monialibus Conceptionis favit, & Rosarii institutum confirmavit.

Oldoinus pag.475.

Maraccius in Pontif. Marian.

ECCE

XX

ECCE HOMO
PRO EO VT ME DILIGERENT

NUmiſma iſtud ex auro rariſſimum in Gaza Illuſtriſſimi Marchionis Raggii aſſervatum ſcio Romæ, in quo Redemptoris imago, quem plagis excruciatum Populo hæbreo Pilatus expoſuit dicens, ECCE HOMO. Addita ſunt verba, ac ſi ab ipſo met Redemptore pronunciarentur. PRO EO VT ME DILIGERINT, *has plagas recepi*. Illud inter monetam numerandum ſuſpicor, fortaſſe percuſſum cum alios, quo Luckius inter numiſmata rariora poſuit, eaque vocavit *Memorialia*. In memoriam enim revocant libertatem Pontificis Romani prætio redemptam, poſtquam in Arce Hadriani per integrum menſem concluſus fuerat, ac tandem in ſtipendium Cæſarianorum militum quadringenta millia aureorum perſolvere coactus fuit, ut vitæ ſuæ, ac tredecim Cardinalium conſuleret.

Pag. 68.


Verùm cum lentiùs procederet ſolutio, graſſabantur interim Romæ octo millia hiſpanorum, & quatuor millia Italorum peditum, neglecta omni diſciplina, ac imperio. Fuit ideo totus in conficienda pecunia Clemens, ne pacis decreta duriora redderentut, conflatis omnibus templorum ornamentis, quæ miles avarus negligentiâ omiſerat, ut inde cuderetur pecunia, militibus dividenda, curavit. Fuit illa duplex, in altera Divi Petri, ac Pauli imago, in altera adoratio trium Regum Magorum, in averſa hujus parte Clementis imago, in altera ſtemmata Pontificia clavibus, & Regno condecorata. Cæſar autem, factum hoc diligenter excuſans, nullo ſuo mandato illud accidiſſe dicebat. Cum in Hiſpaniam eſſet allatus ejus rei nuncius, illicò ceſſare Cęſar juſſit ludos, atque ſpectacula, quæ propter recens natum filium Philippum edebantur.

Narrat Torrigius amorem erga Clementem Bononienſes oſtendiſſe in munere viginti quatuor millium nummorum aureorum, ut citiùs à captivitate redimeretur, unde grati animi cauſa diploma emanavit, quo è Salinis Cerviæ prope Portum Cæſenaticum, non modicam Salis copiam poſſent accipere.

In cryptis Vatic. pag. 264.

Cur autem Reges Magos in tali nummo cudi voluerit Clemens mihi ignotum.

Antequam numiſmatibus Clementis VII. finem imponamus, non ommittendum numiſma, quod vidi argenteum in Cimelio Illuſtriſsimi, atque eruditiſſimi Præſulis Io; Ciampini cuſum anno 1534, non tamen præfert Pontificis imaginem: altera enim in parte exprimitur Cœnaculum, in quo Dominus Jeſus cum duodecim Apoſtolis menſæ aſſidet; ſub Cœnaculo hæc ſunt verba ex capite D. Lucæ 22. accepta. *Deſiderio deſideravi hoc paſcha manducare vobiſcum antequam patiar*. Ex altera verò parte eſt Menſa, ſupra quam eſt Agnus aſſus circa eandem adſtant multi habentes baculos in manu, ſubtus leguntur verba Exodi 1. *Erit autem Agnus abſque macula maſculus anniculus, eſt enim phaſe, ideſt tranſitus Domini*. Cum tamen imaginem Pontificis numiſma non proferat, atq; anno 1534. Paulus etiam III. vixerit, dubium eſt an ſub Clemente, vel potius ſub Paulo illud ſit cuſum: ſi tamen ad aliquem Pontificem Romanum alludit, (de qua re valdè dubito) potiùs Clementis intereſſe dicam, qui fortaſſe eo anno cum Cardinalibus Paſca ſolemniter celebrare potuit; non autem Paulus III. duodecima Octobris ejuſdem anni ad Pontificatum evectus.



PAU-


I



II



III



IV



V



VI



VII



VIII



IX



X



XI



XII



XIII



XIV



XV



XVI



XVII



XVIII



XIX



XX



PAULI III. NUMISMATA.



PAVLVS III. PONTIFEX MAXIMVS.



Auli III. effigiem prolixa barba venerandam præfert numiſma, hoc eſt Pontificis Summi, in quo præter ipſam ætatis, & Farneſiæ gentis prærogativam, explorata rerum gerendarum prudentia effulſit, cum diuturno Reipublicæ uſu, & cum inveterata virtute multarum litterarum cognitione præcellenti. Tanta ob id poſt Clementis VII. obitum in eum omnium ferè Patrum conſenſio, ut antequam mortuo Pontifici juxta ſolverentur nullo habitu comitiorum cętu, eum ſummum Eccleſiæ Paſtorem ſalutare voluerint. Imò Clemens ipſe VII. gratus admodum fuit, quum jam propè moriturus videretur, Alexandrum Farneſium ſibi ſucceſſorem teſtamento relicturum, ſi Pontificatus hæreditate parari poſſet, affirmavit. Alexander ante Pontificatum vocabatur; electus fuit die Martis ondecima Octobris anni 1534. die verò 3. Novembris Coronatus ſupra gradus Baſilicæ Sancti Petri, atque dum hęc pompa ingenti cum Populi Romani gaudio celebraretur; refert Ciacconius Romanos Juvenes nobiliſſimos in area Vaticana equeſtris pugnæ ludo perequitaſſe. Andreas tamen Victorellus negat, dum corona donabatur Paulus, equeſtris pugnæ ſimulacrum ab illis exhibitum, imò neque eo die, ſed die ejuſdem Menſis quinta, refert ex Blaſio Cęſenate à Romanis (inter quos Aſcanius de Columna, Jo: Baptiſta de Sabellis, & Julianus de Cęſarinis) editum equeſtre ſpectaculum in Area Vaticana, Pontifice, & multis Cardinalibus è feneſtris Vaticanarum Ædium ſpectantibus. Ludus unius horæ fuit, duæ erant equitum clipeis munitorum acies, & fictilibus ollis, quæ invicem jactæ frangebantur. Nobili certabant ludo, inde equites iidem ad SS. Apoſtolorum plateam progreſſi ludorum haſtis certamen peregerunt.

Ante Coronationem die 29. Octobris quarta noctis hora Populus Romanus tres Currus triumphalium arcuum imagines referentes Fidei, Spei, & Charitatis affabre confectos ad plateam Vaticanam, inſigne ſpectaculum Pontifici præbituros, trahi juſſerunt: equites multi, & qui mille candidas faces ferebant pompam ornarunt. Conſervatores, Urbis Regionum Capita, & alii Cives adfuerunt, non pauci ex equis deſcendentes ad Pontificem pedem oſculaturi acceſſerunt. Hieronymus Capoferrus primus Conſervator brevem, qua Paulus delectatus eſt, orationem habuit.

AVI-

❀ II ❀

AVITAE . FARNESIORVM . STIRPIS.

SUb hoc lemmate intellige *Stemmata Gentilia*, quæ sex Lilia cyanei coloris, inversæ Piramidis instar dispoſita, exhibent in campo aureo. Quonam tempore quave de causa inclita Farnesiorum Gens illa in suo stemmate posuerit mihi prorsus ignotum est, omnesque Authores, quorum paginas revolvi, silentio celant.

❀ III ❀

FVTVRA . VIRVM . OSTENDENT.

VErba sunt in medio numismatis post Pauli electionem percussi, quibus Populus Romanus indicare conatus est spem excelsam, quam in Orbe Christiano Paulus excitavit, statim ac renuntiatus fuit Pontifex, Romani Capitolini Officiorum Curialium privilegia confirmando, ac Ecclesiarum prædia temerè locata vindicando.

In circuitu numismatis hæc alia verba sunt addita, NEC PRIMVS TERTIO, NEC SECVNDVS, quibus Paulum III. nec à Paulo Primo, nec à Secundo superatum fuisse indicatur, quamvis ob res præclarè gestas eximios famâ virtutis inter Pontifices habeantur, cum autem futurorum eventuum seriem numisma indicet, placet hoc loco afferre non illepidam prædictionem Pontificatus ex agnomine factam ab Jacobo Martino Hebræo in præfatione in commentaria Averrois, quam is scripsit ad libros de Republica Platonis, & Paulo III. à se conversam ex arabica lingua, misit. Illum refert P. Oldoinus ex nomine Pharnesio summum Pon-
[illegible] tificatum ei debitum fuisse philosophatum esse. *Pharnes* vocem Assiriam, & Hebræam, hetruscorum lingua *Pastorem, & Gubernatorem* significare dixit, sic Deum *Pharnen* Israelis apud Hebræos vocari, & Salomonem in gravissimo suo poemate Populum, in hunc modum introducere loquentem. *Amicus meus mihi, & ego illi Pharnes inter Lilia*, idest *Pastor*, ut ad gentilitia Farnesianæ gentis insignia, quę Lilia sunt, allusisse intelligeretur. In avuersa nummi parte Pauli III. effigies est sub titulo, DIVVS PAVLVS III. Posset ex hoc livido dente Paulum invidiosus aliquis carpere, sibi suadens Pontificem summum immeritò sibi tribuisse, vel saltem permisisse cudi DIVI titulum, quo Sanctos appellamus in cęleste Regnum translatos, & sicuti Ethnici Imperatores suos inter Divos immeritò collocabant. Vetus enim inscriptio est nomen DIVI, imo & Dei expressa in nummis Imperatorum
Pag. 75. antiquis. In nummo Gallieni Augusti apud Morellum in Specimine rei nummarię, caput est Augusti laureatum cum epigraphe DEO AVGVSTO. Vivo Augusto divinos honores exhibitos, templa, & aras consecratas, & ultra mortalium sortem evecto, Dei etiam nomen tributum esse, & Divi, quod cęteris Principibus post fata demum contigit, res nota. Horat. lib. 2. epist. 1. ad eum.

Præsenti tibi maturos largimur honores,
Jurandasque tuum per numen ponimus aras.

[illegible] Appianus lib. 1. ait viuus vidensque consecratus, & Augustus à Populo Romano appellatus, & lib. 5. victo Pompeio ipsum in Deorum numerum ab Urbibus fuisse
[illegible] adscriptum narrat.

Hanc tamen Dei appellationem sibi tribui passum dum esse Philo observat, quod Deorum honor Principi non antea habeatur, quàm agere inter homines desierit, juxtà Tacitum Augustum *nunquam inflatum talibus obsequiis*, hinc certè colli-
[illegible] 15. gitur, quòd nunquam substinuit se appellari Deum, vel Dominum, aversatus hanc adulationem, nec dissimulans probari sibi Judæos qui abominarentur talia, ut proindè post ejus obitum cusos oporteat esse nummos, qui Dei, & Divi appellatio-

lationem ei tribuunt. Ab hac autem insania non alieni fuerunt secuti Imperatores, Dominum, & Deum se appellari primus jussit Domitianus tradente Eutropio, & Martiali lib.5. Epigr.8. *Lib.7.c.23.*

Edictum Domini Deique nostri.

Et Calligula eò processerat, ut se latialem Jovem salutari, & adorari pateretur. Templum etiam nomini suo dicatum, & sacerdotes, ac hostias instituerat. Crescente adulatione tamquam mortale fastigium supergressis pluribus, hæc Dei appellatio in nummis tributa cernitur. Quod, ut D. Athanasius notat, ridiculum hominem æternum appellare, & detrectare filium Dei, immortalem dicere. *Suet.c.22.*

In digestis tamen sæpè Divi Fratres, Divi Imperatores nominantur. Imò omnia quæ ad Imperatores pertinebant divina, & sacra dicta, *Divina Domus*, *Sacræ Litteræ*. *Honorius divinæ stirpis augustus &c.* vide Julium Cæsarem Bulengerum de Imperat. Rom. lib.1. cap.9. *Simmach. lib.4.c.1?*

Cæterum mos etiam antiquorum fuit eos Cæsares in Divos consecrare, qui ex hac vita migrassent. Ejus consecrationis pompam, ac ritus non injucundum erit hoc loco recensere verbis, quibus Dio ostendit lib.56. in funere Augusti. „ Erat lectus (inquit) ex ebore, & auro factus, ornatus stragulis purpureis, at„ que auro intextis, subterque tanquam in feretro corpus ejus jacebat occultum. „ Ante omnia statua cerea vestitu triumphali videbatur, eaque ferebatur ex Pa„ latio ab jis, qui erant in sequenti anno Magistratus futuri, deinde ex curia al„ tera aurea, tertia curru triumphali vehebatur; subsequebantur statuæ Majorum „ ipsius, atque Propinquorum, qui è vita discesserant, uno tantum Cæsare exce„ pto, propterea quòd esset in numerum Heroum relatus. Ferebantur deindè „ statuæ Civium Romanorum, quicumque Principatum unquam tenuerant, ca„ pto ab ipso Romulo exordio.

„ Aderant etiam omnes Provinciæ pictæ, atque Nationes, quæ partæ ab eo „ fuerant, & devictæ. Post hæc lectus sistitur in rostris, ubi solebat haberi con„ cio, de quo loco, ubi Drusus legisset nonnulla, Tyberius Augustum pro rostris, „ quæ Julia nominantur apud Populum decreto Senatus laudavit. Tùm qui le„ ctum antea ferebant eundem tulerunt Porta triumphali, ut Senatus decreverat; „ aderat autem Senatus præsens mortuumque paritèr efferebat, aderant quoque „ omnes equestris ordinis, eorumque uxores. Intererant Prætoriani milites, ce„ terique omnes ferè qui tùm in Urbe erant. Cum esset impositus in Rogum ex„ tructum in Campo Martio, eum primò cuncti Sacerdotes circumeunt, deinde „ Equites, post ji qui Magistratu fungebantur, postremò cæteri Milites, qui erant „ in Præsidus Urbis concurrunt, præmiaque victoriæ quæ acceperant ob præcla„ ra facinora, dum in ejus exercitu militarent, in eum conjiciunt. Rogum Cen„ turiones postea admotis facibus incendunt, is comburitur; mox Aquila ex ro„ go dimissa, quasi animam Augusti in Cœlum ferret evolavit.

„ Mos autem fuit, ut funere persoluto, unus aliquis produceretur, qui ju„ ratus diceret, se è Rogo Cesarem in Cælum ascendentem vidisse. Quare Ju„ stinus antiquos deridens, ait, cum Imperatores mortuos dignos esse putetis, „ qui immortalitate à vobis donentur, producitis aliquem, qui juret se vidisse „ ex rogo Cæsarem crematum in Cælum euntem, & Bulengerus narrat, Liviam „ Numesio cuidam Attico Senatori decies H.S. dono dedisse, quòd juraverat, se „ vidisse Augustum in Cælum euntem. *Apol.2.* *Ibidem.*

Verùm si nomen ipsum *Divi* perpendamus nulla ambitionis, vel inanis gloriæ nota Pontificem damnabimus; *Divus* enim (ait Servius) adjectivum est, quo significare aliquid volumus, quasi supra hominum genus evectum, nec titulus est indicans *sanctitatem*, sed *virtutem*; in quo sensu *Divi* titulus, Pauli III. etiam ætate, Regibus Christianis datum referunt monumenta quamplurima; sic de Ludovico XI. Gallorum Rege: *Divi Ludovici Francorum Regis Christianissimi sacra effigies*, *Divi Fridericus Pater*, *& Maximilianus filius Imperatores Rom. Diuo Philippo triumphatori Hispaniarum Regi &c.* *Apud Pat. Menestr. Pag.47.*

Quòd si ad sanctitatem morum, ac vitæ probitatem indicandam usurpari etiam velimus, quàm aptè Summo Romano Pontifici conveniat (utporè in summa dignitate constituto, & supra cæterorum hominum cœtus evecto, ob idque

Sanctiſſimi etiam nomine appellato) ſatis ſuperque probat, quod narrat Marulus lib.6. cap.16. apud Novarinum his verbis . „ Gregorio Pontifici Maximo, qui „ unus ex columnis eſt Eccleſiæ Chriſti, dum faceret Sacra, & juxta ritum ad plebem converſus *Pax Domini vobiſcum* diceret, Angelica vox cunctis audientibus „ reſpondit: *Et cum ſpiritu tuo.* Ex inde mos inolevit ut Pontifici ea verba repetenti „ nihil à Clero reſpondeatur, ut ſcilicet dignum ſe exhibeat, cui Angeli reſpondeant, non homines. Præſtare enim cæteris vitæ ſanctitate debet, qui præſtat „ officii dignitate.

To.5. lib.7. cap.20.

IV

DOMINVS CVSTODIT TE. DOMINVS PROTECTIO TVA.

Pag.48.

QUi nam ſint equites inter fulmina admotis calcaribus iter properantes, ſed incolumes, neque numiſma, neque aliud hucuſque mihi monimentum indicavit. Conjecturis fultus R.P. Molinetus ſibi ſuaſit nummum fuiſſe cuſum, in memoriam à fulmine ſervati Pauli Pontificis, cum iter faceret, antequam Pontificatum eſſet adeptus. Authores à quibus Pauli geſta recenſentur, quorumque Paginas ego percurri, hunc eventum omninò tacent; Cum tamen tanto Scriptori fides haud neganda ſit, meritò cuſum numiſma dicam, cum epigraphe ex Pſalmis accepta: DOMINVS CVSTODIT TE DOMINVS PROTECTIO TVA, qua beneficii memor majorem in ſe ſpem excitaret auxilii Divini, animuſque erigeretur, ne adverſis ſuccumberet.

V

ANNONA. PONTIFICIS.

POntificiæ liberalitatis erga Populum Romanum, penuria laborantem, monumentum eſt numiſma hoc, quod non valdè diſſimile à numiſmate Neronis eſt, in quo eſt mulier, cornucopiæ, atque Roſtrum navis, cum hac inſcriptione: ANNONA AVGVSTI CERES, ideo cuſum, quia graviora vectigalia aut abolevit, aut minuit. Navis exprimitur eoquòd, ut alibi notatum eſt, antequam Romanum Imperium divideretur, Annona maximè ex Ægipto, Sicilia. Sardinia, Affricaque Oſtiam in claſſe frumentaria advehebatur. Curabant enim Judices, Provinciales, ut Annona Romam perferretur, unde Simmachus: *Romanos Portus frequens, atque onuſta claſſis intrabit.* Fabius declamatione 12. *Salutem publicam vehis ſpiritum populi tui reportas, omnium noſtrum in iſta claſſe navigant animæ, quid ſpem publicam ad anchoras alligas?* Julius Cæſar proinde myriades medimnorum ex Ægipto ad plebem alendam Romæ deſtinavit, ut Plutarchus in Julio, idem duos Prætores, & duos ædiles, qui frumento præeſſent, & à Cerere Cereales conſtituit, qui dividendæ annonæ præeſſent.

Lib.3. epiſt. 55.

Libr. 2. de orig. iuris §. deinde Cornelius.

Eſtque inſuper Caniſtrum cum ariſtis frumento turgidis, ut ſcilicet annona indicaretur, quam Romanus ager ſubminiſtrat.

De utraque Rutilius in Itinerario.

Interea Latiis conſurgunt horrea ſulcis,
Pinguiaque heſperio nectare prœla fluunt.
Ipſe triumphali redimitus arundine Tybris,
Romuleis famulas claſſibus aptat aquas.

Advertendum tamen, *Annonæ* nomen apud Romanos latiſſimè patuiſſe, eo namque omnia eſculenta non ſolum, quæ in agris colliguntur, verùm reliqua omnia comprehenduntur. Annonam nonnulli putant, ex Suida dictam à *Nonis*, quia nonis cujuſque menſis teſſeræ frumentariæ plebi Romanæ darentur; alii quòd Veteres ſub horam diei nonam cibum caperent. Martialis:

Imperat extructos frangere nona thoros.

Julius

Julius Cæsar Bulengerus existimat Annonam ab *Anno* dictam, quasi anni copiam. Quæ hic exprimitur in muliere, Romæ simulacrum sustinet dextera manu, ut intelligatur, Romanos Cives in penuria prostratos, fuisse erectos ab annona, quam Pontificis Pauli III. providus amor subministravit. *De Imper. Rom. lib.6. cap.8.*

VI

CUrrum triumphalem cum quatuor equis, in quo triumphans emlnet cum ramo olivæ, muliere pariter cum simili ramo præcedente, explicat numisma, parum dissimile numismati sub Nerone cuso, ubi est pennata, seu alata mulier cum corona in manu altera, in altera verò palmam habens, cum inscriptione, VICTORIA AVGVSTI; hoc & comprobat Svetonius, referens triumphum Neronis, qui eo curru, quo Augustus olim triumphavit in veste purpurea, coronamque gerens olympicam, præeunte pompa cæterorum &c. Coronam etiam in numismate cernes, haud frustra exculptam, dum ad triumphum indicandum prodiit in lucem, qua in re prætermittendum non duco, Veteres quatuor equos in quadriga junxisse, currus temoni pares, non ut ævo nostro binos temoni, binos alios extra, seu ante temonem distantiores à curru: Quod factum fuisse duplicem ob causam arbitratus est Fortunius Licetus de annulis cap.27. „ Altera „ fuit, (ait ille) quòd antiqui vias latiores habebant, per quas facilè quadrigis „ vehi poterant; nostrates autem viæ plerumque sunt angustiores, per quas non „ nisi bini simul equi valent currum trahere: fuit altera quòd gravius pondus trahere possunt equi quaterni simul ad temonem juncti, nam procul à curru di„ stantes illi, qui *Bilancini* vulgò nuncupantur; namque magis, ac velocius mo„ veri mobilia, quæ sunt viciniora docuit Aristoteles 8. physic. *Gaudent. Roberti in Miscellan. tom.1. pag. 913.*

In numismate etiam Tyberii currus triumphalis cernitur, in quo Tyberius est cum Lauri ramo devictis Pannoniæ, ac Dalmatiæ populis. Illum primùm inductum fuisse triumphalibus ornamentis honoratum, novo, nec antea cuique tributo genere honoris, affirmat Svetonius: P. Pedrusius tamen in sua eruditissima elucubratione numismatum aureorum prudenter notat triumphi genus apud Romanos primùm inductum fuisse à Romulo, qui devicto Acrone Regulo armis suspensis, quercus ramo, Urbem ob victoriam lætus ingressus est à militibus sociatus, à quo deinde cæteri triumphi pompam didicere. *Pag.49.*

Quod in honorem Pauli III. cusum est, pacem currui præcedentem explicat, cum ramo oleæ, ut intelligatur, optimum Pontificem magis de pace populo concessa quam de victoria lætatum fuisse. Fuit enim decretum anno 1538. (ut explicat R. P. Molinetus, ac D. Jo: Baptista Palatius) *Cum Perusinos ob auctum salinarum vectigal ab Ecclesiæ Imperio deficientes* (verba sunt Ciacconii) *facili bello perdomuisset, & Oratores eorum ad rogandam veniam supplicum more venire compulisset.* *Molin. pag. 48. In Paulo pag.147. Pag.536.*

VII

SECVRITATI PERPETVAE

LEONIANAM AGGERIBVS COMMVNIVIT PAVLVS III. PONT. MAX.

CIrca Divi Petri Basilicam, ubi campus patet Vaticanus mœnia circumducuntur, quibus veluti quædam Urbs ab Urbe Romana divisa efficitur, & *Leoniana* vocatur. Illam ædificare cœperat Sanctiss. Leo III. (loquor cum Baronio) & multis in locis. „ Fundamenta posuerat, licet post suum transitum „ à quibusdam ablata fuissent hominibus, ita ut nec altiùs appareret, ubi post *Baron. ann. 848. n.1.*

„ ejus inchoationem præfatus miſſus erat, murus, quod ſi vita comes adeſſet deſideratum opus ad finem perduxiſſet.

Leo deinde IV. ut fusè narrat ex Anaſtaſio Baronius ad ann.848. ſui Pontificatus anno ſecundo opus ingens aggreditur nimirum ut novam conſtruens Civitatem mœnibus ambiret Baſilicam S. Petri, ne ſic ut antea fuerat, Saracenorum jugiter pateret incurſibus, idque non ſine nutu divino. Sic dicente Anaſtaſio.
„ Dum univerſa Romanorum nobilitas pro illa depredatione, quàm jamdudùm nefandi, ac malevoli Saraceni intulerunt in nimia lamentatione conſiſterent, ne deinceps, niſi Eccleſia Beati Petri Apoſtoli undique munita citiùs foret, pejora valuiſſent committere; idem amabilis Pontifex magnam pro Romanis omnibus cœpit habere anguſtiam, & quomodo, vel ordine ab cordibus tantum patuiſſet mœrorem, ſivè timorem auferre anxius cogitare. Cum in his diuturnis curis, & angoribus deſudaret, Deo revelante, hujuſmodi prorſus conſilium ſumpſit, ut hoc ipſum ſuo dilecto, & ſpirituali filio Lothario leve clariùs indicaret Auguſto, quatenùs per illius Deo annuente adjutorium, atque conſilium Civitatem illam ędificaret.

„ Hoc denique piiſſimus, ac ſereniſſimus Cęſar agnoſcens magna eſt illicò lætitia, & exultatione repletus, roganſque jam fatum ſummopere Præſulem, Patremque per omnia ſpiritualem, ut tanti operis fabricam ſedulò labore perficeret, ad eum ipſe una cum ſuis Fratribus non modicas argenti libras direxit, vt tam proficuum opus indeliberatum minimè remaneret, Ex quo nuncio ſatis peroptato Præſul præcipuus ultra modum hilaris eſt effectus. Cœpit autem de prædicto negotio valdè eſſe ſollicitus: convocanſque cunctos Sanctæ Dei Eccleſię Fideles, petivit ab eis conſilium, qualiter tantorum murorum citò valuiſſet fabrica conſummari. Tunc omnibus viſum eſt, ut de ſingulis Civitatibus maſſiſque univerſis publicis, & Monaſteriis per vices ſuas homines generaliter venire feciſſet, ſicuti & factum eſt. Quamobrem ſecundo Præſulatus illius anno præfata Civitas ædificandi ſumpſit exordium, & in ſexto magnis, & & mirabilibus omnibus fabricis Civitas undique eſt conſummata.

Anno poſtea 892. abſoluta nova Civitate, qua incluſit Baſilicam Divi Petri cum adjacentibus diverſarum Gentium Romam peregrinantium hoſpitalibus habitaculis, eandem ſolemni ritu Deo dicavit. Quomodo autem iſta ſe habuerint ex Anaſtaſio Bibliothecario qui aderat enarremus, rei geſtæ ſeriem ſic aggrediente.

Baron. ad ann. 852. num. 1.

„ Cumque poſt multos labores, atque certamina beatiſſimi Præſulis, totum murorum opus completum fuiſſet; cœpit omnipotenti Deo multimodas, ſive innumeras gratias agere, qui ſuas quotidianas preces pro nova ędificatione murorum exaudire, & adimplere dignatus eſt. Nam quantam qualemcumque curam, vel ſtudium, ſimulque ſollicitudinem pius, ac laudabilis Paſtor, quo uſque conſtrueretur diebus ſingulis, ac noctibus habuit, nullius hominis lingua breviter narrare poteſt; Et quia nihil aliud poſt debita ſacrorum mandatorum officia agebat, præter id, quod ſuperiùs narratum eſt, revera non frigus, neque flatus ventorum, vel pluvia, aut aeris, vel grandis, vel modica perturbatio pigrum in eundo de die in diem quolibet modo facere potuit, ſed modò huc, modò illuc per diverſas murorum fabricas vigil, ac ſollicitus diſcurrebat, ut ſuum bonum propoſitum, ac deſiderium per Apoſtolorum Petri, & Pauli pia ſuffragia Redemptor noſter omnipotens proſperè adimplere decerneret, ut modò omnes conſpicimus.

„ Tum demùm conſummatis, ſimulque perfectis novæ Civitatis univerſis operibus, Papa beatiſſimus, ut prædicta Civitas, quæ à proprio Conditoris ſui nomine Leoniana vocabatur perpetualiter firma, ac corroborata conſiſteret. Juſſit cum magna animi devotione, cordiſque lætitia, ut omnes cum eo Epiſcopi pariter, & Sacerdotes, immò & Levitæ, & vniverſi ordines Clericorum Sanctæ Catholicæ, & Apoſtolicæ Romanæ Eccleſiæ poſt Lytanias, & pſalterium decantatum cum Hymnis, & canticis ſpiritualibus per totum murorum ambitum nudis pedibus cinerum portantes in capite çircuirent, & inter cætera ab Epiſcopis Cardinalibus aquam benedictam præcepit, ut inter orationum officia aquam ipſam tranſeuntes per murum ſanctificationis gratia jactare omnibus

„ bus modis studuissent, qui quod ab eo jussum fuerat humiliter peregerunt.
„ Ipse autem Venerabilis Pontifex ore suo tres super eundem murum orationes
„ cum multis lachrymis, ac suspiriis, dedit rogans, & petens, ut supradicta
„ Civitas, & Christi conservaretur in æuvm, auxilio, & Sanctorum omnium, An-
„ gelorumque præsidio ab universo inimicorum secura, & imperterrita perduraret
„ incursu. Primam itaque orationem super portam, quæ respicit ad Sanctum Pe-
„ regrinum dixit, cujus principium, & finis talis est.

Deus, qui Apostolo suo Petro collatis clavibus Regni Cælestis ligandi, atque solvendi Pontificium tradidisti, concede, ut intercessionis ejus auxilio à peccatorum nostrorum nexibus liberemur, & hanc Civitatem quàm te adiuuante fundavimus fac ab ira tua in perpetuum permanere securam, & de hostibus, quorum causa constructa est, novos, & multiplicatos habere triumphos per Dominum &c.

„ Secundam quoque idem Pius Papa dedit super posterulam in locum, ubi mi-
„ rum in modum Castellum pręeminet, quod vocatur S. Angeli, cujus Orationis
„ talis est sensus.

Deus qui ab ipso Christianitatis exordio hanc Sanctam Catholicam, & Apostolicam Romanam Ecclesiam, ab hostibus custodire, & conservare dignatus es, iniquitatis nostræ chirographum Propitiatus emunda, & Civitatem hanc, quam tuo sancto nomini per Apostolorum tuorum Petri, & Pauli suffragia noviter dedicavimus ab omnibus inimicorum insidiis securam semper, atque imperterritam manere permitte. Per Dominum &c.

„ Tertiam verò orationem cecinit super posterulam aliam, quæ respicit ad Scho-
„ lam Saxonum, atque ex eorum vocabulo *Posterula* Saxonum appellatur, & ipsa
„ Oratio tertia hunc specialiter continet modum.

Præsta quæsumus Omnipotens, & misericors Deus, ut ad te toto corde clamantes, intercedente Beato Petro Apostolo tuo pietatis tuæ indulgentiam consequamur, & pro hac Civitate, quam ego famulus tuus Leo quartus Episcopus, Te auxiliante novo opere ædificavi, meoque nomine Leoninam vocavi, jubeas ut semper illæsa permaneat, ac secura apud Clementiam majestati tuæ jugiter perseveret per Dominum &c.

„ In qua scilicet Civitate juxta promissum sui desiderii, quod Deo voverat,
„ magnum, siue Romanis, sive diversis nationibus, ut in summæ solemnitatis
„ die rogam distribuit. Deindè cum cæteris Sacerdotibus, & omnibus Romano-
„ rum Proceribus ad Ecclesiam Beati Petri Apostoli cum orationibus, Divinisque
„ laudibus tendens, Missam pro salute populi, ac Civitatis incolumitate, & sta-
„ bilitate perpetua honorificè decantavit. Fuitque die illo magna cunctis lætitia,
„ videlicet die septimo, & vigesimo mensis Junii pridie Sancti Leonis Papæ, &
„ vigilia Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli. Hactenus Anastasius.

Nicolaus deindè V. hanc *Leoninam* Civitatem magnificentius iterum extruere peroptabat opera Bernardi Rossellini, qui juxtà narrationem Innocentii Ma-
„ netti tali pacto illam meditatus est. Novam hujus Urbis constructionem à porta
„ Pontis Molis Adrianæ inchoandam fore cognovimus, ubi magnam quandam
„ aream cunctis habitatoribus inter mœnia Urbis, quæ tanto ulterius in latitudi-
„ nem extendebantur, ut ad perpendiculum magnæ turris Palatinæ, ab eo ad
„ hoc ipsum ædificatæ, dirigerentur, & Tyberi consistentibus funditus demoli-
„ tis, ante prædictam Hadriani Molem instituebat. Ab hac maxima area tres la-
„ tæ, & amplæ viæ ab invicem distinctæ, duæ ab utrisque lateribus, tertia in-
„ termedia derivabantur, & ad alteram ingentissimam aream, ante Apostolicam
„ ędem protendebantur, per intermediam verò ab area prima usque ad mediam
„ prædictæ Basilicæ quinque januis distinctæ, portam, iter per rectam lineam di-
„ rigebatur, per secundam autem, quæ à dextris prominebat recto tramite ad
„ portam Palatinam ibatur, at per tertiam a læva versus Tyberim ad eum locum

tende-

„ tendebatur, ubi nunc ingens ille, & altissimus Obeliscus extat, & ubi in ho-
„ va Apostolicæ Ecclesiæ reformatione domestica pro Sacerdotibus Canonicis
„ cubilia designabantur, quæ vulgò dormitoria appellantur. Atque tres com-
„ memoratæ viæ diversis habitaculis, variis ergastulis, ac dissimilibus opificum
„ tabernis per hunc modum ab invicem separabantur, nam à dextris via eisdem
„ propè modum habitaculis pro mediocribus diversorum exercitiorum artificibus
„ se se è regione respicientibus distinguebatur, inter media verò usque ad lævam
„ similibus numulariorum, drapporum, pannorumque mensis, & hujusmodi Ma-
„ jorum opificum tabernis utrinque institutis, ac mutuo sese intuentibus dispone-
„ batur, à læva autem usque ad murum super Tyberim ædificandum diversorum
„ generum pro infirmis opificibus apothecæ utrisque pariter lateribus ordinaban-
„ tur, atque tres prædictæ viæ sex intercolumniis usque adeò muniebantur, ut
„ sex continuos porticus, duas à qualibet via se invicem respicientes pulcherri-
„ mè, simul atque utilissimè invicem efficerent. Infra enim variæ diversorum
„ opificum tabernæ, supra verò domorum habitacula condebantur, ac per hunc
„ modum quocumque tempore sub porticibus incedentes homines, & voluptate
„ pulcherrimi aspectus capiebantur, & omni quocumque immoderata, & hyema-
„ li, & æstiva tempestate partim à jugibus pluuijs, partim ab intemperie algoris,
„ & æstus sese tutabantur, & necessaria etiam inferiorum tabernarum, ac superio-
„ rum domorum habitacula nequaquam suo lumine privabantur, atque hic cu-
„ rialis, de quo loquimur, cujus à magnis mœnibus, & aliis turribus undique
„ cingebatur. E quatuor namque ejus lateribus egregiis propugnaculis circum-
„ dabatur, siquidem primò à Ponte Adrianæ Molis, & ab ipsa Mole quatuor no-
„ vis turribus, super quatuor angulis permunita, à dextris deinde magnis mœni-
„ bus versus maximam turrim ad palatium vergentibus, à parte verò superiori
„ duobus mirabilibus, & dicti Palatii, & Apostolicę Basilicę propugnaculis, &
„ versus Occidentem, & ex transverso quoque versus meridiem perpetuis muris
„ usque ad prędictum Hadrianæ Molis Pontem continuatis ad Orientemque revo-
„ lutis, ita circumquaque muniebatur, ut nulla neque rationalia, neque etiam
„ rationis expertia animalia, nisi volantes dumtaxat aves volatibus suis ingredi
„ potuissent. Hucusque Manettus de constructione Urbis Leonianæ à Nicolao V.
restaurandę.

Paulus igitur III. cum Roma discessurus esset, ut Bononiæ Carolum V. Italiam versus properantem à bello contra Gallos averteret, Alexandro Vitellio, qui præsidiis bellicis pręerat, (ut refert Onuphrius Panvinius) Leonianæ Urbis muros restaurandi, aggeribusque eam communiendi munus imposuit; ut cum Roma ad Orientem antiquis mœnibus, ab ædibus remotis, communiri non poterat, temporarium saltem perfugium in periculo repentino contra furentes Turcarum conatus per Ælium Pontem ad Vaticanas ædes populo pararetur.

Constat hæc Urbs Leonina sex, veluti Suburbiis ex parte Orientali in Occidentem ptotensis. Primum vocatur *S. Spiritus*, secundum *vetus suburbium* dicitur, tertium *Alexandrinum* ab Alexandro VI. extructum, quartum *Pium* à Pio IV. vocitatur, quintum *Angelicum* dixere à templo quodam S. Angelo dicato, seu *Sixtinum* à Sixto IV. qui illud ędificavit: sextum *S. Angeli* nomine distinguitur ob memoriam ejus Angeli, quem D. Gregorius vidit supra arcem Hadriani in publica supplicatione, ad avertendam pestiferam luem instituta.

VIII

HANC. PETVNT. MIRACVLA. SEDEM.

IN area Capitolina ovalis figuræ locata est Ænea statua equestris, quam multi dicunt Marci Aurelii, alii Lucii veri, alii tamen ex Fulvii sententia credunt esse Septimii Severi; propterea Andreas Marianus de hac sententiarum ambiguitate ita distico cæcinit.

Luc-

Lucius aut Marcus Pius esto, vel esto Severus,
Nam quoque sub dubio nomine verus eris.

Anastasius Bibliothecarius eam attribuit Magno Constantino, nam illum fefellit vulgi fama, qui videns statuam illam in area Lateranensis Basilicæ olim locatam, quæ *Constantiniana* Basilica vocatur ab ipso conditore Constantino, illum referre putavit.

Eminentissimus Cardinalis Cæsar Rasponus de Basilica Lateranensi agens, cum Panvinio illam putat Marci Aurelii, qui ab Antonino Pio adoptatus, vocatus fuit Marcus Aurelius Antoninus, vixitque post Christum natum circa annum 180. *Cap. 4. lib. 4 de Basilica Later. m.s. lib. 4. c. 4.*

Talem statuam in quadam vinea prope Scalas Sanctas sub humo repertam Sixtus IV. è sordido loco erectam ante Lateranensem Basilicam, situ nobiliore donaverat cum hac inscriptione.

SIXTVS IV. PONTIFEX MAXIMVS EQVVM HVNC ÆNEVM
VETVSTATE, QVASSATVM ETIAM COLLABENTEM
CVM SESSORE RESTITVIT.

Delectusque ab eo fuit summa cum ratione locus ad eam statuendam, in quo eum Imperatorem natum accepimus ex iis, quæ Julius Capitoliuus de illo tradit.

Paulus deindè III. cum in Capitolio novas Conservatorum Ædes extruxerit, ad quarum exteriorem frontem porticus frequens Columnis structuræ artificio eximiæ conspicitur, talem Statuam ex Laterano translatam ibidem collocavit supra basim, à Bonarota delineatam in pario marmore, ex epistilii cujusdam fragmento, reperto in Thermis Trajani, ut narrat Martinellus, cum majus marmor non inveniretur, & ibi in faciebus lateralibus subjectis inscriptionibus: hoc est in facie respiciente Palatium DD. Conservatorum.

IMP. CÆSARI D. ANTONINI D. HADRIANI NEPOTI
D. TRAIANI PARTHICI PRONEPOTI D. NERVÆ ABNEPOTI
M. AVRELIO ANTONINO, PIO, AVG. GERM.
SARM. PONT. MAX. TRIB. POT. XXVII. IMP. VI.
Cos. M. P. P. S. P. Q. R.

In facie obversa Cœnobio Aracelitano.

PAVLVS III. PONT. MAX. STATVAM ÆREAM EQVESTREM
A S. P. Q. R. M. ANTONINO PIO ETIAM TVM VIVENTI STATVTAM
VARIIS DEINDE VRBIS CASIBVS EVERSAM A SIXTO IV. P. M.
AD LATERAN. BASILICAM EXPOSITAM VT MEMORIÆ PIÆ
OPT. PRINCIPIS CONSVLERET PATRIÆQVE DECORA
ATQVE ORNAMENTA RESTITVERET EX HVMILIORI
LOCO IN AREAM CAPITOLINAM TRANSTVLIT
ATQVE DICAVIT ANNO SAL.
M. D. XXXVIII.

Et infra habetur:

AVGVSTINVS TRINCIVS
IACOBVS BVCCABELLA } CONSERVATORES CVR.
CÆSAR DE MAGISTRIS

In facie verò versus Palatium Excellentiss. Senatoris sunt insignia Rom. Populi.

Hujus translationis testis est Nummus in quo Statua illa equestris repræsentatur cum lemmate, HANC PETVNT MIRACVLA SEDEM, quibus verbis non minus Statua ipsa, ac Capitolium ubi manet celebratur. *Miraculi* enim nomen illi tribuitur juxta Veterum morem, qui *miracula* pro *monstris*, seu mirabilibus rebus pone-

ponebant, sic Plin. lib.34. cap.7. *Hoc simulacrum*, ait, *post quinquagesimum sextum annum terremotu prostratum*, *sed jacens quoque miraculo est*, hoc est *opus mirabile* dignumque admiratione, quod quidem equestris statua est, licet eam vulgus appellet Magni villici, sive rustici; videns enim illam sine Ephippio, hoc est sella, sine stapedibus, sine habenis, sine calcaribus, & sine ferreis soleis arguit morem equitandi rusticum, & propterea parum Cæsareæ majestati congruentem, At præterquamquod dextera elevata in modum imperantis, & cohibentis copias, denotat Imperatorem, Augustum ipsum trabea etiam demonstrat, non villicum.

Quo verò ad Ephippium (vulgus sellam vocat,) sicut Isidorus sellam à sedendo; dicendum est Antiquis pro sella fuisse stragulam; hoc est parvum stratum; quod eleganter intextum præfert equus iste Marci Aurelii Antonini. Stapedes verò tunc adinventæ non erant, neque talis vox apud Antiquos invenitur, ideo-
Plutar. 12. Cajo Gracco lib.3. que, qui vias militares sternebant, collocasse eos scimus altiores quosdam lapides veluti parva suggesta, ex quibus facili negotio quilibet poterat equos ascendere.

Confirmat hęc Julius Cęsar Bulengerus dicens. *Equites olim non habuere stapbas*, *& stapedas*, *sed à stratoribus* (*nempè militibus illis*, *qui nulli ordini adscripti præsidiis*, *equum fræno tenebant*, *& conscendenti Magistratui opem ferebant*) *in equum efferebantur*, *vel ipsi insiliebant*. Plutarcus Crasso. *Stratores eum in equum sustulerunt*, & Eugenius lib.3. cap.24. *Theodoricus Ghotus non solitus uti stapede*, *aut stratore in equum insiluit*. Calcaria verò quamvis illo ævo jam in usu fuerint, respuebat tamen illa equorum generositas. Non igitur mirum, si Sessori calcaria desint. Habenas, quæ hodiè non extant habuisse credi potest, habet enim frænum, & habenas de cursu temporis ablatas fuisse, probabile est. Ab ipso enim exordio, quo equos domandi Thessali invenerunt artem, habenarum vi hoc factum cecinere, inter quos Lucianus.

De Imp. Rom. lib.3. cap. 20.

Thessalicus Sonipes bellis feralibus omen.
Spumavitque novis Japithæ Domitoris habenis.

Miro artificio molem istam expressam cum civibus romanis Exteri mirantur, atque cum vividi generosi equi spiritus ipso in ęre ab arte inclusi quodammodo videantur, meritò Capitolinam Aream occupat, quæ prodigiorum semper extitit Sedes. Vocavit Plinius suo ævo edificia Romana Urbis miracula, interque profectò Tarpeius Collis assurgebat, vel quia pulcherrimus, vel quia primarius, & summus, vel quia multa substructionum mole, & opibus, ac tempore aliis præibat. Has Lucius Tarquinius Priscus incœpit, sed morte sublatus absolvendas superbo Nepoti reliquit, qui substructiones eas circa Collem fecit, & ab imo solo ingentibus lapidibus muro suffulsit, denique in vertice fundamenta jecit, fecitque Templum Jovis, quod dignum Deo, hominumque Rege, inquit Livius, quod Romano Imperio, ipsiusque etiam loci Majestati esset; pulsis denique Regibus Horatius Pulvillus Consul dedicavit. Hæc de substructione.

Quo verò ad symetriam audiamus Dionysium Capitolii amplitudinem paucis
„ perstringentem: Situm est, inquit, Capitolium in alta crepidine, habetque
„ in ambitu octo jugera, ut latera singulorum ducentorum ferè pedum sint. Qua
„ parte frons ejus meridiem spectat, triplici columnarum ordine circumcingitur,
„ ab aliis lateribus duplici. In ipso sunt tres cellę, media est Jovis Tonantis, quæ
„ marmoreos parietes habuit Lucullæi marmoris ex Plinio. Utrinque verò cella
Lib.36.c.6 „ altera Junonis, altera Minervæ. Frons spectabat Palatium, & forum Romanum
„ frequentissimam Urbis partem, à qua ex Tacito centum gradibus ascendeba-
„ tur. Ornatum verò refert Plinius lib.10. Fœneratores inquiens, ex eo quòd in
„ publicum redactum est, ęnea in Capitolio limina, & trium mensarum argentea
„ vasa in cella Jovis, Jovemque in culmine cum quadrigiis ædiles posuerunt.
„ Quadrigę ex auro eo anno positæ in Capitolio ab ædilibus, additque libr. 33.
„ cap.3. post eversam Cartaginem laquearia in Capitolio inaurata. Quintus Ca-
„ tulus tegulas æreas Capitolii inauratas primus, de quibus Seneca Pater, *Fasti-*
„ *giatis* (inquit) *supra tegulas auro puro fulgens prælucet Capitolium*. Donaria Jo-
„ vis Capitolini multa Augustus una donatione contulit, in cellam Jovis sexde-

cim

„ cim millia pondo auri, & quingenties in gemmis apud Svetonium in Augusto.
„ Plutarchus in Publicola ait, in solam inaurationem fuisse consumpta duodecim
„ millia talentorum. Cum Tarquinius impendisset in fundamento Templi libra-
„ rum argenti quadraginta millia. Fores auratæ, & crassis laminis obductæ, quæ
„ manserant usque ad Honorii Imperatoris tempora, denique picturis erat Capi-
„ tolium ornatissimum, & auro teste Virgilio.

Hinc ad Tarpejam Sedem, & Capitolia ducit
Aurea, nunc olim sylvestribus horrida dumis.

Miranda hæc omnia, & quidem Romano Capitolio digna; sed postea multis calamitatibus penè defuncta Civitas studio Pontificum quasi revixit, quibus fuit cura Urbem insignibus ædificiis decorandi. Inter quos, ut dictum est Paulus III. Conservatorum ædes excitavit, sed de cæteris in Capitolio à Pontificibus extructis alibi dicendum erit.

IX

FOEDERE TVO DEVS DIRIGENTVR PEDES NOSTRI IN VIAM PACIS.

ANno Pontificatus sui secundo Paulus III. Oecumenicum Concilium in Civitate Mantuæ mense Junio anni 1537. inchoandum indixit edita Bulla, quæ incipit, *ad Dominici Gregis curam*, & interim considerans frustra præmissa sperari posse Christianis Principibus inter se diffidentibus, pacem inter eos, præsertim inter Cæsaream, & Christianissimam Majestatem procurare non destitit, tres idcircò suummæ auctoritatis viros pacis studiosissimos S. R. E. Cardinales à Latere Legatos die 9. Junii anno 1536. designavit idest Marianum Caracciolum ad Cæsarem, Augustinum Triultium ad Regem Gallorum, & Franciscum Sanctæ Crucis nuncupatum ad Ferdinandum Regem Romanorum, qui eos ad pacem inter se mutuo amplectendam hortarentur. *Ex Diariis Angeli Massarelli Secr. Sac. Concil. Trident.*

Sed post multorum missionem Legatorum Pax licet diu, & toties exquisita, adhuc non fuit sequuta, quare ipse Max. Pontifex decrevit petere Cæsarem, & Regem Christianissimum. Undè 23. Martii ab Urbe discessit.

Hoc præclarum Pauli factum testatur numisma ab eo cusum, in quo Iris cum inscriptione, FOEDERE TVO DEVS DIRIGANTVR PEDES NOSTRI IN VIAM PACIS. Verba sunt partim accepta ex cap. D. Lucæ primo vers. 79. partim explicantia piam mentem Pontificis, qui propria studia nihili ducens, Deum pacis Authorem exorabat. Iridem autem fœderis, seu pacis simbolum Deus ipse statuit, ut accepimus ex cap. Genesis, *Arcum meum ponam in nubibus, & erit signum fœderis inter me, & inter terram.* *Num. 13.*

Niceam igitur profectus Pontifex colloquia cum Cesare, ac Rege per mensem habuit. Tandem 18. Junii 1538. decennales inducias inter ipsos constituit; adeoque Principum animos ad pacem, & vnionem flexit, ut post Sanctitatis Suæ Genuá discessum tertia Junii, ipse Cæsar, & Gallorum Rex apud aquas mortuas die 14. Julii amice colloquuti sint, & sequenti die decimaquinta ambo pransi, cænatique fraternè fuerint. Deinde iterum novam pacem procurans, nec multis laboribus, & periculis hac de causa toties à se susceptis cum nec multis Legatis, ac nunciis ad eosdem destinatis, nec tot ad illos datis litteris assequi illam potuisset, cogitatus suos iterum in Domino coniecit, publicasque processiones, & preces die 11. Decembris anno 1543. per universum Christianum Orbem indixit, sibi suadens, posse aliquando Dei beneficio pacem inter præfatos Principes fieri; & dum omnia per totum Orbem, tum bellis, tum dissensionibus magis arderent, post cruentum ad Cerasuleam inter Imperatorem, & Gallorum Regem pugnam anno 1544. apud Crepinium in Suessonibus Castellum insperata pax certis conditionibus icta fuit. Illam in Abbatia Canonicorum Regularium S. Joannis Suessionensis ab utriusque Regiis Oratoribus charactere fuisse firmatam, refert R. P. Molinetus pag.50. *Ciacc. 53*

pag:50. Lętiſſimus propterea dies advenit, in quo pax inter Cęſarem, & Chriſtianiſſimum Regem facta eſt die 15. Septembris 1544. cujus pacis nuncius ad Pontificem, dum Peruſii commoraretur allatus eſt. Ideoque pro tanto in Chriſtianum Orbem collato beneficio gratias agendas conſtituit, (narrante Jo: Franciſco Firmano in ſuis Diariis.) Die Dominica 8. Octobris Sanctiſſimus Pontifex more ſolito equitavit ad Eccleſiam B. Mariæ ſupra Minervam, in qua Reverendiſſimus D. Cardinalis Theatinus celebravit, & Reu. D. Epiſcopus Burgi S. Sepulchri Vicarius Urbis habuit orationem finita Miſſa; deinde Sanctiſſimus Dominus intonavit *Te Deum laudamus*, quo per Cantores finito, Papa dixit nonnullos verſiculos, & orationem, deindè dedit ſolemnem benedictionem; & in fine Tibicines Papæ ad portam dictæ Eccleſiæ ſonarunt ad demonſtrandam lętitiam, ſicuti die pręcedenti in Caſtro Sancti Angeli fiebat ſtrepitus Bombardarum ſæpe ſæpius, & ita in ſero tam in dicto Caſtro, quam per Urbem igne, & ſtrepitu prędicto fuit oſtenſa magna lætitia pro dicta pace inita inter Imperatorem, & Regem Francorum. Die deinde 14. Decembris (inquit Paulus Aretinus in ſuis Diariis) publicas preces per tres dies fieri mandavit, necnon ipſe Pontifex die 15. cum ſacro Patrum Senatu, totaque Curia facta eſt proceſſio ab Eccleſia Sanctæ Marię ſupra Minervam, & ivit ad Baſilicam Principis Apoſtolorum, fuerantque delatæ imagines Salvatoris, de S. Joanne Laterano, Beatæ Mariæ Majoris, & Sanctæ Mariæ in Porticu, & fuit res digna memoria, quoniam Imago Salvatoris (ut dicebatur) nunquam antea fuerat portata ad S. Petrum.



X

LAETITIA ACCITA PARTA PACE PAVLVS

NUmiſma eodem tempore cuſum ſcilicet anno 1544. indicant verba in eo expreſſa, quo ob ſupradictam firmatam pacem tota Europa à lachrymis ceſſavit, ſtragibus, & belli damnis devaſtata. Nihil peculiare adnotandum ſuggerit numiſma, niſi coronam lauream, qua cingitur, juxta antiquum morem, quem alibi indicavimus coronandi numiſmata, atque ea pręcipuè, quibus vel triumphi, vel ad lętitiæ ſigna publicanda cudebantur. Sic in nummo Aureliani laurea corona cum epigraphe TEMPORVM FELICITAS, ſic in nummo ſculpſit Sylla Orbem, quadriplici laurea corona circumdatum ob quatuor ejus triumphos de Gręcia, Aſia, Ponto, & Mithridatę.

Joſeph Maria Suareſius differt. de Nummis cap.14



XI

SECVRITAS. TEMPORVM.

EQuos ſine ullo freno, ac habenarum impedimento per campum liberè paſcentes explicat numiſma, ut temporum ſecuritatem indicet, qua ſub Pauli III. regimine Populus Romanus perfruebatur. Similem ſecuritatem ſub Nerva Auguſto antiquus nummus explicavit, in cuius facie duæ erant mulæ ſine ullo onere liberè paſcentes, quòd onera illa, quę vehicula ſolerent ſolvi, ſuſtuliſſet, & Rempublicam liberaſſet ab illo pondere, ut lętius viveret.

Quandonam cuſum fuerit hoc Pauli numiſma incertum. Vulgari tamen potuit multiplici ex ratione. R. P. Claudius Molinetus putat ab illo Pauli Pontificis initia commendari, hęc referente Panvinio. Benè haud dubiè cum Paulo actum eſt; cum procul à publico odio, in quo Clemens VII. temporum calamitate ſtatim incidit, ipſe meliori ſorte, divina certè Providentia, ad feliciora ſervaretur. Id quod inde maximè videre licuit, cum mortuo Clemente, ſecura Domi pace, mira Cęli clementia, lęta paſſim agrorum copia, & ubertate, partaque victoria, annus longè omnium ejus ętate inſignior Pauli III. Pontificatus initia nobilitavit. Ità omnes, qui luctuoſa Clementis tempora evaſerant, ſe tunc primum natos

Pag. 49.

tos

„ tos crederent salutem, & fortunas suas in tuto positas arbitrarentvr, existimarentque expiatis tot cladibus, invectam esse aurei seculi felicitatem.

Suadere tamen sibi quis posset fuisse productum post fœdus contra Turcas à Paulo cum Venetis, & Serenissimo Imperatore initum, cujus causa timor Romæ, ac in tota Italia cessavit. Anno enim 1537. fuerunt Romæ sex millia peditum in armis, ob timorem classis Turcicæ, quæ in Apulia multos pagos devastaverat. Qua de causa die Veneris 15. Junii ejusdem anni fuit decretum à Papa, ut narrat in suis Diariis Paris de Grassis. „ Quòd fierent processiones triduanæ, & supplicationes ad Deum pro defensione Christianorum contra Turcas, & 22. hujus mensis fuit facta processio à S. Laurentio in Damaso usque à S. Petrum in Vaticano; die 23. à S.Marco ad S.Mariam de Populo; die 24. ab Ecclesia Arę Cęli usq; ad S. Joannem in Laterano, ubi Pontifex adfuit cum Cardinalibus, & Missa solemnis habita est; concessæ etiã fuerunt indulgentię, indicta Jejunia &c. Diebus istis Pontifex ultra Processiones Generales voluit aliam processionem solemnem ubi ipse pedester adfuit à Palatio S. Marci usque ad Ecclesiam supra Minervam, & quòd omnes religiosi cum reliquiis intervenirent. Mense etiam Augusti incœpta est munitio urbis versus Portam S. Pauli in Campo Testaceo.

In Diariis Pauli III. Petri Pauli Aretini.

„ Annuit Deus precibus Pontificiis nam die Dominica 16. Septembris scivit Papa, quòd Veneti venerunt in confœderationem cum Sanctitate Sua, & Serenissimo Imperatore contra Turcas, ideoque publicavit, & indixit gratiarum actionem pro tali unione, quam Pontifices Prædecessores nunquam potuerunt obtinere. Dicta itaque fuit Missa in Ecclesia S. Petri, ultimo loco *Te Deum*, ostensus est postea Vultus Domini Sanctus cum magno plausu, ac sonitu Tubarum.

Hinc POPVLI ROMANI SECVRITAS, Classe Turcica ab gloriosis Venetorum armis profligata, gladiisque impiorum perfractis, potuerunt Vomere Arva discindere ad messium Copiam obtinendam, ac per eadem Romani Cives sine metu pervagari.

XII

ΦΕΡΝΗ. ΖΗΝΟΣ. ΕΥΡΑΙΝΕΙ

Nummum hunc Castrensem vocat Luckius, aitque cusum anno 1546. post arma contra Protestantes sumpta. Paulus enim III. ut suum zelum Carolo V. testaretur, exercitum omnibus rebus instructum contra Protestantes misit, qui mense Augusto anni ejusdem Landishutum venit. Peditum erant decem millia, equites levis armaturæ quingenti. His Copiis Nepotem suum ex filio Octavium Farnesium præfecerat; Cum Octavio militabant magni nominis Duces Alexander Vitellius, Io: Baptista Sabellus, Sfortia Pallavicinus, Fridericus Sabellus, Paulus Vitellius, Julius Ursinus, Alexius Lascaris, Hieronymus Pisanus, & Nicolaus Plumbinus; promiserat insuper Pontifex ducenta millia Coronatorum; ad hæc quinquies centena millia florenorum ex Monasteriis permissu suo haurienda.

In nummo Juvenem expressum Ganimedem esse conjicit supra citatus Luckius, lilia permissu Jovis humectantem cum inscriptione græca, quàm latinè scripsit DOS IOVIS EXHILARAT, aptèque insculptum Ait; Ecclesia enim cum liliis conferri, inter spinas enascentibus, res notissima. Hanc pressam æstu aqua refocillat Pontifex, copias Cæsaris augendo, Duces peritos mittendo, pecuniam nervum belli subministrando.

R. P. Molinetus in Liliis Galliam recognovit, quæ rigans Aquarius per Ganymedem designatus ut crescant, innuit Paulum III. erga Gallos se prestitisse beneficum, saltem cum ejus opera optatæ pacis fructus uberrimos collegerunt; Ac proinde sicut aqua, quæ est dos Cęli, & Jovis lilia exhilarat, sic Pontifex exhilaravit Gallos per Lilia designatos, cum pacem ejus industria adepti sunt. *Pag. 51.*

Verùm si verborum Genuinæ significationi adhæramus in lemmate Græco

hæc alia continetur *Dos Jovis bene aſpergit* φερνὴ, enim propriè eſt *dôs*, quam Uxor affert Marito, unde deducitur vox celebris apud Juriſtas *Paraphernalia bona*, videlicèt quæ Sponſa ſecum affert Ζηνὸς *Jovis*, vox derivata à verbo *zaco vivo*, quòd det vitam omnibus. ευραινει, *bene eſpergit*, *bene perfundit*. Vox compoſita ex particula ευ *bene*, & verbo ραινω *perfundo*, ſive aſpergo. Poterit Lector eam interpetrationem probare quæ magis ſibi arriſerit, cum nihil certi in numiſmate declaretur, ſine ulla temporis nota, ſeu hiſtoriæ ſigno producto.

XIII

ANNO IVBILAEO. M.D.L.

NOn longè aberat annus ſæcularis ſacer, flagrabatque ingenti deſiderio Paulus Chriſtanum Orbem publica munificentia ampliſſimoque ſacrorum congiario cumulare; nàm licet ætate gravis, ac major octogenario eſſet, non acciſæ adeo vires erant, quin pertingere ad ea ſacra poſſet. Ergo erectus ea ſpe juſſit parari, quæ forent oportuna, & feria quinta majoris hebdomadæ anni 1549. ut narrat Illuſtriſs. Phœbeus Bulla indictionis Jubilæi à duobus Acolytis Capellæ Pontificiæ immediatè ante publicationem Bullæ Cœnæ Domini, prorſus eadem ipſa ſerie, eademque modulatione ſervatis, è proſpectu Baſilicæ Vaticanæ eo met Pontifice, Cardinalibus, & Prælatis, ac Officialibus conſuetis adſtantibus evulgata fuerat.

Part.2. cap. 10.

Nec longè erat Dies Dominicæ quarta adventus Domini, in qua iteranda erat hujuſmodi publicatio, cum die 10. Novembris hora 13. in Exquiliis Pontifex naturę debitum ſolvit, quamobrem ad diem octavam Februarii ſequentis anni protracta Julii III. electione, & die vigeſima ſecunda ejuſdem electi Pontificis Coronatione celebrata, Portarum aurearum ſolemnia ad diem feſtum S. Matthiæ Apoſtoli dilata ſunt; Victorellus tamen refert Jubilæum à vigilia Nativitatis Domini proximè præterita initium habuiſſe ſuum.

Ad Ciac. 747.

Percuſſerat Paulus numiſmata ejus futuri anni monimenta, quorum unum hic exponimus, in quo dicitur cuſum fuiſſe anno Jubileo; De hac voce diſceptandum alibi erit, nunc ſolùm obſervamus Vaticanæ Baſilicæ frontem in eo delineatam juxta Antonii Sangalli delineamenta, de quibus fusè egimus in noſtro Prodromo ad Pontificia numiſmata, illaque ichnographicè, & ſcenographicè exactiſſimè delineata expoſuimus cap.XIV. Tabulis 14.15. & 16. addimuſque quæ breviter narrat P. Oldoinus in additionibus ad Ciacconium his verbis. *Vaticanam Baſilicam ex lateritia marmoream reddidit, eamque Tiburtino lapide mirificè ornavit*. In ejuſdem Baſilicæ monumentis hæc legimus. *A ſiniſtro Baſilicæ latere ad Aquilonem Paulus III. piiſſimus Pontifex transferri fecit Organum ex priori loco ſex porphireticis columnis ſuffultum, ſub quo transferri fecit, & Corpora SS. Proceſſi, & Martiniani, ſimul cum Altari, & Statua B. Petri in throno ſedentis ex priori Oratorio, ubi olim erant, nec non Imaginem Deiparæ Virginis, quæ erat in Parietibus ſupra Oratorium S. Leonis Papæ. Ibidem Sanctiſſimi Sacramenti, ac SS. Simonis, & Iudæ altare ornamentis plurimis auxit*, ibi enim legebatur. *Altare Sanctiſſimi Sacramenti, & SS. Simonis, & Iudæ à Paulo III. ornatum*.

C. 1597.

Narrat Torrigius in eadem Baſilica conſervari Altaris ornamentum quod Italicæ dicimus *Paliotto*, ſeu *Frontale* album, cum aureis caracteribus intertextis.

De cryptis Vatic. pag. 139.

PAVLVS III. PONT. MAX. INSIGNE HOC MVNVS ARÆ AD IVBILÆVM PARAT, QVOD REPENTINO INTERCEPTVS OBITV NON ATTIGIT.

Obiit enim, ut diximus, menſe Novembris anno 1550. Conditus poſt mortem fuit temporario monumento in Baſilica Vaticana S. Petri cum his verſibus, quos ex Franciſco Suvertio reſcripſit Ferdinandus Vghellius.

Diſcite

Discite mortales fluxa ut sit gloria Mundi,
Vt terrena breui tempore regna ruant,
Qui Petri nuper sacrata in sede sedebam
Dum saperet nostrum sacra Tyara Caput;
Qui potui dudum Populis dare jura subactis.
Ante meos Reges procubuere pedes,
Maximus, & Cæsar pedibus dedit oscula nostris,
Numen ut in terris iam veneratus eram.
Tertius hic gelido condor sub marmore Paulus,
Continet hæc cineres, nunc breuis urna meos.
Pontificum gessi summum ter quinque per annos
Tempestiua senem, me Libitina rapit.
Funera non lacrymis mea sunt spargenda, peregi
Naturæ cursum, mors noua Vita fuit.

Magnificentissimum postea monumentum marmoreum in eadem D. Petri Basilica erectum fuit, cujus delineationem exposuimus in nostra de Templo Vaticano historia Tabula 36. Ad illius Fabricam conficiendam Cardinalium decreto scuta decem mille sumpta fuerunt ex Mole Hadriani; illud opus perfecit Gulielmus à Porta Mediolanensis, appositis cum caracteribus. *Oldoin.pag. 553.*

PAVLO III.

FARNESIO PONT.

OPT. MAX.

XIV

HAEC PORTA DOMINI

IVSTI INTRABVNT PER EAM.

XV

IVSTI INTRABVNT PER EAM.

DUo numismata ad eundem finem cusa ad quem superius diximus, hoc est ad annum sanctum piè celebrandum. In utroque Porta, quæ dicitur *Sancta* insculpta videtur, sed diversimode efformata. In uno appellatur Porta Domini; est enim porta, per quam itur ad cælestes divinæ gratiæ thesauros accipiendos, nec sine facultate divina aperiri potest à summo Pontifice. Justi dicuntur per illam ingressuri, cum necesse sit antequam Dei obtineant pœnarum remissionem, ut culpę deleantur à lacrymis, ac Ira divina placata, Dei gratiam consequantur, qua ex filiis Iræ Filii Dei, ac justi ex reis efficimur.



FAR-

XVI

FARNESIA DOMVS CVRA EIVSDEM IMPENDIISQVE A SOLO EXCITATA.

XVII

HARVM AEDIVM FVNDATOR.

PRopè Campum, qui *Floræ* dicitur, extat Romæ Palatium, quod *Farnesiorum*, seu *Ducis* vocant; Antequam ejus fundamenta ponerentur, Antonius à S. Gallo insignis Architectus varias ideas obtulit, ex quibus Alexander Farnesius ante Pontificatum unam selegit, in qua duę futuri Palatii contignationes indicabantur, in quibus videbantur commodè commoraturi Petrus Aloysius, & Ranutius ejusdem Alexandri filii, ut refert Vasarus; cum autem Alexander Pontificiam dignitatem adeptus esset, magnificentiorem ædem ejus generis Principibus convenire Antonius judicavit; quamobrem aliam moliri cœpit artificii adeo sumptuosi; ut ei æquale, aut simile in Vrbe, haud facile reperiri posse, multi sibi suadeant. Tribus contignationibus, seu fenestrarum ordinibus assurgit ex humo, & ab ima soli planitie ad finem coronæ altitudo triginta tres supra centum palmos numerat, teste Equite Carolo Fontana in libro de Templo Vaticano, & in speciem cubi divisum quatuor sumptuosissimas facies ostentat, in quibus ornamenta prostant ex lapidibus Triburtinis, acceptis in Amphiteatro à Vespasiano, & Tito ædificato, quod Paulus II. ademptis iapidibus primus detruncavit, & de quo Martialis.

Tom.3.pag. 318. *Lib.5. cap. 17.* *Ciac.1078.*

Omnis Cæsareo cedat labor amphiteatro
Vnum pro cunctis fama loquatur opus.

Assurgebat enim in tres ordines divisum in quibus (referente Publio Victore) octingenta millia spectatorum commodè collocabantur, cum Ferarum, & Glapiatorum pugnæ agerentur.

Narrat Flaminius Vacca in suis Diariis m.s. n.22. cum elevaretur ejusdem Palatii Farnesiani angulus Borealis parietum rimulam apparuisse, qua paulatim magis dehiscente, futuræ ruinæ timebantur. Architecto interim obstupescente, utpote conscio, fundamenta supra argillam tuto à se fuisse deposita. Cupidus autem ejus rei causam detegendi in ima substructionum viam sumptibus propriis sibi aperuit, invenitq; amplam Cloacam ab antiquis sub argilla effossam, quę à Campo Florę in Tyberim protendebatur. Oppleta igitur optimis cœmentis noxia ejus vacuitate, Palatii fabricam ampliorem reddidit, illamque ad optatum finem perducere conatus est. Imponenda eidem erat ultimo loco corona, atque ut hæc tantæ Moli partium simetria optimè responderet, multorum Architectonicæ artis peritorum ideas explorare Pontifex voluit; suas obtulerunt Perinus Vaga, Frater Sebastianus, è Plumbo dictus, Vasarus, ac Michael Angelus Bonarota, cui postea Pontifex perficiendæ coronæ curam commisit, cum ejusdem delineamenta ipsum præ cæteris magis oblectarint. Imposuit ille primùm Palatii angulo futuræ coronæ fragmentum ex ligno compactum, ut Pontifici certiùs satisfieret, deindè ex triburtinis lapidibus solerti studio adeò mirificè compegit, ut *nullum æquale opus in Vrbe facilè reperiri possit*, scripsit in Diariis Gregorii XIII. Mucantius mense Aprilis 1679. Multas etiam in eodem Palatio partes, vel addidit, vel exornavit Michael, ut refert supradictus Vasarus, inter quas major fenestra, Januæ Palatii imminens cum stemmate Farnesiano, & aula in majorem amplitudinem extensa;

Vasar. to.3. pag.318.

quam

quam deinde picturis exornarunt Franciscus Salviatus, & Taddeus Zuccharus, sicuti superiorem porticum, aliaque Cubicula celebris inter Pictores Caraccius; Ejusdem Angeli Bonarotæ magisterio atrium, quo nihil scientius habeat ab Architecto, pilę quadratis porticibus, subjecto medio scapo extantibus doricis Columnis definiunt. Epistilia, & coronas excipit gracilioribus pilis, & columnis ea portione prominentibus ordo Jonicus partim arcubus, partim occlusos per arcus patentibus fenestris. Summa spatia corinthio ornatissimoque genere clauduntur, verùm pro Columnis Antæ quadrato saxo, & Parastatæ sustinent incumbentes coronas. Inter statuas quæ illud exornant, duplex Herculis simulacrum numeratur, simulacrum insuper Commodi, Floræ, Taurique, quæ in thermis Antonianis saxis obruta fuerunt reperta. Quinque simulacra homine majora talem Taurum circumstant unico in lapide exculpta ab Appollonio, & Taurisco sub Augusto Imperatore, ut refert in sua Roma Rubeus pag. 208; aitque ab illis simulacris exprimi fabulam Zeti Amphionis, & Dircis Reginæ Thebarum, quæ dicitur alligata fuisse Caudæ Tauri ab Amphione & Zetho, & conversa in Fontem sui nominis in Beotia, quam Seneca commemorat in Phenissa Act. primo his carminibus.

Vel qua cucurrit corpus invisum trahens
Zethi juvencus, qua per horrentes rubos
Tauri ferocis sanguis ostentat fugas.

In amplissimo Foro ante Palatium bini aquarum Fontes suas aquas eructant, quas labra marmorea excipiunt descendentes, indeque transmittunt in amplissimas Conchas ex lapide Ægyptio, quem *Piropecidem* dicunt, in eisdem Thermis repertas, alteram sub Paulo III., alteram verò sub Paulo II., qui propè Palatium à se extructum eam collocaverat: designaverat idem Bonarota ab ædium Pseudothyro quidquid trans viam Juliam usque ad fluuium patet hortis conserere. Quibus alii è regione responderent trans Tyberim sati, tum parabat Palatii hortorumque portas dirigere ad lineam, atque ex hujus limine vestibuloque tàm interiore ædium, quàm utriusque Farnesiani Viridarii amœnitatem interque fluentem Tyberim uno oculorum obtutu spectanda proponere, sed perducere ad exitum non potuit.

Tale Palatium indicat utrumque numisma non autem eodem modo in utroque delineatum, plures enim fenestræ in XVI. enumerantur, quam in altero, sed Sculptoris arbitrio, hoc factum puto.

XVIII

SANCTVS PAVLVS. ALMA ROMA.

A Romanis hunc nummum fuisse percussum, & in Pauli III. Pontificis gratiam consecratum D. Paulo, Romæ Patrono scripsit R. P. Molinettus, An veritati consentiat hęc assertio, haud ambigo; Dico tamen etiam ipsius Pontificis jussu cudi potuisse in honorem D. Pauli, cujus nomine ille gloriabatur. Ut ut factum hoc fuerit parvi interest. In ejus Apostoli imagine duo breviter sunt observanda, scilicet gladius, & liber, quos manibus gestat. Doctrinam D. Pauli indicat liber, qua gentes erudiens in Christi fide confirmavit; gladius mortem, quam pro eadem fide confirmanda hilariter subivit. Titulus ALMA ROMA in nummo expressus in sequenti numismate erit explicandus.

Pag. 52.

XIX

ALMA ROMA.

URbis Romæ circuitum exponit numisma, cui titulus subjicitur ALMA ROMA. In mentem illud revocat Pauli III. curam, qua plurima ædificia intra Urbis mœnia extruxit. Neque enim solum Templa, ac sacras Ædes tantùm illi cordi fuisse refert P. Oldoinus, sed reliqua Urbis ædificia. Propola-

Ciacc. pag. 554.

rum

rum Forum ad montis Jordani radices laxavit, in Aventino propugnaculum construxit. Templum Palladis in Foro Boario delevit, Studiumque Romanum direxit inter cętera, ob quę in Aula Capitolii est Pontificis Statua cum sequenti inscriptione.

PAVLO III. PONT. MAX.
QVOD EIVS IVSSV, AVSPICIIS ATQVE ÆRE.
COLLATO VRBEM SITV, ET DIVERTICVLIS
VIARVM DEFORMEM, ET IMPERVIAM DISIECTIS
MALE POSITIS ÆDIFICIIS IN MELIOREM
FORMAM REDEGERIT, VIIS AREISQVE
CVM VETERIBVS DIRECTIS, ET AMPLIATIS
TVM NOVIS CONSTITVTIS AVXERINT
ORNAVERINTQVE.
LATINVS IVVENALIS MANNETTVS
HIERONYMVS MAPHÆVS
VRBE INSTAVRATA OFFICII, ET MEMORIÆ ERGO
STATVAM IN CAPITOLIO OPT. PONT. POS.
ANNO CHRISTI MDXLIII.

In Via etiam Paulina prope Sancti Angeli Pontem de eodem hodie quoque legimus.

PAVLI III. PONT. MAX. AVSPICIIS VIAM
AB AREA PONTIS HADRIANI AVG.
AD VIAM IVLIAM DOMIBVS XXXIX. A PRIVATIS
PVBLICA PECVNIA REDEMPTIS DISIECTISQVE
LATINVS IVVENALIS MANNETTVS, ET HIERONYMVS MAPHÆVS
CVRATORES VIARVM VRBIS ORNAMENTO,
ET POPVLI COMMODITATI APERVERVNT TERMINAVERVNTQVE,
ET DE PONTIFICIS NOMINE PAVLINAM APPELLARI IVSSERVNT
ANNO CHRISTI M.DXLIII.

Exprimuntur in numismate Domus, ac mœnia Urbis juxta Antiquorum ritum, qui in nummis eam Urbem exprimebant, in qua cudebantur teste Borghino, aliqui autem parietum, & domorum loco, mulierem, ut plurimum armatam, sicuti alias virtutes, vel humanas actiones sub fœminarum signis indicabant. Romam præcipuè armis munitam cassideque Lauri corona decorata antiqua numismata nobis proponunt, cui Constantinus (Bizanzio extructo, quam secundam Romam appellarunt) sceptrum addidit, ut eam cęterarum Urbium reginam esse significaret.

De Monetis pag.200.

In hoc Pauli numismate Urbis ichnographia varia nobis suggerit incrementa, quæ diversis temporibus Urbs ipsa sortita est. Murorum ambitus, quem hodiè videmus, magnum terræ spatium retinet Vineis, & Hortis consitum, in quo antiquitus in maxima sui amplitudine Roma insedit. Legatur Donatus qui lib.1. cap.17. Urbis magnitudinem explicare conatus cum Marliano loquens, *Credidimus*, ait, *super fundamentis priscis muros nunc existentes extructos fuisse*; Onuphrius autem *Omnino* (ait) *hunc murorum Urbis circuitum paulo minorem eo esse existimo, qui ante Belisarii tempora fuit.*

Cęsar Augustus spatium Urbis in regiones quatuordecim, vicosque supra mille divisit. Ex Plinio habemus, ipsam Romam divisam fuisse in regiones quatuordecim, & compita earum 265. In septem verò regiones Ecclesiasticas divisit S. Clemens Pontifex, qui vixit anno septuagesimo post Christi ortum, prout legimus in Breviario Romano die 23. Novembris. *Hic septem Urbis regiones divisit septem Notariis, singulas singulis attribuens, qui passiones Martyrum litteris mandarent.* Hi Diaconi Regionarii appellabantur; de hac divisione egit Rev. P. Mabillonius comment. in ord. Rom. pag. xvii. & Sozomenus lib.1. cap.15., quæ divisio Ecclesiastica longè posterior, modo obsoleta, & civilis hactenus retenta de qua Nardinus.

Sueton. in Aug. lib.3. cap.56.

Lib.2.c.4.

Ædifi-

Ædificia ejus Urbis considerans Jo: Baptista Casalius conatur ostendere illa " septem Miraculorum Orbis Moles excedere. De antiqua Roma, ajebat Pli- " nius, ad Urbis nostræ miracula transire conveniet, & sic quoque terrarum " Orbem victum ostendere, quod accidisse toties penè, quot referentur mira- " cula, apparebit, universitate verò coacervata, & in quemdam unum cumu- " lum conjecta, non alia magnitudo exurgat, quamsi Mundus alius quidam in " uno loco narretur. *Cap. 7. Lib. 36. cap. 15.*

Talem Urbem unico verbo illustravit Paulus III. in exposito numismate, hoc est ALMA ROMA; Roma enim suomet ipso nomine se ipsam celebrat. Ex Andrea Cirino de Urbe Roma habemus *Arcanum Romæ nomen à prima Urbis regione, silentio, ac Religione abolitum persensisse neminem, hocque constare ex antiquissimis Scriptoribus*. Ferè omnes maximam, & pulcherrimam Regum Urbem, Terrarum omnium, Gentiumque victricem, Orbis caput, & Epitomen Romam appellant; proprium verò nomen ingenuè ignorare fatentur. Etenim Macrobius *Urbis nomen etiam doctissimis ignotum est*. Addit Festus Pompejus ex Varrone *Causam ejus appellationis invenisse Verrium, ac vetitum esse publicari*. Hinc Romam non loci, sed præstantissimi roboris nomen fuisse, plerique profitentur; sic Plutarcus in Romulo inquit *Pelasgos ex suo Robore Urbem Romam dixisse*. Solinus in Polisthore tradit munitissimam Arcem, quam latina Juventus *Valentiam* dixerat, Euandrum deinde *Romam* nuncupasse, hæc ille ex Authore antiquissimo Cumanæ historiæ apud Festum Pompejum, asseritque Pelasgorum complures Sicyone, Thespiaque Græcis Civitatibus, ob domiciliorum inopiam profectos, Terrarum Orbem longo errore pervagasse, plurimisque bello domitis Nationibus, eam tandem Italiæ partem tenuisse, ubi nunc Roma est, eosque à multo errore nominatos *Aborigines*. Hi in palatio, quo frequentissimi convenerant Urbe condita, eam ob pugnandi robur *Romia* appellarunt, à juventute verò latina *Valentia* à viribus gentium appellata est. Quod nomen adventu Evandri, & Æneæ in Italiam cum magna græcè loquentium copia interpretatum est, servataque significatione impositi prius nominis *Roma*, iterum pro *Valentia* dici cœpta est. Undè Martinus Lupercaliorum Scriptor apud Servium in egl. 1. Virg. A Roma Romulum habuisse nomen testatur, ab oppido scilicet præstantis roboris. Gratianus Augustus, & Theodoricus Rex Urbem sacratissimi nominis Romam dixerunt. Dionysius Halicarnasseus grande, & Divinum illius nomen perhibet, & teste D. Isidoro libr. 8. cap. 4. Orig. *Sola Urbs Roma; cætera Oppida*, quod Savarus Arverniæ Præfectus lib. 2. sic explicat. *Quando Urbem dicimus, nec addimus nomen, Romam significamus, & jure, nam ut verè, & eleganter cecinit* Propertius. *Lib. 1. c. 1.*

Omnia sunt pariter rerum miracula Romæ,
Natura hic posuit, quidquid ubique fuit.

Enim verò (Athenæus inquit) Civitatem Alexandrinorum auream, Antiochenorum pulchram, Nicomediorum ornatissimam omnium, præterea splendidissimam Athenas in Orbe Romano contineri; omnes namque Nationes ibi habitant, Cappadoces, Scythæ, Pontici, & complures alii, sed intra lineam à nobis cecinit Publius Naso. *Lib. 2. Dipnosophistarum.*

Gentibus est aliis tellus data limine certo
Romanæ spatium est Urbis, & Orbis idem.

Jure autem dicitur *Alma Roma*, nam adjectiuum hoc Latini sibi vindicant ab alendo dictum, undè Plautus. *Invoco Almam meam nutricem, & Lux Alma*, apud Vergilium Æneid. sic dicta, quòd alat universa, nam physici dicunt omnia per diem crescere, sic *tellus Alma, Alma Venus, Pallas Alma &c.* Et Romam fuisse semper Urbium omnium Matrem, quis negat? neque hic sermo fit de ejus potestate, vel prophano Imperio, quo Imperatores toto penè Terrarum Orbe, suis legibus subjecto cęteris Provinciis dominabantur; quare communi præconio Terrarum Dominam, & Reginam nuncupabant, virtutem omnium domicilium, Mundi asilum, ac Templum, immortalem, felicem, Orbem Orbis Terrarum, & fortassis tanto admirabiliorem, quanto breviore ambitu Orbis miracula, miraculum ipsa augustius comprǽhendit, ut gloriosa demum clausula Urbem Deorum proclamarent; nihil juvat hæc preconia à suomet pulvere, quo obruun- *Cor. 7. 79.*

tur excitare. Urbis enim omnium Principis non modò molem defeciſſe, ſed ejuſdem Imperatorum memoriam magna ex parte deletam, nunc ſcimus. Illud tamen dicendum, quod his ætatibus adhuc ſpectandum ſe offert, quoque Recens Roma antiquæ pręcellit, Almęque titulum meritò ſibi vindicat. Pontificum nempè ſeries, qui Vicariam Chriſti Domini poteſtatem gerentes, univerſo Orbi jura dicunt, Orbemque totum, veluti in gremio recipiunt.

In Libello de ratione Anagrammatiſmi Gulielmi Blanci Albienſis J. V. D. Anagramma eſt, in quo artificioſa litterarum tranſpoſitione verbo *Roma mora* efficitur, ex qua diſticum ſubjunxit.

Libr. 3. c. 5.

Cur varios tandiù remoratur Roma clientes?
Fortè quòd inverſo nomine Roma mora eſt?

De Roma Ethnica, quam verius dixerim, quod Plinius olim dicebat. *Roma omnium Terrarum Alumna, & parens numine Deûm electa, quæ Cælum ipſum clarius faceret, ſparſa congregaret Imperia, rituſque molliret, & tot populorum diſcordes, feraſque linguas ſermonis commercio contraheret ad colloquia, & humanitatem homini daret, breviterque una cunctarum gentium in toto Orbe Patria fieret, illa enim non Dijs, ſed Deo annuente crevit.* Tertullianus cauſam enarrat à plerìſque Ethnicis excogitatam, aitque *Romanos ſibi ſuaſiſſe pro merito religioſitatis in tantam ſublimitatem elatos, ut Orbem occuparint*; ſed hunc errorem eluit idem Tertullianus cap. 26. ubi probat quod ſolus Deus, cujus eſt Orbis terrarum, regna contulerit, aitque in cap. primo de Pallio, *At cum Sæcularium ſortium variavit Urna, & Deus Romanis maluit.* Ideſt juxta explicationem Jo: Ludovici de la Cerda in notis *Deus Romanis favit.*

In Apologetico cap. 25.

Quamobrem Dionyſius *Romam honorandam Matrem*, dixit, *omnium Urbium, cum nemini illaſe neget* (ut cum Ariſtide loquar) *ſed ut ſolum terra fert omnes, ita & iſta recipit, quidem omnes ex toto Orbe, ſicut mare fluvios.*

Lib. de ſitu Orbis. Apud Bullenger. lib. 2 cap. 5. de Imp. R.

Sicque Urbis Romæ dignitas non ſolum ab ejus majeſtate, & magnitudine originem ducit, quę gentes omnes, non magis imperio Domina, & victrix, quàm premio parens complectitur, ut ſaniùs dicendum ſit ex Claudiano.

Lib. 3. de Stilic.

Hæc eſt in gremium victos, quæ ſola recepit,
Humanumque genus communi nomine fovet
Matris, non Dominæ ritu, civeſque vocavit,
Quos domuit, nexuque pio longinqua revinxit.



XX

DOMVS. MEA. DOMVS. ORATIONIS.

Vix in ſummum Pontificem electus fuerat Paulus, ut religionis aulam, Populique Romani mores accuratiſſimo ſtudio indigere circumſpexit; externa ſiquidem bella, quæ Italiam aſſiduo motu devexaverant, & Romę pręcipuè, non ſolum ędificia, ſed mores etiam corruperant; quos dum ſceleſti Novatores ubique gentium proſcinderent, invehendi in Romanam fidem, pręcipuè, ſuamque deprędicandi occaſionem oportunè capiebant, gliſcebatque hęreſis ab ea Aulicorum Romanorum licentia. Ut igitur medicam lapſæ diſciplinæ manum admoveret, & conviciandi materiem hęreticis pręcideret Paulus, legere viros ſtatuit, qui doctrina longoque uſu rerum peritiſſimi, ſtudiis ſuis decernerent, quidquid ad revocandos Romanos mores oportuniſſimum judicarent; Acceſſivit proindè Romam è Gallia Jacobum Sadoletum Epiſcopum Carpentoratenſem, Verona Joannem Matthęum Gibertum, Eugubio Fridericum Fregoſium, Venetiis Gregorium Corteſium, è Caſſinenſi congregatione, Sancti Georgii in Alga Abbatem, Reginaldum Polum, & Joannem Petrum Carrafam Epiſcopum Theatinum. Deinde cum in publico, ac Sacro Pœnitentiarię munere adminiſtrando pravę conſuetudines temporum invidia invaluiſſent, à Reipublicę Chriſtianæ finibus illas amendare ſtatuit, excitavitque Auguſtorum Patruum, ac præſtantium Antiſtitum congregationem, qui immiſſa in adultam vitiorum ſegetem falce demeterent,

Vide infra pag. 546.

omne


XXI
CIRCVNDATE.SION.
XXII
TV.AVTEM.IDEM.IPSE.ES.
RAVEN
XXIII
AVTEM.IDEM.IPSE.ES
ALMA.ROMA
XXIV
TV.AVTEM.IDEM.
IP SE.ES.
XXV
SECVRITAS.POPVLI.ROMANI.
ALMA ROMA
XXVI
P. R. SECVRITAS
XXVII
TVSCVLO.
REST.
XXVIII
FLEXI. APTO PRAE CVRRE.
XXIX
XXX
XXXI
VNITAE.MENTES.VNIVNT.
XXXII
XXXIII
OMNES.GENTES.SERVIENT.EI
XXXIV
PIETATI. ET. COMMODO. PONTIFICVM
XXXV
MATVRE.
XXXVI
1550. SEDE. VACANTE.
XXXVII
PERSEQVERIS. SIVLE
VAS.ELECTIONIS.
XXXVIII
IN.VIRTVTE.TVA.SERVATI.SVMVS.
XXXIX
NIKHTHPION
XXXX
PAVLVS.III.PONT.MAX.AN.XIIII.
APXIEPEI
TΩ ΠΑΝΥ

omne turpissimum lucri genus, quod fortasse Presulum incuria in sacrum illud Tribunal irreperat.

Ex amplissimo Senatu quinque electi fuere nempè Sanctacrucius, Crescentius, Polus, Ardinghellus, horum Præfectus, Cardinalis Theatinus, Antistites quinque additi, Episcopus scilicet Forosempronianus, Capiferrius, Fabius Peregrinus Sacræ Pœnitentiariæ Regens, Philippus Archintus Episcopus Bituricensis, & Romanæ Urbis Vicarius. Qui strenuam in eo negotio operam collocarunt, qua abrupto earum cursu rerum, opportunisque legibus firmatis, visa est justitiæ integritas, ac morum Sanctitas magna ex parte restituta, & præcipuè (referente Panvinio) *Propbana scandala à sacris locis ablata*.

Hanc sui animi verique Pastoris sollicitudinem voluit Paulus publico numismate comprobari, estque illud, quod hic exponimus, in quo Salvator à Templo nummularios ejiciens repræsentatur, ut in cap. 11. à D. Marco exponitur. *Cum introiisset in Templum cœpit eiicere vendentes, & ementes in Templo, & mensas nummulariorum, & Cathedras vendentium columbas evertit, & non sinebat, ut quisquam transferret vas per Templum, & docebat dicens eis. Nonne scriptum est, quia domus mea domus Orationis vocabitur, omnibus gentibus. Vos autem fecistis eam speluncam Latronum.*

XXI

CIRCVMDATE. SION.

CApita Apostolorum Petri, & Pauli cernimus in numismate, nonnisi, quam ad cultum erga ipsos augendum, jussu Pontificis exculpta, & quidem in dextera parte Apostolorum Principis in læva Gentium Doctoris. Damnat hæc Apostolorum expressio impiam Calvini maledicentiam, qui ubique captans occasionem contra Catholicam Ecclesiam garriendi audet appellare fucatam Papistarum idololatriam Sanctorum cultum, & venerationem toti Ecclesiæ Christi communem, traditione Apostolica receptam, tot œcumenicis Conciliis approbatam, tot denique signis, & miraculis Divine virtutis confirmatam; cultus enim, quos illos veneramur longè distat à Latria, nec est ullus Fidelium tàm rudis, qui dum Sanctos colit, adorare se Deos suspicetur, sed tantum Dei servos, & amicos, cultu quidem religioso non civili, non tamen cultu Latriæ, Deo tantum debitæ, sed calumnia hæc in Catholicos non est nova, verùm illata ipsis sæpius à Judæis, ab Ethnicis, & à veteribus Hæreticis. Recentiores Hæretici veterum sectantur impietatem, & postremò Calvinus adiunxit Papistas ossa mortuorum adorare potiùs, quam homines vivos; at splendidum est mendacium, quia Sanctorum reliquias, seu Imagines pictas, aut sculptas, quam Hæretici per contemptum ossa, & ligna appellant, non adoramus, nisi propter Sanctos, quorum reliquiæ sunt, vel imagines, & ipsos Sanctos propter Deum. Quare Sanctus Ambrosius „ de Sanctorum Nazario, & Celso. Quod si (inquit) dicam mihi quid honores in *Serm. 92.* „ carne jam resoluta, & ubi est illud Christiani. *Prætiosa in conspectu Domini* „ *mors; Sanctorum ejus*. Honoro ergo in carne martyris exceptas pro Christi „ nomine cicatrices. Honoro viventis memoriam perennitate virtutis; hono„ro per confessionem Domini sacratos cineres; honoro in cineribus semina „ æternitatis; honoro corpus, quod mihi Dominus meus ostendit diligere, quod „ me propter Dominum mortem docuit non timere. *Cur autem Corpus illud fi-* „ *deles non honorent, quod reverentur & Demones, quod afflixerunt supplicio, sed* „ *glorificant in sepulchro? Honoro itaque Corpus, quod Christus honoravit in gladio,* „ *quod cum Christo regnabit in Cælo*. Hęc S. Ambrosius; quapropter Synodus Tridentina rationem tradens cur Sanctorum imaginibus adoratio exhibeatur. *Non* *Sess. 25. c. 2.* „ *quòd* (inquit) *credatur inesse aliqua in his virtus, propter quam sint colendæ, sed* „ *quoniam honor, qui eis exhibetur, refertur ad prototypa, ita ut per imagines, quas* „ *osculamur, & coram quibus Caput aperimus, & procumbimus, Christum adoremus, &* „ *Sanctos*. Porrò Sanctorum Imagines idola nominare, & nos propterea, quòd eas

„ veneramur idololatras appellare digna vox eſt Eccleſiaſtico anathemate;ideò ſic legimus in ſeptima Synodo generali act.7. *Qui venerandas Imagines Idola appellat, Anathema*. Quare laudabiliter Pontifex Paulus III. expreſſit ſacras Apoſtolorum Imagines, quas etiam ſolitum fuiſſe ſuo tempore pingi, ſcribit Sanctus Auguſtinus in libro de conſenſu Evangeliſtarum. *Cap. 10.*

Appoſuit autem, & lemma CIRCVMDATE SION ex verbis Pſal. 47. 13. acceptum; quo Pontifex peritiſſimus innuere, ni fallor, voluit, vel ſaltem potuit Populum Romanum alloquens, mentem D. Auguſtini dicentis. *In Pſal. 47.* *Dicatur eis, qui male vivunt quo nàm modo eſt populus ille, qui ſuſcepit miſericordiam Dei, in medio veſtrum eſt populus bene vivens, circumdate ſion. Sed quomodo? complectImini eam. Nolite ſcandalis circumdare, ſed Charitate circumdate, ut qui bene vivunt in medio veſtrum, eos imitemini, eorum imitatione* (ſcilicet Apoſtolorum Petri, & Pauli) *Chriſtum, cujus membra ſunt in corpore, complectimini*. Niſi velimus dicere Paulum ipſos Apoſtolos alloquentem opem eorum imploraſſe, ut Eccleſiam Romanam patrocinio circumdare, ac fovere dignarentur in verbo SION indicatam.

❁ XXII. XXIII. XXIV ❁

TV AVTEM IDEM IPSE ES.

DUplici in numiſmate vidi ſub Paulo III. expreſſum Chriſtum Redemptorem juvenili ætate florentem, ut apparet ſub numeris 23. & 24. Docentis inſtar, ſeu concionem habentis coram multis utriuſque ſexus hominibus. In alio verò hoc eſt ſub num.22. poſitum ſenem ſedentem cum volumine aperto, illudque indigitantem. In omnibus verò eadem inſcriptio ex Pſalmo 101. 28. accepta: TV AVTEM IDEM IPSE ES. Non autem eodem modo in omnibus exarata. Joannes Baptiſta Palatius expoſuit Pauli III. numiſma, in cujus averſa facie ſunt hæc verba inſtar inverſæ Pyramidis diſpoſita, quod numiſma apud nullum invenire potui. Vidi tamen quod ſub num.24. affero ex ære formatum in Cimelio Eminentiſſimi Cardinalis de Carpineo Romæ ſummi Pontificis Vicario. Habui etiam alia duo argentea, quæ in uſu pecuniæ ſunt trium Juliorum, in quorum altero ſubjectum eſt verbum RAVENNA, in altero verò ALMA ROMA, quæ verba certè nihil aliud indicant niſi talem monetam Romæ, & Ravennæ percuſſam eſſe Paulo III. regnante. Quid autem in ſingulis lemmate impreſſo indicatum fuerit non liquido conſtat.

Conſtantiam Pauli in illo recognovit ſupracitatus Author Jo: Baptiſta Palatius, utpotè qui inter adverſos, varioſque eventus animo imperterrito obluctans tanquam ſcopulus inter ſpumantes Maris fluctus ſemper manſerit idem.

Tipotius verò hoc ipſum numiſma exponens ſic loquitur: *Roma, cui aræ erectæ à Paganis, hic in ara Crucem manu tollit. Hanc eſſe, cui debeatur cultus, clarè demonſtrans inter Matronas, quarum ferventior pietas, & Patres, ſi hi non ſint Prophetæ, & Apoſtoli, illæ verò Sibyllæ, quarum oracula collegerunt Svidas, & Lactantius*. Symbolum certè Regii Prophetæ eſt, à morte vindicantis Chriſtum qui in Cruce mortuus creditur.

Diù propterea hæſi, antequam veritatem aſſequutum me eſſe putaverim; Viam tandem certam aperuerunt verba appicta eidem numiſmati, quod exculptum cernitur in folio, inſerto in pag. 555. tom.3. noviſſimarum additionum P. Auguſtini Oldoini ad Ciacconium, cui folio eſt titulus:

PAVLI III. EX CELEBRI FARNESIORVM FAMILIA
PONTIFICIS MAXIMI, NVMISMATA,
ET MEMORIÆ.

Verba autem ſunt hæc.

HOSPITALE, ET MONASTERIVM PRO NEOPHYTIS,
ET CATHECVMENIS FVNDAVIT.

Paulus

Paulus enim, ut narrat supradictus Author, anno 1542. auxit Neophytorum, hoc est Judęorum, & Infidelium, Christianam fidem amplectentium, privilegia, data ea de re constitutione vigesima prima die Martii ejusdem anni; Aliamque anno 1543. addidit de institutione Hospitalis, & Monasterii pro iisdem Neophytis Cathecumenis, Judæis, & Infidelibus, Catholicam fidem, amplectentibus, & Archiconfraternitatem pro eorundem regimine, cui initium est, *Illius qui pro Dominici gregis redemptione &c.* Pag. 556. In Bullar. pag. 674.

Huic Congegationi à S. Ignatio de Loyola Societatis JESU Patriarcha erectæ S. Joannis ædem ad Capitolii radices, vulgo S. Joannis *in Mercatello* dictam, concessit, eamque privilegiis auxit; deinde sub Gregorio XIII. incrementa habuit, & sub Urbano VIII. ad ędem S. Mariæ in Montibus translata fuit, de illa agit D. Abbas Bartholomęus Piazza in suo eruditissimo tractatu de Piis operibus Romæ, atq; rem totam narrat Nicolaus Orlandinus in historia Societatis Jesu lib.4. n.6. his verbis. „ Cum tam frequens & Judęorum ad Ecclesiam, & Christianorum „ ad societatem accessio quotidie fieret, ut eos Patrum, nec ædes capere, nec sustentare tenuitas posset, strenuè in eam curam Ignatii virtus incubuit ut centum Cathecumenis Domicilium à fundamentis erigeret. Quod ut operoso, ac molesto, ita felici, ac salutari labore perfecit. Author etiàm, ut Pontifex Paulus multa ei collegio privilegia, quæ ab aliis deinceps Pontificibus aucta, & locupletata sunt, ad perpetuitatem conferret operis. Julius autem III. & ejus Successor Paulus ad ejus alimenta Collegiis singulis Italiæ Synagogis certam pecuniam in perpetuum imperarunt. Quod Ignatii monumentum in hoc Orbis terræ Theatro etiam num permanet, tali Urbe, ac Civitate dignum, quæ nullum genus hominum, quod in Ecclesię sinum se conferat aspernatur. Trat.4.c.8. 7. & 14.

Quibus positis, ambigendum non est de proposita numismatis expressione. Ante enim divinum Verbum, vel Doctorem, diversos homines edocentem, cernimus Christianæ legis veritatem, ad quam antea Hebręorum, seu Turcarum superstitioni adscripti caligaverant. Sivè malis dicere, diversas falsarum Religionum sectas in jis significari, quæ omnes *sicut vestimentum veterascent*, ut in eodem Psalmo affirmatur; Christus autem veram religionem in Cruce ostendens florida in ætate, *idem ipse semper est*. Hanc interpetrationem confirmant verba P. Francisci Baselli Soc. Jesu in suo Psalterio Davidico concordato, dicente: *his versibus ex comparatione ad ea, quæ firmissima sunt, & immutabilia, confirmatur perpetuitas, & infallibilitas perdurationis Ecclesiæ &c.* mihique illam indigitavit P. Pedrusius nostræ Societatis, cujus eruditionem abundè in Orbe Litterato publicarunt Numismata aurea à Serenissimo Duce Parmense typis vulgata anno præterito cum ejusdem Authoris explicatione. Part.4. 12. Ps.101.

XXV

SECVRITAS. POPVLI. ROMANI.

ALMA ROMA.

XXVI

P. R. SECVRITAS.

IN utroque numismate mulier exprimitur penè vestibus exuta, baculum manu tenens, dum quiescit, & in ara ei propinqua ignis ardet. Typus est Securitatis, qua Paulo regnante Populus Romanus fruebatur; de qua diximus in superiori numismate. Hujus generis expressione usi sunt Antiqui. Simile est numisma Neronis, in quo Securitas dextræ incumbens, hastam tenet, & sellæ insidet, ut ji, qui nullis curis aguntur, sic in nummo Othonis SECVRITAS POPVLI ROMA-

ROMANI cum hasta, & lancea designat, Victoriis Othonis securitatem Pop. Rom. esse partam; item sedens cum hasta, & manum capiti, in signum quietis admovens; In nummo Vespasiani sedet, & capiti manum subponit, qui gestus est otiosorum, & tranquillorum hominum.

In nummo Getæ manui incumbit. In Tito cum ara ante pedes. Adstat ara cum face, quia in securitate, bellis profligatis, major solet esse erga Deum cultus, & religionis cura, ut interpetratus est Illustrissimus Antonius Augustinus. Partem aversam hujus numismatis expressam invenies sub numero XXXIX. inscriptione græca exornatam. *Tab.21. n. 15.*

XXVII

TUSCULO RESTITUTO.

FUerat olim præclarum Municipium Romanorum, quod Tusculana Civitas dicebatur. Eam in nummo retulit Fulvius Ursinus in Gente Sulpicia num.4. pag.250. ex quo eruditissimus Abbas Raphael Fabrettus in Apologemate ad Grunnovium. *Pag.129.* Illa exhibetur duabus Portis instructa, altera ab Oriente, ab Occasu altera, per quas solas poterant Cives admitti summa Collis planities, in qua Tusculum fuisse dicitur, cum à Septentrione rupes altissimæ, à Meridie præceps, ac præruptus in Latinam viam Albanamque vallem descensus, invia, & inacessa ex utraque parte ea Urbis latera reddiderit. Ejusdem Fundatorem fuisse Telegonum Circis filium, à quo ante Romam conditam trecentos circiter annos tale nomen impositum fuisse, utpotè quæ in summitate fundata, quasi *molestiam exhiberet* ascendentibus, narrat Genebrardus; & Strabo lib.5. de illa scribens, *Tusculum*, inquit, *in Romæ conspectu erat, in summo montis situm, Civitas egregiis ornamentis insignis, eam vineta coronabant, tectaque magnifica, ex ea præsertim regione, quæ in Romanum descendebat aspectum, aderant & villæ variis decoratæ apparatibus*; Sępe detructum tale Oppidum fuisse, ac identidem opportunitate loci restauratum à multis refertur; Attamen non obstante Romani Imperii Dominio Tusculani in sua veteri sede, non solùm perstiterunt; verùm viribus suis confisi Urbi bella movere non dubitarunt, inter quæ celebre fuit id, quod subsidiariis Copiis Friderici Barbarossæ Romanis intulit duce Raimone Tusculi Domino (ut habent acta Alexandri Papæ) in quo tanta Romanorum edita fuit strages, ut ab eo tempore, quo Romanos Annibal apud Cannas devicit, nulla huic similis contigisse reperiretur; *Odori. Raynald. Annal. ad an. 1167. n.1.* quo infelici Belli eventu Romani, crescentibus deindè viribus, injuriæ illatæ memores anno 1191. Tusculanam Civitatem ita destruxerunt, ut lapis super lapidem non remanserit. *Ulciscente tandem numine summam ignominiam*, (verba sunt Raynaldi) *qua ejus Comites sæpius Apostolicam Sedem affecerant præter multiplices alias clades, & injurias Romanis civibus inde illatas.*

Qui verò superstites è Tusculanis fuerunt, vel cryptis se absconderunt, ac in sylvas vicinas se receperunt, partim etiam ad propinquiora montium cacumina coloniis diversis originem dederunt. Plerique etiam paulò infra Urbem destructam contra aeris inclementiam Casas ex arborum frondibus, quas vulgo *Frascas* vocant, extruxere: hinc nomen illi in hodiernum usque diem remansit *Frascati*, de qua re S. Antoninus, & Card. Baronius tom.12. fol.828. *S. Antonin. 1 t 3. tit. 17. §. 24.*

Obtinuerat antiqua Tusculi Civitas referente Panvinio anno 269. Episcopalem sedem, in qua primùm sedisse quendam Martii nomine nuncupatum Ugellius affirmat; illo demortuo, sexaginta, & alius Episcoporum seriem impleverunt, postquam anno 1543. die 29. Decembris Philippus de la Chambre, seu *della Camera* Abbas Corbejensis Ecclesiam rexit, ac eidem Paulus III. concessit, ut rubrum biretum, aliasque vestes, & ornamenta in Dominiis tantum Regi Galliæ subjectis, & in Ducatu Sabaudię gestare posset, quibus Cardinales non Regulares ubique ornati procedunt.

Ab anno deinde 769. ab Episcopo Cardinali eam Ecclesiam fuisse rectam, plurimi Scriptores referunt, quem simul cum sex aliis præesse cæteris Pontifices Roma-

Romani decreverunt. Quod ut omnibus equè clarè pateat, pauca subjiciam ex eruditissima dissertatione, quam de optione sex Episcopatuum Romæ edidit Eminentissimus Franciscus Cardinalis Brancatus an.1672. Episcopus Portuensis: scripsit ille: „ Divisas fuisse à summo Pontifice Evaristo initio secundi sæculi tot veluti Diœceses nonnullas Ecclesias, juxta commodum numerumque Fidelium, qui erant Romæ ipsisque intitulatos tot Presbyteros, quot necessitas exigebat, censusque patiebatur. Cumque his alii in adjutorium Presbyteri, & Diaconi sub Fabiano, Hyginio, & Marcello juncti exinde fuissent, unum præ cæteris præstantiorem Cardinalem nomine censeri, cui veluti Cardini regimen incumbebat Ecclesiæ, & hos Romani Pontifici operanti in Ecclesiis assistere. Interim cum Romana Ecclesia liberiori cœpisset uti rerum administratione, post Barbarorum incursus emersisse paulatim splendorem Ecclesiasticarum, & Pontifici suam dignitatem vindicatam. *An. 1672.*

„ Hanc ob causam Presbyteris Cardinalibus adauctos fuisse Episcopos, qui celebranti Pontifici deservirent. De horum septem Episcopis, Cardinalibus mentionem primo haberi sub Stefano IV. an.769. apud Anastasium in ejus vita, & Baronium anno prædicto, quamquam alii ad aliud tempus initium referant. Antelationem autem cæteris Episcopis hos Cardinales Episcopos habuisse post Gregorium VII. & Urbanum II. notari à Ponvinio de Episc. & tit. Cardin., sed à Calisto II. usque ad hæc tempora sex tantùm numerari Cardinales Episcopos post suppressionem Catedrę SS. Rufinæ, & Secundæ (hic enim illam univit Ecclesiæ Portuensi) scilicet Ostiensem. Portuensem, Sabinum, Albanum, Prænestinum, & Tusculanum.

Amissa igitur post Tusculanæ Civitatis eversionem Tusculana sede, Paulus III. ejus dignitatis memor Patriique, & vetustissimi nominis, tantæ jacturæ aliquomodo prospicere decrevit. Loco, quem vulgò *Frascati* dicebant, *Tusculi* nomen indidit, & Episcopatus dignitate illum decoravit, sicque Sedem Episcopo decrevit, TVSCVLO quodammodo RESTITVTO; ut lemma numismatis innuit.

Tale Pauli III. decretum his verbis, Acta Consistorialia commemorant. Die „ Veneris 11. Januarii 1538. apud S. Petrum fuit Consistorium, & in eo hæc decreta, (referente R. D. Card. Chinuccio) transtulit Ecclesiam Tusculanam ad Oppidum, seu Castrum Frascati, cum restitutione pristini nominis Tusculani ad Parochialem Ecclesiam B. Mariæ Archipresbyteratum nuncupatam, in dicto Oppido existentem, illudque in Civitatem, & dictam Ecclesiam in Cathedralem, sine tamen præjudicio Reverendiss. D. Cardinalis Auxitani erexit, & Sedi Apostolicæ immediatè subjectos cum erectione unius Archidiaconatus, qui inibi prima dignitas existat, & curam animarum Parochianorum ipsius Parochialis Ecclesiæ exerceat. Item quatuor Canonicatuum, & totidem Præbendarum, ac duorum simplicium beneficiorum Ecclesiasticorum beneficiata nuncupandorum, cum assignatione dotis, quam habebat dicta Parochialis Ecclesia Archipresbyteratui, & Canonicatibus, & Præbendis, ac beneficiis Ecclesiasticis alterius competentis dotis per Sanctitatem suam provideatur, voluitq; Sanctitas sua, quòd Præfatus Reverendiss. Cardinalis Auxitanus, prout antiquę sic noviter erigendæ Cathedralis sit Episcopus, & quod tanquam Ordinarius de Archidiaconatu, Canonicatibus, & Prębendis, & beneficiis prædictis disponere possit; alias tamen Civitate noviter erecta plus juris non habeat Episcopus Tusculanus, quam hactenus habuerat.

Civitas hæc tantùm successu temporis incrementum sumpsit, & tanto Villarum Palatiorumque splendore, & magnificentia excrevit, ut nulli deliciis celebri in Italia loco cedere videatur. In oppidi formam resurrexit, nam & mœnibus cingitur, & Pontificia in eo Arx est antiqui operis, & domus fermæ plusquam mille. Paulus idem Tertius eleganter multa in eo Oppido ædificavit, eòque solebat ex Urbe, curarumque fluctibus, animi causa frequenter commigrare. Illuc præcipuè se contulit (ut narrat in suis Diariis Paulus Aretinus) postquam redierat Nicia, ubi colloquutus fuerat cum Cæsare, & Gallorum Rege die 24. Julii Romam ingressus anni 1538. *Io. Blæu Theat. Civit. Ital.*

Quamobrem grati animi ergo Tusculani Cives in Aula Palatii hanc inscriptionem affixere.

PAV-

PAVLO III. FARNESIO PONT. MAX.
QVOD TVSCVLANÆ VRBIS IVS, VETERE TVSCVLO PRIDEM
DIRVTO, IN NOSTRAM HANC PATRIAM, ET ILLIVS
RVINIS CONDITAM, CARDINALI EPISCOPO HVIC SEDI PRÆPOSITO
QVOD PROLATO POMERIO
CONTVLIT, IN MAGNAM VRBIS HVIVS PARTEM
ET VIIS DIMENSIS, DIRECTISQVE AD LINEAM EXEDIFI
CAVIT, MOENIBVSQVE CINXIT
QVOD VILLARVM IN HOC AGRO MAGNIFICEN-
TISSIMARVM, RVSTICATIONISQVE IN EODEM
PONTIFICIÆ AVCTOR PRIMVS EXTITIT
S. P. Q. T.
PARENTI, RESTAVRATORI, FVNDATORI OPTIMO
FARNESIÆ GENTIS VNIVERSÆ MAGNITVDINEM
IN EO VENERATVS POSVIT.

IVLIANO LANCELLOTTO
ASCANIO MARIANOCHIO,
ET IVLIO IVVENCO
} Prioribus residentibus.

Circa hujus Oppidi mœnia extant multa Villarum, magnifica Palatia, Fontium ubertate admiranda. Inter quæ tria præcipuè ab exteris summa admiratione spectantur, Villa nempe Aldobrandina, Burghesia, & Ludovisia. In numismate hę non exprimuntur, fuerunt enim post Pauli III. tempora extructæ. Exprimitur tantùm Villa Ruffina, quæ adhuc extat inter Tusculum, & Villam Burghesiam intermedia, eo nomine tunc appellata à quodam Ruffino ejus Domino, ut indicant adhuc carmina exculpta apud Fontem, qui Villam irrigat, idest.

Rupe sub hac vaga Limpha fui sine nomine; sed nunc
Ruffinæ Domini nomine Limpha vocor
Ille etenim sparsos latices collegit, & undas
Auxit, & extructo fornice clausit aquas.

Dicitur modò Falconeria à nobili Falconeriorum Familia, à qua possidetur, speciosior reddita ob insignes picturas, quibus parietes cubiculorum decorantur.

XXVIII

FLEXV APTO PRAECVRRE.

Indicatur in nummo Circus, in quo Romani in Quadrigiis celeres pervagabantur, circa Obeliscos, quorum potior Soli, inferior Lunæ dicatus erat. De quo certamine egregiè Cassiodorus sic. *Illic supra cætera spectacula feruor animorum, inconsulta pravitate rapitur. Transit Prasinus, pars populi mæret, præcedit Venetus, & potior turba Civitatis affligitur. Nihil proficientes feruenter insultant, nihil patientes graviter vulnerantur, & ad inanes contentiones sic descenditur, tanquam de statu periclitantis patriæ laboretur.* Apud Antiquos enim præcipuum studium gloriæ erat in cursu equorum. Occinit eleganter etiam Appollonius.

Si cum frenatus astringit meta Jugalis,
Ordineque emissos jussit decurrere Prætor,
Ire volunt omnes primi, quatit ungula terram
Impatiens, & stare loco vesania nescit.

Et

Et hac quidem de causa, quia fatale putabant ludicrum ab oraculis Numinum promulgatum. Romulus (ut Cedrenus narrat) condidit primum circum Romæ in honorem Solis, in quo duodecim ostiis, duodecim domos Zodiaci designavit per spatium ipsum universam terram, per Euripum mare, quod terram mediam amplectitur, per metam, quæ est ad ostia ortum, per ultimam metam occasum; Deindè Urbe aucta, in Obeliscis Solem venerati sunt, in equorum metis Castorem, & Pollucem, in currum agitatione Martem, & in Euripo denuo Neptunum potentissimum apud ipsos Maris Numen, quod Corippus sub Justino cecinit lib.1.

Solis honore novi, grata spectacula Circi
Antiqui sanxere Patres, qui quatuor esse
Solis equos quadam rerum ratione putabant
Tempora continui signantes quatuor anni,
In quorum specie signis, numerisque, modisque
Aurigas totidem, totidem posuere colores.

Hos autem equos eloquentissimus Tertullianus junxisse Ericthonium Minervæ, & Vulcani filium profert, *De Jugo quadrigas Soli, Bigas Lunæ sanxerunt*, additque carmen. *Lib. de Spectaculis.*

Primus Ericthonius currus, & quatuor ausus
Jungere equos, rapidusque rotis insistere victor.

Pergit Tertullianus dicens Romulum Romanis ostendisse Quadrigam, & aurigis coloribus idololatriam induisse. Ab initio enim duo soli fuerunt, albus, & russeus, Albus Hiemi ob nives candidas, Russeus æstati ob Solis ruborem sacri, sed postea tam voluptate, quàm superstitione provecta, Russeum alii Marti, alii Album Zephiris consecraverunt. Prassinum verò Terræ matri, vel Veri, Venetum Cælo, & Mari, vel Autumno. Cum autem omnis species idololatriæ damnata sit à Deo, utique etiam illa damnatur, quæ elementis profanatur; hucusque Tertullianus.

Post Tertullianum Cassiodorus interpretatur Circensium pompam sic. *Circi spectaculum expellens gravissimos mores, invitans levissimas contentiones, evacuatio honestatis. Fons irriguus jurgiorum, quod vetustas quidem habuit sacrum, sed contentiosa posteritas fecit esse lubricum, quod meritò creditur dicatum numerosæ superstitioni, ubi ab honestis moribus, sic constat excidi. Hoc etiam dicimus omnimodè stupendum, quod illic supra cætera spectacula furor animorum inconsulta gravitate rapiatur.* At non cuncta nobis tractanda sunt, sed tantùm, prout historiæ, seu rei expressæ exigit series. Lemma igitur FLEXV APTO PRAECVRRE augurium exprimitur, seù melius, Prudentia, ac sollicitudo Pontificis Pauli excitatur, ut aliorum facta, Pontificiæ dignitati noxia præveniat, impediatque. Singuli enim veluti in stadio currunt, suamque rem promovere conantur cæteris devictis, nisi horum *Solertia flexu apto præcurrant.* Fructus igitur pacis inita inter Carolum V. & Franciscum I. dicam adumbratos in numismate, Paulo procurante, qui sagacis animi dexteritate, *Non equos, sed animos ipsos facilè pro libito flectebat*, teste Ciacconio. *In tertio variarum.*

XXIX

Serpens tortuosis sui corporis nexibus Griphum circumdans in numismate laureato quendam victorię typum involvit. Figuram credidit Jo: Baptista Palatius Henrici VIII. Anglorum Regis, quem tanquam chimeram Mundus abhorruit, nulli inhęrentem Religioni, sicuti Griphus tanquam adulterinus inter Aves rejicitur à pluribus, illum (addidit) à Paulo sua prudentia, in Serpente expressa, illigatum, cum ad sanam mentem reducere sperasset. Adulterinum hoc numisma esse, & perperam Paulo III. adscriptum suspicatus est P. Abbas Molinetus. *Pag. 52.* Verùm bona cum venia Scriptorum cæteroqui eruditione insignium, sententiam meam confidenter proferam, dicendo: in tali numismate Pontificis victoriam significari, quam insigni sua prudentia è Perusinis retulit. Talia scribente Ciacconio. *Perusinos ob auctum Salinarum vectigal, ab Ecclesiæ imperio deficientes facili bello perdomuit, eorumque Oratores in Urbem ad rogandam veniam supplicum more* *Col. 536.*

venire compulit. In Urbe autem Perusina Arcem munitissimam à Paulo III. extructam fuisse notissima res est ad eum finem pręcipuè, quem in sua Perusiæ historia

Part.1.lib.1 pag. 18.

„ patrio sermone refert Pompeus Pellinus his verbis. La fortezza fatta da Paolo
„ III. con tanta spesa è constanza sua, che prima la volle d'ogni cosa opportuna
„ veder compita, che permettere, che per un giorno solo non si lavorasse con as-
„ segnamento stabile di quattro mila ducati l'anno per un Castello nobile, che
„ per la Sede Apostolica la custodisse, ornamento alla Città, e un honesto freno
„ a chiunque pensasse mai di machinar contro lo stato di Santa Chiesa, e contro
„ lo quieto vivere di questo Popolo. Hoc idem indicat Inscriptio in Atrio ipsius Arcis, magnis characteribus posita relata à P. Augustino Oldoino.

Pag.555.

PAVLVS III. PONT. MAX.

TYRANNIDE EIECTA, NOVO CIVITATIS STATV CONSTITVTO, BONORVM QVIETI, ET IMPROBORVM FRÆNO ARCEM A SOLO EXCITATAM, MIRA CELEBRITATE MVNIVIT PONTIFICATVS SVI ANNO XIX. SALVTIS M D XLIII.

Tom.3. ad Ciacc. pag. 706.

Vasar. to.3. pag.322.

Ejus Arcis à fundamentis erectæ Præfectum, & paulò post Civitatis Gubernatorem suffectum fuisse Cardinalem Tiberium Crispum Romanum refert supradictus Author in vita ejusdem Cardinalis. Eandem delineavit insignis Architectus Antonius à S.Gallo dictus, primumque lapidem posuit anno 1540. Ultimum verò anno 1545. Numerantur in tali Arce septuaginta duo ærea tormenta, quibus munitur, inter quę pręcipuum est, quod *Paulinum* vocant pondus habens undecim millium quatuor centum, & quinquaginta duarum librarum; dum illa extrueretur ipse Pontifex Perusiam profectus est, ut in Diariis Jo: Franciscus Firmanus nota-
„ vit his verbis. Die 3. Septembris 1545. S. D. N. Paulus III. ex Palatio S.Mar-
„ ci discedens audivit Missam in Templo Beatæ Mariæ de Populo, inde iter ar-
„ ripuit Perusiam versus associatus ab omnibus ferè Cardinalibus usque ad Pon-
„ tem Milvium, & in reliquo itinere à quatuor, vel quinque. Marius Podianus scripsit librum de adventu Pauli III. Perusium, & pompam, qua in ea Urbe exceptus est explicavit Oldoin. col. 553.

Hujusmodi Victoriam à Pontifice relatam, & enigmatica quadam specie involutam in hoc numismate laureato significari apertè mihi suadent, tum Laurea, qua coronatur, tum Serpens, ac Griphus in eodem exculptus. Laurea enim corona in numismatibus ab Antiquis positam fuisse ad victorias exprimendas quicumque rei nummariæ, vel leviter peritus non ignorat; sicuti Serpentem prudentię typum fuisse non tantùm apud Ethnicos, verùm apud Christifideles juxta illud *Estote prudentes, sicut Serpentes*. Griphum verò Perusinorum insigne à sui fundationis tempore semper extitisse optimè sciunt Historiarum Periti. Narrat Cæsar Alexius in Elogiis Civium Perusinorum eos nomen, & Griphum à Scythis accepisse, cum post Aruntem Regem Jani Nepotem anno primo, & vigesimo supra quadringentesimum ab eluuione Mundi, ex Scythia venerunt in Italiam Griphonii, quorum Rex Tarcon ubi sceptro potitus est, quadrato lapide cinxit Urbem Perusiam, quæ tunc temporis Turrena dicebatur, illudque nomen immutavit, & Civitatem Scithica lingua Perusiam (nos Gryphoniam latinè interpretamur) appellavit, citat hic Auctor epistolam Scipions Ptholomei, & manuscripta de antiqua origine Augustæ Perusiæ.

Apud Aldrovand Ornithologiæ lib. 10. c.1.

Leander autem ex pręclara PP. Dominicanorum Familia, qui Italiam descripsit, Perusiam Scithica lingua *Griffoniam* vocatam tradit, ab insigni Griphi, quod Scythę eo advenientes primùm secum attulerunt. Nascitur enim Griphus juxta Scriptorum relationes in montibus Riphæis, seu Hiperboreis inaccessis, sitis in Scythia Asiatica, quam Arimispi habitant, terra deserta, extremoque Septentrioni subiecta. Ut ut sit de illius forma, quam fabulosam putant quamplurimi, si magnitudinem Leoni parem cum Philostrato tribuamus, & quidem anteriori parte capite, rostro, alis, & pedibus aquilæ similem, posteriori verò, & reliquo corpore Leonis, de qua forma luculenter scripsit Ulysses Aldrovandus.

Verùm

Verum tamen animal, licet rarum, inter aves inveniri multi affirmant, quod ob inusitatam magnitudinem,& inauditum robur ceteris metum incutiat. *Ejusmodi ungues ingentes se vidisse tum in Thesauro Abbatiæ Sancti Dyonisii in Francia, tum in Ecclesia Collegiata S. Quiriaci Pruuinensis*. Affirmat P.Claudius Molinetus pag.52.

Talis igitur animalis insigne albis delineamentis in campo rubro à Perusinis expressum, narrat Joannes Villanus, postquam à Romanis rubrum Ancile diversis urbibus, vel in fœderis, vel in Dominii signum tributum fuerat: notum ex Romanarum antiquitatum monimentis est, sub Numa Pompilio Ancile, ut clarissimum Romanæ magnitudinis pignus à Diis Romæ datum, quando, ut canit Ovidius. *Hist. lib. 1. cap.40. pag. 28.* *Fast. lib.3.*

Ter tonuit sine nube Deus tria fulgura misit
Credite dicenti mira, sed acta loquor.
E media Cælum regione dehiscere cœpit
Submisere oculos, cum duce turba suos.
Ecce levi scutum, versatum leniter aura
Decidit, à populo clamor ad astra venit.
Idque Ancile vocant, quod ab omni parte recisum est
Quaque notes oculis angulus omnis abest.
Tum memor Imperii sortem consistere in illo
Consilium multæ calliditatis init.

Atque hæc de supradicto numismate dixisse sufficiat.

XXX

Aliud non absimile superiori sub hoc numero XXX. exposuimus, quod, quia lemmate orbatum, perperam Paulo III. tributum, opinatus est P. Claudius Molinetus. Attamen illud rejiciendum esse, quia nulla inscriptione insignitum, non sine erroris metu affirmaverim. Quot enim in Antiquorum numismatum gaza sine ulla inscriptione inveniuntur, quæ sub variis Imperatoribus prodijerunt. Illud dicam cusum in honorem Pontificis cum ejus effigie; in aversa verò parte cum figuris, quæ Imperii Romani dignitatem explicantes simul, & Pauli III. laudes celebrarent, qui invictæ urbs dominabatur. Roma enim exprimitur, sub typo mulieris galeatæ cum exerto ubere Amazonis instar, pro ut describitur à Claudiano de Probi, & Olyb. consulatu. Sic Corippus lib.1.

Additque antiquam tendentem brachia Romam,
Exerto, & nudam gestantem pectore mammam.

Ad ejus pedes jacet Senex inermis, & nudus, à quo genus humanum, sive Orbem terrarum à Romanis devictum indicari non ambigo. Devictas enim Provincias tali specie expressas in antiquis nummis vidimus. Sic Judea jacet, in nummo Vespasiani, in nummo Domitiani Germania devicta, Alemania, & Francia in nummo Constantini &c. Cui autem latet Matrem, ac Dominam totius Orbis terrarum Romam crevisse devictis Provinciis. Hoc abundè enarrat Sex. Rufus Festus in breviario rerum gestarum Populi Romani, nec siluit Messala Corvinus in libello de progenie Augusti. Vide Andream Cirinum de urbe Roma lib.1. cap.2. Quamobrem in nummo Aureliani apud Augustinum Romam hastam tenentem, & Orbem considerans Joannes Sarisberiensis lib.2. Policratici cap.15. ait, *Cum majestatem Urbis Principem visibili specie consuerunt honorandam; exquisito artificio muliebrem formam quæ Orbem dextera contineret in æris materia fieri studuerunt*. Et Prudentius ex ore D. Laurentii prudenter à Deo hoc factum cecinit. *Lib.6. n. 15.*

Sceptra Romæ in vertice
Rerum locasti sanciens.
Mundum quirinali togæ
Servire, & armis cedere
En omne sub regnum Remi
Mortale concessit genus.

Enim verò ſapiens Egeſippus ſubinfert. *In ipſorum quoque nomen*, ſcilicèt *Romanorum elementa tranſierunt, in quos tranſivit Orbis terrarum, qui Romano Imperio clauditur, & definitur. Denique à plerìſque orbis Romanus appellatur, nam ſi verum quæramus Terra ipſa infra Romanum imperium eſt.* Cauſam plerique exquirunt, eamque Tertullianus in Apologetico denarrat, dicens: *Romanos pro meritò religioſitatis, diligentiſſimè in tantum ſublimitatis elatos, ut Orbem occuparint, & præter cæteris floreant, qui Diis officium præter cæteros faciant. Ita merces Romanis à Diis pro gratia expenſa eſt.* Sed hunc errorem eluit ipſe Tertullianus in lib. de Pallio, ſic *Secularium ſortium variavit urna, & Deus Romanis maluit, crevit Deo ſic volente.*

Cap 25.

Sic Orbe ſub armis, & jugo potenter redacto, Urbs felix extulit caput, & una cuntarum gentium Mater crevit; ſed Deo annuente Roma ſacra melius imperium tenuit, unde Prudentius lib.2. in Sim. cecinit.

Perfidia ne Deum indigenum, cecidere tot artes?
Dextructæque jacent, ipſis prodentibus aræ?
O pietas, ò ſancta Fides traduxit alumnos
Majeſtas &c.

Non quia miles peperit Urbi Orbem, ſed Deo authore, ut tandem reſipiſcens adverſus idola Crucem exaltaret: canebat hoc ſupracitatus author.

Vis decorare tuum ditiſſima Roma ſenatum,
Suſpende exuvias armis, & ſanguine captas,
Congere Cælorum victria diademata Regum
Frange repulſorum fœda ornamenta Deorum
Tunc Tibi non terris tantùm victoria parta,
Sed ſuper aſtra etiam media ſervabitur æde.

Prope mulierem expreſſa eſt Lupa duobus infantibus ubera prębens, quorum expreſſio ſuggerit factum divino numine, quod Dionyſius Halicarnaſſeus lib.1. antiquitatum inter cæteros narrat ſic. „Interea Paſtoribus armenta paſtum agen- „ tibus, quidam ex his, viſa Lupa infantulos complectente, aliquandiù hæſit „ miraculo, vix ſatis credens ſuis oculis, deinde convocatus quotquot poterat è „ proximo ſociis, cum fidem verbis non impetraret, adducit ipſos ad ſpectacu- „ lum; illi profecti comperiunt hanc veluti ex ſe natos complexam, hos penden- „ tes velut è maternis uberibus, moxque rati, hæc non ſine aliquo numine fieri, „ undique confluunt, feramque abſterrent clamoribus, & Lupa nihil exaſperata „ incurſu hominum, ceu manſueta ſenſim abſtitit, quaſi contemnens Paſtorum „ ſtrepitum.

„ Grande monſtrum! Fera demulcet, quos Amulius prodiit, & Lupa, re- „ lictis catulis, fit hominum nutrix? inquit enim Lucius Florus. Qùm Amulii „ imperio abjectus Romulus in profluentem cum Remo fratre non potuit extin- „ gui; ſi quidem, & Tyberìnus amnem repreſſit, & relictis catulis Lupa vagitum „ ſecuta, ubera abmovit infantibus, matremque ſe geſſit, ſic repertos apud ar- „ borem Regis Paſtor, tulit in caſam, atque educavit. Meſſala Corvinus addit illum uxori Laurentiæ nutriendos dediſſe.

Lib. 1. c.1.

Quamobrem grati animi Romanorum Poſteritas Lupæ monumenta coluit; etenim Lucum, & Statuam ipſa obtinuit jugi religionis cenſu memoranda. Juſtinus lib.43. Templi meminit vetuſtiſſimi cum ſimulacro Lupæ ab Evandro dicati, Romani deinde tanti facinoris monumenta erexere; enim verò Tullius Lupę cum puerorum ſimulacris meminit. Remanet uſque modò in Aula Capitolii Lupa, de qua Marlianus: *In porticu anteriori prope aulam Æneum Lupæ eſt ſimulacrum, ex cujus uberibus pendet Romulus, & Remus urbis Conditores.*

Lib.2. c.9.



VNI-

XXXI

VNITAE MENTES VNIVNT.

Agere visum est R. P. Molineto hoc lemma de pace, & unione, quæ Pauli cura inita fuit inter Carolum V. Cæsarem, & Franciscum I. Regem Galliæ, ut deinceps vires suas ad bellum contra Turcas simul unirent. Quamvis postea subdat typum numismatis significare agrum Reatinum ab aquarum inundationibus Pauli III. cura, & industria factum immunem; Verùm si in typo numismatis ager Reatinus significatur, quænam relatio inter Reatinum agrum, & Carolum Imperatorem, aut Galliæ Regem? Cur cum typo numismatis lemma non convenit? Vera enarremus, cùm veritas in aperto elucescit. Exprimitur igitur in numismate Catadupa, quæ in agro est Reatino tota Italia celeberrima, ubi Velinus amnis ex celsissimis, preruptissimisque cautibus immenso fragore præcipitatus Nari fluvio se immiscet. *Locus verè horrore plenus, & qui vertiginem inspicientibus facilè incutiat*; inquit P. Athanasius Kircherius. Pag.73. In Latio pag.229.

Velinus fluvius tali nomine, aut à Dea Velia appellatus, aut juxta Dionysium Alicarnasseum lib.1. à palustribus, quæ nunc prisco linguæ nomine dicuntur Veliæ è Vestinorum montibus duplici ex origine decurrens, quarum altera Civitati Regali, altera verò Androdoco est proxima, Lacum offendit, qui vulgo dicitur è proximo oppidulo *di Pie di Luco*; Tandem libertati suæ restitutus per planitiem excurrit, quam appellant *della marmora* forsam ab aquarum murmure, seu potiùs (ut refert Plinius) quia ibi marmor, & saxum crescit; denique post mille circiter passus per supradictam Catadupem post lapsum in Narem horrendo spumantium aquarum fremitu se se exonerat. Refert Franciscus Maria Boninus in suo tractatu, cui titulus est *il Tevere incatenato*, Velini aquas decidentes in Narem extendi ad latitudinem palmorum centum quadraginta, profunditatem autem habere palmorum quindecim, quæ aquæ unitæ centum quindecim palmis aquarum in Nare extensarum, quibus inest quatuordecim palmorum profunditas, Fluvius efficitur, explens suis aquis decempedas quadratas centum quadraginta. Lib.2. cap. 103.

In eo igitur Velini alveo, in quo saxum semper excrescit, aditus sensim adeo præcluditur, ut decurrentium aquarum fluxus saxeo repagulo obtinente impediatur, ob idque intumescentes aquæ quaqua versum excurrant, agrosque Reatinos sepeliant. Opus proinde fuit ferè singulis centenis annis elapsis in saxo novam viam ferro aperire, per quam exundantes aquę liberè in Narem deciderent. Franciscus Angelonus, qui rerum Interamnensium historiam descripsit an.1646. narrat septem alveos fuisse successivè ab Antiquis apertos ad Velinum exonerandum, additque anno quadringentesimo sexagesimo tertio Curium Dentatum, cum secundò consolatum ageret, fossam ad eum finem aperuisse, quam è suo nomine Curianam appellavit. Post annum autem septingentesimum Interamnenses, cum ob nimiam decidentium aquarum copiam in suis agris damna immodica paterentur, à Senatu efflagitarunt, eam fossam occludi, at reclamantibus Reatinis, litis dirimendæ Provincia Appio Claudio Palchro consuli fuit à Senatu imposita, atque ut id justius adjudicaret, ad locum ipsum Appius se contulit, aliis Decemviris associatus, duobus insuper utriusque Urbis advocatis, qui causam patrocinantes rationum momenta exponerent, objectaque sua quisque facundia dilueret. Fuit pro Reatinis M. Tullius Cicero, ut ipse met Attico retulit his verbis. *Reatini me ad sua Tempe duxerunt, ut agerem causam contra Interamnenses apud Consulem, & Decem Legatos, quòd Lacus Velinus à Marc. Curio emissus interciso Monte in Nar defluit, est illa siccata, & humida tamen modicè Rosea.* Quid tunc temporis factum sit tacent historici, sancitum tamen fuisse juxta voluntatem Interamnensium indicarnnt multi quadrati lapides, simulque compacti in Fossa Curiana, nuper reperti in eadem, non nisi ad cursum aquarum impediendum collocati. Li.4. Epist.

Anno deinde primo Imperii Tyberii Cæsaris iterum lite suborta, ob falsæ

Reli-

Religionis cultum erga Fluvium, quem sacrum existimabant, nihil actum fuisse enarrat Tacitus, sed longo insequenti annorum decursu excrescente saxo alueus penè inutilis ad aquas exonerandas evaserat; cum anno 1417. lite iterum instituta, tum Reatini, tum Interamnenses ejus controversię arbitrum elegerunt Braccium è Montone, qui Umbriam ferè totam in suam Ditionem usurpaverat. Ejus sententiam in actis retulit quidã Jacobus Angeluzzi servatis in archivo Interamnii scilicet *Mag. D. Raynaldo, & ipsis Civibus Reatinis, & communi Reatino non licuisse nec licere fodere, sive foveam facere, quam incœpit in prædicto loco, & terrenum, sive locum, in quo fodere incœpit pertinere, & spectare pleno jure ad Civitatem, & Commune Interamnis*; Concessit tamen Reatinis aliam Foveam aperire, quam *Reatinam* dixerunt, ut in eam Velini aquæ excurrerent. Damno inde suborto an.1422. agro Romano, immo etiam ipsi Urbi non modico intumescente Tyberi ob additas aquas, quas ejus Alveus continere non potuit. Anno demùm 1546. Regnante Paulo III. oppleta iterum Fossa Reatina, ejusdem Pontificis jussu, aliam aperuit Antonius à S. Gallo, ut refert Vasarus. Verumtamen, cum ex ea majora damna imminere animadverent cum Interamnenses, tum Cives Romani, eorum precibus Pontifex annuit, ac benigno diplomate jussa revocavit, quamvis detrimenta non modica ob expensas in eo opere factas sui Nepotes passuri essent.

Par. 3. pag. 320.

Eodem diplomate Fossam præscripsit, quàm Periti aptiorem esse judicarunt ad omnia damna avertenda si in ea superfluentes aquæ receptæ, deinde per subterraneos cuniculos in Lacum Velinum deponerentur, illamque dixerunt Fossam Paulinam. Extat in Archivo Vaticano diploma ejusdem Pontificis mense Octobris anni 1546. emanatum, quo, cum in effossione Lacus Velini pro exiccandis plaudibus agri Reatini de licentia Pontificis intolerabiles expensas sustinere non possent, & ex tali exsiccatione utilitas multis proveniret; mandat Gubernatori Reatis, ut per publicum edictum quoscumque etiam Ecclesiasticos cogat ad contribuendum pro rata. Hæc omnia, quæ vera hactenus enarravimus, lemma numismatis satis explicant: VNITAE MENTES VNIVNT; Scilicet omnibus dissidiis qualibetve lite compositis, Romanorum, Interamnensium, Reatinorum, ac Farnesiorum Principum unitæ mentes, aquas uniunt, in Fossam Pauli jussu excogitatam decurrentes, non sine ingenti tanti Pontificis laude, qui suæ Familiæ commodum publico bono posposuit. Fuit proterea digna, quę perenni in ære posteriorem memorię traderetur.

XXXII

BENEDICTIO DOMINI SVPER VOS.

Summum Pontificem cernimus in numismate expressum sacram Benedictionem multis triremibus manu extensa impartientem, eisque exercituum Domini benedictionem in apposito lemmate apprecantem. Memoriæ illud dicarunt post Maritimæ Classis expeditionem contra Turcas factam anno 1535. eo Consilio, ut Barbarussam, infestum Italiæ Piratam, ad Tunetum præoccuparet. Totius partę Victoriæ seriem Paulus Jovius fusè, eleganterque descripsit in suo historiarum libro trigesimo quarto, quam ait à Carolo V. Imperatore apud Neapolim sibi scripturo enarratum. Nos hic illam, quantum satis erit ad numismatis elucubrationem paucis exponemus; Cum fama pervulgaretur Barbarussam validissimis prædonum omnium coactis classibus, non modò uti superiore anno fecisset, Italiæ littora prædaturum, sed etiam proxima ęstate trajecturum in Siciliam cum ingenti Turcarum Afrorumque multitudine, ut ad reliquas spes proferendas, quibus barbarè, atque arrogantèr Neapolitanum Imperium concepisset, Italiæ horreo potiretur, atque ex eo Neapolitanum Regnum Romamque invasurus, ni ejus audacia à Carolo V. contusa fuisset, Erat ejus belli ratio plena pietatis, & gloriæ, utpotè quæ publicum Christiani nominis decus, publicamque omnium salutem respiceret; Ideoque cum Cęsar Carolus V. Barbarussam in Affrica armis aggredi decrevisset; Pontifex Paulus III. magno verborum honore collaudato

Odor. Rayn. hist. ad annum 1534.n.61

laudato Cęsare, ei statim in bellicos sumptus Sacerdotiorum totius hispaniæ decumas concedit, ipseque pecunia sua novem triremes Genuæ exornari jubet. Has ad veteres tres, quæ in custodia Romani littoris esse consuessent, adjungit: omnibus præfert Virginium Ursinum, navandæ operæ cupidum, eique attribuit Paulum Justinianum Venetum cujus consilio uteretur, navali peritia insignem; Easdem quoque Decumas pari liberalitate Francisco Regi concedit, quo ille munere accepto, si usus posceret, ad tuendam Etrusci Maris Pontificiæque Ditionis oram viginti triremes se missurum pollicetur.

Interim Andreas Auria, quem Cæsar toti maritimo negotio præfecerat, cuique uni propter spectatam fidem rerumque peritiam, profectionis suæ, atque Supremi Consilii decreta communicarat, incredibili adhibita celeritate multarum ingentium navium, ac triginta rostratarum Classem instruxit, in quibus erat triremis una, quæ Prætoriæ loco Cæsarem veheret. Ea erat laqueari aurato, & cęlata pictaque introrsus puppe, contecta item umbraculo ex auro purpuraque intertexto: remigibus, & militibus serica tunica vestitus, ac armaturæ cultu plurimum exornatus. Præterea vim ingentem nautici commeatus, instrumenta navalia novi artificii, tormentorumque omnis generis, ac telorum Copiam, vel maximo suffecturam bello, in naves distribuerat, quibus totius Liguriæ juventutem, certatim, cunctis nomina dantibus, imposuerat.

Ita summa omnium alacritate vario etiam Germano, tum Hispanico adjecto milite, instructę sunt Naves triginta octo, quarum præsidio Antonius Auria magnitudine animi, & navali virtute uni magno Auriæ secundus, duas, & viginti rostratas adducebat; Nec multò post Alphonsus Vastius, bellica laude illustris, à Cęsare litteris ab Ænaria evocatus, è Portu Veneris solvit, ità ut triremibus oram legeret, onerariæ verò ad conspectum in alto velis uterentur; sed alternantibus sæpè ventis, & inflato nonnunquam Mari tardius, quàm speraret in Trajani Portum ad Centumcellas pervenit, quo jam Pontifice ab Urbe decurrerat, ut sacris precationibus Deum optimum maximum, Divosque Christiani Imperii tutelares ad victoriam de hoste parandam navigantibus propitiaret. Legimus enim in Diariis Pontificiis à Martinello descriptis, Pontificem mense Aprilis ejus anni Centumcellas ivisse, non verò ad Pyrgi oppidum, ut scripsit P. Claudius Molinetus pag.53. vulgo S. *Marinella*, quibusdam S. *Severa* in ora Maris Tirreni. Ita ipso Pontifice præeunte, verba, & hymnos Sacerdotum choro decantante, triremes, navesque onerariæ, quæ mira felicitate adæquato cursu ab alto in conspectum se dederant, ab excelsa specula expiatæ lustratæque sunt; Postridieq; Vastius cum Virginio Ursino nactus idoneam tempestatem Neapolim cursum direxit; Unde addito alio triremium bellico apparatu, Affricam versus ventis vela dederunt.

„ Pontifex autem die 28. Aprilis Romam rediit, ubi die 23. Junii facta est
„ processio ex ipsius mandato à S. Marco usque ad Ecclesiam S. Marię de Populo. *Martinellus in Diariis.*
„ Die 24. ab Ecclesia S. Mariæ supra Minervam, ad Ecclesiam S. Mariæ de Ara
„ Cæli. Die 26. ab Ecclesia S. Laurentii in Damaso usque ad S. Petrum ad im-
„ petrandam victoriam, post expeditionem factam à Carolo Imperatore. Ejus belli eventum supracitatus Paulus Jovius enarravit, illudque nobis indicabit aliud numisma, quod inferius exponemus. *Ibidem.*

XXXIII

OMNES GENTES SERVIANT EI.

Verba sunt in hoc lemmate ex Psalmo septuagesimo primo accepta, in quo sub nomine Salomonis, quem Psalmi titulus pręfert, Christus sub intelligitur, ut docet S. Augustinus, cujus quidem potestati post Crucis Victoriam Orbis totus subjectus est. *In Psal 71. 11.*

Armato militi in numismate expresso hæc pronunciasse sacrum vatem effingitur, ut scilicet futuræ victoriæ augurium à summo Pontifice mente conceptum signi-

ſignificaretur cum ad Tunetanam expugnationem, vel Virginium Urſinum Pontificiis triremibus Præfectum, vel Andream de Auria totius Claſſis ſummum Ducem ſacris armis communivit.

Jovius lib. 34. pag. 33. Primus enim, cum Centumcellis Pontifex degeret (ut in ſuperiori numiſmate diximus) Vexillum, & ſceptrum Chriſtianæ religionis in templo de manu ipſius Pontificis accepit) non verò in Urbe veteri, ut P. Claudius Molinetus ſcripſit.) Secundò verò, ut præclaræ ejus virtuti ſuus honos haberetur, Paulus gladium, de more ſolemnibus ceremoniis conſecratum, dono miſit. Narrat Martinellus in Diariis ſummum Pontificem die Veneris prima Januarii anno 1535. *Jovius lib. citat.* *poſt Miſſam in Cappella majori celebratam à Cardinali Senenſi in Camera, paramentis depoſitis, vocaſſe Cardinales, cum quibus deliberavit tranſmittere enſem, & pileum benedictum Illuſtriſſimo Principi D. Andreæ de Auria abſenti, tamquam optimo Duci contra Infideles, qua de re omnes lætati fuere.*

Miſit proinde illum Marco Archiepiſcopo Rhodienſi, Genuę tunc commoranti, ut eo Principem Andream condecoraret, additis ad utrumque Brevibus, quæ in Archivo Vaticano ſervantur his verbis exarata.

PAVLVS PAPA III.

Dilecto filio nobili Viro Andreæ de Auria Principi Melfii Claſſis Cæſareæ Admirato.

„ Dilecte fili ſalutem &c. Cum Romanorum Pontificum moris ſit donare ſingulis annis alicui ex Chriſtianis Principibus enſem cum pileo in Dominicæ nativitatis nocte benedicto, Nos id munus tuæ virtuti, ac præſentibus adverſus claſſem Infidelium apparatibus exiſtimantes, ipſum enſem cum pileo benedictum de venerabilium Fratrum noſtrorum Sac. Rom. Eccl. Cardinalium conſilio, & aſſenſu per dilectum filium Panthaleonem Curradengum Equitem Hieroſolymitanum familiarem noſtrum ad Te mittimus, ut adverſus impios Turcas tua dextera Apoſtolico etiam munere, & auctoritate muniatur, ad defenſionem Fidei, & Eccleſiæ Sanctæ Dei. Tu igitur pro tua pietate hoc munus noſtrum Chriſtiano affectu, & pia veneratione ſuſcipies, nec tam muneris qualitatem, quam myſterium, & ceremoniam ejus perpendes, ob quæ maximi quique Principes hoc munere ſemper ſe ſumme honeſtatos putaverunt, quemadmodum idem Panthaleo plenius hæc tuæ nobilitati explicabit. Dat. Romæ VIIII. Januar. 1535. anno primo.

BLOS.

Venerabili Fratri Marco Archiepiſcopo Rhodien. Genuæ commoranti.

Venerabile Frater ſal. &c. Cum enſem cum pileo quem in ſacratiſſima Dominici Natalis nocte à nobis de more benedictum ad dilectum filium nobilem Virum Andream de Auria Principem Melfii, Claſſis Cęſareę Admiratum, per dilectum filium Panthaleonem Curradengum Equitem Hieroſolymitanum familiarem noſtrum mittimus, cupiamus eidem Principi cum ſolemnitate, & cerimonia pro rei myſterio debitis præſentari. Nos fraternitati tuę tenore pręſentium mandamus, ut Miſſam ſolemnem in aliqua Eccleſia, per ipſum Principem eligenda, coram eodem Principe celebres, & dictum enſem cum pileo eidem Principi ex parte noſtra debitis cerimoniis mediantibus conſignes. Dat. Romę &c. VIIII. Januar. 1635. anno primo.

BLOS.

Erat ejus enſis (referente Jovio) gemmatus capulus, cælataque vagina, cum baltheo aureis bullis, & fibulis valdè conſpicuo, & præter eum etiam villoſo, è ſerico pileum margaritis phrygio opere depictum. Ea ſunt eximii, piique ducis adverſus Chriſtianæ Religionis hoſtes depugnantis inſignia, magnis Regibus dono dari ſolita. Idque munus non eſſe mere civile, ac politicum, qualia ſemper fuerunt

runt collata à magnis Principibus, ſupponendum eſt, ſed ſacrum, ac religioſum, ut fusè demonſtravit P. Noſter Teophilus Daynaudus in lucubratione de gladio, & pileo, quos in nocte Natali Domini Summus Pontifex ſolemni ritu benedicit, ex antiquo Eccleſiæ inſtituto, cujus originem ipſe eruditione præclarus Raynaudus in ejus tractatus argumento apud nullum invenire potuiſſe fatetur. Cur autem in nocte Chriſti Domini Natalitia benedicatur, quidve tum gladius, tum pileus ipſe ſignificet, vide apud eundem Auctorem, qui etiam ejus gladii appendicem vaginæ balthei, pileique myſteria ſcrutatur, qui Solem cum columba intextum oſtentat, traditurque magnatibus, ut ſit eis ſignum muniminis, & defenſionis adverſus inimicos fidei, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, ut conſtat ex formula traditionis pilei à Sixto IV. probata. *Tom. 10. Operum.*

XXXIV

PIETATI.ET.COMMODO.PONTIFICVM.

Sacellum exponit numiſma, quod Pauli III. juſſu erectum eſt in Palatio Vaticano, ex nomine ipſius Pontificis Paulinum dictum; ejus magnificam molem extruxit celebris Architectus à Sancto Gallo, qui ejuſdem Palatii imminentis ruinę providit: Picturas in arcuato pariete Fridericus Zuccarus expreſſit, D. Petrum in Cruce affixum, & D. Pauli converſionem Michael Angelus Bonarota depinxit. Laurentius autem Bononienſis icones hinc inde ad januam diſpoſitas; pietati pręcipuè Pontificum hoc ſacellum erectum Romanæ etiam pietatis theatrum eſt. Cum in eo Divinum S. Euchariſtiæ Sacramentum pluries in anno exponatur publicè adorandum, ſervatur etiam in eo conditum in ſepulchro die Chriſti Domini cruciatibus ſacra, cum magnifica cereorum ardentium pompa, in qua non minus Pontificia religio, quam Romana fides elucet. *Vaſarus to. 3. pag 324.*

XXXV

MATVRE.

Nummum memoriæ dicatum fuiſſe anno 1537. ait Luckius à Paulo III. auxilia ferente Venetis, cum Solimanus Corcyram inſulam conatu fruſtraneo adoriretur. Poſtquam Andræas de Auria cum ſua, & Pontificis claſſe multos ab hinc annos Turcis, barbariſque Piratis multam cladem in mari intuliſſet Coronem Civitatem inter alia ad Pelopeneſum expugnaſſet, noviſſimè verò hoc anno ipſo inſigni prælio navali duodecim naves longas, aliaque navigiola ex Turcis cœpiſſet, iniquiſſimè id ferens Tyrannus Aſiaticus, atque ob id inflammatus iracundia, Venetis bellum indixit, & ipſe itinere terreſtri cum exercitu validiſſimo Corcyram, Venetæ juriſdictionis inſulam, oppugnatum contendit, ſed Veneti auxiliis Pontificiis inſtructi ſua tuebantur, & ubi intellexit Turca Pontificem in ſuum Caput cum Venetis conſpiraſſe, Conſtantinopolim rediit. *Pag. 91.*

Ut ergo Pontificis potiſſimum laudibus hoc adſcriberetur, in ſymbolo numiſmatis oſtenſum eſt: rei bene gerendæ occaſionem haud negligendam, utendumque prudentia adverſus potentiorem, ſicuti Delphinus cum Crocodilo pugnans dorſum ei ſubmittit, pinnis aculeatis ventrem ejus mollem, tenuemque perfodiens.

Fœdus percuſſerat Pontifex die 15. Septembris 1537. cum Cæſare, & Venetis, ut triremibus ducentis, armatis navibus centum, quinquaginta peditum millibus, 4500. equitibus bellum gereretur, diſtributis impenſis, ut ſextam Pontifex, ternas Cęſar, binas Reſpublicas ſolveret, de quo fœdere preces publicæ in Baſilica Principis Apoſtolorum ad Deum porrectæ ſunt. Die ſeptima Januarii anni inſequentis 1538. Patriarcham Aquileienſem in Conſiſtorio ſecreto deſignatum fuiſſe Claſſis Pontificiæ Præfectum narrat Paulus Aretinus in ſuis Diariis, &

die decima Februarii post celebrationem Missæ in Templo D. Petri fuisse eidem datum Vexillum, lectaque à D. Blasio capitula fœderis inter Pontificem Cęsarem, & Venetos. Tertia autem Martii ejusdem anni ex Urbe Corciram versus cum triremibus Pontificis idem Patriarcha adnavigavit. Ritum in ejus Vexilli traditione servatum narrat Jo: Franciscus Firmanus in suis Diariis his verbis. *Prædictus Patriarcha stabat genuflexus ad pedes Papæ indutus mantello de Zabellotto, & Papa benedixit, & aspersit, & infigit pectori suo Crucem de raso Cremisino, deinde dedit, & benedixit vexilla Ecclesiæ, & Suæ Sanctitatis, nec imposita hastis; tandem tradidit ei baculum, qui osculatus fuit pedem, & manum Suæ Sanctitatis, & receptus ad osculum oris.*

XXXVI

SEDE. VACANTE. 1550.

NUmisma hoc expressimus non ut à Paulo III. cusum (ipso enim demortuo vulgatum est) ut indicat ejus inscriptio, sed ut aliqua innotescant, ab Authoribus, ut plurimum neglecta. Antequam autem numismatis iconem explicemus aliqua pręmittenda sunt curioso Lectori non iniucunda. Et primò quidē sciendum est hujusmodi numismata post mortem ipsius Pontificis vulgari ex authoritate Cardinalis Camerarii, cujus stemma gentilitium in eodem numismate exprimitur. Secundò notandum, antiquam fuisse in Ecclesia Romana dignitatem, Archidiaconi nomine insignitam, quam mutato tantùm nomine Cardinales retinuerunt, & in Archidiaconi locum Romanæ Ecclesiæ Camerarius successit, nam Gregorius hujus nominis VII. anno salutis 1073. suppresso nomine Archidiaconi Camerarium substituit, cujus curæ Ecclesiasticos redditus Pauperibus erogandos reliquit, aderant Apostolis Diaconi, adsunt Petri Successoribus Cardinales, quosque nostris hisce temporibus Cardinales, Diaconos nominabant Antiqui; mutato igitur nomine eandem servarunt in officio authoritatem, ejus autem Camerarii Cardinalis munus non vacat post obitum Pontificis ex decretis, quæ Gregorius X. Pontifex in Concilio Lugdunensi in Galliis congregato edidit, quæ Canones appellant, inter eos, quos de futura Rom. Pontificis electione tulit, processu temporis paululum variati in eam propemodum formam redacti sunt, quam affert Ciacconius in vita Gregorii X. ubi pag. 181. num. 12. legitur; *Ut mortuo Rom. Pontifice, omnes Ecclesiastici Magistratus, & officia statim cessent, atque à muneribus suis vacent præter Pœnitentiarium Majorem, minoresque, & Camerarium S. R. E. quorum munera etiam mortuo Papa perdurant* ex lib. 6. Decretal. Bonif. Papæ VIII. libr. 1. tit. 6. elect.

Oldoinus ad Ciac. tom. 1. pag. 126.

Inter curas, quas Camerarius exercet non ultima est pecuniam cudere, in qua claves Pontificiæ exprimuntur, superimposita magna umbella, prout numisma à nobis propositum demonstrat. Indicant claves Pontificiam jurisdictionem, ut alibi innuimus; quamobrem cum justa persolvuntur summo Pontifici demortuo, ejus stemmata gentilitia in Castro doloris exponuntur cum tiara, sed sine clavibus; tiara enim dignitatem Pontificis indicat, claves jurisdictionem, quæ post mortem in Pontifice cessat, servaturque in Ecclesiæ Patrum Senatu, cujus insignia toto Comitiorum tempore claves existunt, ut notat Antonius Stephanus Cartarius in suo prodromo; illam tamen jurisdictionem Papalem cœtus Cardinalium Sede vacante non exercet, nisi in quantum permittit Concilium Lugdunense, ut statuit Clemens V. in sua Clementina cap. 2. *Ne Romani &c.*

Lib. 2. cap. 1. pag. 233.

In sext. decretal. Clement. lib. 1. de elect. tit. 3

Eandem ob causam in tumulis diversorum Pontificum Pontificia tiara cernitur sine clavibus, ut in tumulo Urbani VI. in criptis Vaticanis, in quo idem Pontifex exculptas claves D. Petro reddit, sic etiam in tumulis Gregorii XII. Senis, Joannis XXII. Florentiæ. His præmissis, duplicem indaginem nobis numisma proponit, & primò circa claves expressas, quas Pontificiæ jurisdictionis simbolum esse affirmavimus, secundò circa umbraculum, quod eisdem imponitur, de quibus aliqua pro nostra tenuitate huc afferre conabimur.

Quòd

Quòd sub clavium metaphora exprimatur suprema B. Petri in Dei Ecclesia Potestas, atque adeò tituli inde petiti sint proprii Romani Pontificis, certissimum esse apud Patres, & eo in sensu in communi usu Catholicorum mentionem fieri eruditissimè enucleat P. Theophilus Rainaudus in corona aurea prænotatione quarta. Accipitur insuper clavis in multiplici sensu in Divinis litteris, primò pro potestate Sacerdotali, juxta illud, *Tibi dabo claves Regni Cælorum*. Secundò pro interpretatione Scripturarum ut apud Sanctum Lucam cap. 12. *Væ vobis legis peritis, qui tulistis clavem scientiæ*. Tertiò pro Regia potestate, ut in Apoc. 3. *Hæc dicit Sanctus, & verus, qui habet clavem David*, quod ita explicat S. Irenæus lib.4. contra hæres. & D. Ambrosius de Regia, & clavi scientiæ, & alii apud Bozzium lib. 2. cap.15. Clavem autem hujusmodi fuisse datam Petro, ejusque Successoribus, communis consensus fidelium attestatur; nam soliti erant Pontifices clavi, seù clavibus pendentibus ex humero exprimi, quod numisma ostendit relatum à Cardinale Baronio, in quo clavis pendet ex humero Sancti Petri. Numero etiam multitudinis Christus dedit Petro claves, *Et Tibi dabo claves Regni Cælorum*, quibus verbis multiplicem esse intelligimus spiritualem potestatem, quæ à Christo Domino D. Petro, & Romanis Pontificibus Petri Successoribus concessa fuit. De his plura Bozzius docet lib.2. cap.15.

Cap.37.

Annal. to 6. an. Ch.401.

Eruditissimus Sausajus docuit, Petro claves Regni Cælorum traditas, ut iis non modò suprema, sed & inferna reseraret, & clauderet. Petri autem Successorem Romanum Pontificem, & Christi Vicarium dictam potestatem exercere. Huc spectat, quod Molanus notat, fortasse à multis non observatum, alteram videlicet clavem auream pingi, alteram verò argenteam. Exempla multa extant in Ecclesiis Romanis, & in portis aliquot Civitatum Italiæ, & insigniis Pontificum. per auream clavem ille intelligit potestatem absolutionis, per argenteam excommunicationis, hæc enim inferior est, illa dignior; Raynaudus tamen putat, potius hoc clavium binario exprimi duo illa vulgata verba, *Clavium scientiæ, & potentiæ*, comprehendendo sub potentia jurisdictionem, & omnia ad eamdem spectantia.

Lib.3. c.12

Sed quid, inquit aliquis, refert trium clavium symbolum, quæ in vetustissima quadam Sancti Petri imagine Vaticani Codicis anno 699. manuscripti (ut judicat Alemannus ex libri forma, & apicibus quadratis) annulo ferreo inserta conspiciuntur?

Credibile est, tertiam istam clavium additam aliquando fuisse, ad denotandam numero ternario plenitudinem perfectam spiritualis jurisdictionis, quæ Divo Petro, & Romanis Pontificibus, Petri Successoribus à Christo Domino concessa fuit, numero enim ternarii perfectio significatur, ideò igitur potestas spiritualis, quæ fuit in Divo Petro estque in ejus Successoribus, ternario clavium aliquando expressa fuit, quia plenissima, & perfectissima fuit, illis concessa ad spiritualem gubernationem Ecclesiæ, cujus Romanus Pontifex, utpotè Petri Successor, supremum & universale caput, & Pastor est. Monumentum suis paginis pariter tradidit Nicolaus Alemannus, tabulam videlicet musivo opere elaboratam, in qua videtur præter Caroli Magni effigiem Leo Pontifex, qui jurisdictionem suam indicat, diversis quidem signis, hoc est pallio, & clavibus; utrisque tamen Romanorum Pontificum authoritatem indicantibus. Hæc enim authoritas sicuti antiquitus clavium expressione intelligebatur, posterioribus deinde sæculis pallio quoque agnita fuit, velut in imagine.

Medius inter eas imagines Leonis, & Caroli est Beatus Petrus in sublimi solio sedens, & in sinu habens tres claves funiculo simul colligatas. Ex quibus expressionibus docemur unius clavis symbolo satis indicatam aliquando fuisse Petri potestatem, eodemque geminato symbolo ligandi, solvendique jus explicatius interdum significatum, quod idem plenissimum jus etiam ternarii ratione denotari voluerunt.

Similem reperies apud eumdem Alemannum pag.87. quam asserit depictam sub Otthone Magno cum à Joanne XII. Pont. Rom. ad Germanos translatum est Imperium, acceptam à Sepulchro Otthonis II. quod in atrio Templi Vaticani Veteris extabat, hodieque in cryptis Vaticanis asservatur.

Hanc trium clavium expressionem cessasse sub Pontificatu Urbani V. post

quam tribus Coronis Pontificiam Tiaram ornavit, retulit Rev. Abbas Carolus
Gennaro §.13. Bartholomęus Piazza in sua Ephemeride Vaticana.

Est igitur Pontificia potestas in symbolo Clavium declarata, quibus decussatis quilibet Romanus Pontifex insignia propria decoranda esse jure existimavit, & post eorumdem obitum ad eandem potestatem significandam in numismatibus, ac S.R.E. Vexillis Cardinalibus Camerarius ostentat.

Posset hic quæri, cur claves quoque decussatę proprium sint insignę Sacrosanctæ Lateranensis Ecclesiæ, nam etsi Illustrissimus etiam Clerus Basilicæ Vaticanæ in Beatissimi Apostoli Petri memoriam extructæ Clavium signo utatur, hæ nihilominus hinc, & inde æquis spatiis pendent, & Crucis figuram non efficiunt, quam passim constitui cernimus per decussationem illarum, quas Lateranense Patriarchium pro insigni suo majorum traditione jampridem accepit. Inquirens hoc ipsum eruditissimus Scriptor Augustinus Fivizanus Palatii Apostolici Sacrista in tractatu de ritu Crucis Pontifici præferendæ, respondet; Hac singulari prerogativa sacrosanctam illam Ecclesiam meritò gaudere, quòd in Urbe, & Orbe primatum ei convenire credamus; propterea quod Beatissimorum Pontificum, qui Christi Regis Regum, & Domini Dominantium vices in terris gerunt, sedes propria sit, cui singulari quadam ratione, tanquam sponsæ suæ spirituali Conjugio copulantur. Est enim proprium illorum, qui matrimonio injuncti sunt, & neuter quidquam sibi retineat, quod alteri conjugi communicare nolit; quo fit ut eisdem titulis, ornamentis, & insignibus sponsa, quibus & sponsus decoratur, & ubique pro arbitrio utatur. Hinc meritò in more positum est, ut quamprimum aliquis ad summi Apostolatus apicem evehitur, statim gentilitium stemma clavibus ea forma compactis exornet, quas Lateranensis Ecclesia pro suo excellentissimo insigni accepit; à quo autem tempore usa illo sit omninò ignotum. (*Lib.3.c.15.*)

De usu Clavium in insignibus Basilicę Vaticanę hęc retulit in suis M.S. Franciscus Maria Torrigius, scilicet ante annum millesimum quadrigentesimum trigesimum quartum ejus Basilicæ Clerum in sigillis expressam habuisse D. Petri sedentis imaginem Sacerdotali casula induti, dextera manu Crucem tenentis, & binas claves sinistra, vel Imaginem Salvatoris, in Velo, quod Veronicæ dicitur, expressam, vel insignia Vicarii ejusdem Illustrissimi Cleri, ut ostendunt Sigilla, sericis funiculis appensa in publicis instrumentis ann.1384, & 85. adjectis verbis CUM APPERITIONE NOSTRI SIGILLI. Post annum autem supradictum 1434. binas claves pendentes ęquali spatio dissitas in sigillis, atque insignibus fuisse expressas.

Nec omittendum existimo cum supradicto Fivizano, claves in Crucis formam compositas, hoc est quatuor totius Orbis cardines respicientes, esse quidem Patriarchii Lateranensis insigne, sicuti & summi Pontificis, ac Romanæ Ecclesiæ, quæ per totum Orbem Terrarum est diffusa, ut idem Romanus Pontifex multitudinis Fidelium universalis Episcopus Caput, & Moderator existit. Attamen quæ Lateranensem Ecclesiam speciatim repręsentant intra scuti unius terminos circumscribuntur, quæ verò universum Christianorum cætum referunt nullis arctatæ finibus continentur, sed hastili longo appensæ cernuntur. Quod non sine matura consideratione factum credendum est, ut ex varia, ac diversa clavium dispositione, de quibus modò nobis sermo est, Ecclesiarum distinctio manifestè conspiciatur, cum altera Romani Patriarchii, altera verò per universum Orbem diffusa cunctas Christi oves complectatur, & summum universalem Pastorem declaret.

His breviter delibatis circa clavium decussatarum expressionem, jam ad alteram numismatis iconem transeundum; nempe ad magnam umbellam clavibus ipsis impositam, circa quam plura sese offerunt inquirenda; & primò de nomine ipso dicendum est, in quo declarando valdè discrepant Authores. Ab Italis communi voce dicitur *Confalone*, sed impropriè. Vossius enim apud Octavium Ferrarium de origine linguæ Italicæ explicans vocem *Fano*, sive *Fanon* duplicem ejus vocis explicationem affert, nam & *Linteolum* significare, sive *Sudarium* dicit, originem trahens à Saxonico *Fan*, sive *Phan*, vel *Pan*, quæ à latino *Pansum*, sive *Expansum*; undè vox illa Germanis *Fane* Belgio *Vane*, nec alia *Banniere*, & *Bendel* origo, ex quo *Van le Hev*, feuda vexillaria, quę vexilli traditione confere-

ferebantur. *Fanon* igitur *Vexillum*, ex quo *Confanones*, & *Confalones*, ut ait Panvinius Veronæ linteamina ſerica, & depicta. Hæc etiam à Romanis adhibita, ut legitur in hiſtoria Nicolai quondam Laurentii vulgò *Cola di Rienzo*, qui anno 1346. Tribunitiam poteſtatem Populi Romani ſibi uſurpavit his verbis, quibus tunc temporis Romæ Cives utebantur. „ Joanne Colonna tornando a Roma portava lo Confalone della Chieſa, e dello Popolo, & cap.5. Ito Cola la prima volta armato in Campidoglio, ſi fece portare avanti a ſe da tre buoni homini de la conjuratione tre Confaloni. Lo primo Confalone fu graviſſimo roſcio con lettere di auro, nello quale ſtava penta Roma a ſeder ſopra doi Lioni, en mano teneva lo Munno, e la palma, queſto era lo Confalone *della Libertate*. Lo ſecunno era bianco, nello quale ſtava S. Paulo con la ſpada in mano co la corona de la giuſtitia. Ne lo tierzo ſtava S. Pietro con le chiavi de la Concordia, e de la Pace. cap.15. nell'ordinare le Militie ordinao li pedoni, e deo li Confaloni ſecondo li ſegnali de li Rioni. *Cap.33.*

Talem umbellam *Sinnichium* vocat, Carolus du Freſne in appendice tom. 2. de verbis medię, & infimæ latinitatis; quod verbum addit Bollandus tom.2. in acta Sanctorum videtur eſſe diminutivum à voce latina *ſignum*, cujus forma umbellam rotundam in conum aſſurgentem refert. At Boſius in Roma ſubterranea putat verbum *Sinnichium* derivare à dictione *Scenicola* quaſi *parva ſcena*. Quę omnia umbellam, à nobis in numiſmate obſervatam, non ſignificant, ſed velum expanſum, quod vulgari nomine appellamus *Stendardo*, aut *Umbraculum planum*, ſub quo in publicis ſacris ſupplicationibus ſacra Euchariſtia, ſeu Sanctorum Reliquiæ deferuntur. Eo nempè nomine indicatum invenio à Benedicto Millino in tractatu de Oratorio S. Laurentii, apud Lateranum ubi pag.547. deſcribit celebrem ſupplicationem, in qua die B. Virgini in Cęlum aſſumptæ ſacra, olim magno cum apparatu deferebatur ad Baſilicam Liberianam imago Chriſti Domini, refertque verba accepta ex Codice Archivi Societatis, Salvatoris dictæ, conſcripto anno 1462. ſcilicet, *& ſuperpoſito Sonechio imaginem deferunt cum maxima celebritate &c.* Extat coloribus expreſſa ſacra ejus ſupplicationis pompa in parietibus aulæ ejuſdem Societatis apud Lateranenſe Xenodochium, in qua pluries exprimitur Umbraculum quadrata forma expanſum, ſub quo ſacra illa Imago deferebatur, & *Sinnichii*, ſeu *Sonechii* voce indicata. *Pag.459.* *Lib.3.c.4. fol.206.*

Aptiùs Dominicus Macrus in ſuo Hierolexico: Voce *Tabernaculo* hanc Umbellæ formam ſignificat, quàm etiam voce *Heribergio* explicat, hoc eſt *Tabernaculo*, ſeu *Tentorio* ex Theutonicis vocibus *Hoir*, quæ aciem, & *Bergen*, quæ diverſorium dicunt. Ubi enim legimus in Canticis cap.1. *Sicut Tabernaculum cedar*; Gulielmus Abbas in ejuſdem Cantic. Præfatione vertit ſicut *Heriberga Cedar*. Poteſt etiam dici, ait idem Macrus *Apalareus*, ſive *Apalarea*, nempè *Umbraculum*, cujus beneficio à Solis radiis tegimur. Sic Anaſtaſius in Sergio. *Hic poſuit in apſida Baſilicæ ſupraſcriptæ ſuper ſedem Apalaream argenteam penſantem libras* 120.

Inquirenti mihi, à quo nam tempore hujus Umbraculi rotunda forma apud Chriſtifideles uſum habuerit, Ezechiel Spanhemius ſe ſe obtulit, qui in diſſertatione quinta de præſtantia, & uſu numiſmatum antiquorum exponit nummum Agrippæ Junioris ſingularem, ex Cimeliarco Chriſtinæ Auguſtæ Svecorum Reginæ. Habet illa ſymbola utraque parte inſculpta; neque enim ulla ibi more conſueto, vel Regis Agrippæ, vel Cæſaris tunc viventis effigies, aut loci nota, in quo idem percuſſus fuerit. Sola addita Epigraphe græca ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΓΡΙΠ, ideſt *Regis Agrippæ*, qui fuit Agrippa Secundus filius Herodis Agrippæ ultimus Judęorum Rex, de quo Act. Apoſt. cap.25. ſub eo Hieroſolyma exciſa Tito, & Veſpaſiano regnante, Romæ obiit anno tertio poſt excidium Urbis: vide Joſephi Antiquit. Judaic. lib.20. & belli Judaici lib.2. & 3., regnavit autem Titus annis 80. poſt Chriſtum natum. *Pag. 444. ſec. edit.*

His ſymbolis, ait Spanhemius, duo celeberrima Judęorum feſta deſignari, ſcilicet Tabernaculorum, & Pentecoſtes; Tabernaculorum quidem ſatis aperte innuit juxta ejuſdem ſententiam, Inſigne, Tabernaculi inſtar, ſeu Tentorii, priori nummi parte expreſſum, Pentecoſten verò ſpicarum manipulus, quem ſignat nummi pars altera. Feſtivitas autem Tabernaculorum ſcenopegia dicebatur, de qua

Joan-

In lib. PP. tom. C. pag. 741. edit. Joannes VII., *& habitabant filii Isdrael in umbraculis septem diebus*. Eusebius Gallicanus, ait *hæc Judæorum solemnitas septembri mense celebratur*: & S. Eucherius lib. 2. instructionum tit. 8. „ Festivitas Tabernaculorum agebatur mense septimo, incipiendo cum Hebręis à mense Martio, decimo quinto die mensis in memoriam illius temporis, quando in deserto, ubi non erat domus in tabernaculis hospitabantur per septuaginta annos, & nos mistice quandiu sumus in certamine, & novimus nos esse peregrinos, & hospites super terram habitamus in tabernaculis, confitentes quia non habemus hic manentem Civitatem, sed futuram inquirimus, & ad eam toto desiderio suspiramus, dicentes cum
Psal. 119. „ Psalmista, *Hei mihi quia incolatus meus prolongatus est*, cum verò pervenerimus „ ad patriam, possumus dicere *Beati qui habitant in domo tua Domine*. Tunc celebrare conveniet festivitatem Tabernaculorum, hoc est in memoria semper ha-
Psal. 26. „ bere tempus liberationis nostræ, & æternæ illius quietis, quæ post sæculi ætates nobis septima tanquam in verò Sabbato promittitur: hoc festum celebrari
Lev. 2. c. 3. „ mandavit Deus. *Mense septimo festa celebrabitis, & habitabitis in Umbraculis septem diebus*; rursus Levit. 23. 43. *Omnis, qui de genere est Israel manebit in Tabernaculis, ut discant Posteri vestri, quòd in Tabernaculis habitare fecerim filios Israel, cum educerem eos de Aegypto ego Dominus Deus vester*.

Igitur ex proposito nummo Agrippæ habemus rotundi umbraculi expressionem primo Seculo à Christo nato factam, quo autem tempore usi illa fuerint Pontifices Romani, vetustiùs monimentum non inveni, quàm marmor, quòd in Anagnanina Civitate servatur, in quo exculpta sunt insignia cum supradicto Umbraculo Bonifacii Papæ VIII. qui vixit anno 1300. Refert illud in suis additionibus
Tom. 2. col. 315. ad Ciacconium P. Oldoinus.

Imponitur etiam hujus formæ Umbraculum insignibus inclytę Venetiarum Reipublicæ, ut observat Antonius Stephanus Cartari, sed peculari concessione
Lib. 3. c. 10. pag. 347. Alexandri III. Summi Pontificis eo tempore facta, cum in ea Urbe humanissimè receptus Friderici Imperatoris minas evasit; desunt tamen claves, quibus huic Umbraculo adjunctis decorantur insignia Imperatoris exercitus Ecclesiæ Romanę,
Cartarus lib. 3. cap. 3. fol. 286. & Cardinalis Camerarii, illi quidem concessis, ut defensori Sedis Apostolicæ in clavibus, & umbraculo expressæ, huic autem tanquam Ecclesiæ Ministro, cujus præcipua, & perpetua est *jurisdictio*, adeo ut sine ipsa quicquam expediri non possit post Pontificis mortem, ex quo illa nunquam expirat, ut probat tex. in Cle-
Apud Jul. Laure. elucub. var. de Concl. tit. 3. c. 3. n. 36. mentina 2. §. *Porro*, & confirmatur in constitutione Pii IV. §. 9.

Latum autem illud, & rotundum tentorium, quod *Confalonem* vulgò appellamus, clavibus, quas Romanæ universalis Ecclesiæ potestatem repræsentare diximus, superimponi à Pontificibus, mysterio non vacare docet Augustinus Fivizanus de ritu Crucis Pontifici preferendæ. Ampla enim omniumque capacissima
Lib. 3. c. 15. sphęrica figura latitudinem, amplitudinemque demonstrat universalis Ecclesię, in qua omnes, ex omni plane ratione, quę sub Cęlo est, ad Fidei unitatem collectę speciales Ecclesię continentur. Posset etiam addi illud convenire Romanę Ecclesię in signum libertatis, cum ea nulli subiiciatur; non dissimili modo, ac militare signum, quòd antiquitus Urbes liberę ostentabant supra currum, Italica voce *Carroccio* appellatum, ut advertit Angelus Portinarus de felicitate Urbis Patavinę lib. 4. cap. 6. fol. 168.

Utuntur Romę etiam ejus Umbraculi forma pro insignis Clerus Vaticanę Basilicę, Constantinianę pariter, & Liberianę, S. Marię trans Tyberim, S. Laurentii in Damaso, aliique, de quibus aliquid certi inter antiqua monumenta reperire non potui, nisi de Vaticana. Franciscus Maria Torrigius in Notis m.s. ait ex Vaticano quodam Codice anno 1570. conscripto hæc verba notasse, ubi narrantur supplicationes diebus Rogationum factę. *Prima entrò la Croce, dopo il Sinichio, overo insegna di S. Pietro con la Campanella, li Cantori &c.* Aliud monimentum est in ordine Romano à Petro Amelio Urbani V. Sacrista, & Bibliothecario Gregorii XI. conscripto. Narrans ille Canonizationem S. Birgittę, sub Bonifacio IX. circa annum 1390. ait *Papa descendit ad Ecclesiam Sancti Petri cum toto Clero, cum Cruce, Pluvialibus, Pavilione, & Campana processionaliter &c.* Antiquiora his reperire non potui.

Diver-

Diversa tamen de causa illo uti Clerum Vaticanum, notandum est. Desumi illa potest ex documentis eruditissimi Durantis explicantis verba, *Martyria*, & *Ecclesia*. *Tandem* (ait ille) *inter ædium sacrarum nomina reponi posset Tabernaculum*. De cujus Topographia plenè, & luculenter Joseph lib.3. antiquit. cap.5.& S.Augustin. lib.7. quæst. super Exod. *Tabernaculo verò Templum successit*; quare non semel Tabernaculum pro templo Ps.131. *Introibimus in Tabernaculum ejus*, & Jerem.10. *Tabernaculum meum vastatum est*. Porrò Tabernaculum peregrinantium est quodammodo militantium. Inde Contubernales, qui simul habebant Tabernacula. S. Aug. enarrat in Psal.26., necnon in Ps.131. neque sedem, & fundamentum habet, sed huc, illucque mutat, & cum transmigrante migrat Authore Hieron. ad Ps.14. & 83. Legimus Constantinum portatilem Ecclesiam sibi fieri curasse, quæ ubicumque locorum esset, & maximè in bello circumferri posset, ut ne in solitudine quidem agens, ædibus sacris careret. Histor. tripart. libr. 1. cap. 10. Sozomen. lib.1. cap.8. Nicephor. lib.7. cap. 46. Addit Sozomenus Romanas Cohortes in proprio Tabernaculo Sacerdotes, atque Diaconos eodem ordine, & ministerio distributos habuisse, Sanctus Hieronymus ad Lætam commemorat, rutilum, & flauum Getarum exercitum Ecclesiarum circumferre tentorium con-
„ suevisse, ideoque ait ille; Forsitan contra jus æqua pugnant acie, quia pari
„ religione confidunt.

„ Ipsa forma tentorii hæc indicat (ut notat Fivizanus) cum eorum, qui in ca-
„ stris degunt domus quodammodo sit, aut veluti Tabernaculum, illa Eccle- *Lib. 3. cap. 15.*
„ siam in terris adversus multiplices, ac immanissimos hostes perpetuam pugnam
„ gerentem ab eadem in cælesti Patria opulenta requie jam fruente, quæ trium-
„ phans nuncupatur, distinguit.

Confirmat hoc Fivizani documentum Campanula, quæ Basilicarum tentorio præcedit ab ea non dissimilis, quam Castrensem vocat Hieronymus Majus de Tintinnabulis, cap.13. in quo hæc subdit. *Est igitur sciendum superioribus sæculis, nec admodum vetustis temporibus, exercituum Imperatores in Castris, quasi in quadam Civitate ambulatoria, aut turricula campanaria, ex ligno identidem ambulatoria uti consuevisse, è qua tintinnabulum admodum magnum penderet, cum in hostem progrediendum acieque confligendum esset*. Carrocium in media acie cum signo prænotato, & tintinnabulo, & Vexillo delineat. Describitur Carrocium à Francisco Sweerto Antuerpiensi in notis in lib. de tintinnabulis, aitque; Hujus descriptionem accuratam nobis dedit Antonius Campus Pictor, & Eques Cremonensis in descript. *Cap. 13.*
Urbis Cremonæ vernacula lingua, quam latinè ita vertit Philippus Rubenius.
„ Anno Christi 1081. Cremonenses Carrocium instituerunt. Erat illud currus am-
„ plior his atque sublimior, quos communi in usu invenere Longobardi, primi-
„ que omnium, secundum aliquos Mediolanenses usurparunt. Ornabatur id,
„ quibusdam panno rubro, ab aliis albo, à Cremonensibus verò mixtim rubro à
„ & albo, denique pro colore, quo cujusque Civitatis insigne. Sed & Seni bo-
„ ves, à quibus trahebatur simili panno tecti. In medio autem erat Antenna
„ cum Vexillo sive Labaro, præter Crucem rubram; cætera alba, cujusmodi in
„ supplicationibus, hodieque nonnullis in locis gestatur, ab eadem antenna de-
„ penduli funes, quos validi robustique juuenes manibus tenebant, inque ejus
„ summo campana, appellata *Nola*. Nefas autem educere, nisi publico decreto,
„ nec minus mille quingentis ad custodiam ejus militibus strenuis, & Panoplia,
„ ac bipennibus egregiè munitis, propè etiam duces omnes, ac militiæ præfecti,
„ tibicines octo, multique ad rem Divinam Sacerdotes &c.

Simile Caroccium describit vernacula lingua Joannes Villanus in hist. Florentina lib. 6. cap. 77. aitque talem campanulam appellatam fuisse *Martinella*. Vide etiam Octavium Ferrarium de origine linguę Italicæ v. *Carroccio*, & Antonium Campum in descriptione Cremonæ fol. 42. sed ne magis quam par est, ubi cœptus est, inde sermo digrediatur, numisma propositum iterum inspiciamus, in quo umbraculo subjacet stemma gentilitium Cardinalis Camerarii, scilicet Guidi Ascanii Sfortiæ Patre Bosio Sanctæ Floræ Comite, & Constantia Pauli Papæ III. filia nati, & anno 1534. Cardinalis electi, qui pluribus Comitiis Pontificiis interfuit, idest illis, in quibus renuntiati sunt Summi Pontifices Julius III. Paulus IV.

lus IV. & Pius IV. quo sedente ad superos evolavit anno 1564. de quo plura Augustinus Oldoinus tom.3. Addit. ad Ciac. col.566.

XXXVII

SAVLE SAVLE QVID ME PERSEQVERIS.

Numisma hoc, in quo Christus Dominus increpat Saulum, SAVLE SAVLE QVID ME PERSEQVERIS, his verbis explicatur à D. Jo: Baptista Palatio pag.116. „ Quum in suffragia itum esset, singraphis suffragiorum præter „ morem apertis, in sacratum Calicem conjectis, Pontifex Paulus omnium votis „ renuntiatur. Hujus novæ electionis formam non singraphis suffragiorum subsignatis, & de more in urnam conjectis, sed consensu, & clara voce totius Senatus factam testatur hic nummus quia via Spiritus sancti electus, tanquam „ alter Paulus. An in ejus memoriam vulgatum fuerit nullus affirmat. Ego quidem puto illud à Pontifice cusum in honorem D. Pauli cujus nomen gerebat, vidi etiam pecuniam, sub ipso Pontificem jisdem imaginibus signatam, inter quas Saulus in terram cadens audivit vocem dicentem *Saule Saule quid me persequeris*, ut refertur in actis Apostolorum cap.9. In hac D. Pauli conversione S. Bernardus advertit, *lucis, & vocis testimonia credibilia facta esse*. S. Chrisostomus addit lucem voci fuisse præmissam, *ut Paulus radiis illis quasi fulminibus ad terram depressus, furore deposito, verba Christi attente perciperet*. De variis ejus vocis effectibus, vide P. Thomam Massutium Societ. Jesu in vita Pauli lib.2. cap.5. Hic non ommittendum puto, aliquid circa ejus imaginis expressionem. Notant enim SS.Gregorius, Hieronymus, & Augustinus, cadentem Paulum in faciem suam corruisse, quòd etiam si Sac. Scriptura, non exprimat aliundè tamen ipsi coniiciunt; quòd si equo portabatur, ut numisma illum exprimit, intelligi vix potest; cum potius equites occursu rei violentæ, retro primùm devolvantur, deinde ad dexteram, vel sinistram. Quod si pedes incedebat, cecidisse in faciem optimè intelligimus; Incedisse verò peditem non unico argumento nititur probare supracitatus Massutius; Si autem hoc verum sit, falsò Pictores solent illum exprimere ex equo delapsum, jacentem humi, oculis licet clausis conversis ad Cælum, unde vox Christi intonuit. Quamobrem in libertatem Pictorum quidam scripsit:

Sermo I. de Convers. *Hom. 4. de laud. Divi Pauli.* *Lib.3. Mel. equ.10.* *Lib.2. c.2.*

Mentitur Pictor, Paulum qui pingit equestrem
Cum clarè constat, quod fuit ille pedes.

Nec movere nos multum debet itineris longitudo; nam usus equorum magis erat apud homines Gentiles, quàm Judęos, ut notat idem author.

Fuit autem adeo notus, & celebris veteribus Christianis locus ille hujus Apostoli conversionis prope Damascum, ut ibi ad perpetuam tantæ rei memoriam conservandam illustre templum fuerit ædificatum, quod significare voluit S. Augustinus cum in quodam sermone de Pauli conversione dixit. *Hodie in illis Regionibus, etiam ipsa loca testantur, quod gestum est, & nunc legitur, & creditur.*

XXXVIII

IN VIRTVTE TVA SERVATI SVMVS.

Numisma cusum anno 1549. hoc est XVI. Pontificatus incœpto, ut numeri circa Pontificis effigiem apicti declarant.

Ejus authorem reperiri non valui, & rarissimum illud esse deheprendi, cum Bononiæ tantùm asservari mihi innotuerit apud D. Sylvium Renzinum. Me haud deceptum putes, si dixero, ob grati animi monumentum percussum fuisse ab jis, qui sub Pauli III. tutela se se, suasque fortunas incolumes servarunt, dicerem à Populi Romani Civibus, cum Turcicos Piratas, Pontificio auxilio fultos apud Tunetum Cæsar expugnavit, ob quos Italiæ excidium imminebat. At

vereor

vereor ne nimis tardè cusum dici possit; cum anno 1546. Carolus Imperator contra Barbaros arma intulisset. Ejus classis expeditionem exposuimus in numismate XXXII. Expugnationem verò Tunetanæ urbis Paulus Jovius fusè descripsit in lib. hist. 34., in qua *ita Cadaveribus cuncta milites compleverunt, ut imbellem omnis sexus, & ætatis turbam ad inanium Deorum templa confugientem sine discrimine trucidarent, & pavimenta damnatis in templis multo inermium sanguine inundarentur, gementibus piratis, qui Maris, & totius navigationis facultatem qua unà maximè valerent amisisse querebantur*. Carolus deinde V. Victor in Italiam rediens Tunetanæ urbis vectem ferream cum Catena ad Basilicam D. Petri misit, quas in Porticu supra Januam, quæ *Romana* dicebatur suspenderunt in memoriam, & signum trophæi. Hodie in Sacrario ejusdem Basilicæ patent cum his notis, in tabula lapidea incisis. *Oldoin. to. 2 col. 1099.*

CAROLVS V. IMP.
TVNETO EXPVGNATO, VECTEM, ET SERAM HANC
B. PETRO OB INSIGNEM VICTORIAM TRANSMISIT.

Vota Christianorum Deo explente cui Paulus nuncio de victoria recepto, (teste Martinello.) „ Mandavit in gratiarum actionem fieri Processiones à S. Mar- *In Diariis.*
„ co ad S. Mariam Majorem, ubi fuit dicta Missa solemnis, præsente Pontifice, qua
„ finita, Episcopus Viterbiensis habuit orationem luculentam de victoria habita
„ contra Infideles, qua expleta Pontifex incœpit *Te Deum*.

At si propinquiorem causam percussi numismatis exoptemus, nobis se se offert Fœdus cum Venetis, quibus Pontifex auxilia tulit, ut Turcarum vim, apud Corciram repellerent, sicuti exposuimus in nummo XXXV.

Hanc Italiæ servatæ tutelam numisma celebrat in Unicornio, quo Serpentes fugiunt, quorum insidiis cætera animalia periclitantur; solent enim (ut narrant rerum naturalium indagatores) Unicornium comitari, ut angues venenatos evitent. Qua de causa celebris Neapolitana Academia in Unicornio, quem varia animalia sequebantur, D. Thomam Aquinatem, ejusque sanam doctrinam expresserunt cum lemmate. HOC DVCE TVTI.

Unicornium autem in suæ Familiæ symbolum Principes Farnesiani jam diu elegerunt, ut narrat Spinazius in eorum historia M.S. apud Serenissimum Parmæ Ducem servata, cui animali aptè eruditissimus Præsul Aresius apposuit hæc verba EXPELLIT ET ALLICIT; siquidem animalia expellit venenata, cætera verò allicit. Quæ dotes optimo Principi maximè conveniunt, quem Agapitus his verbis alloquebatur: *Si velis Bifariam approbari, ut pulcherrima quæque gerentes honora, ita teterrima patrantibus succense*. *Philippus Piccinellus in Mundo symbolico lib. 5. cap. 3. num. 15. Epist. Parenet. n. 26.*

In Serpentibus verò non nisi Romani nominis hostes recognosci possunt, ac Turcarum Piratæ, quorum mentes veneno, ac livore plenæ insidias excogitant, ut Christifideles interficiant.

XXXIX

AVersam partem proponimus Numismatis sub numero XXVI. expressi, inscriptione greca exornatam ΑΡΧΙΕΡΕΙ ΤΩ ΠΑΝΥ (*Archieri To Pany*) hoc est *Principi Sacerdotum summo*. Illud in honorem Pauli III. Populus Romanus cudit, dum sub tanto Principe securitate frueretur. Dicitur Pontifex Romanus *Sacerdotum Summus* juxta usum Sęculi quinti, quem innuit S. Hieronymus in Præfat. Evangel. ad Damasum, quem imitati sunt Abbates, & Monachi Grçci in Concilio Lateranensi sub Martino Primo celebrato circa ann. 650. his verbis. *Sacerdos Sacerdotum divinitus omnibus præeminens, & Pater Patrum Dominus noster, ter Beatissimus Papa*.

Advertendum tamen cum nostro P. Theophilo Raynaudo fuisse olim usum, ut quilibet Episcopus *Summus Sacerdos* diceretur, & quilibet Episcopus *Summum Sacerdotium*. Diaconatus autem *Tertium*, & Presbyterium *secundum Sacerdotium*, ut loquitur Optatus lib. 1. Eodem sensu Concilium Agathense cap. 6. *In onomast. Pontif. lit. S.*

Pontifices (inquit) *quibus in summo Sacerdotio constitutis &c.* & Tertullianus lib. de Bapt. *Dandi baptismi jus habet summus Sacerdos, qui est Episcopus*. S. Ambrosius ad Felicem Comensem in Epistola 60. *Suscepisti gubernacula summi Sacerdotii*. Sic Augustinus quæst. 101. ut innumera similia testimonia prætercam. Hæc quidem juxta antiquum usum; quamvis jampridem appellatio *Summi Sacerdotis*, æquè ac *Summi Pontificis* restricta sit ad omnium Episcoporum Supremum, idest *Romanum*.

XXXX

ΝΙΚΗΤΗΡΙΟΝ.

Numisma Festivum exhibemus valdè rarum, anno decimo tertio Pontificatus Pauli publicatum, scilicet anno millesimo quingentesimo quadragesimo sexto post Victoriam, quam Carolus Imperator, auxilio Pontificio fultus apud Tunetum de Turcica Classe retulit, ut fusè explicavimus in numismate XXXVIII. & ne eadem inutiliter repetamus, sculpturam ipsam numismatis observamus, scilicet Lauream, qua coronatur, ex Lauro palmaque efformatam in Victoriæ symbolum. Quòd autem palma perpetuum sit victoriæ insigne, præter ea, quæ alibi diximus, testantur & illi versus Claudiani.

De laudib. Stiliconis.

- - - cum totis exurgens ardua pennis
Ipsa duci sacras victoria panderet ædes,
Ut palma viridi gaudens, & amicta tropæis.

Sicque Laurus, sive Laurea corona, ut est symbolum Victoriæ, ita insigne lætitiæ & triumphi. *Laurea illa*, inquit Cicero. *magnis periculis parta amitti longo intervallo viriditatem*, & alibi: *Ex illo fonte, & seminasio triumphorum cum arida folia laureæ retulisses*.

[illegible] v. [illegible] or. 38.

Idem profitetur Apollo alloquens Daphnen mutatam in Laurum apud Ovid. lib. 1. Metam.

- - - At quoniam Conjux mea non potes esse
Arbos eris certè, dixit, mea semper habebunt
Te coma, Te citharæ, Te nostre Laure pharetræ;
Tu ducibus lætis aderis, cum læta triumphum
Vox canet, & longas visent Capitolia pompas.

Adjectæ sunt Spicæ quæ apud Antiquos semper visæ sunt boni ominis, & victoriæ signum, ut docet Paschalius de Coronis; ob id corona ex iis conflata omnium coronarum fuit antiquissima, quòd Ceres eadem est cum Terra, quæ est omnium Mater, juxta illud. *Prima dedit leges, Cereris sunt omnia munus*. Est insuper hæc corona pretiosissima, quòd Spica, ut altrix hominum præbet paci convenientem aspectum, ac meritò Spica sumi potest pro symbolo Pacis, quæ post Victoriam exoritur. Ita Tibullus

Lib. 7. c. 15.

Lib. 1. Eleg. ult.

At nobis pax alma veni, spicamque teneto.

Nisi magis arrideat dicere spicas fuisse expressas in argumentum fertilitas, & abundantiæ; devictis enim hostibus poterant Romani arationis, & sementis studio operam dare. Sic in nummo Augusti sex spicæ colligatæ designant teste Svetonio; illæ enim *Aegyptum* in Provinciæ formam redactam, ut feraciorem habilioremque Annonæ urbicæ redderet, fossas omnes, in quas Nilus exæstuat oblimatas longa vetustate, militari opere detersit.

A[illegible]l Au[illegible] tab. 2. [illegible] n. 14.

In medio coronæ Dictio græca legitur ΝΙΚΗΤΗΡΙΟΝ (*Nicitirion*) idest *Festum pro Victoria*, seu *Præmium Victoriæ*. Etenim in Festis post Victorias celebratis nova numismata cudi, & per publicas vias spargi in signum lætitiæ, apud Eruditos notissima res est.




I
IVLIVS· III· PONT· MAXIMVS·
II
ANNO IOBILAEO MDL·
PETRO APOST· PRINC
III
HAEC PORTA DOMINI·MDL
IVSTI INTRA BVNT PER EAM
ROMA
IIII
IVLIVS TERTIVS· PONT· OPT·MAX
ANNO IVBILEI
ROMA
V
M·D·L· APERVIT ET CLAVSIT
ROMA
VI
PAX ITALIAE RESTITVTA
VII
HILARITAS PVBLICA
VIII
HILARITAS PVBLICA
IX
HILARITAS PONTIFICIA
ROMA
X
NOS AVTEM POPVLVS EIVS ET OVES PASCVAE EIVS
XI
GENS·ET· REGNVM· QVOD·NON· SERVIERIT· TIBI PERIBIT·
XII
EGO SVM VIA VERITAS ET VITA
XIII
ANNONA PONT·A·V
XIIII
XV
ANGLIA RESVRGES
VT NVNC NOVISSIMO DIE
XVI
PORTVS ET REFVGIVM NATIONVM
XVII
CLAVES REGNI CAELOR
XVIII
S PETRVS S PAVLVS
XVIIII
DIVO PETRO APOST PRINCIPI
XX
VIRGO TVA GLORIA PARTVS

JULII III. NUMISMATA.



IVLIVS III. PONT. MAXIMVS.



UPREMAM Pauli III. morientis vocem ad Cardinales eam fuisse refert Ciacconius; *Ut optimum legerent, qui cum totius Ecclesiæ utilitate in tanta Pontificiæ dignitatis amplitudine sibi succederet*. Ergò post novemdialia mortui Pontificis celebrata, communibus Cardinalium suffragiis Joannes Maria de Monte Episcopus Cardinalis Prænestinus, qui maximum justitiæ, integritatis, diligentiæ, bonitatisque specimen semper præbuerat mense Februario anno 1550. Pontifex Maximus electus fuit. Hic à Joanne Dominico de Cupis Collegii Decano interrogatus, quo nomine vocari vellet, respondit sibi esse in animo ob gratam Maximi Pontificis Julii II. memoriam, à quo prima suæ gentis incrementa fluxerant, quòd Antonium de Monte Cardinalem creavisset, Julium Tertium appellari. *Col.* 747.

Ejus imaginem numisma profert. Fuit ille procero corpore, prolixa barba, auribus, oculis, grandiore naso, subagresti vultu, animo tamen benigno, & integro, æquitatis cultor, moribus suavis. Erat præterea disertus sermone, scientia eruditus ad liberalitatem propensus, ac tandem publicæ pacis, & domesticæ quietis studiosissimus. *Ciac. col.* 746.



ANNO IOBILAEO MDL.

PETRO APOSTOLORVM PRINCIPI.

INitio Pontificatus Julius ad Jubilæi annum, qui tunc erat 1550. peragendum, solitis cærimoniis Portam, quæ Sancta vocatur, die Sancto Matthiæ Sacro aperuit; eamdemque vertente anno in secundis Epiphaniæ Vesperis debita pompæ solemnitate clausit. *Ciac. col.* 744.

Fuit hic primus annus Pontificatus, inter eos quos Populus Romanus vidit, lætissimus, non modò ob ipsam Jubilæi festivitatem, & diversarum gentium in Urbe Confluentium multitudinem, sed ob ipsam etiam Pontificis humanitatem, & incredibilem in regendo Pontificatu temperantiam, qua nec in puniendo acerbus, nec indulgendo remissus, omnium Civium, & Populi animos grato imperio, beneficentia, & mansuetudine promereri cupiebat. Omnes grassatores, aut quoscumque factiosos homines Româ publico edicto depulit. Eumdem annum, quem more majorum apertis quatuor portis religiosè coluit, sæpè Populo benedicens. Hujus Jubilæi memoriam quatuor numismata servant. In quorum primò frons cernitur Basilicæ Vaticanæ, non quidem extructa, sed ab Antonio Sangallo delineata, uti in Tabula 15. expressimus in lib. Templi Vaticani cap. 14. apposita subscriptione *Petro Apostolorum Principi*. Quidquid in ejusdem Basilicæ fabrica

Julius III. egerit in capite 15. ejusdem historię recensuimus. In Præsentiarum de lemmate in circuitu numismatis apposito aliquid adnotandum, scilicet ANNO IVBILEO.

Annus igitur, qui dicitur *Jubilæus*, *Jobilæus* etiam ab aliquibus duplex est, Judaicus, & Romanus. Illo cum lege cæremoniali sepulto, hunc è cineribus ejus suscitavit Bonifacius VIII. Angelus tamen Pientinus originem ejus indagans *ait quando haberi cœperit ignorari*, quod tamen ante Bonifacii tempora multis annorum curriculis (quamquam non eadem, qua postea solemnitate) in usu fuerit, & à pluribus fide dignis senioribus post magnam diligentiam Bonifacius ipse accepit, & diplomate illo, quod de ipso Jubilæo edidit haud obscurè designavit. Suscitavit igitur illum Bonifacius anno 1300. peccatorum omnium absolutionem Christianis offerens, qui Apostolorum limina venissent salutatum, non tamen anno quinquagesimo, ut vetus ille Jubilæi annus, sed centesimo, ut sic sæcularis factus, ludis Ethnicorum sæcularibus opponeretur, quos hi Diti, & Proserpinæ sacros post centum annos celebrandos statuerant, quia sæculum, seù vitæ spatium non ulterius extendi existimabant, clamante tunc Præcone. *Venite ad ludos, quos nemo Mortalium vidit, nec visurus est.*

De Jubil. lib.1.cap.9. §.2.

Jubilæus autem olim Israelitarum festum divinitus institutum hac lege fuit, ut quinquagesimo quovis anno celebraretur. Typus erat Servatoris nostri, cujus sanguine jus est redeundi in Regnum Cælorum. Et ab Hæbreis quinquagesimus quisque annus *Jobelus* vocabatur, in quo & debitoribus fœnus remittebatur, & Servi liberabantur. *Jobilei* enim *vox libertatem significat* teste Josepho Hæbreo Antiquit. lib.3. cap.10. circa finem.

❀ III ❀

HAEC PORTA DOMINI.

IVSTI INTRABVNT PER EAM.

❀ IV ❀

IVLIVS TERTIVS PONT. OPT. MAX. ANNO IVBILEI.

❀ V ❀

APERVIT ET CLAVSIT MDL.

Portam, quæ Sancta vocatur, hæc tria numismata ostendunt, in quorum primo dicitur hæc *Porta Domini*; de qua Pientinus inquit, *hoc tantummodo anno porta, quam jure Sanctam nominat, à Pontificibus aperitur, nisi ut hoc clarissimo signo insolitam parari divini ærarii distributionem fidelibus omnibus indicetur*. Si autem Divini ærarii per merita, & Sanguinem Christi Servatoris congesti Deus ipse est Dominus, utique Domini porta est, quæ ad illud tempore Jubilæi aditum præbet. Per illam intrabunt justi, ut Sacer Vates prædixit Psal. 117. 20. non quia ingredi Portas Sanctas etiam iniusti non possint, sed ut doceamur, eas ingressuros justificatos, culparumque veniam consequturos, quicumque præmissa sufficienti earum detestatione per illas intrabunt. Sunt enim sicuti Portę cęlestis Hierusalem, de quibus Sanctus Augustinus. *Has saltem*, inquit, *nemo intrat iniustus in illam Hierusalem, quæ non recipit incircumcisum carne*, ubi dicitur *Canes foris*.

De Jubil. lib.2.c.5.

In Psalm. 117.

Apoc. 22.

Illas ut indicavimus numismate II Julius III. aperuit, & clausit non solum Romam adeuntibus, sed militibus Affricanis Christum colentibus, Sacri anni Jubilæum, Sancto Ignatio Societatis Jesu Fundatore efflagitante, impertiit, aliis etiam

etiam in India, Brasilia, & Congo, aliisque non paucis, qui propius aberant, sed in Urbem venire non poterant.

Ipsamet die, qua aperitionis portarum solemnia obivit 25. Februarii Constitutionem edidit de Jubilæo. Præterea edita Constitutione Pœnitentiario Majori plurimas facultates Julius attribuit, altera demùm secundò institutum Soc. Jesu approbans, eam insigni quoque beneficio ditavit, nempè quòd non obstantibus litteris suspensionis facultatum absolvendi à casibus reservatis, eo tamen Jubilæi anno indulto Pauli III. uti possent. *Orlandinus lib. 14. hist. Soc. Jesu num. 91.* *Orlandinus hist. Soc. lib. 10. n. 4.*

Per id tempus Romæ initum sumpserat ex fundatione Sancti Philippi Nerii Venerabilis Sodalitas Sanctissimæ Trinitatis ad Convalescentes Peregrinos potissimum Jubilæi tempore liberali Hospitio suscipiendos erecta; tantæ autem pietatis, ac Romanæ beneficentiæ opus quoad Peregrinorum hospitium (ut Baccius tradidit in Vita Sancti Philippi) hoc ipso Jubilæi anno executioni demandari cœpit. *Lib. 2. c. 7.*

Multa præcipit Julius servari hoc anno tum in bonum animarum, tum in Dei cultum, quæ omnia recenset Illustrissimus Phæbeus à pag. 161. usque ad pag. 178. inter quæ referuntur ritus, ac cæremoniæ sacræ ex Diariis Ludovici Firmani exceptæ, tum aperitionis, tùm clausuræ Portæ aureæ, servandæ à Pontifice in Vaticano Templo, & à Cardinalibus Legatis in aliis Ecclesiis Patriarchalibus.

VI

PAX ITALIAE RESTITUTA.

Extincto Paulo III. cum in comitiis sanxissent Patres, ut Pontifex futurus belli avertendi causa Parmam Octavio Duci Farnesio confestim redderet, Julius non solum sanctè observavit, misso Legato Archiepiscopo Barensi pro Legato Bononiæ, sed ne longior mora novos turbines excitaret, Camillo Ursino viginti millia nummorum numeravit, qui Civitatem restituere negabat, ni prius pecunia sibi restitueretur, expensa ad Urbis custodiam. Publicæ tranquillitatis, ac pacis amantissimus Pontifex Ascanio Columnæ Oppida restituit, Castra, dignitates, quibus expoliatus fuerat à Paulo III. crimina indulsit Abbati Farfensi Ursino, quem Paulus proscripserat, ut perduellem. *Jo: Palat. pag. 166.*

Bella nulla, etiamsi legittima viderentur, suscipere in animum induxerat. *At nequeunt Pontifices* (inquit Ciacconius) *ita suis obsequi ingenijs, ut non aliquando in Republicâ civiles fluctus ab ipso propositæ tranquillitatis portu inviti rapiantur.* Id profectò Pontifici Julio accidit, nam publicæ, ac suæ quietis percupido Parmense bellum præter sententiam irrepsit. Sed mitis ingenii Pontifex quum potius Cæsaris causa, quam sua spontè arma cœpisset, belli tumultum pertesus pacis fœdera composuit; etiam ob quietis amorem, cum Hetruria direptionibus incendiis, cedibusque flagraret, Viterbium cum tota Curia initio mensis Junii anni 1553. se contulit, ut finem discordiis imponeret. *Col. 745.* *Oldoinu col. 754.*

Ad celebrandum mitissimi Pontificis pacis amorem, dum ea Italia ejus causa frueretur, percussum est numisma, in quo mulier turrita sedens olivam gestat dextera, sinistra cornu divitiarum nudato pectore, ut scilicet nullius arma à se timeri significet, sed in otio quietis bona omnia possideri.

Pacem in nummis expressam multiplici modo observo. Primò in numismate Vespasiani alata est mulier, stans cum corona mirthea, seù oleagina in dextra, in læva palmam habens, cum his litteris, PACI AVGVSTAE, eò quòd Templum Pacis foro proximum extruxerit. Secundò in Domitiani numismate effecta pax fuit hoc pacto. Erat mulier stans cum face ardenti in manu, quædam bellica arma comburens in læva Cornucopiæ habens. Tertiò in Neronis numismate mulier est alata caducæum tenens, quem in anguem vergit humi jacentem. Quartò in numismate Galbæ mulier stat cum oliva, & caduceo, in numismate Vitellii mulier stans ramum olivæ dextra, in sinistra Cornucopiæ gestans, effinxit item illam Tibullus palliatam cum capite compto, cum spica in dextra, & papavere, læva autem co-

piæ

piæ cornu gestantem. Nonnunquam lauro, & rosa coronabatur. Numisma Julii illam capite turrito ostentat, ut fortasse intelligamus documentum Cassiodori.
Libr.1. variar. *Omni quippè Regno desiderabilis debet esse tranquillitas, in qua & Populi proficiunt, & utilitas gentium custoditur. Sunt enim Urbes in tuto, si legibus pacis, & tranquillitatis reguntur.*

VII. VIII

HILARITAS PVBLICA.

IX

HILARITAS PONTIFICIA. ROMA.

IN triplici numismate exhibetur Puella cum Spicis, & Cornucopiæ, in nono est dolium ardens igne festivo in signum lætitiæ, in octavo adsunt duo pueri; causam hujus expressionis adduximus in numismate IX & XX Pauli II. In septimo autem numismate hic proposito sunt appositi monticuli cum laurea, qui in fascia transversa parmæ gentilitiæ hujus Pontificis conspiciuntur.

Singula autem explicant Populi Romani Hilaritatem, qua sub Julii III. Pontificatu floruit; ait Ciacconius de anno Jubilæi loquens (quo tempore duo prima
Col.744. numismata cusa fuere.) Fuit hic primus annus Pontificatus, inter eos quos Populus Romanus vidit lætissimus non modò ipsa Jubilæi festivitate, & diversarum gentium in Urbem confluentium multitudine, sed ipsa etiam Pontificis humanitate, & incredibili in regendo Pontificatu temperantia, qua nec in puniendo acerbus, nec indulgendo remissus, omnium Civium; & populi animos grato imperio, beneficentia, & mansuetudine promereri cupiebat. Ultimum verò cum lemmate HILARITAS PONTIFICIA anno quinto cusum illud ipsum confirmat.

X

NOS. AVTEM. POPVLVS. EIVS ET OVES. PASCVAE. EIVS.

Pag.59. MOntibus hic appositis Romam septicollem indicari sibi suasit P. Molinetus, ad quam Angli sub figura ovium, quæ erraverant, designati accesserunt, cum ad Ecclesiæ Romanæ fidem, à qua defecerant reducti sunt; Tumque meritò illud Psalmistæ dicere eos potuisse. NOS AVTEM POPVLVS EIVS,
Psalm. 94. ET OVES PASCVAE EIVS. Sed Angliam ad Romanam fidem conversam aliud numisma clarissimè enarrabit. Liceat mihi propterea alium finem opinari, ob quem præsens numisma publicatum fuisse credam: scilicèt ut largitionem Jubilæi ad remotissimas Orbis partes factam à Pontifice, ob quam innumeri penè Christifideles sub ovium Typo cæleste pabulum hauserunt. Rem totam his verbis enarrat Pat.
Col.751. Oldoinus desumptam ex Vita S. Ignatii à P. Petro Maffeo descripta. Indicto, ac proposito à Julio III. toti Christiano Orbi Jubilæo, quo grex cunctus per suum Pastorem, ut est in more positum, vocabatur, cum Ignatius Loyola Pontifici supplex fuit, ut societatis hominibus, qui pro Ecclesia, & animarum salute in locis disiunctissimis versabantur, in India Brasilia Congo denique, & propriore Affrica, nec sine magno rei Christianæ damno ad Urbem conferre se poterant, promerendi Jubilęi copiam, potestatemque cum Christianis earum Regionum, ac Neophitis faceret, simul & quid ejus merendi gratia faciendum præscriberet, indicaret. Pontifex blando oculo Ignatium intuitus ut animi sui significaret affectum, quod attinet, inquit, ad elargiendum sociis vestris absentibus Jubilęum, id libentèr elargior, hac tamen cum parsimonia, & ut eis verbis utar, cum restrictione, ut omnem meam in hac re potestatem cum socie-

tatę

„ tate vestra communicatam velim, liceatque Fratribus vestris tanto à nobis in-
„ tervallo disiunctis ex thesauris, & largissimis hujus anni condonationibus gau-
„ dere, ad easque promerendas quicquid visum fuerit vestro arbitrio præscribe-
„ re. Ignatius pluribus actis gratiis per eam occasionem Pontifici Maximo non-
„ nulla ex jis de Indiis, e remotis illius partibus nunciabantur audita læta, nec
„ celsissimis illis auribus indigna commemoravit. Quæ cum Pontifex audisset,
„ studio divini flagrans honoris, lacrymas tenere præ gaudii voluptate non po-
„ tuit, testatus ea sibi audivisse jucunda. Nec modò Indiis ultimisque terris, sed
„ compluribus etiam qui propiùs ab Urbe aberant Jubilęum Ignatio postulante
„ concessit, ut multis Messanæ Societatis amicis, multis item Venetiis, ac Lute-
„ tię, copiis quoque in Affricam cum Vega Prorege Siciliæ profectis ad Barba-
„ rorum bellum, similiterque Societatis hominibus in Germania, Salmanticęque,
„ & Gandiensi Civitati universæ proptèr eximiam Ducis Borgiæ pietatem, at
„ virtutem: hactenus Oldoinus. Quamobrem omnes læto animo decantare po-
tuerunt. *Nos autem Populus ejus, & oves Pascuæ ejus, pabulum salutis* sub aman- *Psal.94.*
tissimo Pastore desumentes.

XI

GENS. ET. REGNVM. QVOD. NON. SERVIERIT TIBI PERIBIT.

Postquam ad Divi Petri solium evectus fuerat Julius, omnium Principum Catholicorum Oratores (narrante Panvinio) publicis in Consistoriis ad præstandam sibi obedientiam admisit. Adfuit etiam Simon Sulaka Orientis *Ol.Ioi.752.* universi trans Euphratem ad Indos usque Metropolim Ordinis S. Basilii vir, cum litteris Romam missus, ut confirmationem, & consecrationem postularet, quem benignissimè recepit. Epistolam ab eo allatam, à Populo Nestoriano conscriptam an.1552. ex Mozai hoc est Seleucia Parthorum, traductam ex authographo Syriaco per Andream Masium refert P. Oldoinus his verbis.

„ Pater Patrum, & Pastorum maximè, qui concinnas Mitras, & ungis Sa-
„ cerdotes, atque incingis zonis: Petrus temporis nostri, & Paulus dierum no-
„ strorum, ac cingulum quod comprehendit universos Christianos, qui ex loco
„ Christi Domini, & Dei nostri, sedesque super sedem Petri Apostoli, & tenen-
„ tis claves altitudinis, & profunditatis, ad quem dixit Dominus Noster: Quod
„ ligaveris erit ligatum, & quod solveris erit solutum, super eam petram ędifi-
„ cavit Ecclesiam suam Sanctam. Nunc porro dedit eam tibi Christus Deus no-
„ ster, ut ex ea dispensas ordines Ecclesiasticos pro eo, ac opus fuerit gregi Chri-
„ sti, quem tradidit tibi, ne perturbetur per lupos, qui ipsum odio persequun-
„ tur, pariterque grex Christi, atque incurreret in malum, quicquid autem pe-
„ rit reposcitur à Pastore. Tibi tradidit sanctam suam Ecclesiam, ut ejus egesta-
„ tem expleas eo thesauro, qui non deficit, & eo fonte, cujus aquę nunquam ex-
„ hauriuntur, & quantumvis multi ex eo bibent, augescit, non autem minuitur.
„ Tu es loco Petri, & prudentis Architecti Pauli, qui omnes mortales illustra-
„ runt eo munere, quod ipsis datum fuerat à Spiritu Sancto, & à Pastore Cælesti,
„ qui suo sanguine illos redemit ab errore Diaboli, & mutorum Idolorum. Quia
„ tu es Pater universi Populi Christiani, sicut Petrus Caput omnium Discipulo-
„ rum, cui obvenerat sors docendæ Romæ magnæ, & celebris. At hoc nostro
„ tempore tibi illam dedit Deus, & elegit te collocavitque super eam tradiditque
„ eam Tibi, quia ità ipsi placuit. Et elegit te sicuti Hieremiam ex utero Matris
„ suæ, & sicut Joannem filium Zachariæ, qui dignus fuit, ut imponeret dexte-
„ ram suam capiti Christi Dei nostri, & sicut Athanasium, & reliquos Patres ve-
„ teres. Sed quid longa facimus verba coram sua Celsitate quum simus indigni?
„ Qui te elegit is te exaltavit. Cæterum scias ò Domine Pater, cujus Vita cu-
„ stodita est, quod nos Servi tui Nestoriani Orientales sumus pupilli absque Pa-
tre

„ tre electo, qui dare possit ordines Sacerdotales. Neque supersunt apud nos
„ Metropolitæ quorum est ordinare Catholicum, sed soli pauci Episcopi, Episco-
„ pus Arbellæ, Episc. Salmasti, Episc. Adurbeigan, Enevostigi convenimus in
„ Insulam, quæ est inter Tigrini flumen Eden, fecimusque compactum inter nos,
„ & misimus pro hoc Monachum Siud, & deduximus ipsum per vim de sua statio-
„ tione in medium Populi. Atque universus Populus testabatur de ipso, esse
„ eum utilem ad hanc viam. Igitur cum considerassent, approbassentque ipsum
„ omnes greges illicò ascenderunt cum ipso ad Hierusalem Primates nobiles
„ Magnificus Mestiud, & Abdias Ephraim, ac magnificus Calib, præterque hos
„ alii Monachi, & Sacerdotes, ac Diaconi, Laicique, atque intravimus, con-
„ venimusque ad Monacum Benedictum, & Gubernatorem probum D. Paulum,
„ ejusque Sodalitium spirituale in Sancta Sion in cœnaculo benedicto, in quo
„ ille habitat, petivimusque ab ipso epistolam ad dignitatem suam per Jacobum
„ Interpretem, & scripsit nobis tres epistolas ad suam Celsitatem, multumque
„ gaudebat de nobis. Nos verò dedimus Magistro nostro Siud, atque cum ipso
„ misimus tres viros Primates Thomam, Adamum, & Caleph ante pedes tuos.
„ Nunc igitur petimus à Celsitate Tua, absolvito negocium ipsorum, & ordina-
„ to illum in Catholicum, datoque ipsi potestatem per verbum tuum, ut possit
„ conferre gradus Ecclesiasticos, prout opus habuerit grex, pro more Patriar-
„ charum; & ut ligare possit, & solvere pro consuetudine Patrum, & Canonum
„ Apostolicorum. Itaque oramus Te Pater noster, ne sis illis in mora, ne ma-
„ neat cor nostrum apud ipsos, sed citò remitte ipsos, & scribito ipsis litteras, &
„ epistolas, ac benedicito locis nostris. Jàm verò esto salvus, & custoditus in
„ Domino nostro.

Julius perlectis his litteris Simonem consecrari jussit eundemque in secreto Consistorio ornavit Sacro Pallio.

Inter cæteros Principum, & Rerumpublicarum Oratores Unus defuit Anglię Rex Eduardus, qui ab Ecclesia Catholica cum Regni sui posteriori parte defecerat. Quas ob causas hoc numisma cusum fuisse probabile est, fuit enim cusum anno III. quo ut diximus Sulakam miserunt Nestoriani, quod ideò Anglię ruinam, & perniciem minatur Vaticinio, ex Propheta Isaia accepto GENS, ET REGNVM QVOD NON SERVIERIT TIBI PERIBIT. *Interitu* scilicèt tùm temporali in Terra (ut explicat Cornelius à Lapide) tùm ęterno in Gehenna ut omnes, qui erant extra Arcam Noe perierunt regnante Diluvio. Extra enim Ecclesiam, quæ est Arca Dei non est salus. Et Gentes *solitudine*, ideſt usque ad solitudinem vastabuntur. Exempla multa in confirmationem adducit supralaudatus Author Cornelius in Isaiam cap.60. 12.

Isa.60. 12.

XII

* EGO * SVM * VIA * VERITAS * ET * VITA *

VErba sunt in Girum expressa in numismate sacro, dicta à Christo Domino, Joan. 14. 6. Julii pietatem, & religionem erga Deum illud testatur, nec expositione alia indiget Inscriptio. Placet tamen adnotare antiquissimum morem exprimendi Sacrosanctas individuæ Trinitatis personas, notissimum omnibus, probatumque à Concilijs contra Jacobitarum pręcipuè errores. Habuit Nolensis Ecclesia, ut refert Molanus de histor. imagin. ante annos mille, & ampliùs Sanctæ Trinitatis imaginem cum adscriptis à S. Paulino versibus

Cap.3.lib.2.

Pleno coruscat Trinitas Mysterio
Stat Christus amne, Vox Patris Cælo tonat,
Et per Columbam Spiritus Sanctus fluit.

At de Christo piæsertim, cujus imaginem numisma ostendit Orbem manu regentem, refertur actione quarta septimæ Synodi Sermo Athanasii Alexandrini tom.4., quo continetur, Christianum hominem Boryti habuisse exadverso lectuli imaginem Jesu Christi Domini Nostri, quę integram illius proportionem exprimebat,

mebat, quamque à Nicodemo, qui nocte ad Jesum veniebat propriis manibus compositam esse asserebat, ex qua imagine à Judæis Lancea vulnerata emanare cœperunt rivuli Sanguinis, qui in ampullis vitreis distributi sunt per Asiam, Africam, & Europam miraculis clarissimi. Eadem actione ex Eusebio Pamphili dicitur mulier, quæ sanguinis fluore laborans tacta fimbria Salvatoris sanata est, Christo statuam erexisse ex ære fusam, quæ ipsius effigiem repræsentaret, & ex adverso ex eadem materia statuam Mulieris genibus provolutæ, palmasque suplicitèr tendentis, sub pedibus autem statuæ Dominicæ herbam excrescere, quæ omnium morborum curationes exhibebat. Hanc Julianus Apostata deturbavit, suamque in ejus loco posuit. *Lib.7.c.14.*

XIII

ANNONA PONTIFICIS A. V.

ANnonæ typus ad paternum erga Romanum Populum amorem commendandum hoc numisma ostendit. *Urbe enim* (referente Panvinio) *gravi frumenti inopia laborante tritico advecto famis incommoda quantum potuit sublevavit*. Habet Mulier expressa spicas, & cornucopiæ, quibus Annonæ ubertas indicatur, sicuti in Severi nummo Mulier stans fruges repandit, & læva cornucopiæ gestat cum duobus papaveris capitibus, & spica. In aliis etiam ejusdem Severi hæc felicitas temporum gemino Cornucopiæ cum Spica intermedia denotatur. In alio apud Tristanum Navi exprimitur, cujus proram in hoc Pontificio cernimus, qua Copia eductarum undique frugum notatur, siquidem sicuti Severus olim ex Affrica, & Ægypto, sic Julius ex diversis Italię partibus in Urbem vehi plurimum frumenti curavit anno sui Pontificatus quinto, ut indicat nota V. in numismate apposita.

XIV

ΚΡΑΤΟΥΜΑΙ.

PRudentiam cernimus cum suis symbolis Serpente scilicet, & speculo, de quibus vide Cæsarem Ripam Iconol. tit. Prudentia. Illa capillos apprehendit nudæ puellæ, quam non temere Fortunam dixerim.

Hæc voce græca CRATVME, idest *Vincor*, se victam à prudentia testatur. Putat P. Molinetus numisma hoc ad Pontificem Julium non pertinere, quippe ad ejus manus pervenisse ait nummum, in cujus antica parte Caput erat Ducis Agatoclis, in postica verò idem omninò Fortunæ, & Prudentię typus cum eodem paritèr græco lemmate, ac propterea adulterinum esse. Præterea quòd indecorum videri debet talem picturam fuisse appositam Pontificio numismati. Verùm cum non ipsius Pontificis jussu tale numisma cusum fuerit, sed eruditi alicujus Viri genio ad Pontificiam prudentiam commendandam, conjici prudentèr potest, illum, cum græcam vocem in ære exculptam vellet, Gręcorum pingendi morem prosequutum, quos ait Plinius, vt cæteros Scriptores silentio prætercam, *nihil velare*, cujusmodi sunt illæ duæ Statuæ in nummo Alexandri Magni in Quirinali Monte exculptæ, & in nummo græco ejusdem Alexandri, qui nudus exprimitur dum Bucephalum domat. Posset etiam dici lege sculptorum id factum cum exprimi debuerat Fortuna, quæ tali modo passim cernitur exculpta in nummis tùm latinis, tùm græcis, præsertim in nummo Septimii Getę, ut in Tabula Augustini xxxxxiv. num. 6. *Pag.61.*

Quando autem devicerit Fortunam Julii III. Prudentia facilè Lector addiscet ejus gesta evoluendo. Pollebat enim ille singulari sagacitate, ac prudentia, quibus non semel usus adversam, quam dicimus Fortunam, vel elusit, vel evicit.

XV

ANGLIA RESVRGES, VT NVNC NOVISSIMO DIE.

Ciacconius col. 746.

Suarez lib. 1. cap. 1. Defens. Fidei.

Sanderus de Schism. Anglic.

Jo: Palat. pag. 178.

ANno 1553. mortuo Anglorum Rege Eduardo VI. cum Soror ejus Maria Catholica Regina Regnum suscepisset, Julius Pontifex Reginaldum Polum Cardinalem Anglicum, Virum in eo Regno primarium, Legatum in Brittaniam summa cum potestate misit, sed antequam Polus ex Italia discederet Anglici Regni Statum explorandum censuit. Ioannes Commendonus Pontificis Cubicularius illuc missus id præstitit Panvinio teste in vita Julii.

Londinum veniens Polus argentea Cruce (quæ insigne est Legationis Apostolicæ) in prora cimbæ constituit, ut ab omnibus aspiceretur, Philippus II. & Maria ejus Sponsa, qui adhuc cum ea sedebat ad Mensam obviam processit, & cuidam miranti, quod subdito obviam pergeret respondit, se Legato occurrere Pontificio. Regina ad summas scalas venientem illum excepit tanta lęlitia, ac si eo momento Regno potiretur, Triduo post venienti Polo occurrit Rex extrà cubiculum, postridiè vicissim ad Polum venit, deinde Comitiis habitis Polus lingua vernacula longam habuit orationem, ut ad pœnitentiam excitaret, & leges latas contra Sedem Apostolicam abrogaret. Tandem pridie Kalend. Decembris Divi Andreę sacro Polus ab Arondelii Comite Regię Domus Pręfecto sex Episcopis Comitantibus, in Regiam venit, ubi interrogante Regni Cancellario, placeret ne eis, ut ipsorum nomine venia peteretur, & absolutio à Romano Legato? Clamore magno alii, silentio nonnulli assentientes, libellum supplicem porrexere, ut veniam impetrarent, & Ecclesię Catholicę restitutionem. Lectum libellum Reges Cancellario obtulerunt, ut eum alta voce recitaret, & interrogaret num eam petitionem ratam haberent: omnibus affirmantibus, Polus recitato diplomate potestatis suę, Regibus in genua procidentibus, multitudini benedixit, eamque absoluit. Inde triginta millia Hęreticorum exularunt, & Prophanus titulus quo impiè Rex Henricus caput Ecclesię Anglicanę vocitari voluerat, omninò deletus est. Anno postea 1554. ampla ad Pontificem decreta est Legatio tribus distincta personis, quę ordinem Ecclesiasticum, Nobilium, & Populi repręsentarent.

Numisma propositum hanc Anglicorum reconciliationem repręsentat, in eo Mariam pronam Pontificem venerari narrat Jo: Baptista Palatius. Dicam ego potiùs Angliam sub typo Mulieris, quàm Pontifex Summus manu appræhendit, ut surgat, sicuti in lemmate indicatur ANGLIA RESVRGES, VT NVNC NOVISSIMO DIĘ. Adstant Polus Cardinalis, Carolus V., Philippus II., & Maria ipsius Regni Anglicani Regina coram Polo Cardinali Legato, nihilque habet numisma, quod ulteriori explicatione indigeat.

XVI

PORTVS ET REFVGIVM NATIONVM.

Ciacconius col. 513.

POstquam Sanctus Gregorius III. Centumcellas jam propè desertas propter collapsa mœnia restituit. Sanctus Leo IV. diù ante à Saracenis captas, & solo æquatas restituere curavit, alio tamen loco munitori, divinitùs ei per viam ostenso, quomodo autem ista se habuerint, Anastasius Bibliothecarius narrat his verbis. „ Præsul hic munificus, ne Christianus Populus Centumcellensis Castri amplius ab invadentibus hostibus Saracenis deperieret, sicuti fieri solebat, efficit. Nam per annos quadraginta ipsa Civitas muris diruta, & habitatore proprio destituta manebat moreque bestiarum relictis sedibus propriis ob timorem Saracenorum usque jam factum fuerat, ut per opaca Silvarum, montesque incognitos sua domicilia Populus, qui ab eis relictus fuerat aberraret,

„ ret, in quibus etiam præ timore inimicorum diebus, ac noctibus nec soporem „ oculis, nec ullam juxtà humanam consuetudinem, quietem, vel modicam habens manebat. Cumque tam pius, ac laudabilis Præsul de illorum gravamine, & intolerabili nimis angustia ultrà modum, & plusquam credi potest „ quotidiè condoleret, multis cum lachrymis, infinitisque Orationibus Dominum rerum conditorem depræcabatur assiduè, ut ei dono gratiæ suæ dignaretur ostendere, quo in loco pro salute, & libertate omnes crebro dicti Christiani Populi Centumcellensis Civitas mutari potuisset. Ad quæ ipse profectus „ loca, quæ ei affinitate erant conjuncta diligenti cura, & studio pervidit, atque conspexit, sed ubi locus videbatur idoneus ad Urbem ædificandam aquæ „ egestate, & penuria laborabant, quæ hominibus semper satis est necessaria. „ Peragratis igitur omnibus locis pervenit tandem divina favente clementia ad „ locum optimum, valdeque munitum, super quo suus maximè est animus dilatatus, quia, & aquarum copiam ad Populum confortandum, & cæteras utilitates humanas, aquimolasque molendas pleniter subministrabat. Tamen quomodo, vel ordine hoc ei Divina ostendit clementia, dignum est ad memoriam revocare ad laudem venerandi Pontificis, ut omnis Populus credat veraciter, & cognoscat, quod Divino consilio, & consultu opus diù exquisitum perfectum est. Nocte denique quadam dum in lectulo proprio juxta morem præclarus jaceret Antistes, & de Divinis ex solito operibus cogitaret, ad præuisum, & ordinatum in locum, qui duodecimo à Centumcellensi Urbe milliario distat in somnis perductus est, & loca singula cuidam Petro Magistro Militum quasi per corporalem præsentiam in ipsa revelatione per ordinem demonstravit, ubi Ecclesias, & ubi portas ex Pontificali adjutorio fundare, & construere debuisset. Deo quidem auspice ita nunc omnia ædificata nitescunt, sicut in somno Papa laudabilis manu propria designavit, cui ex nomine proprio „ Leopolim nomen imposuit, non tamen id nomen perdiù conditori supervixit. Acciderat hæc ut dicit Anastasius anno octavo Pontificatus Sancti Leonis scilicet circa annum 855. sed cessantibus deindè Saracenorum in Italia irruptionibus, in Centumcellensi Civitate domus iterum extructæ sunt, & quamplurimi Cives suas opes illuc contulerunt, perpetuò ibidem moraturi. Amicus Agnifilus Cardinalis, ut dictum alibi est sub Paulo II. Arcem munitissimam nunc etiam extantem ad Maris oram construxit, ut ex multis iisque publicis monimentis constat. Regnans autem Julius III. referente Vasaro Centumcellas profectus est, ut munitiorem illam redderet, ejusque jussu simul jverunt quamplurimi, quorum consilium, ac peritiam plurimum operi conferre posse judicatum est. Inter quos Joannes Paulus Balleonus, Vitellius, Petrus Navarra, & Antonius Marchesius in Architectonica militari arte peritissimus, quem Pontifex Neapoli Romam accersiverat. Inter ideas pro nova munitione Pontifici oblatas, omnibus ea magis arrisit, quam Antonius à Sancto Gallo dictus delineaverat, juxta quam Portum confirmarunt, & muniverunt, ut tutius esset Nationum refugium; talem Portum numisma indicat cum Turri proxima pro Pharo, de quo alibi à Nobis dicendum erit.

Donatus lib.4. c.5.

Ciac. col.4. tom.2.

To.2. 3.p.g. 319.

XVII

CLAVES REGNI CAELORVM.

Divus Petrus Apostolorum Princeps ante Salvatorem genuflexus claves recipit Regni Cælorum, scilicet Pontificiam potestatem, symbolo clavium significatam, ab ipso Salvatore Matth. 16. *Tibi dabo claves Regni Cælorum, quodcumque solveris super terram, erit solutum, & in Cælo, & quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum, & in Cælo.* Hinc dicitur Petrus *Claviger Ecclesiæ, & Clavicularius Regni Cælorum*, aut *Janitor Cæli*, sive *Clavis ad Regnum*, qui tituli etiam cadunt in Romanum Pontificem, cum Sancto Petro tribuuntur, non quidem in eo sensu, quo dicitur clavem Celi esse orationem, fidem, jejunium &c. sed ut significetur Potestas Pontificum peculiaris, qui licet propriè loquendo

non sint *Domini* Ecclesiæ, quod Eugenium admonebat D. Bernardus libr. 3. de consid. cap. 1. sed tantum *Moderatores*, & *Rectores*; attamen illis convenit facultas aperiendi, & claudendi Cælum per datam, vel negatam absolutionem à culpis, Cælum intercludentibus, accepta metaphora clavium à facultate claudendi, & aperiendi, quam habet is, cui janitoris officium commissum est, ut notat Sanderus lib. 1. de clave David cap. 1.

Idcircò à Sculptoribus, & Pictoribus exprimuntur claves, de quibus Sanctus Maximus hom. 1. de SS. Petro, & Paulo. *Sed ne vos Fratres de creditis Petro clavibus Regni, more nostrarum clavium cogitatio terrena promoveat, Claves enim Cæli lingua est Petri, quia singulorum merita censendo Apostolus unicuique Regnum Cælorum, aut claudit, aut aperit. Non est ergo clavis ista mortalis Artificis, sed data à Christo potestas est judicandi.*

At quia Sanctus Petrus non potest solum per commissas sibi claves Cælum aperire, sed etiam habet potestatem declarandi verum misteriorum fidei sensum, quorum fides necessaria est ad Regnum Cælorum ingrediendum, ideò per clavium traditionem indicatur potestas data Petro, & Successoribus tam docendi, quàm judicandi.

Ex hac verò clavium metaphora intelligunt aliqui varietatem clavium esse triplicem, ut supra indicavimus, nempè *scientiæ*, *potentiæ*, *& jurisdictionis*. Ita Marianus Victorius lib. de confess. cap. 12. & alii passim citati à Theophilo Rainaudo. Qua de re ternæ claves Sancto Petro appingi solebant; ut diximus.

Passim tamen nonnisi binæ claves Sancto Petro appinguntur; insuper notandum hic est, potestatem hanc ligandi, atque solvendi datam deindè fuisse à Christo etiam aliis Apostolis, & nunc ultra Pontificem habent Episcopi, sed collationem hanc clavium docet Sanctus Leo serm. 3. de sua assumptione, specialiter Sancto Petro factam; *Quia cunctis Ecclesiæ Rectoribus Petri forma præponitur, & nihil ab eis ligatur, vel solvitur, nisi quod B. Petrus aut ligarit, aut solverit, ità ut uni commendatum sivè principaliter à Christo commissum sit, quod omnibus intimatur.*

Est verò longè manifestissimum quomodo claves adæquatè sumptæ, ac ut compræhendentes functionem reserandi infallibiliter mysteria fidei, sive docendi veritates revelatas specialiter soli Petro, ejusque Successoribus sint commissæ. Claves sic expositas solus Sanctus Petrus accepit, ut disertè ait Optatus libr. 7. & S. August. tract. 50. in Joan. & in Psal. 108. enarrat. 1. *Partim* (ait) *S. Petrum accepisse claves in Persona Ecclesiæ, partim Sanctum Petrum claves accipientem repræsentasse Ecclesiam*. Quorum verborum sensus non est, vel datas esse soli Ecclesiæ, vel datas soli Petro, eo obeunte perdendas. Neutrum enim verum est. Itaque sensus verborum illorum esse debet claves datas Petro, sed transmittendas ad Posteros, itaut sint usuri quamdiù perstabit Ecclesia militans, ad cujus bonum datæ sunt capiti. Ita etiam docent Hieronymus Torrensis in confess. August. libr. 1. cap. 9. & Bellarminus.

Igitur solus Sanctus Petrus, eiusque in Apostolica Sede Successor plenum, & adæquatum clavium usum obtinuit, quæ sunt claves illæ intelligibiles, ut loquitur Theodorus Studita cath. 15. ad quas repræsentandas argenteæ claves proponi Romæ solebant ad adorandum, ut idem Studita memorat. Idem significabat parvula aurea clavis dono mitti solita à Romanis Pontificibus, intra quam plerumque aliquid è Sancti Petri catenis leviter abrasum includebatur, ut legimus apud S. Gregorium lib. 1. epist. 25. & 30. *Apud Rainaud. Prænot. 4.*

Atque hęc delibasse sufficiat pro elucubratione propositi numismatis.



XVIII
S. PETRVS, S. PAVLVS.

XIX
DIVO PETRO APOST. PRINCIPI.

XX
VIRGO.TVA.GLORIA.PARTVS.

Julii Pontificis pietatem, & Religionem erga SS. Petrum, & Paulum testantur duo prima Numismata, nec expositione ulla indigent eorum inscriptiones. Tertium sub numero XX ejusdem cultum erga Beatam Virginem declarat, cujus singulare Privilegium significatur in lemmate, quo sine Virginitatis jactura Christum Dominum concepit, ac peperit. Quanta fuerit erga Virginem Deiparam Julij pietas quamplurima testantur monumenta. Colitur Romæ Imago dicta Sanctæ Mariæ Majoris in Basilica Liberiana, de qua loquens Theodorus Lector, Scriptor Antiquissimus, ait initio Collectaneorum. *Pulcheria Eudocia Imaginem Matris Christi, quam Lucas Apostolus pinxerat, Hierosolymis misit.* Huic Julius Rosam auream, cui Summi Pontifices singulis annis benedicunt, in signum obsequii sui dono dedit. Lauretanæ Domus indulgentias, beneficia, & immunitates confirmavit, sacram supellectilem auxit. Gradus marmoreos in Templi vestibulo excitavit, atrium ad loci munditiem laterculo stratum, ac porticum extruxit Tursellinus lib.3. cap.12. hist. Lauret.

Ad extremum ut magis peregrinos alliceret ad Deiparæ cultum proximam Pontificiæ domus contignationem rudem, ac desertam ad habitandum excultam Societatis Jesu Patribus attribuit. Pontifex quippè probè gnarus pravorum morum emendationem ex benè instituta confessione fructum peregrinationis esse, vel permaximum, Lauretano Templo cunctarum gentium peregrinationibus celeberrimo, idoneos providere Pœnitentiarios statuit, etsi non deerant Sacerdotes pii doctique; tamen eorum sive paucitas, sive peregrinarum inscitia linguarum minus utique proficiebat, quam opus erat. Itaque optimum factu existimavit Sacerdotes Societatis Jesu Lauretanis presbyteris adjungere, ut essent, *Oldoinus* qui linguæ commercio peregrinos allicerent ad expiationem animorum, & simul *c.753.* Advenarum confessionibus assiduam, sedulamque operam darent. Dodecim Socii ad eam rem lecti; his alendis, quod satis esset ex Lauretanæ domus facultatibus assignatum est, & Sedes in suprema ædium parte attributa.

Insuper per Vicarium suum Philippum Archinctum sanxit, ut Diocletiani Thermæ in Templum Sanctissimæ Virginis Mariæ, & septem Angelorum dicarentur. Itaque die 15. Augusti, seù ut alii volunt 23. Martii anno 1554. Ther- *Idem col.* mæ illæ per Episcopum Sebastenum in honorem Sanctæ Mariæ Angelorum sunt *754.* dedicatæ.



XXI

D. IVLIVS III. REIPVBLICAE CHRISTIANAE REX, AC PATER.

Diximus in numiſmate Pauli III. Homines illuſtres vocatos eſſe Divos etiam dum viverent, unde Calepinus diligentiſſimus latinæ linguæ Interpres inquit, *Divam Fœminam intelligimus eam, quæ ſua virtute Divinitatem meretur*, ſic dicebantur Divi Imperatores cum eſſent in vita. Cum autem honorificentiſſimo hoc titulo additis inſuper titulis Regis, ac Patris Reipublicæ Chriſtianę, Julius Pontifex in numiſmate evocetur, non ab ipſo Pontifice cuſum fuiſſe credendum eſt, ſed vel à Populo Romano, vel ab alio cum mors illi immineret.

Meam opinionem pars numiſmatis averſa confirmat in qua ſub Lemmate ſequenti.

XXII

IMMANE PONDVS VIRES INFRACTAE.

Inſpicitur Atlas, qui genu curvat ſub Orbis pondere. Julius enim univerſę Eccleſiæ Catholicæ curam gerens in eo pondere ferendo non habuit impares vires; ſed diuturno labori aſſuetus Chriſtianam Rempublicam indefeſſe adminiſtravit. Ait enim Onuphrius Panvinius. *Certè pauci fuerunt, qui in Romana Curia diuturniùs, juſtiùs, fideliùs, & laborioſiùs per tot annos, quam Julius verſati ſunt*. Quamobrem meritò proferri potuit *Pondus quidem immane eſt, at Vires infractæ illud ſuſtinent*; licet Adrianus IV. quondam dixerit Pontificiam dignitatem *onus tantæ molis eſſe, ut robuſtiſſimos premat, & confrigat humeros*. *Ab. Molin. pag.60.*

Joannes Jacobus Luckius tale numiſma nummum Caſtrenſem vocat, aitque cuſum anno 1551. durante bello Parmenſi. Ejus belli Capita, ac Duces fuerunt Cæſar, Rex Galliæ, Pontifex Julius III. Octavius Farneſius (ut hic Author ſcripſit) Dux Parmæ, & Placentiæ inimiciſſimus Ferdinando Gonzagæ Cæſaris per Inſubriam Pręfecto propter cædem Patris, & ereptam ſibi Placentiam, veritus ut Parmam ſuis ipſe viribus retinere poſſet, in clientelam Henrici II. Galliarum Regis ſe ſe dedit. Indigniſſime id ferens Julius, qui in Parmæ Præſidium ſumptus aliquamdiu contulerat, Romam citat Octavium; citatus hic non comparet, ſed Galliæ Regis pręſidiis confirmatus Parmam contra Cæſarem, & Papam ſuſcepit defendendam. Diuturnum indè bellum oritur diverſoque ſępiùs Marte pugnatur, donec Cęſaris interventu pax tandem ſancita fuit. Pondus non eſt gravius univerſo Orbis globo, quem humeris fulcire ſuis Atlas fingitur. Simile quid Pontificatus eſſe munus Julio videtur grave, ſcilicèt laboribus, curis, & moleſtiis refertur, gaudet interim ſibi vires eſſe infractas, quibus ſuffultus opprimi ſe ſe onere officii malit, quam quod ſibi cum fide ſemel eſt impoſitum proptèr infirmitatem animi deponere. Hęc ſupracitatus Author. Eligat Lector quid ſibi magis libuerit.



BEA-

XXI



XXII



XXIII



XXIV



XXV



XXVI



XXVII



XXVIII



XXIX




XXX



XXXI









XXIII

BEATI QVI CVSTODIVNT VIAS MEAS.

Imaginem Christi Servatoris in hoc numismate expressam ait Joannes Baptista Palatius à se visam in parte aversa numismatis sub numero XI. à nobis positi.

XXIV

FONS VIRGINIS, VILLAE IVLIAE.

Palatium repræsentat Numisma, quod in Villa Romæ proxima Julius extruxit, quam à suo nomine Juliam nuncupavit. Extructa illa fuit in Suburbio Viæ Flaminiæ, Michaele Angelo Bonarota dirigente, Fontem inibi exornavit Bartholomæus Ammanatus Florentinus, & quæcumque Julius cogitaverat in ornamenta conferre Innocentianæ Villæ, quæ extabat propè Palatium Vaticanum, ad supradictum suburbanum Rus transtulit, ambitu magno præclarum, & excellenti artificio, rupibus, antris, nemore, limpheo theatro, porticibus, atriis, ambulationibus umbrosis, cubiculorum laxitate, & aularum amplitudine, & quod anteit reliqua, frigidæ auræ flabris saluberrimis per canis æstum adeundum. *Donatus lib. 4. c. 11.* *Balleonus pag. 28.* *Ferd. Carolus de Templo Vatic. m.s. pag. 58*

Ad hanc villam Julius sæpè cum Purpuratis Patribus divertebat (narrante Ciacconio) & cum eis humaniter, & splendidè convivabatur. De illo scribens Panvinius ait, *externa quæque parum curans, & fruendo potiùs, quam regendo Pontificatui incumbens, totus erat in extruenda elegantissima ad voluptuarios secessus extra Portam Flaminiam Villa Julia, cujus insanire studio videbatur, in qua conviviis potiùs, quam publicæ procurationi vacabat.* At ejus calamum liberiùs, quam par erat excurrisse vereor, cum ex aliis Authoribus constet, illùc potiùs divertisse, *ut leniret incommoda senectutis.* Ita scripsit Donatus noster. *Col. 746.* *Apud Oldoin. col. 754.* *Lib. 4. c. 11.*

Imò ut aliis oblectamenta praberet, cum esset, referente Ciacconio, adeò Cardinalibus benevolus, & addictus, *ut quo die aliquem eorum magna aliqua gratia non fovisset, sequenti nocte quiescere non posset*, & otio in amæno rure ita indulgebat, ut potiùs litterariis relaxationibus delectaretur. Extant in Aula, quam Constantini dicunt in Palatio Vaticano, ubi Bibliothecam privatam extruxit, hæ notæ. *col. 746.*

IVLIVS III. PONT. MAX.
AB INGENTIBVS CVRIS ANIMI RELAXATIONEM LITTERARII OCII
FRVCTVM, ET IVCVNDITATEM, BIBLIOTHECAM PRIVATAM
FIERI, ET EXORNARI IVSSIT, PONTIFICATVS SVI PRIMO.

Ob id Villam alteram suę propinquam arboribus, vinetisque amœnam, & fructuosam Joanni Poggio Cardinali Bononiensi ædesque inibi perelegantes dedit. Jàm verò Pius IV. Julii Villam Cameræ Apostolicæ assignatam, cui majorem elegantiam quæsivit, excipiendis Cardinalibus, Oratoribus, & Principibus Romam venientibus perpetuo usui esse voluit. FONS VIRGINIS dicitur in illa esse ab inscriptione numismatis, scilicèt Fons aqua Virgine uberrimus, de qua in numismate Pii IV. nobis dicendum erit. In præsentiarum tantùm innuimus, eam aquam in agro Lucullano juxta rivum Herculanum ab Agrippa collectam Romam quondam deductam fuisse, ejus aquæductus disruptos Claudium Imperatorem novos fecisse, quos Adrianus Imperator anno circitèr 790. restauravit, & Nicolaus V. septingentos post annos reparavit, & Julius III. in meliorem statum restituit. *Donatus ibid.*

NVL-

XXV

NVLLA CARIOR BONONIA.

MVlier Galeata ſupra armorum, & librorum ſtruem ſedens, & volumen manu gerens Bononiæ typus eſt. Quo intelligimus eam Urbem non minus armis, quàm litteris ſemper floruiſſe. Hac nulla Carior fuiſſe Julio dicitur, non quia (ut P. Molinetus retulit) *in ejus Accademia litteris, ac Juri præſertim operam ille dederit*, narrante Ciacconio, Julium III. *Juris exactam ſcientiam, eloquentiamque ſingularem Peruſiæ, & Senis opera Antonii de Monte Cardinalis S. Praxedis comparaſſe*. Verùm quia *ſub Paulo III.*, ut idem Ciacconius refert, *cujus animum jàm inde ab adoleſcentia eloquentiæ laude, & virtute ſibi devinxerat, Bonontam pro Legato adminiſtravit*.

Col.743. Col.744.

Montes in quibus virent arbuſta in numiſmate expreſſi ad inſignia Julii gentilitia alludunt.

XXVI

DIVVS PAVLVS III. PONTIFEX OPTIMVS MAXIMVS.

IN averſa Julii III. numiſmatis parte cernitur Pauli III. imago cum titulo DIVI. Cum de hoc ſatis ſuperque dictum alibi fuerit, remanet indicandum in grati animi ſignum illud cuſum fuiſſe, ut ſcilicet Pauli III. memoriam, à quo beneficiis fuerat cumulatus, æterno perennaret in ære. Hic enim ſub Paulo III. cujus animum jam inde ab adoleſcentia eloquentiæ laude, & virtute ſibi devinxerat Bononiam pro Legato adminiſtravit. In Urbem reverſus Auditor Cameræ Apoſtolicæ factus Carolo V. de Tunetana Victoria gratulatum ab eodem Pontifice Paulo miſſus. Tandem ejuſdem Pauli III. presbyter Cardinalis Sancti Vitalis titulo Veſtinæ anno 1536. creatus, Galliæ Ciſpadanæ, Flaminiæ, & Emiliæ, Bononiæque Legationes òbivit. Tridentino Concilio Apoſtolicæ Sedis Legatus cum Marcello Cervino, & Reginaldo Polo Cardinalibus præfuit.

Ciac.744.

Et quidem digniſſimum omnium ſpectaculorum ſub Cælo eſſe humanam faciem dixit erudiriſſimus Præſul Suareſius diſſert. numiſm. dicam ego, præſertim Pontificum Romanorum, ideoque Antiqnitas, ut illuſtrium virorum faciem faceret immortalem, auro, argento ære immortaliter expreſſit Illuſtres animas, & quas ab imagine laudes, ac præcipuè in numiſmatum genere honorario, & munerario, cujuſmodi æſt à nobis expoſitum. Sic Magneſii affecti magnis beneficiis à Cicerone in prima fronte ſuorum numiſmatum Caput ejus appoſuerunt. Eundem honorem Tito Flaminio libertatis Auctori Græci tribuerunt. Coii Hippocratis vultum nummis appoſuerunt; Teii Anacreontis; Parii Archilochi; Crotoniatæ Milonis; Samii Pytagoræ, Tarentini Architæ, Smirnei Homeri. Alexander Severus Alexandri Magni faciem. Tiburtini quòd abſoluti eſſent in Senatv ex Lentuli Prætoris induſtria ejus faciem nummis inſculpſerunt. Calligula juſſit apponi in nummis imaginem trium ſororum Agripinæ Druſillæ, & Juliæ. Item matris Agripinę vultum appoſuit memoriæ propagandæ gratia.

Cap.6. Idem c.10.

FVN-

XXVII

FVNDAMENTA EIVS IN MONTIBVS SANCTIS.

INter Colles, quibus Romanæ Urbis ambitus continetur *Janiculus*, & *Vaticanus* numeratur in Regione trans Tyberim siti, quam decimam quartam antiquitus fuisse P. Victor enarrat. *De Region. Urbis Romæ lib. 3. cap.5.*

Vocabatur olim *Janiculus*, à Jano dictus teste Plinio, etiam *Antipolis Saturnia ubi nunc Roma est, Antipolis quod nunc Janiculum in parte Romæ*. Atque etiam sub nomine *Vaticani*, sicuti Vaticanus sub nomine *Janiculi*, (fortasse quia simul conjungebantur) promiscuè vocati sunt, ut notavit in sua Roma Famianus Nardinus, & Gaspar Alveri. *Lib.7.c.11* Dicitur etiam *Janiculus Aureus*, & corrupto vocabulo *Montorio*, fortasse à flava arena, qua passim abbundat. Hos montes innuit Lemma numismatis, jure SANCTOS appellatos ex Martyrum cruore, quo aspersi fuerunt sub Neronis Imperio, ac præsertim D. Petri Apostolorum Principis morte, supra Janiculum Cruci affixi, & in Vaticano sepulti. Templum in numismate repræsentatur, quod in eodem Janiculo à Constantino Magno erectum fuisse aliqui scripsere, inter quos Tobias Corona in suo tractatu de Sacris Templis parte prima, cap.23. Italico idiomate conscripto. At quia nullam auctoritatem adducit fidem penès ipsum Auctorem relinquendam esse, animadvertit Illustrissimus Ciampinus de Sacris Ædificiis cap.15. Idem Templum antiquitus appellatum Sanctæ Mariæ in *Castro Aureo*, à destructo oppido ipsi propinquo scripsit Gaspar Alveri.

Cum autem ob antiquitatem penè dirutum esset anno 1502. illud reparavit Rex Hispaniarum Ferdinandus, dirigente opus Baccio Pintillo, ac Sacellum adjunxit eo in loco, ubi D. Petrum Cruci affixum antiqua monumenta contestantur, cum hac inscriptione. *Part.2.*

APOSTOLORVM PRINC. MARTIRIO SACRVM
FERDINAND. HISPAN. REX, ET HELISAB. REGINA CATHOLICI
POST ERECTAM AB EIS ÆDEM
POSS.
AN. SAL. XPNÆ M. D. II.

Inter Sacella quæ in eo Templo numerantur, Unum est à Julio III. Sum. Pontifice erectum cum duobus Sepulchris, quorum alterum in grati animi monumentum Patruo Antonio de Monte Cardinali, & alterum Fabiano de Monte Juris Consulto, egregio suo Avo construxit, additis picturis, & statuis; has suo Scalpro effinxit Bartholomæus Ammannatus, illas suo pennicillo Georgius Vasarus efformavit, ut idem Vasarus his verbis narrat in Vitis Pictorum pag.171. Volle „ Papa Giulio far fare nella Chiesa di S. Pietro una Cappella di Marmo con due „ sepolture per Antonio Cardinale de' Monti suo Zio, e Fabiano Avo del Papa, primo principio di quella Casa Illustre, della quale havendo il Vasari fatti „ i disegni, volle il Papa, che Michel Angelo facesse il prezzo, & il Vasari supplicò il Papa à far che Michel Angelo ne pigliasse la prottettione, il quale fù „ di parere, che non si facessero intagli disegnati dal Vasari, mà le sole figure di „ marmo, quali furono fatte per parere di Michel Angelo da Bartolomeo „ Ammannati.

Balleonus in Vitis Pictorum addit Vasarum suam Imaginem expressisse, in tabula in qua Anania Sacri Baptismatis aqua Saulum abluit. De hoc Templo fusè scripsit Gaspar Alveri. *Pag.12.*

XXIX

SEDE VACANTE

SANCTVS PETRVS. ALMA ROMA.

JUlii III. numiſmata claudit aliud à Guido Aſcanio Sforzia Cardinali Camerario cuſum omnino ſimile illi, quod inter numiſmata Pauli III. expoſuimus. In oppoſita tamen parte D. Petrum claves gerentem, & librum, puta Evangeliorum volumen, effinxit, addiecto lemmate ALMA ROMA, de quo ſatis dictum eſt alibi.



MAR-

pag. 259.





Gio: Batta Lenardi del.

Arnoldo V. Westerhout fec.

MARCELLI II. NUMISMATA.



MARCELLVS II. PONT. MAX.



OST Julii III. mortem triginta novem Cardinales ex Spondano, ex Panvinio triginta septem in summum Pontificem elegerunt Marcellum Cervinum nobilem Montispolitiani virum, qui proprium suum Marcelli nomen retinens dictus est Marcellus Secundus, circa quod nomen aliqua sunt adnotanda. *Old. col. 804.*

Solent plerique, qui ad celsissimum Summi Pontificatus gradum ascendunt, vetere nomenclatura deposita, novam sibi assumere. Originem rei communiter historici ad Gregorii Papæ IV. tempora transferunt; cum enim ille anno 844. vita functus esset, Sergius II. ordinatur, qui quòd *Bucca de Porco*, sive *Os Porci*, vocabatur *Sergius* dictus fuit, vndè ab ipso usque ad nostra tempora nomen Papæ fermè semper mutari scribunt Suffridius lib. 1. epist. pag. 687. Platina de Vitis Pontific. Polidorus Virg. lib. 4. de inventione rer. c. 10. multique alii apud Theodorum Hœpingum cap. 21. pag. 159. Onuphrius verò ex Anast. Bibliothec. quem eodem tempore vixisse ferunt, contrarium elici docet, & Sergium hunc II. ante Pontificatum idem nomen tulisse, sed in Sergio IV. primùm hanc mutationem cœpisse non ob turpitudinem nominis, sed reverentiæ causa, cum Petrus antea vocaretur, quamquam id à Joanne XII. priscum nomen primò omnium permutante invaluisse post Onuphrium alii tradunt: sic Baron. tom. 10. ad ann. 844. & Spondanus in epit. Annal. ann. 844. & ann. 955 num. 1. ubi tres adducit causas, quibus hic Joannes ad mutationem hanc advectus fuit, quæ res ita introducta paulatim quasi in legem adivit: hujus mutationis non una à Scriptoribus assignatur ratio: multis placet sententia B. Augustini in explicat. c. 1. Joannis quando Christus Simoni nomen mutans Petrum eum vocari voluit, & hanc veram mutationis nominis in Pontificibus originis causam esse ajunt, tum quia Christi Domini actio sit nostra institutio, tum quòd ea res opus gerat vitæ in meliorem statum commutandæ.

Marcellus itaque suum nomen in Pontificatu retinuit, ut scilicet (Auctore Ciacconio) mirabilem Marcelli primi Sanctissimi Pontificis memoriam excitaret, qui Maxentii jussu in catabulum idest stabulum animalium pro Christo detrusus, equis senio confectus pabula ministravit, post electionem Romanus Episcopus à Joanne Petro Cardinale Caraffa Episcopo Ostiensi consecratur, & consecratione peracta tiaram Imperii à Francisco Pisano Sancti Marci Cardinale sine pompa solemni suscepit; eo enim die (ut scriptum reliquit Robertus Cardinalis de Nobilibus) *Nullos tormentorum sonitus ex Romana Arce ipsius Marcelli Pontificis jussu datus est, quod cum in more, institutumque Pontificum jam diu positum esset, nunc sublatum magnam plerisque movit admirationem.* *Col. 797.* *Apud Oldoin. col. 804.*

II

CLAVES REGNI CAELOR. ROMA.

Divum Petrum claves à Redemptore excipientem in numiſmate XVII. Julii III. vidimus,& explicuimus indicando Poteſtatem ſpiritualem,quam clavibus deſignavit Chriſtus, dicendo *Tibi dabo claves Regni Cælorum*. Placet hic addere documenta eruditiſſimi Turrecrematæ, qui lib.1. cap. 93. concl. 7. & ſeq. de poteſtate Sacramentali talia ſcripſit.

Matth. 16.

„ Clavis materialis eſt inſtrumentum, quo oſtium clauſum aperitur, & ſic in ſpiritualibus dicitur poteſtas, per quam ingreſſus Regni Cælorum aperitur, & quoniam Regnum Cælorum non clauditur, niſi per peccatum, & quantum ad maculam, & reatum pœnæ, ideò poteſtas, qua tale obſtaculum Regni Cælorum removetur dicitur clavis. Hæc autem poteſtas dicitur triplex à Doctoribus, ſcilicet quædam, quæ erat in ſolo Deo, qui ſolus aperit per infuſionem gratiæ, & claudit permiſſiuè, juſto judicio permittendo hominem ruere in peccatum; quædam dicitur poteſtas excellentiæ, quæ ponitur in Chriſto ratione humanæ naturæ, qui Cælum aperuit per meritum paſſionis ſuæ. Alia miniſteriali s in miniſterio Eccleſiæ, ſcilicet Sacerdotibus, qui Cælum aperuit per diſpenſati onem Sacramentorum. Convenienter autem deſcribuntur claves ordinis duæ, ſcilicet ſcientia diſcernendi, & potentia dignos recipiendi, indignos excludendi à Regno. Hæ autem non diſtinguuntur in eſſentia auctoritatis, ſed ſunt una, & eadem per eſſentiam, ſolumque diſtinguuntur per comparationem ad actus, quorum alter ſupponit alium. Clavis enim quæ dicitur poteſtas ligandi, & ſolvendi eſt, quæ immediatè ſeram peccati removendo Cælum aperit; ſed clavis quæ dicitur ſcientia ſeram oſtendit, cui aperiendum ſit. Poteſtas ergo una, & eadem eſt, quæ ratione horum diverſorum actuum ſubordinatorum variæ nominantur quoniam ratione primi actus, qui eſt judicare, dicitur clavis ſcientiæ, ratione verò ſecundi, qui eſt indignos excludere, vel dignos admittere ad Regnum, vocatur clavis poteſtatis.

Atque hæc abundè ſint dicta ad lucubrationem ſimilium numiſmatum, quæ cum hujuſmodi clavium expreſſione, plerique Pontifices evulgarunt, ut in ſequentibus apparebit.

III

Mulier ſedens dextera volumen opertum tenens, ſiniſtra Navis temonem, Typus eſt Pontificiæ dignitatis, qua præditus Marcellus Orbem totum regebat, juxta Divinas leges, quas veluti in aperto volumine ſemper meditari propoſuerat. Utinam longo ævo illam rexiſſet. Duos enim ſupra viginti dies in Petri Navicula clavum tenuit, quibus, narrante Ciacconio;

Col.801. „ Juſtitiæ cultor ab Oratore Regis Hiſpaniæ pro nobiliſſimo quodam Viro Romano homicidii veniam ſupplicante exorari nunquam potuit, hæc verba ſubiiciens, nequaquam ſibi placere ab hom icidii abſolutione Pontificatum inire. Judicibus etiam formam, cæteraſque leges præſcripſit, quæ judicando ab omnibus ſervarentur.

Ciac. ibid. Cæſarianis, & Gallis æquè addictus fuit, undè ne Cæſari magis, quam Gallo favere videretur, ſed inter eos tanquam communis Pater ſibi ſuaſum habens, navim tunc optimè à Nauclero Regi, quando cum cæteris Nautis unionem ſervat, illamque collato ſtudio cuncti gubernant, Cardinalium Senatui tantum facere conſtituerat, ut in eum ordinem juxta morem, legemque veterem fine illorum conſenſu, quæſitis etiam in eorum creationibus excellentiam Virorum Teſtimoniis nullum omninò legendum fore promiſerit. Ad eum finem ſtatuit ſe neque bella geſſurum, neque inſanis ſubſtructionibus vacaturum, aut propin-

Idem col. 802.

quis

quis suis Principatus empturum publicè professus est. Qua parsimonia illud certò sibi persuadebat, brevi Ecclesiam Romanam ære alieno liberaturum. Quum aliquando ejus mensę cochlear, & alia instrumenta aurea apposita essent, argentea sufficere dixit, clibanum pro argenteo æreum voluit, & ex jis pecunias usibus Apostolicæ Sedis conflari jussit. *Palat. pag. 196.*

Suggerit etiam volumen in numismate expressum piam Marcelli mentem; etenim inter epulas sacrorum Librorum lectiones, aut Sanctorum Patrum exemplis animum pascebat. *Ciac. 802.*

In parte aversa ejusdem numismatis solum nomen exaratum apparet his verbis. MARCELLVS II. PONT. MAX.

IV

FIAT.PAX.IN.VIRTVTE.TVA.

MEMORIAE OPTIMI PONTIFICIS

POst Marcelli obitum percussum creditur præsens numisma in memoriam tanti Pontificis; in eo Justitia, Abundantia, & Pax sub typo trium Puellarum exprimitur, & meritò.

Justitia enim, & Abundantia facilè concipi possunt ex jis, quæ in superiori numismate diximus. Pacis autem amorem adeò fovebat in pectore, ut eam omni conatu se curaturum proposuerit, propterea Caroli V. & Galliæ Regis Oratoribus gravi, vehementique oratione significavit, nihil sibi communi tranquillitate antiquius, nihil amabilius unquam fuisse. Proindè Regibus præter ea, quæ jam ipse litteris eos admonuerat, id statim aperirent, diligenterque ad pacis studium propellerent, cui piæ voluntati si obsequi renuissent, præter Legatos, ac Nuncios profecturum se ad eos affirmabat. *Ciac. col. 801.* Dissidiis quoque Reipublicæ Christianæ, atque hæresibus plurimùm cruciabatur, nec dubium si vixisset, aut Concilio generali, aut alia quavis ratione perniciosum schisma ad concordiam, pacemque revocasset. Reipublicæ causa, ad eam obtinendam votum expressit, qui numisma publicavit Marcellum alloquens, quamvis ex hac vita ereptum verbis Regii Psalmistæ FIAT PAX IN VIRTVTE TVA. Sibi enim suasit posse Pacem in Terris conciliari Marcelli virtute, si pro ea obtinenda in Cælo Deum exoraret. *Psal. 121.* Nam ut ait Monaldus Monaldeschus in sua historia. *Reliquit Marcellus II. famam magnæ bonitatis, & Sanctitatis.* *Apud Oldoin. c. 806.*

V

HILARITAS PONTIFICIA. ROMA.

ALibi simile numisma vidimus, & explicuimus, quamobrem supervacaneum est in illo moram facere. Quando nam illud cusum sit, nulla temporis nota monet. Imò dubitari potest an sit fictitium, falsò Marcello II. tributum. Potuit tamen illo vivente cudi, cùm, teste Roberto Cardinali de Nobilibus, qui comitiis illis interfuit; *Illi qui à Marcello vehementer abhorrebant subitò commutata sententia, præcipites ad eum Pontificem Maximum consultandum ferrentur, & à multis præ lætitia lachrimæ effunderentur, vocesque plenæ hilaritatis, & gaudii mitterentur.* Hactenus Cardinalis Robertus. *Apud eumdem col. 805.* Quid ni igitur hilaritate exultare Urbs Roma non debuerat, dum à Marcello II. se Regi conspiceret, quem omnes, teste eodem Cardinali, *Divinum hominem una voce appellarunt?* *Ingens enim effulserat*, (ait Ciacconius) *sub Marcello Pontifice aurei Sæculi spes, à quo propter summam ejus pietatem, atque solertiam Romanam Urbem, totumque Reipublicæ Christianæ Orbem sanctissimis Legibus fulciendum cuncti sperabant.* *Col. 802.*

SI

VI

SI . POSSIBILE . EST . TRANSEAT . A . ME . CALIX . ISTE .

Col.808. NUmisma votiuum à Marcello II. vulgatum se vidisse affirmat P. Oldoinus in notis ad Ciacconium, in quo Christus orans in horto, & in girum ejus verba exculpta; SI POSSIBILE EST TRANSEAT A ME CALIX ISTE. Iisdem verbis Deum exorasse Marcellum arbitror, cum ad Pontificiam dignitatem evectus, onus sibi impositum esse sensit, in quo ferendo angustiæ, & pœnarum genera non desunt.

Quoad expressionem in numismate factam advertendum est quemdam Heresiarcham apud Bezam in cap.26. Matth. graviter traducere pictores nostros velut prophanos, eo quòd adducti illis verbis; *Transeat à me calix iste* Calicem depingant ejus formæ, quo in sacrificio Missæ utimur. Vult enim eo loco non calicem, sed iram Dei, & supplicium pro peccatis significari. Respondet Molanus lib.4. cap.3. Nullum tam rudem esse, qui putet Christum loquutum esse de calice, quo utimur in Missæ Sacrificio, sed quia Christus figurata locutione, petiit calicem, seu passionis poculum transire: idem pictores figuram in pictura servantes, calicem exprimunt. Maluerunt autem illam formam calicis assumere, quę postea ad solos sacrificii usus transiit, in quo Christus se pro nobis obtulit. A Majoribus autem accepimus, ut ex picturis constat antiquioribus, Angelum in manu sua illum gestasse.

VII

NOSTRA . LATENS.


SYmbolum hoc in numismate expressum apud nullum vidi, & à nemine expressum scio, nisi ab Ægidio Sadalero ex Musæo Octavii de Strada, cui Jacobus Tipotius brevem Isagogem addidit. Sic ille pag. 33. Hierographia 25.

„ Micans Sydus, & Altare fumans, admonet nos suppliciorum, & votorum; nàm quod nos nostrum thema lateat, aut fallat tutissimum perfugium est ad aram Numinis potentis rerum. Primitiæ frugum Altare circum non tam ad intuendum nobis, sed ad imitandum propositæ sunt. Æquum enim nos gratitudinem Deo, à quo omnia habemus, munuscula declarare. Hæc Typotius.

Quid sibi tulit hic nummus, & quid ille sibi velit his verbis rogo Te benigne Lector, ut me doceas. Quis enim conciliabit lemma cum figuris, quas præfert numisma, & figuras cum supradicti Auctoris explicatione? Quidam autem nummi notabiles habent inscriptiones, & figuras, quorum nonnullæ certissimo argumento sunt, eos publica Principis auctoritate non fuisse cusos, si aliquid addiderim de meo penu erraturum me putarem tali nummo destitutum, quare meam ignorantiam fateor, & ad numismata Pauli IV. progredior.



PAU-


I
PAVLVS. IIII. PONT. OPT. M.
II
III
ROMA RESVRGENS
IIII
BEATI QVI CVSTODIVNT VIAS MEAS
V
VI
HAERES. REST.
VII
IN FLVCTIB. EMERGENS
VIII
INSTAVRAVIT ANNO DOMINI M.D.LVI. PONT. SVI PRIMO
IX
DOMVS. MEA. DOM. O.
X
DISCITE IVSTITIAM MONITI
XI
NE DETERIVS VOBIS CONTINGAT
XII
XIII
BEATA SPES
XIV
CLAVES REGNI COELOR.
XV
XVI
DVRABIS IN PERPETVVM.
XVII
SEDE VACANTE 1559
XVIII
ALMA ROMA S. PAVLVS

PAULI IV. NUMISMATA.

I

PAVLVS IV. PONT. OPT. MAX.



OANNES Petrus Carafa Patre Joanne Antonio natus, probitatis, & scientiæ opinione à Julio II. Episcopus Theatinus creatus, & à Paulo III. Presbyter Cardinalis, post Marcelli II. mortem die Festo Ascensionis Domini anno 1555. 25. Maii à quadraginta quatuor Cardinalibus Pontifex Maximus renunciatus. Beneficiorum à Farnesiis collatorum memor Pauli IV. nomen accepit. Morem enim prędecessorum secutus, licet Joannes Petrus, ut diximus antea vocaretur Petri nomen retinere noluit, non quòd officio minor, sed meritis esset inferior, ut ait Ciacconius. Electus anno ętatis suæ 79. supra Basilicæ Vaticanæ gradus proximo die Dominico magna pompa, sed non minori omnium hominum mœrore ejus severitatem timentium, à Pisano Cardinali coronatus est die 26. Maii. *Col. 810.*

II

INsignia stirpis Caraforum quatuor Zonis rubeis in campo argenteo formata. Circa quæ narrat Panvinius post Pauli Pontificis mortem, furente Populo in ejus statuam, quam Quirites in Capitolio marmoream posuere ob collata à Paulo Beneficia, ędictum incerto auctore promulgatum esse, ut Caraforum insignia ex Urbe tollerentur sub pœna perduellionis adversus contumaces; Itaque eodem die nullum in Urbe Caraforum insigne reliquum fuit, Oliverii etiam Carafæ olim Cardinalis deletis insignibus, qui gloria nominis, & magnificentia ędificiorum supervivebat.

III

ROMA RESVRGENS.

ROmæ Typus ut Pallas armatæ, circa quam diversa armorum genera sunt artiumque Instrumenta, cum lemmate ROMA RESVRGENS, ut scilicet intelligatur sub Paulo IV. totam Urbem, artesque omnes quodamodo revixisse. Hoc factum esse narrat Luckius post bellum contra Philippum II. Hispaniarum Regem susceptum anno 1556. ob Regnum Neapolitanum, quod Pauli zelus ad Petri spectare patrimonium pronunciari curavit. Quapropter Rex Hispanus id sibi eripi nolens, Albanum contra Pontificem misit, & vario Marte hoc in bello, ut prolixe referunt historici, dimicatum fuit. Tandem cum Hispanus victoriam contra Gallum, qui in auxilia Pontificis arma movit, ad Sanctum Quintinum obtinuisset, Pontifex ad pacis conditiones facilè se pertrahi passus fuit. *Sumit itaque* (ait Luckius) *hoc sibi laudis in nummo memoriæ dicato Pontifex*, *Pag. 179.*

quòd

quòd suis armis revixerit Roma, atque resurrexerit.

Verùm cum detrimenta potius ex Bello Romæ provenerint, quomodo sibi laudem sumere potuerit Pontifex, non intelligo; dicam potuis à Populo Romano cusum numisma fuisse in laudem Pontificis, postquam composita pace inter Paulum Hispaniæque Regem, Paulus penuriam Urbis, quæ bello invaluerat, magno pietatis exemplo levavit, & Populi fami, quinquaginta millibus aureorum insumptis, occurrit. Ad sublevandam etiam Annonæ penuriam triginta millia aureorum censum Paulus instituit, qua pecunia frumentum inopi plebeculæ Romanæ compararetur.

Quibus Beneficijs Populus Romanus ad grati animi studium significandum Statuam ei in Capitolio antiquorum more erexit, & hoc numisma percussit, in quo Romæ typus sub mulieris armatæ specie, ut in numismate Neronis aureo apparet, quod ex Gaza Serenissimi Parmæ Ducis protulit P. Paulus Pedrusius cum erudita lucubratione, in qua, asserit duplici ex causa Romam armatam depingi, primò quia Martis genitum ejus fundatorem Romulum Veteres credidere; secundò ob ejus belligeram virtutem, qua totum Orbem suo imperio subegit, Deo disponente, ut præclaris Romanorum gestis mercedem aliquam largiretur, *quibus* (ut ait D. Augustinus) *non erat daturus vitam æternam, si neque hanc ejus terrenam gloriam excellentissimi Imperii concederet, non redderetur merces bonis artibus eorum, idest virtutibus, quibus ad tantam gloriam pervenire nitebantur.*

Pag. 82.

Lib. 4. de Civit. Dei cap. 15.

❁ IV. V ❁

BEATI QVI CVSTODIVNT VIAS MEAS.

CHristi Servatoris imaginem præferunt duo numismata quorum primum anno quinto Pontificatus Paulus vulgavit; satis ejus pietatem, & rectitudinem in operando illa declarant. Illud semper Christi effatum ob oculos ponens BEATI QVI CVSTODIVNT VIAS MEAS: de illoautem hæc scripsit Oldoinus.

Col. 828.

„ *Vitæ puritas, ac innocentia fuit in eo viro admirabilis: assueverat à tenera ætate corpus tractare rigidè, atque asprè; honestissimo fuit eloquio nihilque obscœnum unquam ex ejus ore auditum est, itaque decorem in omni gestu, actuque adeo sanctè servabat, ut nihil in eo ineptum insolens inconcinnumque notari possent.* In potu ac pastu adeo continens, & moderatus vix ut vires aliquantulum reficeret, parum dormiebat, & quacumque hora somnus irreperet, tunc captabat. Nocte cum obdormire non poterat, surgebat à lecto, neminem tamen è famulis excitabat: neque omninò alicui molestiam afferebat, ne scilicet somno quempiam privaret. Tempore adventus Domini ter in hebdomada sanctè jejunabat: aliis autem diebus ab esu carnium saltem abstinebat. Id exemplum tantam vim habuit ut verè dici queat, eo Pontifice restitutam fuisse observationem solemnium jejuniorum: Antea enim passim publicè violabantur. Solemnes preces, quas Canonicas vocamus, quotidie una cum aliis recitare consuevit. Recitabat verò adeò graviter piè, compositè, æque si à Deo se conspici audirique semper adverteret: fuit quippe Paulus, ut omnes norunt, religiosissimus, ac nervo tam sedulo ea, quæ ad divinum Cultum pertinerent, obibat, atque ille sæpè in sacello Pontificio errata, quæ in Sacris Cæremoniis committebantur corrigebat; Ipse verò cum rem divinam ageret, mirùm quanta cum majestate se se gereret: Multos sacros Ritus vetustate corruptos reformavit, quippe harum rerum peritissimus singula prudenter appositèque disponebat. Mane sacrum facturus, vesperi incipiebat se se totum ad rem tantam disponere, enixè Deum rogans ut suum administrum piis affectibus imbueret. Hinc postmodum sacrificanti perpluebant in ora lacrymæ, adeoque Deo plenus vidèbatur, ut adstantes mirificè afficeret. A solemni sacro ad prandium usque expletum nihil prorsus admittebat, nisi ea quibus spiritus in pietate proficeret. Is primus fuit qui Palatinas Conciones instituit: D. Petro Apost. Principi, ejusq; Veteri Basilicæ à Constantino Cæsare extructæ erat addictissimus, dolensque ut

nova

,, nova fieret fuisse eversam. Dicebat destructo templo materiali, destrui cœpisse ,, & spirituale; quòd scilicet ob diploma recentis fabricæ à Pontifice editum Lu- ,, therus hæreses suas cœpisset evomere.

At quantum purgandæ religionis zelus sese latè explicuerit, enarrat idem P. Oldoinus, aliique, qui ejus præclara, ac sancta gesta paginis consignarunt: Cætera nos ommittimus, ut brevitati consulamus.

VI

HAERESI RESTINCTA.

Elogium fieri Paulo IV. in hoc numismate sibi suasit P. Molinetus non absimile illi quod ejus tumulo fuit inscriptum.

PAVLO IV. CARAFÆ PRÆSTANTI SCELERVM VINDICI CATHOLICÆ FIDEI ACERRIMO PROPVGNATORI &c.

Suaserat enim Paulo III. ut Inquisitionis Tribunal Romæ institueret, quod inquirendis, damnandisque hereticis summa cum potestate vacaret. Ipse quoque Pontifex renunciatus, illud Tribunal jam erectum ampliavit, eique Michaelem Ghislerium Virum integerrimum, qui deinde Beatus Pius Papa V. extitit, præfecit. In eo enim non solùm hereses, sed, & nonnulla crimina damnari jussit, multos carcere inclusit, ac condignis pœnis reos affecit, ut hæresis favilla, quæ totum pœnè Orbem Christianum vastabat, extingueretur.

Hæc omnia, etsi vera sint, haud quidem eorum causa numisma presens vulgatum fuisse arbitror. Cum enim in eo summus Pontifex in solio sedeat, Pontificio in amictu triplici Corona redimitus, & Sacro Patrum Senatu, plerisque aliis stipatus, tresque insuper viros genuflexi, & seminudi procumbant, publicum Consistorium in memoriam revocat, in quo tres Angliæ Legatos Pontifex initio pontificatus excepit, cum post gravissimos errores, in quos illud Regnum tanquam in voraginem corruerat, ad Ecclesiam Romanam redivit, veniam deprecans, & futurum obsequium, ac obedientiam promittens. Fuerunt hi à Philippo, & Maria Regibus missi, & primo à Coronationis Pauli die in Consistorio publico ad pedes Pontificis projecti, totius Regni nomine anteacti temporis errata Anglorum suorum incusarunt: Hos Pontifex humo levatos complexus, superiorum temporum admissa benignè condonavit, censuris absolvit, & in gratiam recepit: Actum id fuit in Aula Vaticana, quam Regiam dicunt, ubi iidem Legati tàm piè, & ardenter supplici oratione Paulum ad parcendum exorarunt, ut adstantium oculis inber lacrymarum effiueret: Rem divinam postea solemni ritu coram, & Senatu Patrum Pontifex fieri jussit, & Regnum illud dissidio sublato, sibi oculis charius benedictione cumulavit: Hiberniam Anglico Sceptro subjectam Regio titulo decoravit: diploma emanatum anno 1555. affert Oldoinus loco citato, cujus initium est. *Illius per quem Reges regnant &c.* *Oldoin. col. 824.*

Attamen prope finem sui Pontificatus nobilissimum illud Angliæ Regnum Maria Regina, & Cardinali Polo quasi duabus ejus columnis morte excisis repentino lapsu summo animi sui angore cadere agnovit, postquam incitare studuit flagrantissimæ Reginæ studium, mirificè contendit, submissis ad hæresum classem expugnandam subsidiariis Legionibus, utque sua, atque Ecclesiasticis staret auctoritas, at dignitas restitueretur, proscriptasque olim opes enixè curavit, ejus quoque jussu capite in hereticos animadversum: afflictam etiam in Scotia rem Christianam ejusque Regni opes Hæreticorum potentia, ac vi distractas, accisasque instaurare opportunius statuerat, destinatis Ecclesiæ proventibus ut iis profligatis, firmataque Religione Mariæ Stuarthæ piissimæ Reginæ vires erigerentur, *Old. 829.*

VII

IN FLVCTIBVS EMERGENS.

PEtri navim Ecclesiæ symbolum fuisse adeò notum est, ut testimonii non egeat. Augustinus de verb. Dom. *Naviculam quippe illam Ecclesiam cogitate, turbulentum mare hoc sæculum*. Sanctus Ambrosius in Lucam: *Misticè autem navis Petri secundùm Matthæum fluctuat, secundùm Lucam repletur piscibus, ut & principia Ecclesiæ fluctuantis, & posteriora exuberantis agnoscas*, idem asserit Sanctus Hieronymus, aliique Patres, tùm Græci, tùm Latini.

„ Ut Mysterium id custodiretur (notat Alexander Junior in explicatione „ veteris Gemmæ) receptum est jam indè à primis Ecclesiæ temporibus, ut quæ „ templa Deo erigebantur oblonga fierent in modum navis, uti constat ex Cle- „ mente Romano lib.2. Apostolic. Constitut. qui etiam Episcopum esse pronun- „ ciat tanquàm navis gubernatorem, primum Diaconum tanquam Proretam, „ Diaconos reliquos tanquàm nautas. Præ ceteris verò lignis, quibus contexta „ navis est, erectus malus Crucem præcipuè signare videtur, quapropter aje- „ bat Divus Ambrosius. Arbor quædam in navi est Crux in Ecclesia, quæ inter „ tot totius Sęculi blanda, & perniciosa naufragia incolumis sola servatur, & in „ alio Sermone, sicut autem Ecclesia sine Cruce stare non potest, ità & sine ar- „ bore navis infirma est.

In antenna malo imposita Crucem agnoverunt Magni Viri Justinus Martyr in secunda Apologia; Minutius Felix in Octavio; Maximus Taurinensis in secunda hom. de Cruce, quorum loca affert Lipsius in libro de Cruce, Adde, & Cyprianum, sivè sit ille Victorinus in Carmine de Paschate,

Arboris hæc species uno de stipite surgit,
Et mox in geminos ostendit brachia ramos,
Sicut plena graves Antennæ Carbasa tendunt.

Ad cap.5. Author Commentarii in D. Marcum inter S. Hieronymi opera Crucem comparat, tàm litteræ T, quàm antennæ Navis inquiens, per maria antenna Crucis similata significatur Tau littera, signum Salutis, & Crucis describitur. Ideoq; solent summi Pontifices illam exprimere, cujus clavum regendi munus exercent. Triplici autem ratione Ecclesiâ navis legitur appellata. Primò quia virtutum mercibus, & meritorum thesauris amplissimis, atque pretiosissimis onusta est, quibus filii sui mercari possunt Regnum Cælorum: *Ipsa sola quippe est, per quam Sacrificium Dominus accipiet libenter, sola est quæ pro peccatoribus intercedet fiducialiter*, ut dicit Beatus Gregorius, præterea in ea sola sunt veræ virtutes, quibus acquiritur felicitas vitæ æternæ, propter quam rationem dicitur Ecclesia facta est *quasi navis Institoris*: Secundò rectè navis appellatur, quia vehiculum est, quò pro more hujus Sæculi quantumcunque crebris ventorum flatibus, & aquarum fluctibus, idest tentationum plagis, & verberibus fatigetur, fideles in ea contenti ad portum securæ beatitudinis perducuntur, cujus rationem assignans Beatus Ambrosius, tractans illud Proverb. 90. *Tria sunt mihi difficilia*, dicit; *Navim Ecclesiam debemus accipere in solo mundo hujus constitutam, quæ etsi undarum fluctibus, aut procellis sæpe vexetur, tamen nunquam potest sustinere naufragium, quia in arbore ejus scilicet in Cruce Christus erigitur, in puppi Pater residet Gubernator proram paraclytus servat Spiritus, hanc per angusta hujus mundi freta, duodecim remiges ducunt, idest duodecim Apostoli, & similis numerus Prophetarum*. Item idem S. Ambrosius: *Non turbatur navis quæ Petrum habet, turbatur illa, quæ Judam habet*. Tertiò Ecclesia rectè navis nominatur, quia sicut extra navim, sive Arcam Noe regnante diluvio nullus salvatus est, ita nullus extra Ecclesiam omninò salvatur. Et D. Augustinus in tract. de Catholica veritate dicit: *Navicula, idest „ Christi Ecclesia in medio Maris, videlicet in Mundo diù jactata est fluctibus, sed „ vexata, non dissoluta, aut submersa, quia ille imperavit ventis, & Mari, qui ei- „ dem Ecclesiæ se promisit usque in finem sæculi adfuturum, quicumque ergo de „ hujus Maris fluctibus salvari desiderat, & in profundum abyssi æternam videli-*

cet

„ *cet perditionem demergi pavescit, teneat integrè, & inviolabiliser fidei firmitatem, quàm docet Ecclesia Romana*, (in numismate expressa) *ac* IN FLVCTIBVS EMERGENS.

VIII

INSTAVRAVIT ANNO DOMINI MDLVI, PONTIFICATVS SVI PRIMO.

INter multos, qui Pauli IV. præclara gesta monumentis consignarunt, epistolam è sinu vetustatis vendicavit Antonius Caracciolus, quam Patres inter Theatinos primarii, inter quos etiam fuit Andreas Avellinus; Beatis postea ab Urbano VIII. adscriptus, ad ejusdem Instituti Socios Româ misere. Multæ in illa referuntur Pauli Virtutes, ac egregiæ actiones, quarum non infima fuit Religionem, ac fidem Catholicam instaurandi studium. „Ut enim (dicitur in epistola supra„ dicta) contra Lutheranam hæresim olim Divini amoris societatem instituerat. „ Sic Pontifex renunciatus equites Fidei, quos alii Columbæ appellant, ex præci„ pua Urbis nobilitate delegit, qui Catholicam fidem, Romanamque sedem, ac „ Pontificem singulis horis ex ordine tuerentur, in quorum numero gens Capi„ zucchia quinque habuit delectos Proceres.

Sanctum Inquisitionis Tribunal erexit, & decem Cardinales qui huic Judicio interessent designavit, quos inter maximum Inquisitorem Fr. Michaelem Ghislerium cognomento Alexandrinum, accerrimum hæreticæ pravitatis vindicem, virumque integerrimum constituit. At qui ne aliquis hæreticus error piorum animis obreperet. Indicem librorum à se damnatorum publicavit: Nec solum in gerendo Sanctæ Inquisitionis Magistratu zelo Fidei permotus in hęreticos quoque vehementiùs efferebatur, sed etiam in tria alia hominum genera, Hebręos, Apostatas, Simoniacos, suique sancti odii in ejusmodi pestes, atque pernicies Christiani Orbis egregia quoad vixit, edidit exempla. Quamobrem in Sancta Maria supra Minervam, ad quam Ædem septimo post anno celeberrima pompa translatum est Pauli Pontificis Maximi Corpus, epitaphium hoc in pulcherrimo marmoreo tumulo à Sanctissimo Pio V. positum legitur.

SCELERVM VINDICI INTEGERRIMO, CATHOLICÆ FIDEI ACCERRIMO PROPVGNATORI.

Hanc fidei restaurationem à Paulo IV. factam indicat inscriptio numismatis cum expressione mulieris, in qua fides Christiana significatur. Sustinet illa librum sinistra, in quo dogmata veræ fidei, & divina documenta servantur. Dextera autem Calicem præfert, ut scilicet intelligamus duo præcipua fidei Christianæ Mysteria Christi Redemptoris passionem esse, ac Sanctissimę Eucharistiæ sub specie Panis, & Vini Sacramentum, juxta Divi Pauli doctrinam epist. ad Galat.2. 16. *Scientes autem quod non justificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem Jesu Christi, & nos in Christo Jesu credimus, ut justificemur in fide Christi*, & ad Romanos cap. 3. 22. *Justitia autem Dei per fidem Jesu Christi in omnes, & super omnes qui credunt in eo*. Rursus vers.25. *In Christo Jesu quem proposuit Deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius &c.*

IX

DOMVS MEA, DOMVS ORATIONIS VOCABITVR.

FUit Paulus, ut omnes narrant, Religiosissimus, ac nemo tam sedulò ea, quæ ad divinum Cultum pertinerent obibat, sicut ille; Sæpè in Sacello Pontificio errata, quæ in sacris Cæremoniis committebantur corrigebat; Ipse verò cum rem divinam ageret, mirum quanta cum Majestate, quam etiam profunda, ac sonora voce sese gereret. Multos sacros Ritus vetustatę corruptos reformavit.

Oldoi. col. 819.

Ciac. 812.

Judęorum Sinagogas quæ plurimæ Romæ erant præter unam excindi jussit, &

glauci coloris pileo eos uti, septisque includi, & eorum usuras coerceri, ne Urbs Romana, quam domum orationis esse decet, domus negociationis diceretur.

Sanctitatem etiam in Romana Ecclesia, & corruptos Clericorum mores abolere totis viribus studuit. Hujus rei testimonium proferam illius qui orationem publicam in ejus funere habuit: ait ille, *Homines improbi Paulum lætis oculis viderunt extinctum, Cur? respondebit Vir disertus, quia Dei honorem zelatus est ad Christi formam, quia flagris cæcidit blasphemos, quia quosdam hæreticos indignosque noluit in Senatum adlegere, quia aulæ mores à recto tramite devios corrigere studuit &c.* Hic Pauli zelus designatur in numismate, in quo Salvatorem è Templo negotiatores ejicientem intuemur.



DISCITE IVSTITIAM MONITI.

QUantum Paulus Justitię amatorem sese ostenderit quamplurima, quæ ab Auctoribus de illo referuntur, clarissimè contestantur, indicat præsertim ejus Justitiam numisma hoc anno 1559. vulgatum, quam in suos consanguineos Paulus exercuit, *qua in re miram omnium senten-*
Col.812. *tia* (referente Ciacconio) *æquitatis, & justitiæ gloriam reportavit.*

Quum suorum crimina sibi delata cognovisset Pontifex, frequenti Senatu in eos vehementer invectus, Magistratus à suis collatos, & tributa quæque se consultò indicta protinus sustulit, Cardinales 19., & inferioris ordinis quadragin-
Ciac. ibid. ta legit, qui secum per singulas hebdomadas certis statisque diebus Civium querimonias exciperent, & totius Ecclesiastici imperii cavsas cognoscerent, ut clarius suorum culpas indagaret, jus ex æquo omnibus se redditurum pollicitus; die S. Io: Chrysostomo sacro, quem peculiari studio colebat, & imitari conabatur, uberi, & lacrymis perfusa oratione in Consistorio duodecim dies præscripsit, ut tres non solùm nepotes Urbe abirent, sed eorum etiam Matres, unius uxor filii famulique, & decretum de hac re litteris mandari jussit. Scripsit in suis diariis Jo: Franciscus Firmanus die 27. Januarii 1559. *Sanctissimus in Consistorio revocavit motum pro-*
» *prium Rev. Card. Carafæ suo nepoti circa regimen, & gubernationem omnium loco-*
» *rum, & totius status Ecclesiæ. Eadem die post prandium privavit officio Generala-*
» *tus Ecclesiæ Ducem Palliani suum nepotem, & gubernio Burgi D. Antonium Carafam*
» *prædicti Ducis fratrem, & expressè mandavit prædictis nepotibus, eorum Matri,*
» *uxoribus, & filiis, & omnibus de ipsorum familiis, quòd quamprimum discederent*
Col. 817. » *ab Urbe.* Addit Victorellus: *Carolus Cardinalis servos ducentos una die lacry-*
» *mantes Urbem relicturus dimisit.*

» *Palliani Dux suprema Pontificiarum Copiarum Præfectura, Antonius aliis mu-*
» *neribus Pauli jussu spoliati. Hi, & Cardinalis pauperes Roma excessere.*

» *Habito mandato* (sequitur supradictus Firmanus) *Cardinalis Carafa ivit*
» *ad Castrum Civitæ Laviniæ, Dux Palliani cum filiis, & Uxore contulit se ad Ca-*
» *strum Gallisium suum dominium, & D. Antonius ejus frater ivit ad Montem Bel-*
» *lum suum Marchionatum.*

Principes Apostolicis litteris quid Nepotibus accidisset, Paulus, moneri voluit, eisque pulsis dixit aliquando. *Nunc dicendum, & scribendum Pontificatus anno primo*; tunc enim Pontificatum exordiri sibi videbatur. Discere profectò justitiam omnes potuere moniti à Paulo Pontifice, talia operante, ut se Justitiæ servatorem ostenderet.

Nisi potius dicere velimus numisma hoc, in quo Justitiæ typum intuemur, cu-
Apud Ciac. sum fuisse post id, quod Duci Albæ accidit, de quo sic Victorellus. Afflixit Dux
col. 8.5. » Albæ armatis militibus populos Pontifice subjectos, oppida nonnulla cœpit, &
» incendit, at invictum Pauli animum tundere nunquam potuit. Dux postea avi-
» dus pacis erat Panvinio teste. Sed pacem poscens eas pacis conditiones opta
» bat, quas Pontificiæ majestati, & dignitati Paulus non convenire intelligebat.
» Cardinales quidam rogabant Virum Dei, ut pacis conditiones audiret, quibus
ille

„ ille Arma à nostra ditione Dux amoveat, quæ cepit loca dimittat, ad sui Regni
„ fines remeet, absolutionem anathematis quo obstringitur demisso animo petat,
„ ut debet, & tunc audietur: Ad meliorem tandem frugem reversus Dux Romam
„ ingreditur, & benignè, & cum honore à Paulo suscipitur. Illum Paulus com-
„ plexus est publicè, & laudibus cumulavit: Rosam auream sacro more conse- *Apud Jo: Palatium pag. 209.*
„ cratam Ducis Uxori dono misit, uno eodemque tempore justi Principis partes
„ adimplens, ad quem spectat *parcere subjectis, & debellare superbos.*

XI

NE DETERIVS VOBIS CONTINGAT.

Humanæ salutis Reparatorem spectamus in numismate, supplicibus variis manu elata benedictionem impertientem.

Lemma constat ex ejusdem Christi verbis, quibus allocutus fuit hominem languidum, habentem triginta, & octo annos infirmitatis suæ, post sanitatem ei redditam propè Probaticam piscinam Hierosolymis, ut narratur in capite D. Joannis quinto.

Sacrum Inquisitionis Tribunal in eo repræsentari non dubito, quod in numismate alio indicavimus: Paulus enim reliquas curas ab se abdicans ad scelera vindicanda totus intentus, magna reorum multitudine Inquisitionis carcere inclusa, sex Cardinales eidem Inquisitionis Concilio præposuit, ut incorruptam quantum in se erat, Religionem Christianam conservaret.

Censuras, & pœnas omnes in Hæreticos, & Schismaticos renovavit in Bulla; *Cum ex Apostolorum officio &c.*

At sicuti zelo flagrans Apostolico in hujusmodi viros, Auctor fuit Paulo Tertio; ut Tribunal illud erigeret, ita pariter, ubi resipiscerent, severitatem benignitate, ac mansuetudine temperans adeò blandè excipiebat, ut Patrem invenisse mirarentur amantissimum; solerti quippè prudentia Oves distinguebat à Lupis, ac tanquam pientissimus medicus opportuna adhibebat remedia, ut affirmat Cardinalis Sirletus, ac salutis consilia suggerebat, ne deterius illis aliquid contingeret.

XII

Numisma Pauli votivum, ac pietatis causa vulgatum, in quo Christum Redemptorem Cruci affixum cum Latronibus hinc inde è ligno pendentibus, adstantibus Virgine Deipara cum cæteris, de quibus in sacris paginis fit mentio. In eo non immorandum, cum nihil de Paulo Pontifice præter illius pietatem suggerat, de qua abundè Authores, qui ejus gesta recensent.

XIII

BEATA SPES.

Spes, quæ in numismate Beata dicitur, exprimitur, ut in nummo Germanici apparet. Juvencula hilaris discincta veste induta, ejusque laciniam manu tollens, altera florem præferens, ac pedum summis articulis ambulans. Ejus habitus rationem reddit Antonius Augustinus in Dialogo
„ secundo dicens. Depingitur juvencula, quia tunc incipit spes, in ea enim
„ ætate spes, non res (ut Cicero ait) laudari solet. Hilaris quia spes hi-
„ laritatem affert. Vestis longa quia spes omnis longa est; discincta, quòd
„ non dum compræhendat rem veram, sed vestis huc illuc rapitur. Herba,
„ seu flos denotat spem in gramine esse, & granum recens bonam malamve
„ spem messis ostendit: Summis pedum articulis incedit, quia non stat so-
„ lida, quasi res sit adepta, neque timore caret.

Item hoc modo apparet in nummo Pescennii, & Victorini. Propterea videtur

Col.812. detur numiſma publicatum fuiſſe à Populo Romano in electione Pontificis Pauli, ut ſpem oſtenderet conceptam optimi Pōtificatus. „ Paulus enim(ait Ciacconius) „ coronatus eſt à Piſano Cardinali magna quidem pompa, ſed non minori om- „ nium hominum mœrore ejus ſeveritatem timentium. Sed vulgatam ſeverita- „ tis famam nova clementiæ laude mutare percupiens, Pontificatus initio ſe nihil „ novaturum promiſit, multaque, tam publicè, quam privatim benignitatis, ac „ liberalitatis ſigna dedit, magnitudinemque Regii animi præſeferens magnos, „ & nobiliſſimos viros ſibi famulari voluit: Populum Romanum multis, ampliſ- Col.814. „ que beneficiis cumulavit, nam antiquorum Pontificum privilegia firmavit, & „ extendit. Inter hæc dicta Ciacconii verbum, vel corrigit, vel explicat Vi- „ ctorellus, vbi dixit omnium hominum mœrore coronatum fuiſſe Paulum; om- „ nium, inquiens, eorum, qui Pauli ſeveritatem metuebant, ſcilicet illi, qui „ legum frœno abjecto, vitam ducebant, eamque vivendi licentia à Paulo juſtæ „ ſeveritatis cultore coercendam putabant. Scelerum autem oſores Pontifice ju- „ ſtitia colente creato læti ſunt, Beatam ſpem concipientes aureæ quodammodo „ Ætatis diebus perfruendi.

XIV. XV

CLAVES.REGNI.CAELORVM.

IN utroque numiſmate Chriſtus tradit B. Petro claves Regni Cælorum, ut in altero eorum explicat inſcriptio.

Col.842. De his clavibus abundè dictum eſt alibi; numiſmata autem fuiſſe cuſa ad ſignificandum Tribunal Sanctæ Inquiſitionis contra hæreticam pravitatem erectum docet P. Oldoinus.

XVI

DVRABIS . IN . PERPETVVM.

JAcobus Typotius in ſua Hierographia his verbis explicat hoc ſymbolum Pau- Pag.33. li IV. „ Symbolum ad Chriſti æternitatem, Icon ad mortalitatem ſpectat; ſic igitur Pontificem Maximum loqui putatote. Regnum tuum Chriſte, qui „ Crucem ſuſtuliſti, & tormenta Crucis amore noſtri pertuliſti perpetuum erit, „ nec ullis ſæculorum ſpatiis finietur; licet mors tua impios perſtringat. Tem- „ poris enim fuit quod Clepſidra Calvariæ notat. Imò mortis æternę frœnum eſt; „ quod ſequens imago declarat. Ac ſi quem dubitatio, aut ſtulta ſapientia ven- „ tilet, patent libri myſtici, qui annunciarunt ita confirmarunt Regnum Chriſti „ cruce partum.

Joannes autem Ferrus illud etiam recenſet cum brevi explicatione, cui liben- „ tius aſſentior. Ideò (ait ille) mortui caput cum clepſydra, crucem cum volu- Pag. 502. „ mine aperto, ac frænum expreſſit Paulus, cum Epigraphe DVRABIS IN PERPE- „ TVVM, ac ſi Chriſtum alloquens diceret. Regnum quod nobis pretio emiſti „ tui ſanguinis, in Cruce effuſi, in perpetuum manebit, nec deficiet tempore, „ ut tormenta, Crux, atque mors tua defecerunt, quæ quidem mors morti æter- „ næ frænum eſt, juxta illud, *O mors ero mors tua &c.*

XVII

SEDE . VACANTE . 1559.

SImilem clavium expreſſionem cum umbraculo idem Cardinalis Camerarius, Paulo IV. extincto, vulgavit in numiſmate, ac in alio poſt mortem Marcelli II. cuſo, ut vidimus. In oppoſita tamen parte non Divi Petri, ſed Divi Pauli imaginem exculpſit cum enſe, & volumine. Hoc Gentium Doctorem fuiſſe ſignificat, ille mortem ſub enſe pro Chriſto obitam declarat.

PII


I



II



III



IV



V



VI



VII



VIII



IX



X



XI



XII



XIII



XIV




XV



XVI



XVII



XVIII



XIX



XX



PII IV. NUMISMATA.



PIVS . IIII. PONTIFEX . MAXIMVS.



Die 24. Decembris 1559. juxtà relationem Cornelii Firmani Cæremoniarum Magistri anno ineunte 1560. ut dicit Ciacconius, Cardinales quadraginta quatuor elegerunt Joannem Angelum Medicem Cardinalem tituli Sanctæ Priscæ summum totius Ecclesiæ Pontificem. Vir enim simplex, & clemens ab omnibus habebatur, cujus ingenii lenitas, morumque benignitas Reipublicæ necessaria Patribus visa est, ut humanitate, atque Clementia afflictam Urbem reficeret, ac recrearet. Ante ejus creationem, dum Patres erant in Comitiis, Columba sacellum Sixti per fenestras ingressa diu circumvolavit, & fessa, intuentibus omnibus, cellæ Joannis Angeli Cardinalis, quæ sicuti principio risum, ita post rei eventum, delatumque Joanni Pontificatum non parvam admirationem attulit. Hoc etiam refert Panvinius qui aderat. *In Diariis.*

Post electionem Epiphaniæ festo ante Basilicam Vaticanam ritu Majorum insignia Pontificatus suscipiens, ut conceptam suæ pietatis, & mansuetudinis opinionem confirmaret Pius IV. nuncupari voluit.



HODIE. IN. TERRA. CANVNT. ANGELI.

Numismatis partem oppositam Imagini Pii IV. ostendimus, in qua infantem Jesum in Præsepio jacentem Virgo Deipara, & Sanctus Joseph adorant adiecto lemmate HODIE IN TERRA CANVNT ANGELI, electionem enim indicat Pauli in pervigilio Nativitatis Dominicæ factam, ac Populi Romani lætitiam, qua eam celebrarùnt. Plura occurrunt in hujus numismatis sculptura adnotanda, & primò.

Reprehenditur hac Imagine error, seu audacia illorum, qui puerperium B. Virginis exprimere volentes, pingunt illam decumbentem in lecto, quem errorem reprehendit Ambrosius Catarinus in libro de cultu Imaginum; quasi puerpera passa dolores corpus suum sustinere nequeat. At hoc est iniuria in Christum, & Matrem. Hieronymus contra Helvidium; *Nulla* (ait) *obstetrix nulla mulierculaurum sedulitas intercessit, ipsa, & Mater, & obstetrix fuit.* Probandæ sunt illæ Picturæ Christi Nativitatem repræsentantes, in quibus ipsa B. Virgo Maria complicatis manibus, & flexis genibus ante Puerum suum Filium in luce editum depingitur. *Ipsum enim, quem genuit* (ut Ecclesia canit) *adorauit*, & S. Cyprianus pulchrè expressit Virginis
„ prærogatiuas in hoc Divino puerperio scribens, Virgo genitrix, & obstetrix, *Sermo de*
„ & devotam dilectæ soboli exhibet clientelam, attrectat, amplectitur, jungit *Nativit.*
„ oscula, porrigit mammam, totum negotium plenum gaudio, nullus dolor, *tom.3. cap*
„ nulla naturæ contumelia in puerperio. Nec locus ibi erat lauacris, quæ so- *2.*
lent

„ lent puerperis præparari: quippè nec aliqua naturæ iniuria Matrem Domini læ-
„ ferat, quoniam fine tormento peperit, quæ in conceptione caruit voluptate. Hactenus D. Cyprianus.

Secundò loco S. Iosephi imago notanda est, qui à quibusdam pingitur grandævus senex, baculo præ senio innitens. Quam sententiam amplectuntur Nicephorus Calixtus lib. 1. hist. Eccl. Cap. 7., alijque Scriptores recentiores. Confirmat illam picturam licentia, atque malitia eorum, qui ex se judicantes, de Josepho putant, non aliter se continere potuisse, nisi senex fuisset, plurimum detrahentes gratiæ Dei. Omnibus his multi opponunt, quòd nullo modo convenisset virum centenarium, & imbecillem senem adhiberi Mariæ Custodem, cui fugiendum erat in Ægiptum cum Puero, & Matre ejus. Inter hos Tristandus de Lescaigne Presbyter, qui tractatum habet in libellis de Maria, in quo ait omnes ferè Pictores delirare, quòd Josephum senem pingant. Certè Divina prudentia contra illos urget, quæ dedit Virum Mariæ, ut nutritiùs esset Pueri, & Matri solatio; ad utrumque autem officium decrepitus non fuisset idoneus. Insuper hoc necesse fuit, ne gravida apparens Virgo infamaretur, ne tamquam adultera à Judæis lapidaretur. Addit D. Chrysostomus, Virginem desponsatam fuisse Fabro, ut laboribus suis Vxori, & Filio victum suppeditare posset, quod certè senex non potuisset. Non tamen senectus improbatur in picturis, eo quòd benignè illam interpetamur., dum non ætatem significat, sed aliò refertur, ut ait Gerson Cancellarius in Joseph dist. 5. Ergo Joseph reputasse senem fuere seniles in se virtutes.

Tertiò pingitur Joseph virentem ramusculum manu gestans, quo Molanus contra Heluidium existimat significari Josephum semper Virginem fuisse.

Quartò notandum appingi etiam Bovem, & Asinum, & quidem ex antiquissima consuetudine, ut affirmat Erasmus ad Hymnum Prudentii in Natalem Domini; quod tamen in sacris litteris, non est apertè proditum, sed occasio facilè desumpta est ex illo Esaiæ 1. *Cognouit Bos Possessorem suum, & Asinus Præsepe Domini sui*. Notauit etiam S. Bonaventura in secundum Lucæ non haberi auctoritatem circa hæc animalia, nisi ex antiquitate picturæ, quæ vocatur *Scriptura Laicorum*.

III

PIVS IV. PONTIFEX MAXIMVS.

OPTIMVS PRINCEPS.

Antiquorum paginæ narrant inter multa à Senatu in honorem Trajani decreta, ut Imperatoris, virtuti, & felicitati gratularetur, quod tot gentes superavit, OPTIMI cognomen fuisse, quo plusquam cæteris ille delectabatur. Ait Dio. lib. 68. pag. 774. *Tum verò multa Trajano decreta sunt à Senatu, sed in primis Optimus cognominatus est. Cognomine Optimi multò magis, quàm cæteris omnibus gloriari videbatur, ex quo natura, moresque ejus suavissimi magis, quam arma cognoscerentur*. Majorum gestis Populus Romanus edoctus Pium IV. OPTIMVM PRINCIPEM appellavit in numismate laureato, in quo ejus præclaras dotes, ac suavissimos mores celebraret, de quibus abundè ejusdem vitæ Scriptores.



INDVL-

IV

INDVLGENTIA PONTIFICIS.

LAudatur indulgentia Pontificis in numiſmate, in quo Pontifex catenis devinctos viros à criminibus abſolvit; Pontificatum enim (ut narrat Ciac- *Lib.* 870.
„ conius) à clementia auſpicatus Populo Romano Caraforum, & aliorum
„ Cardinalium precibus, quod tanto dedecore S. Inquiſitionis dignitatem, &
„ optimi Pontificis Pauli IV. ſimulacrum fœdaviſſent, pepercit, dummodo Popu-
„ lus Romanus ſumptu ſuo illata detrimenta penſaret. Alphonſo etiam Cardinali
„ Carafæ vitam indulſit, aliiſque Clementiæ ſignis ſuum erga populum Romanum
„ amorem ſignificauit.

V

PIO IV. PONTIFICI MAXIMO
SENATVS POPVLVSQVE BONONIENSIS.

PRæſens numiſma dicavit, in quo Pontifex clavibus Hydram occidit, ingrati animi monimentum. Ferrarienſium enim, & Bononienſium excitatas de limitibus, & agrorum finibus contentiones prudenti arbitrio pacavit. Pingitur Pontifex pluviali indutus, nec incongruè; nam ſcimus S. Leonis tempore cum Attila in Italiam properaret, illum ejus eloquentia permotum regreſſum eſſe; Qui interrogatus à ſuis, quid eſſet, quòd præter conſuetudinem tam humiliter Romani Pontificis imperata faceret, reſpondit, ſe aſtantem quemdam alium, illo loquente, Sacerdotali habitu veritum eſſe, ſibi ſtricto gladio minitantem mortem, niſi S. Leoni obtemperaret. Eſt clavibus armatus ad indicandam Pontificis poteſtatem, cui Inferi omnes ſubjiciuntur in Serpentibus ſignificati. *In Lection: Breviarii in ejus feſto*

IV

ROMA RESVRGENS.

HUjus numiſmatis ſculptura ferè omninò ſimilis eſt illi, quod ſub numero III. numiſmatum Pauli IV. oſtendimus, in quo etiam explicatum eſt cur Romæ typus ſub Palladis forma exprimatur; Unum remanet adnotandum, ſcilicèt, illam in ſignum Imperij haſtæ inniti; Romuli enim Sceptrum haſtam fuiſſe ex Trogo teſtatur Juſtinus inquiens; *per ea adhuc tempora Reges haſtas pro diademate habebant, quas Græci ſceptra dixere, nam, & ab origine rerum pro Diis immortalibus veteres haſtas coluere ob cujus religionis memoriam adhuc Deorum ſimulacris haſtæ adduntur*. Decebat Martis filium haſtam præferre pro ſcepro; enim verò in haſta Martem vetus religio coluit, de quo Arnobius in ſexto. Alexander, ſi Ariſtobulo damus fidem, aureum projecit ſceptrum dum Orbem ſubigere aggreſſus eſt, & haſta prævaluit. Sic reſponſa dabat in caſtris, & haſtatus Legatos admiſit; Ergo Romulus more majorum haſtam pro ſceptro geſtabat, ut Martis filius innoteſceret, quandoquidem incerto Patre habebatur, ſic pariter Roma haſtata ſignatur, cęterum hæc, & Virtus eodem habitu jiſdemque additis ſignis in nummis depinguntur, quia Roma Grecis *Virtus* eſt, ut docet Andreas Morellus in ſpecimine rei nummariæ. *Lib.* 43. *Pag.* 63.

Qua autem de cauſa Populus Romanus hoc numiſma percuſſerit in Pij IV. electione ipſum indicat lemma ROMA RESVRGENS, non tantùm quia quocumque Pontifice electo, lætabunda quodadmodo reſurgit Roma, quæ ſuo viduata Parente

rente mœrore afflicta jacebat; Verùm quia ob Pii IV. electionem peculiari gaudio Urbs tota lætata eſt, & Julius Peruſcus communi nomine his verbis gratulatus eſt Pio. „Te Beatiſſime Pater talem, ac tantùm Rectorem, ſeu Angelum ad „nos, è Cælo tranſmiſit Deus, ut admiranda Sanctitas Tua cura, & ſapientia „medearis his tot imminentibus calamitatibus, ut fulcias ſanctam Sedem hæ„reticorum, atque impiorum ſcriptis, & concionibus labefactatam, integres „amplitudinem, & exiſtimationem collegii, paucorum vitio, ac culpa offen„ſam, ut leves, denique hominum mentes tot immanibus, & penè immedica„bilibus morbis affectas. O inſignem Pontificatus delectum, ò Principatum „maximè Chriſtianis difficultatibus accommodatum &c. Sic Peruſcus, cujus totam epiſtolam gratulatoriam recenſet P. Oldoinus col.876.

VII

PAX.

SUb ſpecie mulieris arma face ardenti comburentis, & cornu divitiarum ſiniſtra geſtantis indicat, omnia bona à pace emanare, ſicuti alibi fuſiùs diximus. Quam benè conveniat Pii imagini in numiſmate expreſſę pacis typum copulare, ex unico tantùm ejus decreto ſufficiat agnoſcere. Controverſiam à Centum fermè annis de præcedentia agitatam Romæ inter congregationem Lateranenſem Canonicorum Regularium ordinis S. Auguſtini, & Caſſinenſem, alias S. Juſtinæ Monachorum S. Benedicti ita decidit die 18. Januarii anni 1564. „Ut „in proceſſionibus, & in omnibus aliis actibus publicis, & privatis Abbates, „Prælati, & Canonici Regulares uti Clerici in linea veſte incedentes præcedant, „& præponantur Benedictinis, Abbates verò utriuſque Ordinis ſingulariter, & „in propriis perſonis accepti in Conciliis, & aliis quibuſcumque actibus, in „quibus votum habent, inter ſeſe juxta antiquiorem eorum ad Abbatias promo„tionem præcedant, ac pręferantur. Hæc omnia narrat P. Auguſtinus Oldoinus in Addit. ad Ciaccon. col.880.

VIII

SECVRITAS POPVLI ROMANI.

NOn diſſimilem ſecuritatis expreſſionem intuiti ſumus in numiſmate ejuſque pingendi rationem reddidimus. Fuit etiam in numiſmate Pii IV. exculpta, cum ſecuritate populus Romanus frueretur ex impenſis ejuſdem Pontificis, qui ut ſequentibus numiſmatis videbimus Hadriani molem, ac Centumcellas munivit.

IX

DISCITE IVSTITIAM MONITI.

INvenitur hoc numiſma, ſimile omnino illi, quod explicuimus affirmantes pertinere ad Paulum IV. ſed cum imagine Pii IV. in averſa facie exculptam. Potuit illud ſub hoc Pontifice iterum cudi, poſt quam Nepotes Pauli ſui deceſſoris Joannem Ducem Palliani, & Carolum Carafam Cardinalem ob reatus urbe ab avunculo jamdiù expulſos, è vita primum ſecuri, alium in carcere laqueo ſubſtulit.



TV AVTEM IDEM IPSE ES.


TRia numismata huic ferè omninò similia, eodemque cum lemmate explicuimus in Paulo III. Cum autem in eo quoddam Fidei dogma significetur, & Dei, ejusque legis immutabilitatem ejus verba indicent, non incongruè putandum est fuisse publicatum tempore, quo Concilium Tridentinum celebrabatur. Fuit illud à Paulo III. inchoatum, absolutum verò sub Pio IV. de cujus rei extat in Vaticano memoria sic. *Old. 888.*

GENERALE CONCILIVM ANTE XXVI. ANNOS INCHOATVM, SVMMO OMNIVM CONSENSV FELICITER ABSOLVIT, COMPROBAVITQVE.

Fuerat, ut dictum est à Paulo III. anno 1537. Mantuę indictum, & an.1545. Tridenti inchoatum, sed à Julio III. suspensum repetita convocatione, iterum Pius publico diplomate indixit anno 1560. ad diem Resurrectionis Dominicę proximè futurum, promulgato Jubileo, ad implorandum in cinere, & cilicio divinum auxilium, quod ipse die Dominica subsequenti, nempe die 17. Novembris cum solemnibus supplicationibus, ab Ecclesia S. Petri ad S. Mariæ supra Minervam pedes procedens celebravit. Deinde Christianos Reges, ac Principes omnes litteris, & Legatis hortatus est. Ad Concilium Legatos eruditos, atque optimos Viros misit Jo: Moronum Episcopum Prænestinum, Herculem Gonzagam, Hieronymum Seripandum, Stanislaum Hosium, Ludovicum Simonettum, Bernardum Navagerium, Marcum Siticum de Altemps S.R.E. Cardinales. *Ciac. 870.*

Magnam in hac Concilii celebratione pecuniæ summam Pius insumpsit, qui Sedes Apostolicę Legatis indigentibus, Episcopis, omnibusque Ministris liberaliter menstrua ad vitę sustentionem salaria tribuebat, hoc unum spectans, ut Christianorum incommodis generali Synodo mederetur, ac unicam, & immutabilem Christi fidem omnes profiterentur. Tandem post annos viginti septem ab indictione Concilii peractis, viginti quinque sessionibus singulari Pii medio, & vigilantia Concilio finis allatus est, Patribus ita acclamantibus *Beatissimo Pio Papæ, & Domino nostro sanctæ, universalis Ecclesiæ Pontifici, multi anni, & æterna memoria.* Absolutis Concilii decretis Patres 255. subscripserunt. Legatis quatuor Moronus primus Legatus, & Præsidens benedicens dixit, post gratias Deo actas, *Reverendissimi Patres ite in pace*, cui Patres responderunt *Amen.* *Barthol. Caranza collect. Concil. pag. 446.*

Auditu Concilii exitu Pius supplicationes pro gratiarum actione indixit, & omnia Synodi illius decreta obsignato publicatoque diplomate anno 1563. confirmavit, & Congregationem octo Cardinalium instituit super executione, & observatione, tàm Decretorum Concilii, quàm aliorum à Pontifice de reformatione durante Concilio factorum.



INSTAVRATIO COLLEGII IVRISCONSVLTORVM MEDIOLANI.

SApientiam sub forma mulieris, suos Alumnos ante se supplices alloquentem ostendit numisma in memoriam beneficiorum cusum, quę Collegio Juris-Consultorum Mediolani Pius IV. contulit. *Est enim Mediolani Collegium* „ (ut narrat Ripamontius) *fundatum antiquitus severa lege, ac superba, ne reci-* „ *piatur ullus, qui suos ab origine ultima avos intactos omni natalium, & vitæ labe* *Hist. Eccl. Mediolani part. 2. lib. 16.*

„ *exhibere non queat; quæ necessitas nescio, an principum quoque nonnullis molesta futura sit, si talia proferre documenta cogantur. Non pecuniæ magnitudine, non gratia claudicans, & nova nobilitas aditum eò invenerit, extantque exempla prædivitum candidatorum, quos suffragia omnia rejecere propter illiberalem majorum solertiam, atque mercimonio nonnullo contaminatos olim Penates*. Huic Collegio nova decora dum querebantur, dedit ea Barcinone sedens adhuc Cæsar, quæ manent hodiè, nec fastum modo nobilitati, sed etiam incitamenta virtutis addunt. Idem Author lib.18. loquens de publicis scholis Palatinis quas ait Divus Augustinus *obtinuit Mediolanum cum Cæsares Mediolani tanquam in altera Imperij* „ *sede commorarentur*. Ibi Juris civilis elementa, qui Jure consultorum Collegio, non tanquam ad munus, & stipendium, sed ad exercitationis experimentique causa, ut ad majora nitentibus, ac scholæ spem roburque addant.

In hoc Collegium asserit P. Molinetus fuisse Pium cooptatum, postquam Doctoris Lauream in jure Cæsareo Bononiæ fuerat adeptus; ideoque Pontifex renunciatus beneficii memor non solùm illud Collegium restauravit, sed variis privilegiis insignivit. Concessit enim, ut ex illo Auditor Rotę Romanæ, & Consistorialis Aulæ advocatus perpetuò deligeretur.

Pag. 73.
Vittorell. col. 874.

Alia privilegia addit Morrigius Tractat. de rebus mirabilibus Mediolanensibus his verbis. „ Reca gran magnificenza alla Città l'illustre Collegio de' Dottori Legisti, il quale è ripieno di gentilhuomini di prima nobiltà Milanese; Papa Pio IV. honorò questo Collegio creandoli tutti Conti, e Cavalieri, oltre che volle per sempre un Dottore di detto Collegio fosse Auditore di Rota, & un altro Avvocato Concistoriale. Da quello si cavano la maggior parte di Vicarii Generali, Senatori, Gran Cancellieri, e Presidenti, e di presente sono al numero di 164. Dottori.


Lib. 1. c. 18.

XII

PROVIDENTIA PONTIFICIS.

Typus Providentiæ cum spicis in modio hic depingitur, & cornucopię, sicut in antiquis nummis conspicitur. In nummo enim Aurelii Veri Providentia illud tenet, & Orbem virga regit columnę innixa; quia ea, quæ à Providentia decreta sunt, stabilia ut plurimum permanent. In Gallieno sic pariter expressa Cornucopiæ habet. Quam meritò tribuatur Pio Providentia, non solùm explicat Panvinius narrans, *hunc Pontificem Populi Romani saluti, & commodo invigilantem Urbis Annonam procurasse, præfectis aliquot viris industriis*, sed aliud, quod factum refert Ciacconius; „ Acceptis litteris Pius quanto in periculo Melita insula prope Siciliam sita Turcarum obsidione versaretur, non solùm sanctis precibus, ac lacrymis, sed Milite omnique subsidii genere juvit. Pompejus Columna sexcentos pedites duxit, quem multi viri illustres nullo stipendio, solo glorię, & religionis ardore ducti, sequebantur, sed quùm Turcę jam arcem S. Elmi cœpissent, Christianorum militum virtute propulsati, triginta millibus hominum amissis discesseruut, Providentia quidem Pii non parùm adjuvante; Eam ob causam Pontifex supplicationibus solemnibus multa lętitiæ signa adjecit.

Pag. 371.



PIE-

XIII

PIETATI PONTIFICIAE.

NUmifma hoc, ut lemma ipfum monet, dicatum fuit eo quòd Pius IV. (ut in fornice quodam Palatii Vaticaui extat infcriptio) *Oldoin. col. 887.*

EGENTES HOMINES MOLESTA, ET FALLACI MENDICITATE SVBLATA CERTIS LOCIS DISTRIBVTOS ALVIT.

Præclaram ejus erga egenos pietatem monumentis tradidit his verbis Panvinius. „ Bono ad miferiam ingenio tum ex confuetudine, ac fermone, tum ex rebus, „ quas geffit femper habitus eft, nam præter occultas largitiones publicè, etiam „ quotidiè omnibus inopia laborantibus, & oftiatim victum quærentibus tantum „ ad fublevandas eorum miferias diftribuebat, quautum pro diuturno victu fatis „ effe poffet, ex quo Pater pauperum, vulgò vocari cœpit; fed tum præcipuè cum Urbs Tyberis inundatione fub Paulo IV. fame vexata, quidquid in horreis ad familiæ fuæ ufum condiderat, liberaliter ad egenæ plebis fuftentationem primis menfibus deprompfit. Hanc pietatem explicat liberalitas exculpta, quę ficuti è vafe effundens aquam ignem extinguit, ita puerorum nudorum explet mendicitatem cornucopiæ, quod finiftra fuftinet manu. *Apud Molinet. p.73.*

XIV

PORTA PIA

ROMA.

INter Portas, per quas ex Urbe ad varias Orbis plagas iter faciebant Veteres, Porta numerabatur ea in parte patens, quæ in orientem flectitur, viam præbens ad Sabinorum locum, cui nomen Nomentum erat, hodie *Lamentana*, ex quo Porta dicebatur Nomentana. Fuit etiam prifcis temporibus, tefte Livio, *Figulenfis* appellata, fortaffe à Figulis, qui fuas Officinas tali Portæ propinquas incolebant, feu *Ficulenfis*, ut vult Victor, à proxima Ficulnea Sabinorum: illam *Viminalem* alii dixerunt à Colle viminali parum ab ea diftante, feu ab ara Jovi vimineo dicata, alii verò *Catulariam* apud Feftum, Donato relatum. Erat enim extra illam Lucus, in quo Deæ Rubigini Canem rubrum offerebant, ne Sole effervefcente in figno caniculari meffes urerentur. *Nardinus lib.1. c.9.*

Hanc portam claufit, & aliam proximam ampliorem aperuit Pius IV. illamque in auguftiorem formam reftitutam Piam voluit appellari, hac in marmore fculpta memoria.

PIVS IV. PONT. MAX.
PORTAM PIAM
SVBLATA NOMENTANA EXTRVXIT
VIAM PIAM ÆQVATA ALTA SEMITA DVXIT. *Oldoin. col. 888.*

Antequam illam excitaret Pius, triplicem ejus portæ, & diverfam delineationem Pio obtulit Michael Angelus Bonarota, ut Vafarus refert in ejus vita, ex quibus Pontifex eam elegit, cui excitandæ minores expenfæ requirebantur, prout extat hodiè, ad fummum apicem adhuc non perducta, nec quidem fideliter expreffa in numifmate, fed in Tabula quam adjunximus. Hiftorias fupra portam expreffas conftare è marmore falingo refert Vacca in fuis Diariis; *Quod marmor inter* *Num.59.*

rudera Thermarum Neronis fuisse repertum, ait *in loco ubi nunc extat Palatium Cardinalis à Valle dictum*. Ejus Portæ fundationem his verbis retulit Magister Cæremoniarum Firmanus. *Die 18. Junii anno 1561. Sanctissimus Dominus noster ivit ad portam Piam, & ibi posuit primum lapidem cum medaliis in fundamentis ejusdem, Cæremoniis usus fuerat in Arce Sancti Angeli paucis antea elapsis diebus. Erant in dicto lapide ab uno latere Effigies Suæ Sanctitatis, & ab alia portæ ædificandæ.*

XV

VIA . PIA . ROMA.

HÆc verba leguntur insculpta in numismate lureato sub icone Angeli, in quo fortasse Pontificis nomen indicatur (vocabatur enim Joannes Angelus Medices) seu potius nomen Michaelis Angeli Bonarotæ, cujus operâ Pius viam aperuit, quam PIAM ob ejus nomen dixerunt. Est illa recta à Porta Nomentana, seu Pia, per quam ab equis marmoreis in Monte Quirinali collocatis à Sixto V. eadem porta spectatur ad quingentos passus distans. Ipsa ferè ad perpendiculum complanata, semitisque ex utraque parte lapideis, ac prominentioribus deambulationi commodis, necnon aquis felicibus, nunc ditata, & multis ædificiis hinc inde dispositis, inter quæ templa perpulchra fronte exornata, præcipuè Templum Sanctæ Mariæ de Victoria nuncupatæ, opus Caroli Maderni, cui frontem addidit Joannes Baptista Soria, Templum Sanctæ Susannæ antiquissimum cum Fronte à Carolo Maderno delineata; Sancti Caroli anno 1667. exædificatum ab equite Carolo Boromino. Et Sancti Andreæ, quod Laurentius Berninus delineavit.

Michael Angelus de Rubeis in sua Roma pag. 271.

XVI. XVII

AQVA PIA.

INter viginti Fontes, qui olim in Romana Urbe aquas suas deponebant, scilicet Appiam, Martiam, Claudiam, Herculaneam, Tepulam, Damnatam, Trajanam, Anniam, Alsietinam, Cerulcam, Juliam, Algentianam, Ciminiam, Sabbatinam, Aureliam, Septimianam, Seuerianam, Antonianam, & Alexandrinam vocabatur Fons aquæ Virginis, quæ sola de tot aquæductibus tanto sumptu in Urbem inductis civium usui superstes mansit. Fuerat autem dicta Virgo, teste Frontino, quòd quærentibus aquam militibus Puella Virguncula quasdam venas monstravit, quas secuti qui foderant, ingentem aquæ modum invenerunt; ædicula fonti apposita hanc Virginem pictam ostendit. Cassiodorus verò de ea loquens ait; *Currit aqua Virgo sub delectatione purissima, quæ ideo sic appellata creditur, quòd nullis sordibus polluatur*, Lucas Petus Juris Consultus, in tractatu, quem edidit „ de restitutione aquæ Virginis hæc habet. Libet hoc in loco, ut error omnis ex „ mente titubantium excutiatur, & plena hujus aquæductus, & vnde nomen Vir„ ginis assumpserit, & quo itinere ad Urbem perveniat, & unde acquisitiones „ illi accedant, notitia habeatur, loca Plinii, & Frontini de aqua Virgine lo„ quentium recensere, & quæ ego vidi, referre, ut alterius hæsitationi locus non re„ linquatur. Verba Frontini sunt ea, quæ nuper retulimus, additq; verba Plinii. *Juxta est Herculanus rivus, quem refugiens Virginis nomen obtinuit.* Assentitur Pætus magis Frontino, quam Plinio: cæteri credant, quod sibi magis arridet. Quæ vidit Petus referens, ait se observasse in processu aquæductus permultas aquarum acquisitiones, quibus fontes adiuti optimam aquæ copiam in Urbem ferunt.

P. Victor. in descript. Romæ.

Epist. 6. lib. 7.

Pag. 117.

Differt. 3. num. 354.

Huic aquæ etiam Augustæ nomen ab Agrippa tributum fuisse scripsit Dio lib. 54. *aquam, quæ Virgo vocabatur, propriis sumptibus Agrippa in Urbem adduxit, Augustamque nominavit*, quod ita gratum fuit Augusto, *ut inopia aliquando vini existente, cum quæritaretur populus, satis provisum diceret esse ab Agrippa, ne quis eorum sibi peri-*


pag. 278.
PORTA PIA OLIM NOMENTANA
A PIO IV EXTRVCTA.
Alexander Specchi incidit

periret; Hoc tamen incertum esse asserit eruditissimus Vatic. Basilicæ Canonicus Raphael Fabrettus. Agrippa igitur asserente Frontino de aquæductibus, cum jam tertio Consul fuisset C.Sextio, Spurio Lucretio Coss. post annum XIII. aquam Virginem in agro Lucullano collectam Romam perduxit; hujus fontes decem circiter milliariis Româ absunt, ad viam scilicet Collatinam, ut videtur in Tabula Topographica eruditissimi Fabretti, venit per longitudinem passuum XIIII. millium CV. ex eo rivo subterraneo passuum undecim millium DCCCLXV. supra terram per passus MCCXL. Prope pontem Lamentanum per deflexum tramitem Villam Juliam alluit, ex qua ad radices usque collis Pincii decurrit, & per duplicem ductum Romam irrigat. D. Michel Angelus Causeus sive de la Chausse in suo Romano Musæo, hoc est thesauro eruditæ antiquitatis sect. prima, refert gemmæ typum, quam sibi ait communicatam ab Illustrissimo D. Joanne Ciampino viro summæ eruditioni, eamque ad superbos aquæ Virginis ductus censuit referendam. Pius porrò Aquæductus statuit, & columnis à M. Agrippa ornatos fuisse docet Plinius, cujus verba sunt; *Hæc Agrippa verò in ædilitate sua adiecta Virgine aqua cæteris corrivatis, atque emendatis lacus 700. fecit, præterea salientes 105; Castella 130. complura etiam cultu magnifico. Operibus iis signa 300. ænea, aut marmorea imposuit columnas ex marmore 400. eaque omnia annuo spatio.* Hæc verba ad explicationem ejus gemmæ mirè faciunt. Exibentur autem in ea duæ mulieres manibus elevatis Virgini vota facientes, sicut mos erat apud Veteres Nymphis, fontiumque Geniis vota sæpe rependere, quod probatur præcipuè ex antiquis marmoribus à Grutero vulgatis. Virginis Adiculæ fornici appensa est lucerna, ut mos erat antiquis ante aras Deorumque imagines, tam in Templis, quam alibi honori gratia ponere. *Libr. 36. cap. 15.*

Ejus Aquæductus, destructos à Cajo Cæsare, Claudius restituit, ut probat inscripio ad radices Pincij montis eisdem apposita, quam refert Marlianus his verbis.

TI. CLAVDIVS DRVSI &c. CÆSAR AVGVSTVS GERMANICVS PONTIFEX MAXIMVS TRIB. POTES. V. IMP. XI. PP. COS. DESIGN. III. ARCVS DVCTVS AQVÆ VIRGINIS DISTVRBATOS PER C. CÆSAREM A FVNDAMENTIS NOVOS FECIT, AC RESTITVIT.

Deinde Hadrianus Primus Pont. Max. domitis Longobardis, anno à Christo nato circiter 779. ut Platina refert, eosdem aquæductus, quos disiectos ab ipsis Longobardis probabiliter credit Pætus iterum restituit. Hoc etiam narrat Baronius referens verba Anastasii. *Hic idem almissimus Præsul misericordia motus Formam, quæ Virginis appellatur, quæ per annorum spatia demolita, atque ruinis plena existebat noviter eam restauravit, quæ in tantam abundantiam aquæ profluit, ut totam penè Civitatem satiaret.*

Sed in varia rerum, quæ successit calamitate diruta iterum fuit. At Nicolaus V. aquam multo ante dilapsam (mutato nomine in Triviam) Urbi reddit, eratque etiam tempore Urbani VIII. inscriptio affixa, quam recenset Donatus sic. *Libr. 4. cap. 9.*

NICOLAVS V. PONT. MAX. POST ILLVSTRATAM INSIGNIBVS MONVMENTIS VRBEM, DVCTVM AQVÆ VIRGINIS VETVSTATE COLLAPSVM, SVA IMPENSA IN SPLENDIDIOREM CVLTVM RESTITVI, ORNARIQVE MANDAVIT ANNO DOMINI IESV CHRISTI MCDLIII.

Narrat Vasarus à se visa fuisse ornamenta ejus fontis marmorea in foro Trivii cum insignibus ipsius Nicolai, & Populi Romani exculpta, dirigentibus Leone Baptista Alberto, & Bernardo Rosellino. *Part. 2. pag. 271.*

Monet tamen Pętus, qui sub Pio IV. vixit, opus Nicolai V. à via Salaria citra factum fuisse, undè acquisitiones, & scaturigines, quæ ad nostra usque tempora fluxerunt, initium sumunt; nam si Nicolaus opus arcuatum restituisset, ductumque purgasset, non ita, ut ab ipso Pæto inventum fuit, vix annorum centum spatio intercedente nullis Urbis obsidionibus intermediis quantavis hominum negligentia dirui, & aboleri potuisset.

Post

Post Nicolaum V. Pius IV. cum plurimum ædificiis, publicisque operibus delectaretur, inter alia de restituendo aquæductu fontis Virginis, opus à multis desideratum cogitavit, cumque de modo, & impensa tractaret, & quidem Architecti calculo satis obscurè inito, opus 24. millibus scutis abundè perfici posse putassent, consilium tamen inivissent petere triginta millia, sperantes quòd supra esset, eis lucro cessurum. Hanc oblationem fieri curarunt eorum nomine à quodam Antonio Trevisio Liciensi, qui Principi, sociis eiusis, suo nomine promisit, se opus 24. millibus perfecturum, inventis interim quibusdam fabris murariis, qui opus idem 18. millibus se perfecturos repromittebant. Res visa est Pontifici facilis, ideòque onus pecuniæ divisit, ut scilicet Pontifex tertiam, tertiam & Clerus, & reliquum Romanus Populus conferret; subjerunt igitur onus de mandato Pontificis nobiles Viri Marius Frangipanius, Rutilius Alberinus, & Horatius Carus cum Jurisconsulto Luca Pęto, ut omnes vnà curarent, ut opus rectè, & sine fraude, ac quam citissimè perficeretur. Hæc omnia narravi cum ipso Pæto, „ qui in suo tractatu de restitutione aquæ Virginis, his verbis prosequitur. Interim pecuniæ collatæ Trivisio, & fabris murariis, inter quos lites exortæ „ sunt, adeò ut Pontifici renuntiatum sit opus perfici non posse, nisi ab eo Trivi- „ sius arceretur. Id Pontifex renuit, quod ęquum esset Trivisium operis perfectorem esse, cum ejusdem fuerit Author. Interea mortuus est Pontifex, qui opus à se incœptum absolutum non vidit, propterea scripsit Panvinius, *Aquam Sabinam, quam antiqui Virginem appellarunt, ante annos mille adeptam purgato fonte, & renovatis formis Urbi restituere voluit.*

Pius autem V. publica opera non negligens hujus ductus prosequendi curam Cardinali Riccio demandavit. Mortuo interim Trivisio cognovit Cardinalis, quod ferè dimidium operis peragendum superesset, & quòd alia decem millia perfectioni sufficere crederentur. Cum illa 24. millia à Trivisio consumpta fuissent; re ad Populum Romanum delata, alia decem ex vini vectigali huic operi applicata sunt, quibus opus perfectum est curantibus Nero, Pæto, insuper Jacobo à Porta, & Bartholomæo Gripto Architectis, correctis quibusdam primùm non animadversis. Primùm quia aqua Fontium, qui tres sunt, cum acquisitionibus, quæ intra ductum oriuntur visa est satis, superque esse Aquæductus, & formæ præsertim in ductu arcuato. Herculaneum riuum, qui verè loco palustri consurgit rejiciendum putavere, & prædiis adiacentibus relinquendum. Secundò Aquæductum ita facere ut semotis Aquis pluvialibus aqua incorrupta servaretur; & sic Duches Deo Opt. Max. adjuvante restitutus est, Aquaque ad Trivij fistulas 17. Kal. Sempt. Anno 1570. regnante Sanctissimo Pio V. magna omnium lætitia perducta est, triplicique ibi emissario (usque dum in Fontes per Urbem dispensaretur) per Cloacam inibi data opera nuper extructam in Tyberim, ne Civitati noceret transmissa est. Non tamen prius perducta est, quàm Optimus Princeps de ejus bonitate à peritissimis Medicis, per quos omne experimentum fieri jussit, certior factus fuisset. Decreverat enim Sanctissimus Pontifex potius omnem impensam amitti debere, quam aquam ducere, si, ut illi quidam falsò suggesserant, corporibus saluberrima non esset.

Cum autem Aqua Virgo Aqua Pia dicta deinde fuerit à Romanis, tum, fortasse quia Pius IV. illam Urbi restituere magno sumptu curaverit, tum etiam quia B. Pius V. opus illud perfecerit, videns in Numismate XVII. triplex emissarium, & in utroque idem lemma AQVA PIA facilè mihi suasi in singulis diversam Fontis delineationem exprimi, ex quo emanatura erat aqua, quam ex nomine Pii *Piam* appellarunt. Sed me ab ęquivoca voce in errorem inductum fuisse humanissimè significavit D. Abbas Franciscus Blanchinus sacra, & prophana eruditione in hac Urbe pręclarus. Cum ipse bonis artibus quinque annorum spatio Bononię excultus, insignes fontes inibi extructos in numismatis recognoverit. De illis hęc narrat Antonius Masinus, & primum de Fonte, qui in numismate XVI. indicatur, ait illum anno 1563. ideſt regnante Pio IV. extructum fuisse expensis septuaginta millium nummorum aureorum: supra gradus è marmore rubro extructos amplissimum labrum aquas excipit defluentes, quas Nereidum, Najadumque ubera, & monstrorum rictus circa nonaginta, omnia è metallo conflata, emittunt.

Bologna perlustrata pag. 232.

Inter

Inter illas Neptuni simulachrum ęneum eminet pedibus undecim altum, cui ludibundi in aquis pueri cum delphinis pariter ęneis famulatum pręstant. Hęc simulachra mira arte conflavit Joannes Bononiensis, marmor verò exculpsit Antonius Lupi, omnia delineante insigni Architecto Thoma Laureti. Hunc magnificum Fontem cancellis ferreis cinxit Senatus, Populusque Bononiensis anno 1605. leunculis ęneis exornatis, addiditq; propè illos quatuor marmorea vasa, in quibus ęneę larue ad publicum beneficium aquas emittunt.

Fontem autem, quem aliud numisma XVII. repręsentat, ait idem Auctor, fuisse extructum in via, quam Imperialem dicunt, à Thoma Laureto Architecto. *Pag. 577.* Ejus aquas è triplici Leonum ore emissas tres conchę marmoreę excipiunt, & in publicos usus conservant.

XVIII

FORVM CARNARIVM.

FOrum Boarium priscis temporibus Romę numerari ex innumeris patet Authoribus, qui de veteri Urbe scripserunt, Boarium dictum à signo Bovis ęneo in eo Campo collocato, ut dixit Ovidius Fastorum 6.

Area, quæ posito de Bove nomen habet. Patet idem ex Taciti Annalibus; ***A foro Boario ubi æreum Taciti simulachrum conspicimus &c.*** Et Plinius loquens de In- *Lib. 12.* sula Egina ait, ***Bos æneus indè captus in foro Boario est Romæ, hic est exemplar æginetici æris.*** *2.Gib.34.* Fuisse etiam dictum ***Taurinum*** probant acta Sanctę Bibianę, in quibus dicitur; ***Ejus cadaver pluribus diebus mansisse in foro Tauri.*** In fine ejus Fori erat Arcus marmoreus, cujus inscriptionem affert Nardinus in sua Roma, fuitque lo- *Lib.5.c.10.* cus, in quo de carnibus vendendis, emendisque agebatur, eòque etiam hisce temporibus certis diebus Boves, qui ad victum solent mactari, portant, ut emantur. Hoc forum indicari in numismate nemo sibi suadeat ex Bove, ac lemmate expresso FORVM CARNARIVM, in quo carnes divenduntur; de eo enim nullam mentionem in actis Pii IV. ab Auctoribus factam inveni.

Refert quidem Panvinius in ejus vita, quòd montes aliquot perpetuos, & Equites Pios instituit, variisque tributis vectigalibus, & pecuniarum indictionibus Urbem, & Ditionem omnem Ecclesiasticam oneravit. Equites quoque 535. multis, & amplissimis privilegiis ornatos induxit, quibus, & Monti Pio Macelli superadditum vectigal carnis quadrantarium, quod perpetuum esse voluit, in omni Ditione Ecclesiastica pręter Urbem, & Bononiam assignavit; ad hęc alterum carni quadrantem, frumento molendo, & vino peregrino, quòd per Tyberim ad Urbem vehitur, vectigalia graviora imposuit, vel auxit, Populo Romano reclamante, & nulla ratione consentiente; huc usque pręcitatus Panvinius; ex qua narratione numisma cusum fuisse mihi suadebam post impositum vectigal carnis, ad cujus exactiones, & lites obortas Forum peculiare deputatum facilè fuerit; Forum enim sicuti, authore Festo, negotiationis locus est, quo venalia feruntur, ita pariter, docente Quintiliano; ***Est locus, in quo judicia publica exercentur, quare dicitur argutum Forum, litigiosum, & verbosum Forum***; sed postquam hęc mente agitaveram, percurrens historiam Bononiensem ab Antonio Masini conscriptam sub titulo ***Bologna perlustrata*** didici tres amplos Porticus Bononiæ constructas fuisse anno 1564. Pio IV. regnante, cum ei Urbi Sanctus Carolus Bor- *Pag. 434.* romęus Legatus Pontificius pręesset, in quibus carnes divenderentur. Asserit hic Author earum primam sexaginta pedibus longam esse, ac viginti quatuor latam; secundam centum, ac decem pedum longitudinem, & triginta duorum pedum latitudinem æquare: Tertiam demum longam esse centum triginta, latam verò triginta duobus: omnibus portas magnificè extructas inesse, quæ foribus ligneis clauduntur. Insignia illis imminent Pii IV. eo tempore regnantis, quo constructę fuerunt. Tertiæ hanc inscriptionem addidere.

PIVS IIII. PONT. MAX.

DISPERSOS PER OMNES VRBIS REGIONES LANIOS,
AD ARCENDAM ODORIS FOEDITATEM, CARNES
ÆQVIORIBVS PONDERIBVS DIVIDENDAS,
IN HVNC LOCVM REDIGI IVSSIT.
D. DONATVS CÆSIVS EP. NARN. BON. GVB. CVR.
M D LXIIII.

XIX

SVMMI PALATII CVBICVLA.

INdicatur in hoc numiſmate Palatii Vaticani pars, cui multa addidit Pius IV. ille enim referente Panvinio, Palatio, & Villa Vaticana, Aulis, Cameris, Tricliniis, Cœnaculis, Teſtudine, & Porticibus, vel reſtitutis, vel novis factis, laquearibus aureis, & variis egregiorum artificum picturis renovatis, hortos Pontificios, ædicula, porticu, atrio, limphęo, cubiculis, & turri ædificatis, corrivato fonte nobiliſſimo, ſignis, emblematibus, & opere teſſelato condecoratos pulcherrimos reddidit. De his omnibus enucleatius diſſervimus in Hiſtoria Templi, & Palatii Vaticani Capite ultimo. Hic ſolùm addimus aliquas Inſcriptiones, quæ adhuc in ipſis fabricis ſuperſunt. In hortis Palatinis, quibus nomen *Belvedere* Innocentius VIII. Cybo primum impoſuit, poſtquam Palatium in hortis excitavit ſexaginta millibus ſcutorum expenſis, extat hæc inſcriptio.

Turrigius de Crypt. Vat. pag. 31.

PIVS IV. MEDICES MEDIOLAN. PONT. MAX. QVO COMMODIORES HONESTIORESQVE SIBI SVCCESSORIBVS HORTOS VATICANOS REDDERET, ET COMPLVRES AVLAS CVBICVLA, ET SCALAS CIRCVM SVPRA HEMICYCLVM, PLERAQVE A FVNDAMENTIS EXTRVXIT, QVÆDAM IN VETEREM FORMAM RESTITVIT, ATQVE EXORNAVIT SALVTIS ANNO MDLXII. PONTIFIC. SVI ANNO III. KAL. IANVARII ABSOLVIT.

Eodem tempore porticum longiſſimam è regione porticus à Julio III. excitatæ extruxit, addita hac inſcriptione.

PIVS IV. MEDICES MEDIOLAN.
PONT. MAX.
PORTICVM A FINIBVS LATERIS COLLIS
NEMORIS VATICANI CVM GESTATIONE
INTERIORE E REGIONE AREÆ
CONSTRVXIT, EXORNAVITQVE LONGAM PED. CCCCLVII.

Hanc fabricam memorat in ſuis Diariis Joannes Franciſcus Firmanus his verbis; *Anno ſecundo 1561. Pontificatus die prima Auguſti Sanctiſſimus D. N. cum caremoniis debitis poſuit primum lapidem in curritorio Belvederii ante curritorium vetus &c.* In Limphęo Palatino hæc verba leguntur.

PIVS IV. PONT. MAX. LIMPHÆVM HOC CONDIDIT
ANTIQVISQVE STATVIS ORNAVIT;

Ibidem.

PIVS IV. PONT. MAX. IN NEMORE PALATII VATICANI PORTICVM ABSIDATAM CVM COLVMNIS NVMIDICIS FONTIBVS LIMPHÆO IMMINENTE E REGIONE ARCIS INSTRVXIT ANNO MDLXI.

Rur-

Rursus hæc alia.

PIVS IV. MEDICES MEDIOLANENSIS PONT. MAX.
HANC IN NEMORE PALATII APOSTOLICI AREAM, PORTICVM
FONTEM, ÆDIFICIVMQVE CONSTRVXIT VSVIQVE SVO,
ET SVCCEDENTIVM SIBI PONTIFICVM DEDICAVIT
ANNO SAL. M D L X I.

Palatium hoc in nemore situm Pirrus Ligorius delineavit, ut refert Vasarus, indicaturque ab Illustrissimo Costaguto sub num.37. in Tabula undecima tractatus de Templo Vaticano, & in nostra Ichnographia Tabula ultima. *Tom. 3. pag. 185.*

XX.

INSTAVRATA.

IN isto numismate mentionem fieri Urbs Leoninæ, quam Pius IV. afferente Panvinio, crassissimo muro laxavit, arbitratus est P. Molinetus. Extat autem Bulla in collectione Cherubini Laertii, quàm Pontifex emanavit cupiens, novum Suburbium construere, populumque quo libentiùs ad illud habitandum, novisque ædificiis replendum se conferret, invitare mandavit, propterea tractum illum inter vetera Civitatis Leoninæ mœnia, & murorum propugnacula, quæ ab Arce S. Angeli ad Palatium Apostolicum per illum nuper excitata interjacentem, congesta passim humo, in altum elevari, ne ejus incolis repentinæ inundationes Tyberis obesse possent, atque Civitatem Piam de nomine suo authoritate Apostolica nuncupavit. Hæc quidem, & si vera sint ad aliud indicandum numisma factum puto, cum ante fundationem civitatis Piæ fuerit publicatum, anno nempè 1560. ut narrat Luckius pag.198. quo, narrante Panvinio, Arcem S. Angeli novis muris, & propugnaculis cinxit, propterea exhibet numisma Ichnographiam ejus arcis, & illam instauratam fuisse, innuit in lemmate. Civitas autem Pia constructa fuit an.1565. ut legitur in Bulla data apud S. Marcum eo anno Kal. Sept. in qua hęc habentur. *Civitatem Piam similiter de nomine nostro nuncupandam, auctoritate Apostolica tenore præsentium perpetuò erigimus, & instituimus &c.*

Munierat Alexander VI. vetus Adriani Mausoleum, ut diximus, cujus validæ munitiones, impetus victoris exercitus sub Borbonio Duce represserunt anno sal. 1527. septemque menses obsidentem retardarunt, donec emissus, seu clam profectus Pontifex Clemens VII. libertatem recepit. Fuerat Alexander Farnesius Cardinalis cum Clemente in arce detentus, tum ejus Successor vetera per obsidionem quassata refici, nova ædificari, instrui bellico instrumento, superiores ædes instaurari, & picturis ornari jussit; Quorum multa extruxisse Raphaelem Architectum filium Baccii è Monte Lupo sub præfectura Tyberii Crispi Cardinalis, Vasarus narrat, additque ab eodem artifice exculptum fuisse Angeli simulachrum, Alexandro VI. regnante à fulmine prostratum, ut diximus, quinque vulnis altum, quodque in arcis summitate intuemur. Plura deinde molitus est Pius IV., qui nova mœnia latiore circuitu porrectis, sesequc invicem tuentibus propugnaculis, adjunxit, ut hosti, qui primum vallum intrasset, secunda molis munimenta bellum de integro formidabile occultarent; in Diariis Jo. Franciscus Firmanus cæremoniarum Magister, ubi refert acta anni 1561., sic ait. Die 6. Maii Sanctis- *Vasar. col. 1 pag. 134.*
„ simus D. noster volens facere incamisare (scilicet lateritio pariete circumvesti-
„ re) munimenta facta circa Arcem S. Angeli tempore felicis recordationis Pauli
„ IV. ivit ad dictum locum, dixit quasdam orationes, ut in Pontificali, aspersit
„ fundamenta, dixit Psalmum *Nisi Dominus ædificaverit &c.* & posuit primum la-
„ pidem, in quo ab uno latere erant arma suæ Sanctitatis cum medaliis, & inscri-
„ ptio talis, videlicet. PIVS PAPA IV. PONTIFEX MAX. ANNO II. hæc numismata fuisse aurea, & argentea addit Oldoinus col.881. „ Deinde collocato
„ lapide (subdit Firmanus) in signum lætitiæ fuerunt exoneratæ multæ Bombar-

„ dæ. Die deinde 13. Julii causa fortificationis Arcis ejusdem fuerunt dejectæ in „ terram, quædam domunculæ, quę erant versus dictam arcem, ac etiam paries „ Ecclesiæ B. Mariæ Transpontinæ.

XXI

VIRGINI MATRI.

NArratum est in numismate XX. Julii III. Thermas Diocletianas in honorem Sanctissimæ Virginis Mariæ, & Sanctorum Angelorum ejus jussu consecratas fuisse. Præsens numisma eidem Virgini Matri dicatum Templum suggerit, quod Pius IV. in eisdem Thermis erexit sic narrante Panvinio. *Thermas Diocletianas vetustate corruptas S. Mariæ Virgini Dei Matri dedicatas magnificentissimo templo in sacram Aedem, & Cartusianorum Cœnobium menstrua quingentorum* Col. 871. *aureorum solutione convertit*. Illud sacratum fuisse anno 1561. narrat Ciacconius. Ejus rei memoria extat in quodam fornice Palatii Vaticani his verbis.

THERMAS DIOCLETIANAS MARIÆ VIRGINI DEDICATAS MAGNIFICENTISSIMO TEMPLO EXORNARI MANDAVIT.

Insuper in ipso Templo legitur hæc alia.

QVOD FVIT IDOLVM NVNC TEMPLVM EST VIRGINIS, AVCTOR EST PIVS IPSE PATER. DÆMONES AVFVGITE?

Primum lapidem posuit Pius ipse die 5. Augusti juxta narrationem Firmani Magistri Cæremoniarum in fundamentis ejusdem Ecclesiæ, & eo in loco ubi erigi debebat Altare majus, & cum Pontifice interfuerunt viginti Cardinales. Advertendum est tale Templum non exhiberi in numismate, sed cujusdam Templi frons arbitrio Sculptoris delineata, supra quam insignia posuit Pii IV. scilicet Mediceorum Familiæ, quæ Florentiâ propter bella civilia relicta, Mediolani substitit, de qua abundè Bernardinus Corius historiæ Mediolanensis accuratus Scriptor. Circa talia insignia Panvinius in vita Pii hęc scripsit; *Vetusta Mediceorum Florentiæ insignia pilæ rubeæ in certo numero aureæ parmæ fuere, quæ novem primò, deinde octo, postea septem, novissimè sex trianguli specie concinnata, superioris ordinis mediam Regum Francorum insignibus ex eorundem dono decoratam habuere. At Mediolani vetusti Mediceorum clypei rubei coloris pilam tantùm auream tulisse adhuc conspiciuntur*. Hæc Panvinius.

XXII

DIVAE CATHARINAE TEMPLVM ANNO CHRISTI M.DLXI.

INter Templa, quæ D. Catharinæ Virgini, & Martyri sacra Romæ numerantur dicata, illud est, quod in regione S. Angeli *à Funariis* dicitur, eo in loco situm, ubi antiquitus Circus erat Flaminius, dicebatur olim templum Rosæ, eo quòd S. Rosæ Viterbiensi erectum fuerat, cujus vestigia adhuc supersunt in proximis ædibus, in quibus Puellę permultę aluntur: anno enim 1543. regnante Lib. 4. n. 8. Paulo III., ut narrat Nicolaus Orlandinus in hist. Soc. Jesu; „ S. Ignatii cura subventum est ei generi Puellarum, quas miserabiles vulgus appellat; hę parentum „ sive injuria, sive vitio, certè rerum adigente penuria in periculo versabantur, ac „ sæpe pudicitiæ naufragia indigna faciebant, qua ex re crebri animarum fiebant „ interitus, nec raræ cædes, & clades aliquando familiarum, cui etiam incommodo, & pro suscepta animorum tutela obviam iret Ignatius, cœnobium S. Ca- „ tharinæ, quod à *Funariis* nomen habet multò labore fundandum instruendumque cu-

XXI



XXII



XXIII



XXIV



XXV



XXVI



XXVII



XXVIII



XXIX



XXX



XXXI



XXXII



XXXIII



XXXIV



XXXV



XXXVI





XXXVII



XXXVIII







„ quę curavit ; nobile in primis opus, nec minus elegans. Quo in extruendo Federici Cæsii pietas Cardinalis Portuensis præter cęteros sese extulit, ut fidem facit recens Ædes affabrè facta. Hæ quoque fœminæ ex S. Ignatii legibus, ac disciplina reguntur, dataque sunt ad operis incrementa, diuturnitatemque à Pontificibus immunitates, & jura. Inter cętera Rectoribus facta potestas, ut quæ versatur in lubrico è parentum domo, vel jis invitis, ac repugnantibus, rapiantur in claustra. Ita tamen ut cum certam ad ætatem pervenerint, in earum sit potestate manuque, velint, nec ne, Connubii vinculo, an potius religionis astringi. Si malint nubere, ab jis, qui Cœnobio præsident, ut bene collocentur, adjuvantur, si autem deliberatum sit religiosam vitam colere, tum in eodem quidem versari Cœnobio, sed discretæ tamen à cęteris permittuntur.

Hactenus Orlandinus, ex qua narratione habemus Templum inchoatum fuisse expensis Federici Cęsii Cardinalis, cujus insignia frons ipsius Templi præfert, quod fuisse absolutum post ipsius mortem sub Pio IV. anno 1564. affirmat D. Abbas Carolus Bartholomęus Piazza in suo tractatu de operibus piis Romæ. Ejus rei monumentum numisma propositum publicatum est. *Tractat. 3. pag. 158.*

XXIII

MENDICIS IN PTOCHOTROPHIVM REDACTIS.

Mulier quatuor nudos infantes amplectens Pii Pontificis charitatem erga pauperes exprimit. Ille enim afferente Panvinio; *Egentes, & deliros homines molesta, & fallaci mendicitate sublata, certis locis distributos nutriri præcepit Præfecto ad Pium opus Antonio Lomellino* (non *Romellino* ut legitur apud P. Molinetum) *Prothonotario*. Suggerit inscriptio hoc fuisse factum MENDICIS IN PTOCHOTROPHIVM REDACTIS, *cæterum* (prosequitur Panvinius) *ab eo consilio rei difficultate destitit. Ptochotrophium* autem est locus pro alendis pauperibus paratus, cujus meminit Imper. in lib. *omnes qui* §. *Privilegiis*. Nos communi vocabulo *Hospitales* vocamus. Habebat autem Ptochotrophium in superiori parte mulieres, inferiori autem viros. Sic Palladius in Lausiaca cap. 5. *Pag. 77.*

XXIV

VIRGO TVA GLORIA PARTVS.

Simile hoc numisma exposuimus in Julio III. num. XX., nec incongruum videri debet, etiam sub Pio IV. cusum fuisse, cultus enim erga Beatissimam Virginem præclarum in eo fuisse diximus, præsertim in magnificentissimo Templo excitando in Thermis Diocletianis in num. XXI.

XXV

TVI SECTATOR.

Sacrum Antistitem flagello munitum in armatas acies, equo irruentem exhibitum à numismate, Pium Pontificem ne credas lector. Hujus imaginem aversa exhibet ejusdem numismatis pars. Hippolytum Estensem seniorem in ea figura repræsentari mihi suadeo, tum ex Mitra Episcopali, quam capite gestat (summo enim Pontifici thiaram cum tribus coronis apposuissent) tum ex jis, quæ subjiciam ex Panvinio excerptis. Tempore quo Tridentinum concilium habebatur, „ Heretici in Gallia, qui novo nomine Hugonotti vocantur ab Henrici regis infausto obitu puerorum Regum Francisci II., & Caroli IX. adolescentia, & orbitate abusi, Luysio Borbonio Principe Condonensi, & Gaspare Co-

ligneo

,, ligneo (quem *Amiralium* vocant) præcipuis auctoribus, & Ducibus, cum in om-
,, nibus Gallis tùm præcipuè in Narbonensi rerum novandarum, & mutandę ve-
,, teris religionis avidissimi, tumultuariis equitum, peditumque ingentibus copiis
,, Catholicos rapinis, cędibus, & incendiis vexare, ac sævissimè persequi non
,, cessabant. Lugdunum totius Galliæ emporium, Aurelia, Rothomagus, Apa-
,, miæ, Biturigium, Blesium, Pictavium, Matisconum, Valentia, Mons Pessu-
,, lanus, Nemausus Bitenæ, & multę prępterea Civitates ab ipsis captæ his cala-
,, mitatibus involutæ sunt; Quorum furori, & amentiæ à Regis nutriciis, &
,, consiliariis severissimis edictis primùm, mox armis obviam itum est. Post mul-
,, tas clades Blasius Mon-lucius præfectus Aquitanię sex millia Hugonottorum
,, Duce Durasio pugnantium cęcidit, Pontifex quoque tuendæ Avenionis, & fi-
,, nitimę regionis causa, ubi maximè hæreticorum perfidia grassabatur, aliquot
,, Militum cohortes conscripsit Fabritio Sorbellonio Consobrino ei Provinciæ
,, pręfecto. Qui Lucę Antonii Thomasonii Interamnatis strenui, & multę expe-
,, rientię copiarum Ducis, forti fidelique opera usus, Avenionem in fide, Hugo-
,, notis Provincia submotis continuit, Aurantium ipsorum oppidum, haud longè
,, ab Avenione situm vi captum delevit, pręsentique periculo, & calamitate Pro-
,, vinciam liberavit. Lucę Antonii industriam Honoratus Comes Sumaripę Ten-
,, dę Princeps, Regii exercitus in Provincia Dux, intelligens, quàm acriter ab
,, Hugonotis premeretur, eum, Avenione in tuto posita, cum cohorte sua in
,, Regis auxilium evocavit. Cujus præcipuè virtute Sistaricum urbem munitissi-
,, mam, quo se Avenione pulsi hęretici, & alii ex omni Narbonensi tamquam in
,, asylum contulerant obsedit, sex millia ipsorum obsessa, auxilio venientium
,, delevit; Urbem vi expugnavit, & diripuit, in eo victorię cursu Zatum ab Hu-
,, gonottis obsessam, in fugam actis periculo liberavit. Lucas virtutis ergo ab
,, Imperatore Gallo insigni aureo torque donatur. Galliam verò, dissidio religio-
,, nis à domesticis hostibus vexatam, pecuniis Pontifex adjuvit, Legatum eò mi-
,, sit Hippolytum Estensem Card. Ferrariensem, qui turbatæ religionis rebus re-
,, medium aliquod afferret. Rebus ad arma excitatis multę hominum strages editę.

Hucusque Panvinii enarratio, è qua ni fallor, percussi numismatis causa deduci-
tur cum expressione Pontificiæ imaginis, & Hippolyti Card. Legati, ille enim
Galliam dissidio *religionis à domesticis hostibus vexatam pecuniis adjuvit*. Hic verò
Pii *Pontificis sectator* non inferiori zelo in Hugonottos industriam suam exercuit,
ut eos omnino profligaret, ac perderet.

Remanet hic advertendum quòd indecorum fortasse alicui videbitur, & im-
proprium; sacrum Antistitem Pontificiis vestibus indutum expressisse contra ar-
matos hostes irruentem, sed culpa Sculptoris (si tamen culpæ tribuendum) hoc
factum fuisse dicendum est, ut Pontificium Legatum exprimeret. Cæterum Pon-
tifices, etiã summo cum Sacerdotali amictu equitasse frequenter scimus ex antiquis
monumentis. In Cæremoniali M.S. Greg. X. in Biblioth. Vatic. servato, hæc verba
leguntur: *Cum Papa venit Romam ad Cappellam S. Mariæ Magdalenæ ad radices
Montis Mali* (eam ait Torrigius in m.s. dici modò oratorium S. Lazari) *intrat
cum Cardinalibus, & ibi recipit pluviale, & mitram, & postea equitat, & Judæi
in via offerunt ei legem*. Ita passim in cæteris antiquis Ordinibus.

❦ XXVI ❦

PIVS IV. PONTIFEX MAXIMVS PORTAM IN HANC AMPLITVDINEM EXTVLIT VIAM FLAMINIAM STRAVIT ANNO III.

Ædificandi nobili, & generoso studio incensus Pius IV. Urbem purgare, augere, & pulcherrimis ædibus viisque ornare constituit. Afferente Panvinio, inter cęteras quas excitavit Moles Portam, & viam Flaminias meliùs, & lautius refecit, ut enarrat inscriptio ipsa numismatis, illaque est, quam

quam Porta Flaminia ostentat. Fuerat olim hæc Porta juxta aliquos Auctores appellata *Flumentana*, eo quòd prope Tyberim fluvium pateret, eos tamen refutat Nardinus, qui *Flaminiæ* nomine dictam fuisse existimat à via Flaminia, in qua est. Lib.1.c.10. Flaminia autem via suum nomen accepit à Caio Flaminio, qui eam aperuit. Vulgo tamen dicitur *à Populo*, vel à populis arboribus, quibus Mausoleum Augusti circumdabatur juxta mentem Fulvii, vel à Templo proximo, quod populus Romanus Beatissimæ Virgini dedicavit, ut vult Donatus, postquam Paschalis II. summus Pontifex infaustam arborem excidit, sub qua Neronis impii Tyranni cineres condebantur. Hanc Portam antiquitus extitisse in parte, in qua Urbis mœnia proximum Collem circumdant orientem versus, affirmant quamplurimi, translatam deinde ad commodiorem transitum in planitiem, ubi nunc patet, rudem tamen extitisse, & omni prorsus ornamento orbatam usque ad Belisarii tempora; à Gothis deinde penitùs excisam, jubente Pio IV. Michael Angelus Bonarota in augustiorem formam reddidit, eoque mortuo Jacobus Barozzius usque ad coronicem perduxit. In ea columnæ, quæ in Causidico Basilicę Vaticanę à Constantino extructę binę hinc inde bracchia crucis munierant, columnis minimarum navium paulò majores; nunc (referente Ferdinando Carolo) *Portæ ejusdem fastigium Pio IV. jubente ferentes, urbem ingressuros veteris Romanæ majestatis admonent*. De aliis ejusdem portę ornamentis dicemus in numismate Alexandri VII., quod iterum eandem Portam oculis subjiciet. M. S. pag. 196.


In pręsenti sufficiat ipsum Pontificem inspicere propè portam equitantem à multis S.R.E. Purpuratis in equis pariter insidentibus associatum. Quos non casu exculptos existimo; solebant enim primitus cum Pontifices, tum Cardinales equitare, imò (referente Ciacconio) anno 1564. Pius in Consistorio dixit, *Non currus, non rhedas, ætate sua Romæ in usu fuisse, Marchionissamque Mantuæ primam viam patefecisse, cæterasque mulieres, quæ pedibus prodibant in publicum, ejus exemplum secutas. Mox Cardinales omnes hortatus est, ut relicto mulieribus rhedarum usu, senatoria majestate, quàm Imperator Romæ à se visam demiratus fuerat, ad negotia publica prodeuntes equitarent*; & 18. Kal. Januarii in Consistorio, *Romam gaudio triumphasse memoravit, quia iis diebus Cardinales, dimissis Rhedis, Romanæ curiæ decorem, & dignitatem equis vecti restituerant, eosque ad id faciendum in posterum non elumbi sermone inflammavit*. Eum morem in hæc usque tempora traductum cernimus, præcipuè cum novi Cardinales per Portam Flaminiam, ad summum Pontificem progrediuntur, ut Rubrum Galerum excipiant, & è Vaticana ad Lateranensem Basilicam post coronationis diem Pontificem summum comitantur. Col.874.

Jacet in infima parte numismatis nudus Senex à quo Tyberis fluvius viæ Flaminiæ proximus indicatur; De illo alibi dicendi occasio dabitur.

XXVII

SCHOLARUM EXAEDIFICATIO.

Plures scholas à Pio IV. extructas memorat Panvinius in ejus vita, ubi ait, *Scholas, quibus sapientiæ Professores Bononiæ docent, magnificentissimè refecit. Romæ verò inchoavit, Papiæ Collegium instituit*. Hoc ultimum in numismate repræsentari asserit P. Molinetus, cujus etiam statuta condidisse Pius fertur. Pag.75. Verùm ex fabricæ structura in numismate delineata Bononienses Scholas indigitari existimo, sunt enim illæ (ut vidi) supra fornices extructæ, quos pleræque columnæ suffulciunt, & amplam porticum secus publicam viam efficiunt.



SAPIA

XXVIII

SAPIA INTRA NOVVM ALVEVM COERCITO.

SApis Fluvius Æmiliæ vulgò il *Savio* oritur in Romandiola Florentina (ut refert Baudrandus) ex Monte Apennino duodecim miliaribus à Cervia in occasum se exonerat. Leander alterum Sapin fluvium in Isaurum apud Urbinum influentem nullo fretus Auctore comminiscitur. Primum indigitat numisma, cui sub Pio IV. novo alveo effosso cursum præscripserunt, ne ut priùs incerto tramite hac illacque decurrens campis damno ingenti esset inutilium aquarum effusione.

Exprimitur ille sub typo Senis ex urna aquam emanantis, propè quas palustres herbæ virescunt; Cornu etiam copiæ gestat, ut Camporum ubertatem significet, quos ejus aquæ madefaciunt, simili enim modo Flumina in ære præcipuè Veteres expresserunt.

XXIX

ANTIDOTVM VITAE.

CRucem à Religione sub typo Mulieris complexam cernimus in Numismate, in quo ante Bovem Jugum addidere cum lemmate ANTIDOTVM VITAE. Legem Divinam in Cruce, & Jugo significari neminem latet, ac de illa loquens dixit Divina Sapientia, *Jugum enim meum suave est, & onus meum leue*; sicuti autem Boves etiam refractarios coercet Jugum, sic efferatæ hominum mentes Cruce subjiciuntur, Legibusque Divinis, per vias rectas eductæ antidotum Vitæ (& si aliquantulum amarum) in Cruce excipiunt. Qua occasione Numisma hoc percussum fuerit ignoro, si tamen coniectaræ liceat, illud post Concilij Tridentini celebrationem publicari potuisse existimo, quo absoluto Pius 7. Kal. Februarii Anni 1564. (referente Panvinio) in Consistorio secreto cuncta Concilii acta, tam ea, quæ Sacra Dogmata, quam quæ reformationem Ecclesiasticam respicerent, comprobavit, amplissimumque more Majorum confirmationis diploma plumbo obsignatum publicavit. Insuper ex ejus decretis mores denuo emendare, Sacerdotia ad veteris formam instituti revocare Pontifex curavit, pluraque promulgavit ad Concilii observationem necessaria. Primùm tempus præscripsit, quo ejusdem decretis seruandis homines tenerentur. Octo Patres Cardinales delegit, qui ea servare facerent. Hi fuere Moronus, Saracenus, Cicada, Alexandrinus, Aracæli, Simoneta, Borromęus, Vitellius: modum, quo Doctores, ad Episcopatum postea promovendi, crearentur præscripsit, & fidei formulam quam Episcopi designati profiterentur instituit, atque in his legibus *Antidotum vitæ* omnibus Christifidelibus subministravit.

XXX

EXVRGAT DEVS.

FUerat, mihi oblatum æneum numisma, quale hic exprimi curavi. Illud postea argenteum inveni in usum pecuniæ factum tribus juliis æquivalens, quod italico sermone dicitur *Testone*; ad quem finem Christum resurgentem præferat cum lemmate, EXVRGAT DEVS edoceri cupio, dicam tamen mihi suaderi nummum hunc cusum fuisse eo tempore, quo ut in alio numismate diximus, Pontifex Pius Galliam dissidio Religionis à domesticis hostibus versatam pecuniis adjuvit, atque in ipsa pecunia sua vota voluisse indicare verbis ex Psalmo 67.

acce-

acceptis. *Exurgat Deus, & dissipentur inimicis ejus, & fugiant qui oderunt eum à facie ejus.*

Circa hanc nummi expressionem notandum est, quod Judocus Clichthovæus notavit serm. 1. in die Paschæ, non esse credendum Pictoribus, qui pingunt Dominum amoto lapide, ut in nummo cernitur, exire de sepulchro; Christus enim exiit clauso sepulchro, sicuti & januis clausis intravit ad Discipulos, neque bene pictos esse ab aliquibus custodes dormientes, quos verisimilius est tunc fuisse vigiles, alias non potuissent esse testes Resurrectionis, sicuti fuerunt apud Pharisæos. Quæ omnia ex Historia Evangelica clara sunt. Ipsum autem Sepulchrum, ex quo Dominus resurrexit, quomodo sit pingendum edocet libellus Adamnani de locis Sanctis scriptus, qui est apud Bedam libr. 5. hist. gentis suæ cap. 17. ubi hæc leguntur. In Ecclesia Constantiniana, quæ Hierosolymis Martyrium appellatur; „ Constructa eo in loco, ubi Crux Domini ab Helena ejus Matre reperta est, „ Monumentum Domini rotundum petra incisum est, cujus culmen intrinsecus „ stans homo manu contingere potest, ab Oriente habens introitum, cui lapis ille magnus appositus est, quod intrinsecus ferramentorum vestigia usque „ in præsens ostendit, nam extrinsecus usque ad culminis summitatem totum „ marmore tectum est; summum vero culmen auro ornatum auream magnam „ gestat Crucem. In hujus ergo Monumenti Aquilonari parte Sepulchrum Do„ mini in eadem petra excisum est longitudinis septem pedum, trium mensura „ palmorum pavimento altius eminet, introitum habens à latere Meridiano, ubi „ diu, noctuque duodecim lampades ardent, quatuor intra sepulchrum, octo „ supra in margine dextro, lapis, qui ad Ostium Monumenti positus erat, „ nunc fissus est, cujus pars minor, quadratum altare ante ostium, nihilominus „ ejusdem Monumenti stat, major verò pars in Orientali ejusdem Ecclesiæ loco „ quadrangulum aliud altare sub linteaminibus extat. Color autem ejusdem „ Monumenti & Sepulchri albo, & rubicundo permixtus videtur.

✠ XXXI ✠

HVMILIA RESPICIT.

IN hierogaphia Jacobi Tipotii invenitur hoc symbolum in numismate expressum, quo supra aram incubat agnus cum lemmate HVMILIA RESPICIT, accepto ex Psalmo 112. ubi dicitur. *Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat, & humilia respicit in Cælo, & in Terra*, seu ex Psalmo 137. *Quoniam excelsus Dominus, & humilia respicit, & alta à longe cognoscit*. Agno in ara repræsentari Christum propter innocentiam manifestum est. Quid autem in expressione Pius Pontifex mente sua agitaverit, latet omninò; nisi forsan nobis suadere velimus suam animi demissionem erigere voluisse spe concepta erga Deum, humilia respicientem, ut sublevet, juxta illud ejusdem Psalmi, *Suscitans à terra inopem, & de stercore erigens pauperem, ut collocet eos cum Principibus.*

✠ XXXII ✠

DESIDERIO DESIDERAMVS.

RArissimum numisma huc affero ex Gaza Serenissimi Ducis Parmæ receptum, in quo Pulli circa Gallinam alas suas expandentem, ut foueat, adjecto lemmate DESIDERIO DESIDERAMVS, tempus quo illud vulgatum fuerit, numisma non præfert, sed cum in eodem Arcem S. Angeli festivis ignibus collucentem videamus, arguendum est, post ipsam electionem Pontificis cusum fuisse; *quem omnium suffragiis summa omnium lætitia delectum* scripsit Panvinius, eam quidem ob causam (ut ait Ciacconius) *Quia ejus morum benignitas Reipublicæ necessaria visa est, ut humanitate, atque Clementia afflictam Urbem reficeret,* Col. 807.

ficeret, ac recrearet. Tunc enim faustum omen impletum crediderunt, quod narrat P. Famianus Strada eruditus S. J. scriptor in suis Prolusionibus acceptum ex vita Siluij Antoniani à Josepho Castalio descripta. Res ita se habuit: cum Cardinalis Pisanus natali suo nobile convivium Cardinalibus in ædibus, ad S. Marcum apparasset, Silvium Antonianum puerum undecim annos natum, indolis egregiæ fidibus scite ludentem, liquidæ vocis dono aures, animosque magnorum virorum demulcentem accersivit. Is cum singulorum Cardinalium laudes italico sermone versibus ad liram canendo recensuisset, jussus est à Cardinali Farnesio florum fasciculum ei Cardinali reddere, quem Romanum Pontificem aliquando futurum putaret. Joanni Mediceo Cardinali Puer modestissimus flores dedit, & Pontificatum quasi vaticinans prænunciavit.

Nisi potius, quis credat in pullis expressis pauperes significari, quos Pius Pontifex liberaliter aluit, ut diximus ex Panvinio. *Egentes homines, molesta, & fallaci mendicitate sublata, certis locis distributos alit*.

XXXIII

QUid mutum numisma proferat à benigno Lectore explicari cupio, dum in eo Bovi, deposito Jugo, Coronam Angelus imponit; fortasse illi convenit explicatio, qua numisma aliud sub num. 29. à nobis posito P. Molinetus illustravit; scilicet: *Patientia ut moralis Virtus rectè per Jugum, & Bovem animal patientissimum enuntiatur*. Hæc autem virtus maximè in Pio enituit, qui, licet natura ad *mira tamen animi patientia, atque in laboribus perseverantia præditus fuit*, ut testatur Onuphrius. Jure igitur ad eam Pii virtutem celebrandam numisma factum est, in quo præmium illi debitum sub coronæ symbolo indicatur.

XXXIV

PORTVS CENTVMCELLARVM INSTAVRAVIT VRBEMQVE VALLO AVXIT.

INscriptio ipsius numismatis, quod ichnographiam portus, & Urbis Centumcellarum, ostendit nulla indiget explicatione. De his fabricis ita scripsit Onuphrius. *Centumcellas* (quæ nunc Civitas vetus dicitur) *vetustate disiectas mænibus, portubus, arcibus sæpivit, ac munivit*. *Portum* scripsit P. Molinetus in lemmate relato, *Portus* lego in numismate, juxta relationem Panvinii, namque duplex portus patet apud Centumcellas, alter amplior pro majoribus navibus excipiendis, alter verò angustior, & magis intimus pro triremibus, aliisq; vulgaribus navigiis, qui vuglò *Darsena* dicitur. Munitiones autem, quas Pius vel addidit, vel instauravit orientem solem respiciunt. Hæc autem omnia in Tabula ichnographica Centumcellarum, quam suo loco exponemus clarissime patebunt.

XXXV

ANNONA PONTIFICIS.

FRequens est in nummis tum antiquis, tum recentibus, hæc seu parum dissimilis Annonæ expressio, scilicet mulier cornu divitiarum sinistra gerens, destra autem Justitiæ typum, addito hinc frugum canistro, inde curru frumentis onusto. Quid autem egerit Pius in ea paranda breviter enarrat Onuphrius his verbis. *Vrbis annonam procuravit præfectis aliquot viris industriis creatis*.

PII

I



II



III



IIII



V




VI



VII



VIII



IX



X



XI



XII



XIII



XIV




XV



XVI



XVII



XVIII



XIX



XX



PII V. NUMISMATA.

I

PIVS V. GHISLERIVS BOSCHENSIS PONT. MAX.



Ultum numiſma præfert Pii V. ſanctiſſimi, & in omni virtutum genere ſummi, qui ex Familia Ghiſleria, tunc quidem tenui, ſed ampla quondam, & Senatoria, Paulo Ghiſlerio, & Matre Dominica Augeria anno 1505. Boſchi natus, in baptiſmate Antonius poſtea Michael appellatus in laudatiſſima illa D. Dominici Sodalitate, in qua, ut primùm inſtituta eſt, tanquam in optimo, ac fertili agro, eodemque benè, ac diligenter exculto viri, & doctrinæ magnitudine, & vitæ ſanctitate præſtantes, nunquam alii ſuccreſcere, alii ex aliis continenter propagari deſierunt. Demum poſt Pii IV. obitum anno 1566. die 7. idus Januarii Eccleſiæ Dei gubernaculo admotus Pius appellari voluit priſtinum Michaelis nomen retenturus, ſi inter veteres Romanæ Eccleſiæ Pontifices aliquem eo nomine vocatum comperiſſet. In hanc tamen Pii appellationem libentiùs venit, ut conceptum à Plebe acerbioris ingenii timorem in ſpem pietatis, & clementiæ verteret, populumque meliùs, ac feliciùs de ſe ſperare juberet. Audita enim Pii electione magnus Romanum populum timor invaſit, quòd Paulum IV. in alumno ſuo Pio V. revixiſſe crederent, quem inquiſitionis acerrimum propugnatorem ſeveritati addictum jam ante cognoverant. Hoc Populi Romani judicium metumque, poſtquam Pius V. audivit, *Fidamus* (inquit) *in Deo, quo auctore ita nos geremus, ut gravior Romanis noſtræ mortis, quem electionis ſit mœror.* *Ciac.992.*

II

PAVLVS IIII. PONTIFEX OPTIMVS MAX.

Erga Paulum IV. grati animi monumentum eſt præſens numiſma Pii V, qui ab eo Pontifice ſacra purpura inſignitus fuerat, in ea virtute, quæ nihil hominibus eſt amabilius, Pius ſic enituit, ut unus omnium maximè acceptorum beneficiorum remunerator gratiſſimus fuiſſe perhibeatur. Neminem enim prætermiſit, qui vel modicè in eum benignus extitiſſet, cujus operam præter omnem expectationem abundè non compenſarit. Memor igitur, quantùm Paulo IV. Pontifici Maximo deberet, non ſolùm in averſa parte numiſmatis, hoc eſt ſibi parte proximiori, ejus effigiem exculpi juſſit, ſed ejus oſſa, quæ in S. Petri Baſilica ſatis humili jacebant loco, inde celeberrima, ac pia Sacerdotum, & omnium urbanorum Magiſtratuum, populique Romani proceſſione in eodem S. Mariæ ſupra Minervam transferri, ibique magnifico ſepulchro ex perpolito marmore honorificentiſſimè condi curavit. Erectis inibi ſimulachris ejuſdem Pontificis, & item Fidei, ac Religionis cum hoc elogio. *Gabutius in vita lib. 6. cap. 6.*

IESV CHRISTO SPEI, AC VITÆ FIDELIVM
PAVLO IV. CARAFÆ PONTIFICI MAXIMO
ELOQVENTIA, DOCTRINA, SAPIENTIA SINGVLARI,
INNOCENTIA, LIBERALITATE ANIMI,
MAGNITVDINE PRÆSTANTI SCELERVM VINDICI, INTEGERRIMO,
CATHOLICÆ FIDEI, ACERRIMO PROPVGNATORI.
PIVS V. PONTIF. MAX.
GRATI, ET PII ANIMI MONVMENTVM POSVIT
VIXIT ANNOS LXXXIII. MENS. I. D. XX.
OBIIT MDLIX. QVINTODECIMO KAL. SEPT. PONT. SVI ANNO V.

Mox S. Thomæ Aquinatis ædiculam, in qua idem Sepulchrum est, annuis vectigalibus instruxit, statuens, ut quot annis ipsi Pontifici solemni ritu justa persolverentur. Carafas insuper à Pio IV. damnatos ad honorum, & dignitatum jura admittendos, examinata rursus eorum causa, judicavit, ex quorum Familia Antonium sibi notum, & virtute probatum virum purpuræ honore decoravit.

III

CLAVES REGNI COELORVM.

DE Clavibus, traditis à Christo Apostolorum Principi Petro, abundè alibi dictum est, earumque significatione, ac Potestate Pontificia, in illis indicata. Aliquid hic est adnotandum circa Christi figuram in numismate expressam. Indicat illa virum, ætatem plusquam triginta annorum agentem. In multis tamen antiquis monumentis præsertim in Sarcophago Junii Bassi in Cryptis Vaticanis servato, & in tumulo Anicii Probi, qui in Vaticana Basilica pluribus annis aquam pro sacro baptismate continuit, aliisque prope Constantini Magni tempora exculptis, Christus, juvenilem ætatem agens, ut plurimum cernitur expressus ab antiquis, fortasse edoctis ab Ecclesiastico dicente: *Vidi cunctos viventes, qui ambulant sub Sole cùm adolescente secundo, qui consurgat pro eo*, de quo adolescente secundo loquens Vincentius Cassinensis cap.4. ait, *adolescens secundus proculdubio Salvator noster est, ideo secundus dictus, quia post Adamum adolevit*. Tunica est indutus, quæ dicebatur *Polyris*, & pallio, quod polyrim tegebat, quatuor angulos habens, ut vetera monimenta musiva demonstrant, explicatque Tertullianus, & Pamelius. Pedibus nudis incedit, quare Joannes Baudinus in comp. vitæ Domini: Credimus autem Jesum plerumque nudis pedibus ingressum; sed qui credunt id perpetuum fuisse, ut nudis pedibus incederet, equidem errant, nam quod calceis usus sit D. Joannes Baptista testatur, cum se indignum pronunciat, qui solvat Corrigiam Calceamentorum ejus. Hæc calceamenta à sandaliis non differunt, quorum forma in Sarchophago Junii Bassi, Marcelli II., & in Statuis tum ærea, tum marmorea D. Petri repræsentantur. Extant adhuc Christi sandalia in Templo D. Pauli, quod dicitur in *Arenula* Romæ, atque in Templo Montis regalis teste Lello in ejusdem Templi historia.

Cap. 23.

IV

ILLVMINARE HIERVSALEM.

PIVS V. PONT. MAX. AN. VI.

NOva Stella, quæ Reges Magos ad Christi Infantis cunabula duxit, ut in homine Verbum Divinum agnoscerent, prout in numismate exprimitur, factum celebre sub Pio V. in mentem revocat, quo multi cęlesti lumine illustrati, ex errorum tenebris ad veram Christi religionem accesserunt. Egregia enim

enim Pii Pontificis religione omnes ad pietatis ſtudia mirificè incendebantur, & quotidie fiebat multorum impuræ vitæ commutatio ejus exemplo virtutis. Hinc quamplurimi Judæi Jeſu Chriſto nomen dederunt. In quibus celebris in primis, & inſignis fuit converſio Eliæ Carcoſii, doctrinâ, & divitiis inter ſuos facilè principis, qui Synagogæ præpoſitus erat. „ Hunc Pontifex (ut narrrt Gabutius) *Lib. 6. c. 3.*
„ cum adhuc eſſet Cardinalis multis identidem ſtimulis ad Chriſtianam Fidem
„ amplectendam incitaverat, quod ille facere recuſans per jocum reſpondere ſo-
„ lebat. Tum Chriſti ſacra ſuſcipiam, cum Frater Michael ſummum injerit Pon-
„ tificatum. Id porro cum eveniſſet, & Elias de collata dignitate Pontificem
„ gratulans adiviſſet, eum denuò Pius eſt aggreſſus, in memoriamq; illi revocavit,
„ quòd eſſet pollicitus ſe baptiſmo expiatum iri, ubi ipſe Pontifex Maximus re-
„ nunciatus eſſet. *En inquit ſum Pontifex ſummus, Dei benignitate præſta datam*
„ *fidem*. Diſceſſit Hebræus, ſed paulò poſt divina gratia permotus ad Pontificem
„ rediit, & velle ſe una cum tribus filiis ſuis, ac nepte fieri Chriſtianum profeſ-
„ ſus eſt. Quare uſque adeo Pontifex lætatus eſt, ut vocatum ad ſe hominem,
„ Deo gratias agens, amiciſſimè complecteretur. Mox eos omnes Chriſtiana
„ doctrina imbutos manu ſua baptizavit mira populi celebritate, inde Neophy-
„ tos multis beneficiis, ac donis exornavit. Eliam, qui mutato nomine Michael
„ eſt appellatus, una cum filiis in Ghisleriam gentem retulit. De filiis ejus
„ unum, ſeptimum circiter annum agentem, novo nomine Paulum in Collegio
„ Germanico piè, ac liberaliter educandum curavit.

V

IN FLUCTIBUS EMERGENS.

CUſum fuiſſe præſens numiſma poſt victoriam illam celeberrimam apud Naupactum relatam à Chriſtifidelibus contra Turcas aſſerit P. Molinetus, quoniam Navis Petri ea agitata tempeſtate quaſi è fluctibus, quibus penè obruebatur, emerſit. *Pag. 84.* An verum hoc ſit nulla temporis nota numiſmati affixa nos reddere certiores poteſt. Ut ut ſit. Jure Eccleſiæ typum in navicula expreſſit, tum Pius V, tum plerique Pontifices, quæ nunquam fluctibus naufragium patitur. Namque *hæc eſt illa navis*, ait D. Ambroſius loquens de Navi in quam Chriſtus aſcendit in ſtagno Geneſaret; *Quæ adhuc ſecundùm Matthæum fluctuat, ſecundùm* *Lib. 4. in Lucam c. 5.*
„ *Lucam repletur piſcibus, ut & principia Eccleſiæ fluctuantis, & poſteriora exube-*
„ *rantis agnoſcas. Piſces enim ſunt qui hanc enavigant vitam. Ibi adhuc diſcipulis*
„ *Chriſtus dormit, hic præcipit; dormit enim trepidis, perfectis vigilat. Non turba-*
„ *tur hæc navis, in qua prudentia nauigat, abeſt perfidia, fides aſpirat. Quemadmo-*
„ *dum enim turbari poterat, cui præerat is, in quo Eccleſiæ firmamentum eſt? Illic*
„ *ergo turbatio, ubi modica fides, hic ſecuritas, ubi perfecta dilectio*. Quæ verba S. Ambroſii nobis ſuggerunt Sanctiſſimi Pontificis fidem eximiam, qua Eccleſiæ navim, ſibi à Deo commiſſam, rectiſſimè gubernabat.

VI

DOMUS MEA DOMUS ORATIONIS.

IN Petri Sede collocatus Pius nihil habuit antiquius, quàm ut Sacroſanctum Religionis cultum omniumque ordinum, ſed Cleri præſertim mores ad priſtinum ſplendorem revocaret. Hæc ſua deſideria numiſmate percuſſo ſignificavit, in quo Chriſtus è Templo vendentes, & negotiatores ejicit. Sic Pius primò familiaribus omnibus ad ſe vocatis ſignificavit, nolle ſe qui aulam, aut domum ſuam incolerent, ſordere vitiis, ſed innocentiam, puritatemque ſectari. Cardinalibuus, & Epiſcopis hac Chriſti Domini voce inculcavit, *vos eſtis lux mundi &c.* *Oldoin. col. 1003.*

Ad

Ad Judices inde conuersus eos admonuit,ut iustitiæ rectum iter tenerent, cujus flectendi nemo ex Pontificia familia auctor eis aut suasor esset futurus. Subinde Patriarchales quinque Urbis Ecclesias invisit, ubi singula Collegia ad Divinum cultum retinendum est cohortatus. Ac propterea visitatores delegit, qui sacras omnes Urbis ædes obirent cum potestate quoslibet ministros corrigendi.

Gabutius lib.1.c.10.

Inanium Deorum effigies ab Ethnicis relictas magnisque sumptibus olim ornatus causa in Vaticano sacrique palatij theatro collocatas, tanquam iis locis prorsus indignas confestim alio jussit asportari. Easq; Populo Romano largitus est, edicens, hujusmodi ornamenta Capitolio, ubi deinde posita sunt, indecora minus esse, quem Pontificio domicilio. Inter hæc gravissimum edictum evulgavit de expellendis ab Urbe, atque ab omni ditione Pontificia meritricibus; cumque triumviri Urbis Conseruatores acriter obsisterent ob locandarum ędium detrimenta. Pius illico silentium imposuit dicens. ***Ergo ne Romani Senatus erit mulierculas has tueri; & impudicitiæ favere? Atqui nisi illæ Roma discendant, nos cum universa Curia discedemus.*** Discesserunt plurimæ; nonnullæ, ut peiora vitarentur, tolerare necesse fuit, quæ in unum Urbis angulum reiectæ, ac remoto ignobilique loco conclusæ sunt. Interdixit etiam ne quis virorum sacrorum popinas frequentaret, luxumque vestium, & conviviorum tota Ecclesiæ ditione repressit. Sanctioribus, ac strictioribus legibus Clerum in primis astrinxit, nimirum ut à mundanis spectaculis abstinerent, ne talis, tesseris pagellis pictis, aut ullo vetito ludo genere luderent, neve comediis, aut compotationibus interessent, vel alia clericali dignitati minime convenientia facerent.

Oldoinus col.1005.

Idem col. 1004.

Adversus Judæos multa sanxit, eos primùm in Regione illis attributa, noctu foribus obseratis, concludi jubens, innovata Pauli Constitutione, ob causas in illa contentas tota Ecclesiastica Ditione depulit, præterquam ipsa Urbe Roma, Avenione, & Ancona.

Romani Pontificis munus illud Pius dicebat esse præcipuum summa ope conniti, ut in Urbe Roma, ex qua tamquam ex fonte universum in Christianum Orbem omnis Religionis, & virtutis documenta, & exempla derivant, ut diximus, cultus, & Ecclesiastica disciplina, urbanorum denique mores quoad fieri posset integerrimi conservarentur. Itaque primo sui Pontificatus anno in eam causam incubuit, ut Religionis cultum in Urbem revocaret. Ne pauperes opem quærentes in templis orantibus molestiæ essent, diploma emanavit, quo illis eleemosinam in templis petere, ac eisdem à cæteris præberi prohibuit.

Denique nihil erat, quod ad Divinum cultum vel ad mores optimè formandos attineret, quod non summo studio ad suum pristinum splendorem revocare niteretur. His quamplurima addi possent, quæ passim descripta sunt in ejus vita, quam vulgavit Antonius Gabutius Presbyter Cleric. Regul. S. Pauli Romæ anni 1605.

VII

NE DETERIVS VOBIS CONTINGAT.

Pag. 89.

PErcussum fuisse hoc numisma postquam Ælias Judeus, ut dictum est in numismatę IV. sacrum baptisma suscepit arbitratus est P. Molinetus; *Quippe* (ait) ***monentur in illo Judæi Neophyti, ut in fide perseverent, ne quid deterius ipsis contigat, si Christianos ritus dimittentes in pristinos errores relabantur.*** Hoc fieri potuisse non dubito; sed cum tempus ignoretur, quo percusum fuerit, liceat mihi in eo clementiam Sanctissimi Pontificis recognoscere, qua injurias reis remittens, illos ne relaberentur paterne admonuit; sicut enim fuit gratus pro beneficiis acceptis, ita injuriarum immemorem sese ostendit, venia patentibus impertita, immo bonum sæpe pro malo reddidit. Inter cætera insigne illud est, quod P. Oldoinus narrat. Nebuloni cuidam, qui se jam Pontificem famoso scripto lacessiverat pepercit, cumque capitis damnatus esset, jussit illum coram se sisti, & carmen suum recitare. Tum Pius, *Si tu mihi ut Pontifici maledixisses, haud ferres*

Oldoin. col. 1005.

impunè; verùm quia in fratrem Michaelem, & Cardinalem Alexandrinum ob crassiores calceos conuicia jactasti, abi liber quò velis; ego namque humilitatem vitæ, & habitus mei semper, & animo retinebo, & libens confitebor, eroque vilis, & abiectus in oculis meis, tu vero abi, & in posterum lingua te abstineas, ne maledicendi libidine vitæ tuæ compendium facias; sed majus est, atque admirabilius, quod ex Massonio modò subiiciam. Cum quidam vir primarius vitæ ejus insidiatus esset, deheprensæque essent litteræ ejus rei indices, vocatis duobus Cardinalibus eas exhibuit, cum reus à se scriptas, obsignatasque fateretur, supplexque procumberet ad pedes Sanctissimi Senis, lachrymasque demissè veniam peteret, ei ultro benedixit, imposita reo sibique ac testibus, qui aderant, perpetui silentii pœna. Quid ni igitur debuerat populus conticescere? aut potius tantæ mansuetudinis præclara argumenta vulgato in numismate celebrare?

VIII

COLLEGIVM GHISLERIVM A B. PIO V. PAPIAE ERECTVM ANNO 1569.

ADeo clara est inscriptio, & expressio numismatis ut explicatione non indigeat; non tamen omittenda sunt aliqua ad majorem lucubrationem.

Continetur ultra Padum in Insubria urbs Papia, quæ & Flavia Papia, & secunda Roma appellata, conditaq; fuit ab Levis, & Marcis Liguribus ut Plinius ait, vel ut alij à Gallis Boiis, & Cenamanis Ticini amnis accolis, à quo *Papia Ticinum* etiam vocatur, situsque ejus ad levam fluvij ad ripam, qui ibi insignis operis tecto Ponte contractus, ipsum. *Baudrandus v. Papia.*

Flumen cæruleas, & aquas, & stagna vadoso
Perspicuum servat, turbari nescia fundo,
Ac nitidum viridi lente trahit amne liquorem.
Vix credas labi ripis tam mitis opacis
Argutos inter volucrum certamina cantus
Somniferum ducit lucenti gurgite Lympham.

Auctor itinerarii Italiæ, Traiecti ad Rhenum Typis dati à Gisberto Tylli an. 1659. ita scribit in pag. 332. *Papiæ inter ædificia præcipuum locum obstinere duo palatia comodo studiosæ Juventutis extructa, alterum à Pio V. Pont. Max; Alterum à Cardinale Borromæo magnificentissimè*. Collegium Pipiæ institutum esse à Pio IV. vidimus in superiori ejus numismate, ex relatione Panvinii; sed Pius V. narrante Gabutio ad Patriæ suæ commodum, & ornamentum præcipuè Ghisleriæ gentis in gratiam, in Ticinensi gymnasio, amplum, & magnificum Collegium, quod Ghisleriorum esse, & appellari voluit, ædificavit. In quo saltem quatuor, & vig inti adolescentes rei familiaris inopia laborantes piè educarentur, dum bonarum artium studiis operam darent, idque certis vectigalibus annuis instruxit, præscripta lege, qua illud Regi, & per consanguineos & gentiles suos in perpetuum administrari vellet, utque nonnullis libertatis, & immunitatis beneficiis à Rege Catholico decoraretur effecit. *Lib. 6. c. 5.*

IX

FOEDERIS. IN. TVRCAS. SANCTIO.

INeunte vere anni 1570. Selymus II. Turcarum Imperator pacis fœdus juramento firmatum anno superiore cum Venetis, perfidè violans, grave bellum Christianis intentavit, & in primis Cypri Regnum occupare nitebatur. Quamobrem Veneti per Oratorem Pium deprecati sunt, ut opem ferret; nec illorum spem fefellit Pius, sed longè superavit; nam sociale fœdus Venetis proposuit, Christianis Principibus ineundum, deindè Spiritus Sancti opem suplici-

ter

ter implorans, privatim, ac publicè ad Deum preces indixit. Mox Ludovicum de Torres Cameræ Apostolicæ Clericum ad Catholicum Regem Philippum cum litteris legavit, & licet summorum virorum opinione ob varias causas hanc belli societatem vix fieri posse videretur; nihilominus Pius rem totam conficiendam suscepit, & favente Deo brevi temporis intervallo voti compos factus est. Rex quippè, ut imminentibus periculis occurreret, confestim quinquaginta triremes hinc inde in italico mari collectas in Siciliam deduci jussit, illasque Venetis, addixit, easque ut Pontificiæ Classis Præfecti monitis obsecundarent, admonuit. Ejus verò Præfecturæ munus M. Antonio Columnæ 3. Idus Junii hoc anno Pius detulit. Quæ res magno apparatu confecta est; nam per M. Antonium Cardinalem Columnam coram Pontifice in Sacello Pontificio, peracto Missæ Sacrificio, Pius suis ipse manibus Columnæ dedit præfecturæ Vexillum, ex Damasceno serico rubro confectum, in quo erat Christi Domini de Cruce pendentis imago depicta, atque hinc inde effigies SS. Apostolorum Petri, & Pauli his verbis inscriptis.

IN HOC SIGNO VINCES.

Interea Catholici Regis de fœdere mandata ad Pium afferuntur, quod superatis variis difficultatibus post multas graves, & longas contentiones anno 1571. confectum est, atque in publico Pontificis, & Cardinalium consessu solemnis juris jurandi religione sancitum est magna piorum lætitia, & subinde promulgatum; quæ hactenus enarravi verbis dicta sunt ex vita Beati Pontificis acceptis, quam Gabutius descripsit, in quibus tamen aliqua sunt corrigenda. Constat enim ex Diariis Cornelii Firmani sacrarum cæremoniarum Magistri, aliqua ex enarratis à Gabutio diversimodè accedisse, ut ex ipsius verbis apparebit. Anno „ 1570. (ait ille) prima Maii Papa concessit Jubilæum ad implorandum auxilium „ contra Turcas, & cum Clero fecit processionem à S. Petro ad Sanctum Spiritum „ sine pompa, ubi à cantoribus fuerunt dictæ multæ preces. Eodem anno 2. Junii „ Papa interfuit Missæ in Sancto Petro, qua completa Sanctitas sua benedixit Vexillum. Postea Dominus Marcus Antonius Columna præstito juramento, utpotè deputatus Capitaneus Classis parandæ contra Turcas, recepit dictum Vexillum positum in hasta, quod deinde dedit Capitaneo Marcello de Nigris nobili „ Romano, cum quo comitatus cum magna pompa jvit ad suam domum. Anno „ deinde 1571. 25. Maii fuit secretum Consistorium, in quo Oratores Regis Catholici, & Venetorum fecerunt Instrumentum fœderis contra Turcas. Instrumentum fuit lectum à Datario, quo lecto Sanctissimus juravit tacto pectore, „ idem fecit Eminentiss. Pacecus Procurator Regis Catholici, & Oratores jurarunt „ tactis Evangeliis oblatis à Datario. Testes fuerunt Gubernator Urbis, Auditor „ Cameræ de Torres Magister Cameræ, D. Florentius de Auximo Cubicularius „ secretus, & Clerici cæremoniarum, & Datarius fuit rogatus.

Lib. 4. cap. 6. & 7.

„ Die 27. Maii Papa in templo D. Petri interfuit Missæ de Spiritu Sancto „ celebratæ à Card. Augusto coram quadraginta duos Cardinales, qua completa „ Canonicus Nicolaus de Aragonia habuit orationem de Liga, deinde legit instrumentum stipulatum, quo finito dictum est *Te Deum*, & data fuerunt signa „ lætitiæ in Arce S. Angeli, & aliis locis consuetis, & tribus diebus factæ sunt „ ritu solemni Processiones, prima à S. Petro ad Sanctum Spiritum; secunda à S. „ Petro ad S. Jacobum Hispanorum cum 42. Cardinalibus; tertia à Minerva ad „ S. Marcum cum 42. Cardinalibus. His supplicationibus Pius more suo pedes interfuit, & amplissimum per universum Orbem Christianum Jubilæum indixit, conditiones ejus fœderis recensuit Gabutius cap. 6. Vide etiam Antonium à Fonte Majori in vita Pii V.. Qui cæteros etiam Principes ad sociale bellum accendit missis Legatis Cardinali Alexandrino in Lusitaniam, & Galliam, Card. Commendonum ad Cæsarem, cujus opera Itali quoque Principes, necnon Poloniæ Rex, & Moschorum Dux excitati sunt.

Gabut. ibidem.

Idem lib. 4. cap. 5.

Hæc autem omnia indicat numisma propositum, in quo adstant Pontifex, Rex Philippus, & Venetorum Dux, quibus propria insignia subjiciuntur, idest Agnus Pontifici, Aquila Regi, & Veneto Leo, quem in honorem D. Marci Reipublicæ Patroni in suis insignibus ostentat.

DOMI-

X

DOMINE ADIVVA NOS.

SAnctissimi Pontificis vota explicantur in numismate verbis, quibus sui Præceptoris opem D. Petrus in navicula à Mari agitatus imploravit. Socialis enim belli fœdere contra Turcas jam firmato spem omnem in divinum auxilium jactandam duxit Pius. Itaque statim, ut dictum est, indicto triduano jejunio, decernuntur supplicationes, quæ in Natalem diem Festum Beatissimæ Virginis Mariæ inciderunt. Deinde ipso pugnæ die, nocteque præcedente Pius classes jam propè esse, ut congrederentur, existimans, multò majores sese in preces dedit. Id ipsum sacrorum hominum in Collegiis, acCœnobiis per omnes hoscedies faciendum curavit. Ubi in singulas horas Dei famuli erant distributi, ob id assiduè Deum deprecantes; neque enim ulla magis eum premebat cura, quàm felix, & optatus expeditionis huius eventus, cujus causa tot tantisque vigiliis, & jejuniis ætate alioqui gravis sese afflictaverat, ac tot lacrymas precesque profuderat, quibus misericordiam, clementiamque Divinam in Christianos inclinans, meruit exaudiri.

XI

DEXTERA TVA DOMINE PERCVSSIT INIMICVM.

TRiremes in Mari dispersas, multasque demersas prope Abydum, nunc Arx contra Sestum, quæ *Dardanello* nominatur, ostendit numisma, in quo Dominus è Cælo fulmina jaculans, & Angelus cum Cruce in Pontificia navi Turcarum classi terrorem incutit, cum lemmate, quod Moyses, cum filiis Israel cecinit Exod. 15. *6.* post quam viderunt Ægyptios mortuos supra littus Maris. DEXTERA TVA DOMINE PERCVSSIT INIMICVM.

XII

DEXTERA DOMINI FECIT VIRTVTEM.

POntificiam Classem contra Turcarum dimicantem, Angelo in aere prælium dirigente, videmus expressam, additis verbis ex Psalmo 117. *16.* acceptis DEXTERA DOMINI FECIT VIRTVTEM.

XIII

A DOMINO FACTVM EST ISTVD. 1571.

EAndem Classem, eandemque pugnam numisma præbet, in qua Victoriam Christifideles retulerunt, & fuisse hoc à Dei ope factum verba declarant ejusdem Psalmi 117. 23. apposita, A DOMINO FACTVM EST ISTVD, quibus addi poterant ea, quæ sequuntur, & *est mirabile in oculis nostris*. Tria hæc numismata anno 1571. percussa, ut indicat eorum Tertium, spectant ad præclaram victoriam, quàm de Turcis Christifidelium Arma retulerunt. Totam rei seriem ex probatis Auctoribus delibatam in his pagiuis hoc pacto exponemus. Postquam Selymus ex sola regnandi libidine Insulam Cypri expugnaverat, Occidentem totum jam Turcæ mente vorabant, sed expeditioue facta venit Christiana classis ad Insulas Echinadas parata vincere, aut mori, Dei nomine Pio Pontifice victoriam pro-

mittente. Provehebatur ea classis Corcyram versus ab Austriaco ita distributa, ut mediam aciem cornua duo, & subsidia constitueret medium agmen 61. triremium; ipsam ducebat Austriacus, cujus latera cingebant, dextrum Pontificia, lævum Veneta Prætoria; Illi Marcus Antonius Columna, huic Sebastianus Venerius socialis Belli Duces cum potestate præerant. Dextrum cornu, quod erat 54. Triremium, ducebat Ioannes Andreas Auria: Lævum cornu, in quo erant pariter Triremes 54. regendum dedit Augustino Barbadico, cui Sfortia Comes S. Floræ, cum Italicæ nationis copiis adjungebatur: postremam aciem, quæ à tergo navigans 30. constabat triremibus, regebat Alvarus Bazanus, agmenque claudebat huc, & illuc opem allaturus, prout casus poposcisset; nec subsidia suis quæque locis deerant, & omnes ritè dispositę sunt, ut universa Christiana classis ad quinque milliaria spatium æquarent, cui propugnaculo erant majores Venetorum triremes.

Galat lib.5. cap.3.

De hostium apparatu certiores facti classis Christianæ præfecti pridie Nonas Octobris hora tertia noctis è Cephalonia movent, & postera die ad Echinadas Insulas prima luce devecti Joannem Cardonam cum octo triremibus ad Portus naturam perspiciendam emittunt, subinde Classis progrediebatur. Præcedebant dextri cornu triremes, quæ Prætoriam Auriæ sequebantur, qui Turcicam classem circiter quindecim millia passuum distantem prospectans, id continuo significavit Austriaco, qui culparum indulgentiam, quàm universis depugnantibus Pius liberalissimè concesserat, jubet promulgari, pugnæ signum extolli, & omnes se ad dimicandum comparare. Mox Austriacus cum in Celorem descendisset, idemque Columnam, & Requesentium facere mandavisset, illum ad sinistrum, hunc ad dextrum cornu circumspiciendum, classiariosque ad pugnam adhortandos emisit, ipse verò mediam aciem circumvectus omnium animos ad certamen augebat. Invocatis igitur ab omnibus Sanctissimis Nominibus Dei, & Virginis Matris Christiana classis in hostem procedebat, qui in hunc modum acies ad pugnam instruxerat. Medio agmine, quod 96. ferè cùm triremibus, tum biremibus constabat, Alis & Portaùs summi Duces procedebant: dextrum cornu quo 56. triremes vehebantur, regebat Syrochus Cauraliusque Archipiratæ. Sinistrum verò 95. triremibus, & biremibus constans ductabat Lucialius, à quo non nihil remotæ 12. triremes remigabant, Biremes verò triginta, quibus præerat Amurates Dragutes, & alia minora navigia cogebant agmen. Caracosta magno cum leviorum navigiorum numero alios antecedebat. His omnibus Archipiratæ plurimi adjutores accesserant. Jam verò hostes inflati animis sinuosa fronte in modum semiplenæ Lunæ acie compositi Mare latiùs occupabant, quippe qui Christianos priùs adversos mox eos prætervecti aversos etiam aggredi, & perstringere cogitarent, ut ne unum quidem navigium effugere posset. Itaque disploso magno tormento conferendæ manus signum edidere, quibus pari signo responderunt, eaque prælii denuntiatio eodem tormentorum strepitu iterum, atque tertio repetita est.

Oldoinus col.1026.

Collatis inde signis sex illas majores triremes, quæ nostram antecedebant classem, Turcæ obvias habuerunt, quæ multis tormentorum ictibus eos percutientes in parte dispulerunt. Quæ res Turcis improvisa, ac terribilis, sicut illis calamitatis initium, ita maximo nostris adjumento fuit. Affulsere hoc loco Christianis divini auxilii indicia non obscura. Primùm ventus, qui in eam usque horam faverat Turcis, reflavit illicò, Mareque prorsus conquievit, & in pugna consistendi sustulit difficultatem. Deinde Sol, qui nostris adversus incurrebat in oculos, transmissa media Cæli regione radiis suis hostium offendebat obtutum, simulque aura quædam ab occasum spirans fumum Bombardarum à nostris in Turcas deferebat. Interim Turcæ collectis animis magnas illas triremes vi penetrare conabantur, sed à nostris adeò malè accepti sunt, ut bona pars classis eorum disiecta fluctuaret. At hostes, quamvis classem suam perturbatam viderent, majores naves nostras prætervecti, in triremes ferè omnes adeo irruerunt, ut non amplius tormentis, sed gladiis præliarentur. Tantus fusus cruor est, ut Mare sanguineum esse videretur; Sinistri cornu Sociorum triremes longum certamen sustinuerunt; Sed Præfecti Barbadici præstantia, & Venetorum ducum, ac militum virtute ea in parte victoria primùm enituit; Mox etiam in acie media evenit, ubi Imperatores

nostri


nostri pro communi salute morti sese objecerunt, Austriaco in Aly Bassæ regiam invecto Turcarum Triremibus opem ferentibus grave periculum vitæ imminebat; At interim Columna facta plurimum triremium strage in Turcarum Regiam sese insinuavit, sicuti Pontificia triremis, cui præerat Honoratus Gaetanus insignem Archipiratum Caracossam oppugnavit. Ex altera parte Venerius alioqui senex 76. annis major, licet gravi vulnere sauciatus in crure, prætoriam sibi infestam depresserit. Pluribus tandem hinc inde percaptis multisque cæsis, aut vulneratis Austriacus, & Columna aliorum militum suffulti, cum Aly per tres ferè horas acerrimè dimicantes Hostium Regiam superarunt, & Aly Caput abscissum hastæ infixum extolli Austriacus imperavit. Turcarum vexillis depressis, ac signo crucis erecto victoriam conclamans. Christianorum clamor illicò in classibus exauditus Turcarum ardorem adeo restinxit, ut capta fuga plerique sibi consulerent. Hostibus igitur maxima in parte cæsis compluribus in vincula, reliquis paucis in fugam conjectis integra nomini Christiano victoria stetit.

Hunc igitur dies ille memorabilisque conflictus, hora cæptus meridiana felicem exitum consequutus est; atque tam brevi temporis intervallo, videlicet quatuor circiter horarum spatio, placuit Deo maximam omnium, quæ in Mari post hominum memoriam extiterint, victoriam dare Christianis, & sanè perspicere nemo non potuit id factum esse divinitus.

Hoc ipso pugnæ die, & hora, qua pugnatum est Deus Pio Victoriam indicare dignatus est, ubi Pontifex agens cum Bartholomæo Bussotto ærarii Pontificii Quæstore, illo ex improviso relicto, fenestram aperuit, oculisque in Cælum sublatis, paulisper firmus perstitit, deinde ait, *Vade, & Deo gratias age, nam classis nostra cum Turcica congressa hac ipsa hora victoriam retulit*. Quo dicto abiens Quæstor dum se convertit, vidit Pium prostratum coram Crucifixo. Rem tamen silentio occultavit, ne si contra evenisset, vilesceret authoritas Sanctiss. Pontificis. Ex adverso Cardinalis Cæsius, qui non procul consistens oraculum quoque perceperat, de veritate nihil dubitans, priusquam nuntii advenirarent, arcanum revelavit. Nuntio postea accepto, peractis solemnibus, ut tantum beneficium Christianus populus perpetuò coleret ad honorem Dei, ejusque Genitricis Mariæ, cujus potissimum auxilio tantam victoriam partam profitebatur, instituit, ut deinceps in perpetuum nonis Octobris Commemoratio S. Mariæ de Victoria recoleretur pie. In Litaniis etiam ejusdem Virginis inseri voluit *Auxilium Christianorum ora pro nobis*. *Apud Palatium pag.* 318.

Franciscus Arnoldus Rejensis in sua Paradisi scala Gallicè scriptum reliquit: eo tempore, quo utraque acies prælium ad Echinadas committebat, à pluribus conspectos fuisse frequentes hominum cætus prope Rosarii Labarum, & Iconem Deiparæ in modum nostrarum supplicationum ordine quodam procedere, quorum singuli una manu Rosarium, altera Cereum præferebant.

Duabus integris horis congesta spolia ob multitudinem hostium, quos supra centum, ac triginta millia excessisse referunt multi. Ultra 30. millia cæsa nemo dubitat, capta tria millia & quingenta, vel ut in Epitaphio Pii V. per Sixtum V. posito ad 10. millia; captæ sunt Turcarum naves 117. Triremes 15. Biremes 13. quinquaginta tantùm evasere, cæteris aut allisis ad scopulos, aut inflammatis; ænea tormenta majoris formæ 116. reperta, minora verò 256. Quindecim millia Christianorum subducta sunt remo. Res demum instar miraculi habita est, non solùm, quòd præter morem loci ventus hostibus secundus subito fieret contrarius, sed quòd in conflictu visi sint Christus cum Petro, & Paulo stricto gladio Turcis minitari, ut Turcæ affirmavere captivi, unde ita pictura in Vaticano Palatio expressa cum sequenti inscriptione.



HOSTES PERPETVI CHRISTIANÆ RELIGIONIS TVRCÆ
DIVTVRNO VICTORIARVM SVCCESSV EXVLTANTES,
SIBIQVE TEMERE PRÆFIDENTES MILITIBVS,
DVCIBVS, TORMENTIS, OMNI DENIQVE BELLO APPARATV
AD TERROREM INSTRVCTI
AD ECHINADES INSVLAS
A COMMVNI CLASSE PRÆLIO
POST HOMINVM MEMORIAM MAXIMO
PERSPICVA DIVINI SPIRITVS OPE PROFLIGANTVR.

Ad dexteram autem monumenti, quod Pio Quinto, Sixtus V. grati animi ergo posuit in Basilica Liberiana sic legitur.

SELIMVM TVRCARVM TYRANNVM
MVLTIS INSOLENTEM VICTORIIS
INGENTI PARATA CLASSE,
CYPROQVE EXPVGNATA,
CHRISTIANIS EXTREMA MINITANTEM
PIVS V. FOEDERE
CVM PHILIPPO II. HISPANIARVM REGE,
AC REIPVBLICA VENETA INITO,
M. ANTONIVM COLVMNAM
PONTIFICIÆ CLASSIS PRÆFICIENS,
AD ECHINADAS HOSTIBVS
XXX. MILL. CÆSIS
X. MILLIBVS IN POTESTATEM REDACTIS
TRIREMIBVS CLXXX. CAPTIS XC. DEMERSIS
XV. MILLIBVS CHRISTIANIS
A SERVITVTE LIBERATIS PRECIBVS,
ET ARMIS DEVICIT.

Post hæc in Urbem M. Antonium redeuntem magna lętitia, & triumphi pompa Romanus Populus excepit. Ejusmodi triumphi spectaculum Gabutius sic describit. *Supra portam Capenam duobus magnis erectis trophæis ornatam, qua M. Antonius equo vectus Urbem inivit hæc legisses.* *Cap. 8.*

M. ANTONIO COLVMNÆ
PONTIFICIÆ CLASSIS PRÆFECTO,
ET DE APOSTOLICA SEDE SOCIORVMQE SALVTE,
AC POP. ROM. DIGNITATE OPTIME MERITO
S. P. Q. R.

XIV

FECIT POTENTIAM IN BRACHIO SVO DISPERSIT SVPERBOS.

Verba, quæ in suo cantico enunciavit Virgo Deipara leguntur in circulo numismatis, in quo B. Pius V. genuflexus gratias Deo agit pro Victoria, à Catholicis relata ex Hęreticis, quorum pugna in eodem numismate leviter exponitur. Illud percussum fuisse in monumentum Victoriæ, quam contra Othomanos Christiana Classis retulerat, sibi suasit R. P. Molinetus. Verum præter quam terrestris pugna in eo exprimitur nota anni adjuncta in postica parte, hoc falsum fuisse apertè demonstrat. *Pag. 82.* Fuit enim vulgatum anno V. Pontificatus Pii, quo arma contra Turcas illata adhuc non fuerant, sed devicti in Gallia Hæretici anno

anno superiore videlicet anno 1569. intercedente apud Deum Pontifice, cujus preces jeiunia, ac suspiria suscipere dignatus est, Quomodo ea omnia se habuerint paucis enarrabo.

Vertebat annus à Christo nato 1567. cum perduelles Hæretici iterum in Gallia tumultuari, & alterum civile bellum ferere nitentes, de interimendo Carolo Rege, Lutetiaque occupanda cogitare cœperunt. Nam in spem erant ingressi, cum primùm eam Urbem in potestatem redegissent, fore ut illud haud magno negotio toto Regno potirentur, eaque de re quotidie inter se consilis agitabant. Itaque Pius cum hæc resciviffet, Regem ipsum, ejusque matrem commonendam putavit. Interim Hugonotti undique omnia occupare molientes Sancti Dionysii oppidum in potestatem suam redegerunt, at inde commissum certamen est, in quo duobus paulò minus Hereticorum millibus trucidatis, hostium copias Catholici dispulerunt. Deinde Pius Italicum militem, suis conductum stipendiis obtulit, & ad Ludovicum Gonzagam Niverni Ducem quinque, & viginti millia nummum aureorum misit. Cognita deindè magis à Pio summa subsidii necessitate, & periculo, in quo Rex adolescens sub tutela Reginæ Matris versabatur, tanquam optimus parens nullis parcendum laboribus existimavit, ut illi opem ferret. Quapropter in eam rem grandem pecuniam, & militum numerum misit, Legatosque ad Principes Catholicos, ut arma in Hereticos caperent, quibus monitis excitati omnes cum illis congredi nisi sunt. Itaque insignes de Hugonottis Victoriæ relatæ sunt, anno precipuè 1569. prelio ad Jarnacum in Santonibus commisso, in quo post decem horas præter Magnatum cedes, ipse supremus hostilis exercitus Princeps Condeus magno Hereticorum damno occubuit. Victoriæ certior Pius, sublatis in Celum manibus, Omnipotenti Deo humili corde gratias egit. Rex duodecim hostium signa misit ad Pium, ut monimentum æternum, hanc se Deo referre Victoriam intercedente Pio. Fractę hac clade perduellium vires, sed non extinctæ, receptis à Germania decem equitum, & viginti peditum millibus suffultæ, Pictavium amplissimam Urbem obsidione cinxerunt, quam tamen post dies 50. cum dedecore, ac jactura solvere coacti aperto in campo Martem subiere, & quarto post die ad Moncunturium pugna inita decretoria, cesis Hugonottis duo de viginti millia periere, Regiis quingentis tantùm desideratis. Quantum prelio huic contulerit Pius precibus precipuè suis, publicavit magni nominis centurio Heterodoxus, qui sub signis Pontificiis miro fulgore coruscantibus conspiciens milites, gladium vibrantes contra Sectarios, portento commotus, voto se adstrinxit, si evaderet perpetuò se Pii Pontificis signa sectaturum teste Tursellino. *Gabutiu: lib. 2. c. 7.*

Referuntur Sanctissimi Pontificis preces in Pontificiis Diariis à Cornelio Firmano conscriptis, sicuti etiam pompa, qua signa ex hoste relata Romam advecta fuere, ut hic subiiciam verbis ex ipsis Diariis acceptis. *Extant in Biblioth. Eminentiss. Otthoboni Vice-Canc. S.R.E.*

„ Die 11. Octob. 1567. venerunt nova ad Urbem, quòd fuerit detecta con„ juratio Ammiralii Franciæ Principis Condei contra Regem, Sanctissimus sen„ sit dolorem, ideo mandavit, quod in omnibus Ecclesiis post Missam cantatam „ dici deberent Lytaniæ, & preces particulares, concessit etiam amplum Jubi„ leum, ut quisque rogaret Deum pro libertate Regis, & die 19. Octob. juit à „ Basilica S. Petri, cum toto Clero ad Ecclesiam S. Mariæ supra Minervam.

„ Die 4. Aug. 1568. venerunt nova ad Urbem de magna victoria habita per „ Ducem Albæ contra Hæreticos Hugonottos in Flandria, quorum perierunt „ circiter 8000; & dicta de causa die sequenti Sua Sanctitas cum Clero Urbis juit „ à S. Petro pedester ad B. Mariam supra Minervam. Die 6. jvit eodem ordine ad Ecclesiam S. Spiritus. Die 7. jvit ad Ecclesiam S. Jacobi Hispaniarum.

„ Die 21. Novembris 1568. fuit facta supplicatio pro Bello Regis Franciæ „ contra Hugonottos, cum Clero interfuit Pontifex à Basilica S. Petri ad Eccle„ siam S. Spiritus.

„ Die 14. Decembris venerunt nova ad Urbem de victoria habita per Mi„ lites Regis Franciæ contra Hugonottos, quibus auditis, fuit intimatum Con„ sistorium, quod fuit factum die sequenti, & Papa decrevit missam solemnem, „ pro victoria, quæ fuit celebrata die 16. in Basilica S. Petri ab ipso Pontifice.

„ Die deinde 4. Aprilis 1569. interfuit aliæ Missæ, quæ celebrata fuit in

„ Sancto Petro in gratiarum actionem à Cardinali Augusto, & fuit dictum *Te* „ *Deum*.

„ Die 23. Aprilis Orator Franciæ cum Nobili misso à Rege, cum duodecim „ Vexillis sive Cornectis Equitum acquisitis in Bello quando fuit interfectus „ Princeps Condæus venit ad palatium hoc ordine: præcedebant Equites suæ San- „ ctitatis levis armaturæ, eorum tibicines sequebantur, deinde duodecim Equites „ portantes dicta Vexilla, post quos incedebat Capitaneus Custodiæ Suæ Sancti- „ tatis, & milites ibant à lateribus equitantium, deinde Orator me præcedente „ medius inter D. Hyeronimum Bonellum à dextris, & Missum à Rege à sinistris, „ quos sequebantur multi. Sua Sanctitas erat sedens in aula Consistorii, circa quam „ sedebant duodecim Cardinales, feci in porta Palatii capere Vexilla prædicta „ per duodecim laicos Palatii, quæ portarunt ante Oratorem usque ad Aulam „ ante Suam Sanctitatem extra clausuram bancorum Cardinalium, feci stare genu- „ flexos eosdem, donec Orator, & Nobiles prædicti cum tribus genuflexionibus „ venerunt ad pedes Sanctitatis Suæ, quos fuerunt osculati, deinde Nobilis „ Gallus exposuit commissionem sui Regis, suo tamen idiomate; Oratore sup- „ plente, quòd Rex recognoscens victoriam habitam à Deo, & credens oratio- „ nes Sanctitatis Suæ fuisse causam dictæ victoriæ volens aliquid signum devo- „ tionis, & recognitionis erga Deum, & S. Petrum suum primum Vicarium, & „ Suam Sanctitatem ipsius locum tenentem, miserat illa Vexilla, ut darentur „ Basilicæ S. Petri, cui sperabat in futurum mediantibus suis orationibus mis- „ surum alia majora signa reuerentiæ. Cui Sanctiss. D. respondit quòd summo- „ pere sanctam intentionem sui Regis commendabat, & offerebat se paratum esse „ semper oraturum Deum pro defensione ipsius, omnemque auxilium præsta- „ turum, & quòd libenter acceptabat dicta Vexilla, & mandavit mihi, quod „ deberent consignari in porta S. Petri Canonicis, ut ea processionaliter ferrentur „ ad altare S. Petri, deinde affigerentur supra portam majorem, & sic factum „ fuit, nam illimet tulerunt, & bini bini ad S. Petrum, & duodecim Canonici „ cœperunt ea, & Patriarcha Vicarius Paludatus cum mitra incœpit canere *Te* „ *Deum*, & iter factum processionaliter ad altare S. Petri, ubi omnia Vexilla „ fuerunt posita supra altare in parte ipsius anteriore. Completo *Te Deum*, & „ dicta oratione, fuerunt delata per eosdem Canonicos ad Sacellum, ut conserva- „ rentur, donec supra portam ponerentur. Alia duodecim Vexilla remanserunt, „ ut dicebatur, Parisiis in Ecclesia S. Mariç, & octo habuere Capitanei, qui laurea- „ ti fuerunt: in totum triginta duo.

„ Anno insuper 1569. 19. Octobris venerunt quidam ex Gallia, qui porta- „ runt certitudinem victoriæ superioribus diebus à Rege de Hugonottis. Qui- „ bus auditis statim fuerunt facta signa lętitię cum sonitu campanarum Urbis, & „ in qualibet Ecclesia Collegiata fuit dictum *Te Deum*, dicta de causa hora 22. „ Sanctissimus Dominus associatus à septem Cardinalibus descendit ad Sanctum „ Petrũ, ubi Cantores dixerunt *Te Deum*, sequenti die Sanctissimus Dominus de- „ crevit celebrari tres Missas Cardinalitias, & tres Processiones in gratiarum „ actionem. Prima fuit ab Ecclesia Sanctæ Marię supra Minervam ad Sanctam „ Mariam Majorem, ubi celebravit solemniter Cardinalis Augustę coram 26. Car- „ dinales, & Papam. 23. Octobris fuit secunda processio à Templo Arę Cęli ad „ S. Joannem in Laterano: Interfuerunt 25. Cardinales, celebravit Cardinalis „ Urbevetanus. Die 24. à S. Petro ad S. Ludovicum Gallorum, ubi celebravit „ Cardinalis Ferrarię.

„ Die 7. Januarii 1570. Papa interfuit Missæ dictę à Cardinale de Aragona, „ cum 35. Cardinalibus, & hora 20. D. Paulus Sfortia associatus à multis nobi- „ libus Urbis, venit ad Palatium, & tulit per milites levis armaturæ vexilla in „ ultimo conflictu Gallorum accepta per Gentes Ecclesiasticas missa à Comite S. „ Floræ. Pompa equitatus factus postea ad S. Joannem Lateranum fuit hæc.

„ Præcedebant cum Tibicine milites levis armaturę, deinde septem alii Ti- „ bicines, postea 26. equites, qui ferebant insignia, seu vexilla, quæ trahebant „ per terram, sic enim ordinaverat Sanctissimus Dominus, postea sequebantur „ alii Tibicines, & deinde Paulus Sfortia. In platea S. Petri fuerunt exoneratæ

Bom-

„ Bombardæ, & multæ in Arce S. Angeli. In platea Laterani erat Vicarius in
„ porta paludatus cum Mitra, & duobus aſſiſtentibus, & Canonici cum ſuperpel-
„ liceis, ubi data ſunt cuilibet Canonico, & beneficiato in ſupplementum unum
„ vexillum, & tunc Vicarius incœpit *Te Deum*, & vexilla trahentibus Canoni-
„ cis: fuit proceſſio uſque ad Altare Majus, & ſequebatur D. Paulus; Finito *Te
„ Deum*, & dictis à Vicario Orationibus, fuit data ab ipſo benedictio Populo;
„ Monimentum deinde Marmoreum poſuerunt, in quo inciſa hæc erant verba,
„ quæ Pius ipſe dictauerat.

PIVS V. PONT. MAX.
SIGNA DE CAROLI IX. CHRISTIANISSIMI GALLIÆ REGIS
PERDVELLIBVS IISDEM ECCLESIÆ HOSTIBVS
A SFORTIA COMITE SANCTÆ FLORÆ
PONTIFICII AVXILIARII EXERCITVS DVCE CAPTA,
RELATAQVE IN PRINCIPE ECCLESIARVM BASILICA SVSPENDIT,
ET OMNIPOTENTI DEO
TANTÆ VICTORIÆ AVCTORI DICAVIT
ANNO MDLXX.

Qui annus Pii Pontificatus quintus extitit, quo numiſma percuſſum fuit, ut diximus.

✤ XV ✤

CONTRIBVLASTI CAPITA DRACONIS.

DRaconem indicatum in numiſmate fuiſſe unum ex præcipuis Otthomanorum Imperatoris Ducem, cui nomen *Halì Baſsà*, qui in prælio ad Naupactum occubuit, ſcripſit R. P. Molinetus, ſed cum bona tanti viri venia, aliud victoriæ genus in numiſmate celebrari dicam; Si enim Navalis triumphus ſignificare voluiſſet Pius, utique in lemmate enunciaſſet omnia vdrba à Regio Vate adjuncta, hoc eſt Pſal.63.13. *Tu confirmaſti in virtute tua mare*, CONTRIBVLASTI CAPITA DRACONVM *in aquis*.

His adde expreſſionem ipſam numiſmatis, ſcilicet Mulierem, Eccleſiæ, ſeu Fidei typum, Hydræ Lerneæ capita flammis abſumentem; bellica hereſum monſtra in ſacris paginis paſſim indicari quis neget, ſic monſtra omnia, quæ Dei Eccleſiam perſequuntur, inter quæ præcipua ſunt Hæretici. Sic in Apoc.13. *Et vidi de mari beſtiam aſcendentem, habentem capita ſeptem*; ubi Clemens Alexandrinus, Origenes, S. Auguſtinus &c. & alii apud Cornelium ajunt de mari, *ideſt de mundo hoc, & ſæculo nequam. Mare enim, quia tot ventis, fluctibus, procellis agitatur, & per æſtus continuos nunc accreſcit, nunc decreſcit ſymbolum eſt mundi, in quo omnia amaritudine, inconſtantia, & periculis ſunt plena: in eo enim magni piſces parvos devorant &c.* *In cap. 13. Apoc.*

Quomodo autem Hæreſum monſtra contribulata à Divino Numine fuerint Pio ſuis precibus, atque opera adnitente, facilè argui poteſt ex his, quæ ſubjicio. Belgæ peſtilentium hæreticornm fraude decepti, Gallorum exemplo permoti, tumultuari cœperant, ut Philippi Catholici Regis jugum excuterent, atque Catholici leges contemnere, quæ privatę, & publicę viderent repugnare libertati, & convellere inſtituerunt; Atque cum magis ſemper furerent Sanctiſſimus Pontifex per Legatos Regem Catholicum monebat aſſiduè, ut adverſus novatorum perfidiam preſens ipſe armatus occurreret. Julium etiam Pavenum Archiepiſcopum Surrentanorum juſſit in Belgium ire, ac ſuo nomine Margaritę gubernatrici militem, & pecuniam polliceri ad religionis tutelam, pro qua ipſe vitam fundere paratus erat. Miſſus interim ex Hiſpania in Belgium Dux Albę Ferdinandus Toletanus litteris auroque fortis Pontificio, miraculum retulit, potius quam victoriam reptando namque, & natando in Gemminganis paludibus ad introitum orientalis

Friſię,

Frisię, octo tantùm Hispanorum desideratis, septem hostium millia ferro sustulit, vel aqua demersit. Mense postea Octobris Guillelmus Nassovius pluribus suffultus Germanorum copiis sub vexillo pro lege, & Rege cladem vindicaturus Fraternam, cum in Brabantiam irrupisset, providè propugnante Albano, amissis quinque armatorum millibus, eò unde venerat redire fuit compulsus. Nuntio accepto Pius tertia ineuntis Januarii anno 1567. summo mane diei sequentis duabus horis ante auroram Julio Antonio Santorio Cardinale, paucisque comitantibus familiaribus, peracto Missæ Sacrificio more suo pedes septem Urbis invisit Ecclesias; tribus deinde diebus ad tres Urbis Ecclesias celebres supplicationes decrevit, & pauperibus eroganda subsidia ad agendas Deo gratias. Deinde ut ad Christi gregem errantes oves extincta hæresi Pastor bonus reduceret, atque omnes Catholicæ pietatis in officio contineret, jam ignoverat iis omnibus, qui hæreses execrati ad sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ fidem reverterent, ex quo factum, ut ope divina, quamplurimi hæretici deposita malitia ad Catholicæ veritatis callem reversi piè vitam instituerint.

Gabut. lib. 1. cap. 11.

Jam verò cum nihil esse, aut Deo magis invisum, aut humano generi pestilentius hæretica pravitate, ut Pius optimè perspiceret ad hanc contagionem, ubique Terrarum radicitus evellendam S. Francisco Borgia petente, duas instituit Cardinalium congregationes, quarum altera hæresum extirpandarum, altera Fidei propagandæ rationem pertractarent. Ad hęc verò illud etiam accedit, quòd eodem ipse religionis ardore incensus Sacræ Inquisitionis Palatium ad Vaticanum, ab alio Pontifice designatum extruxit, amplisque decretis, & annuis redditibus exornavit, ut si quis hæretica infectus labe deprehensus fuisset is continuò sacrorum Inquisitorum, in potestatem traderetur, sicque modis omnibus precibus, consilio, pecunia, armisque etiam hæresum monstra velut Hydræ Lernææ capita in Italia, in Gallia, in Belgio, Hispania, Anglia, Polonia. omnique terrarum Orbe penitùs rescinderet.

Victorellus col. 1007. Ribad. lib. 3. cap. 4. Virg. Ceprarius in vit. comp. Gabut. lib. 6. cap. 5.

XVI

E. TENEBRIS DIES E LVCO LVX LVCET.

NEmus arboribus densum numisma ostendit, quod per antiphrasim LVCVM appellarunt antiqui, eo quòd non luceret; quoniam quum nullæ illic arbores propter religionem cęderentur, opacus, & sine luce erat, quare Valla lib. 4. *Lucus nequaquam cæduus est: quin potius manu consitus, religiosusque, atque alicui Deo, vel alicujus hominis cineribus consecratus, ideoque aut circa delubra numinum, aut circa sepulchra virorum positus est.* Sic de Luco vestæ Virgil. in Æneid.

Lucus in urbe fuit media lætissimus umbra.

Ut hęc omnia indicarentur sacram Ædiculam in medio nemoris exculpsere. Luci autem nomine Pii V. Pontificis patria significatur, quę Italica voce *Bosco* dicitur. Ex luco igitur, licet tenebricoso, lux prodigiosa refulxit, ut è nocturnis tenebris dies; cum Pius in eo Oppido anno 1504. die Divi Antonio Abbati sacra vitam sortitus est. Ghisleriorum enim Familia, olim apud Bononienses nobilis, & Senatoria, patria bello pulsa civili, ea præmebatur egestate ut Boschi in Diœcesi Berthouensi non autem Alexandrina, ut nonnullis visum est, angusti agri cultura vitam duceret. Ibi domestica institutione Pius à teneris annis ad omnem pietatem instructus ad litteras incubuit humanas, in quibus supra ætatem profecit, ejusque lucis primordia ostendit, quę in perfectum diem tum Doctrinæ excellentia, tum morum eximia Sanctitate feliciter adeo excrevit, ut inter sanctos Pontifices summos adnumeratus totum terrarum Orbem suis radiis illustret.

Victorellus col. 995.

Templi

✠ XVII. XVIII ✠

FRontem ostendit numisma Templi SANCTAE CRVCIS ORDINIS PRAEDICATORVM, quod Pius in sua Patria anno 1566. extrui fecit, ut in altera nummi parte insculpta inscriptio declarat his verbis.

PIVS V.
GHISLERIVS
BOSCHENSIS PONT.
MAX. ECCLESIAM
SANCTÆ CRVCIS ORDINI PRÆDICATORVM
ALVMNO SVO,
AC PATRIÆ ERIGENDVM CVRAVIT,
DOTAVITQVE.

Anno verò 1571. ut notę sub eadem Templi fronte indicant, ejus Sanctissimę Crucis titulo absolutam consecrari curavit. Sacram illam actionem habuit Hieronymus Ragazonus Episcopus Famagustanus Visitator Apostolicus apud Insubres sub Fratre Vincentio Ticinensi ejus loci priore 14. Kal. Septembris, & quadraginta quotannis dierum indulgentiam concessit, in ipso consecrationis die anniversario supoliciter accedentibus. Horum autem omnium Jacobus Antonius Costa publicam scripturam confecit.

In eo sepulchrum sibi extruxit Pius, jussitque ad illud corpus suum deferri post obitum, adjunxitque hanc inscriptionem.

PIVS PAPA V. BOSCHENSIS
EX FAMILIA GHISLERIORVM ORIVNDVS
ORDINIS PRÆDICATORVM PROFESSVS
DIEM MORTIS VNIVERSALISQVE
ASSVMPTIONIS SVÆ AD APICEM APOSTOLATVS
MONVMENTVM ISTVD ERIGI MANDAVIT
PRO CADAVERE SVO REPONENDO
QVANDO DIVINÆ CLEMENTIÆ VISVM FVERIT
IPSVM AB SÆCVLO NEQVAM ERIPERE.

Cum divino Consilio illuc post nonnullos annos delatum non fuisset, Sixtus V. eo quasi Thesauro Urbem privari non est passus, sed sacro, solemnique pietatis officio anno 1588. Cadaver translatum, & in nobile Monumentum ipsius Sixti jussu in Liberianam Basilicam collatum fuit, additis his verbis. *Victorellus col. 999.*

CORPVS PII PAPÆ V.
QVÆ PLVMBEA CAPSA IN CVPRESSEA
CLAVIS FERREIS CLAVSA FVIT,
NOBILIQVE PALLIO OPERIS ITALICI AVRO INTEXTI,
QVOD SIXTVS CVRAVERAT,
CONTECTA.

Nec solùm Templum, quod innuimus, extruxerat Pius, sed amplum pontificiaque munificentia dignum Cœnobium, vectigalibus ei in perpetuum attributis, quatenus ad quinquaginta Fratres commodè substentandos satis esset. Loci sacrarium vasis ad cultum Divinum pertinentibus, ex auro, argentoque elaboratis, ac sacrorum ornatu ejusdem æris opere vario artificiosissimè contexto locupletavit. Pictas insuper tabulas, & imagines præcellentium artificum opere affabrè factas, ac magnam vim sacrarum, earumque insignium reliquiarum, aureis, argenteisque thecis distributarum illuc transmisit. Luculentam præterea egregièque instructam biblio-

bibliothecam, & marmoreas columnas, extatque in eo Cœnobio, hæc memoria marmori insculpta.

PIO V. PONT. MAX.

ANIMÆ PIACVLO, ET GRATITVDINI PERPETVÆ NOTÆ FR. SERAPH. CABAL. BRIXIEN. ORDINIS PRÆDICATORVM GENERALIS MAGISTER FRATRIBVS HIC COMMORATVRIS INDIXIT, QVAQVE DIE PRIMVM SACRVM SEMPER DICARI, ATQVE POST COMPLETVM PSALMVM DE PROFVNDIS &c. CVM ORATIONE DEVS QVI INTER APOST. &c. RECITARI MORTVORVM OFFICIVM OMNI HEBDOMADA, CELEBRATA DEMVM QVALIBET PRIMA SEXTA FERIA, CVIVSQVE MENSIS SACRIFICIVM, ATQVE OFFERTORIVM PER COENOBII PRÆLATVM TOTO CVM FRATRVM COETV SOLEMNITER DECANTARI. BOSCH. NON. IANVAR. M D LXXIII.

XIX

IMPERA. DOMINE. ET. FAC. TRANQVILLITATEM.

NAviculam Ecclesiæ Catholicæ typum intuemur exculptam, in qua Apostoli Salvatorem in puppi sedentem alloquuntur, illumque à maris tempestate agitati deprecantur, ut refertur à S. Matheo cap. 8; *Et accesserunt ad eum Discipuli ejus, & suscitaverunt eum dicentes: Domine salua nos perimus.* Non absimili spe fretus Pontifex Pius, dum Ecclesiam variis, tum Hæreticorum, tum Othomanicæ perfidiæ insidiis agitari cognosceret, Divinam opem implorans eidem tranquillitatem reddi curat, & percusso numismate suo Gregi Pastoralem hanc solicitudinem significat.

XX

P A X.

POst fusam, & deletam Classem Othomanicam Aciesque hæreticorum multis in locis devictas pax summa, quæ tot bellis, ubique turbata fuerat, Sanctissimi Pontificis Pii cum summo Populorum gaudio tandem resedit, & percusso numismate celebrata est, in quo pacis typus, ut alibi vidimus bellica instrumenta face comburit, Cornucopiæ ostentans, ut scilicet omnium bonorum se esse genitricem declaret.

XXI

MILITANS. DE. INFERO. TRIVMPHAT. ECCLESIA.

PONTIFICIAE. POTESTATIS. IMPERIVM.

POntificię potestatis Imperium declarat numisma, in quo Pontifex suo Imperio Dęmones ex Muliere obsessa in fugam coniicit. Ad ea, quę Pii Sanctimoniam abunde explicant, accedit Cælestis quædam vis ad nefarios spiritus ex humanis corporibus expellendos. In primis hæc enituit in singulis supplicationibus, quæ ad Divinam opem contra Turcas implorandam habitæ fuere, ut narrat in ejus vita Gabutius. Primæ namque supplicationi, cum à malo Dęmone obsessa mulier intervenisset, magnosque, & horrificos clamores edere cœpisset, ad Pontificem adducta est, hanc ille Sancta Cruce ter pie signavit, mox, quæ à plu-

Lib.6.c.17.

XXI



XXII



XXIII



XXIV



XXV



XXVI



XXVII



XXVIII



XXIX



XXX



XXXI



XXXII



XXXIII





XXXIV




XXXV














pluribus teneri non poterat, velut exanimis in terram concidit, & compertum est eandem subinde prorsus conualuisse.

Propterea in altera supplicatione tres aliæ malo spiritu correptæ fœminæ perductæ sunt, quas cum eodem salutari signo iterum, & tertiò Pius consignasset, singulæ sanitati sunt restitutæ.

Nec multo aliter in tertia processione accidit, nam quædam alia à Dæmone vexata mulier, Pontifice templum ingrediente, horribili strepitu omnia complevit. Tum Pontifex paululum consistens, eodem signo miseram insignivit; iniecit deinde ejus capiti stolam, ac Dæmonem jussit abscedere, ejusque digressus certam significationem dare. Saliit tum fœmina, impellente sic Dæmone, qui extremam levi flatu facem extinxit, ut discessus ejus extaret testimonium. Hanc tertiam fœminam à pessimo hoste liberatam voluisse exprimere Artificem hujus numismatis non ambigo, quo Pontificiam potestatem, ac Pii Sanctitatem docemur, *dum militans de Infero triumphat Ecclesia*.

✠ XXII ✠

BEATI.QVI.CVSTODIVNT.VIAS.MEAS.

✠ XXIII ✠

DOMINE.QVIS.SIMILIS.TIBI.

CHristi Servatoris imaginem in duplici numismate expressit Sanctus Pontifex cum inscriptionibus, sub quibus ejus virtus latet eximia, verbis enim in XXIII. expressis, DOMINE QVIS SIMILIS TIBI includitur nomen Michaelis, quo Pius vocabatur priusquam Pontifex eligeretur, nam *Michael* dicitur (hoc est *quis ut Deus*) quia pro hominibus pugnat contra superbum Luciferum. *Apoc* 8.1.
Angeli enim, docente Cornelio à Lapide, ea assumunt nomina pro ratione ministerii, quod apud homines obeunt. *pag.19. in Apoc.* Quam apte moribus Sanctissimi Pontificis nomen ipsum Michaelis conveniret pluribus comprobavit, præcipuè cum statuam sibi in Capitolio à Populo Romano decretam exponi vetuit, dicens; *Satius esse, longèque præstabilius, ut quis in pectoribus bonorum virorum insigniretur, ac perenniter viveret virtutum exemplis, quam in foro marmoreum, aut æneum stare, cum re ipsa hoc est fama, & vita plumbeus esset, aut stupeus*; *Oldoin. col. 1014.* Et Victorellus addit illum dicere solitum *Deo bonorum omnium fonti omnia deberi, non sibi, quia Dei Minister erat, & ejus ope agebat*. Hujusmodi sanctas cogitationes, ut omnibus ingereret Pius, monetam percussit, in qua ipsum Pontificem capite detecto genuflexum ante Crucem vidimus cum his verbis in giro expressis, ABSIT MIHI NISI IN TE GLORIARI. Memor documenti Christi Redemptoris, BEATI QVI CVSTODIVNT VIAS MEAS; Ferebantur idcircò ejus cogitationes perpetuò in Deum, ut rebus omnibus Divinum honorem, & gloriam anteferret, cuperetque nihil magis, quam ut ad sanctissimam illius se voluntatem prorsus confirmaret. Quos verò Christus Dominus acerbissimos pertulit cruciatus, jugi memoria piè recolebat, ob idque ipsius Salvatoris de Cruce pendentis effigiem coram se habere consueverat. Apostolicis eisdem verbis inscriptis. *Absit mihi gloriari nisi in Cruce Domini nostri Jesu Christi*. *Ad Gal. 6.* Atque hinc usus obtinuit, ut Imaginem ejusmodi ob oculos habens depingi soleat. Erat porrò assiduus in studio sacræ precationis, quod sanè sicuti cæteris omnibus, præcipuè Pontificibus singulari dicebat esse præsidio. Ac propterea ante lucem in ea exercitatione statis Sacerdotum precibus recitatis, ita defixus immorari consueverat, *Gabutius lib.6.cap.1.* ut ad se interpellandum accedentes, nisi vestis tractu sibi restitutus aliquando vix audiret, indeque recedens in Divina raptus sæpè numero videretur esse, neque percuntantibus ad rem satis respondere, quod quidem certo effervescentis in Deum charitatis, animique Divina patientis, erat indicio.

XXIV

S. DOMINICO, S. CATHERINAE.

IMagines B. Virginis, ac S. Dominici, & Catharinæ Senensis in numismate expressæ maximum devotionis affectum primo loco suggerunt, quo erga Deiparam ferebatur, cujus Rosarianas preces nullo unquam die, licet publicis oppressus curis, nec Lytanias, quas cum aulicis recitabat, intermisit. Secundò templum memorant, muliebreque Cœnobium, quod B. Dominico dicatum in Quirinali Clivo à fundamentis excitavit, ut clementioris Cæli causa eo deducerentur sacræ Virgines ad S. Sixti olim habitantes, quæ cum jam inde ab Innocentii III. Pontificis temporibus monasticæ vitæ leges, & habitum de ejusdem Sancti Dominici manibus accepissent, in ea disciplinæ severitate perpetuò sese optimè continuerant.

Ant.Cabut. lib.6.cap.5.

XXV

ANNONA PONTIFICIS.

MUlier in qua typus Annonæ est; dextera manu Romæ simulachrum sublevat; Urbes enim Annonę copia sustentantur. Quantum Pii opera Romana Civitas eam perceperit utilitatem abundè constat ex eo, quod
Col. 1006. P. Oldoinus narrat; nam, fame insolita Romam præmente, tum ex Sicilia, tum ex Gallia Cameræ Apostolicę sumptibus ad centum aureorum millia ingentes tritici acervos collegit, quod etiam longè vilius vendi statuit, quam ementi sibi constitisset. Qua de re expostulanti Quæstori Ærarii sapienter, & magnanimè respondit. *Turpe esse, & indecorum Principi, maximè sacro, seu Pontifici ex omni occasione quæstum odorari, quod in Vespasiano Cæsare repræhensum est.*

Oldoin. ibid.

Imo ob suam in pauperes charitatem, & beneficentiam, ut rei frumentariæ copia in Urbe non deesset, nobilem Agriculturæ artem in finibus ipsius Urbis exercentes agricolas, & alios ipsi arti prefectos magnis, & amplis muneribus, ac decretis auxit, & exornavit. Cumque ditiores quosdam propria frumenta in horreis recondere, conclusaque supprimere, & donec pro eorum avaritia pretium adauctum conspicerent, ab omni venditione abstinere, aliisque malis artibus ex pauperum damno lucrum affectare intelligeret, hanc execrandam cupiditatem detestans, divites ipsos gravissimo decreto coercuit, ut Dei largitatem in se ipsos
Prov. 11. agnoscentes, pauperibus benigniores sese pręberent memores scriptum esse. *Qui abscondit frumentum maledicetur in populis; Benedictio autem super caput vendentium;* Itaque pauperum tenuitas eo Pontifice fuit subsentata benignè. Pecuniarum prętereà sacculos apud se retinebat, quas ipse manu sua pauperibus elargiebatur. Cardinales insuper aliquos ęre suo sustentabat. Episcopis egentioribus pie subveniebat. Valetudinarium, cui à Sancto Spiritu cognomen est, aureorum nummorum viginti millibus donavit. Romano Clericorum Seminario, sex millia tribuit aureorum. Annunciatę(ut appellant) Virginis in Urbe Sodalitati pręter mille nummos aureos annuos, alios etiam quatuor millia ad puellas nuptui dandas adjunxit. Egenorum omnium tunc Romæ degentium nomina certo libello sibi describi, atque universis pro cujusque necessitate providit; primo ejus Pontificatus anno Augusto mense, cum periculosus morbus magnam partem Urbis occupaverit, & ad quatuor millia graviter laborarent, singulis ægrotis pecuniam misit, decem medicos attribuit, ac duodecim primarios viros prepofuit, qui omnia curarent diligenter, assignatis etiam medicamentorum tabernis, ægrotantium Ministris, tum Sacerdotibus, ut animarum saluti consulerent eos visitantes, in quo pietatis
Cap.4.lib.6. officio cum aliorum piorum hominum, *tum egregiam Religiosorum Patrum Societatis Jesu charitatem in primis enituisse.* Cabutius refert.

Cum

XXVI


S. DOMIN. S. CATHAR. S. THOM. AQ. S. HIACIN. S. RAIMVN. B. MARG. SAVO.

CUm Imagine Dei Matris, ſex alios Dominicanæ Familię Sanctos refert numiſma, quod erga illos Pii Pontificis pietatem non ſolum conteſtatur, verùm etiam ſacrarum ex ęre imaginum pium uſum, quem Beatus Pontifex, ſi non induxit, certè plurimum excitavit. Qua id occaſione factum, hoc loco memorandum videtur. Sub exordio Pii viri nobiles num. 400. Bruxellis ex ędibus Comitis Culemburgii prodeuntes quaterni magno ſilentio in veſtibus cinericiis, cum ſcutellis ligneis è Zona pendentibus, & numiſmate è collo ad Margharitam Auſtriacam Maximiliani Primi Cęſaris Filiam Belgii Gubernatricem pervenerunt, libertatem conſcientiæ poſtulantes. Ejus numiſmatis pars antica repræſentabat Philippum cum hac inſcriptione FIDELES REGI. Poſtica duas manus coniunctas, & manticæ ſuppoſitas cum lemmate VSQVE AD MANTICAM. Perterritam Margharitam ut firmaret Carolus Comes Barlemontius, exclamavit Gallicè, *quid volunt Mendici?* Hinc eis adnatum nomen, ut qui in Francia *Hugonotti*, in Belgio *Geusii* dicerentur; propoſuerunt tunc placidè libellos ſuos, ſed moras nectente Philippo, ad quem remiſſi fuerant, rebellarunt, & iniuncti Hęreticis Gallis, ſacra omnia, atque prophana miſcuerunt. Ex adverſo Areſchoti Dux Philippus Croyus pro ea, quam à Majoribus hæreditariam habebat in Hallenſem Virginem pietate, ejus Divæ Imaginem, Filium Jeſum complexu foventis, exprimendam argenteis aliquot numiſmatis curavit: atque illa, ut ſe recenti Gheuſiorum factioni opponeret, quique cum eo erant nobiles complures, in galeri ſpiram eleganter inſervere, ceù ſymbolum, & pie peregrinationis, & Catholicæ nobilitatis. Quumque Bruxellis, ubi primùm eo cum ornatu Areſchotus appoſuit, multi nobilium, ſeu pietate in Dei Matrem, ſeu potentiorum imitatione, in cultu veſtium hujuſmodi capitis inſignia jam præferrent; gaviſam eo maximè ſtudio Margharitam, inter alia, quæ Pio V. Summo Pontifici ſcribebat, ajunt hanc Belgarum pietatem illo præſertim tempore ſummoperè commendaſſe. Propterea Pius, cui perquàm grata res accidit, ad augendam Belgarum Religionem, numiſmata multa conſecravit, atque (ut Gubernatrici reſpondit) iis, qui ſacros ejuſmodi nummos cæleſtium imaginibus notatos piè geſtarent, pro Pontificia poteſtate novarum animæ veniam dilargitum eſſe. Inde factum memorant, ut aucta per Belgium rei veneratione, ac Belgarum exemplo ubique Terrarum per Orthodoxorum Provincias certatim excępto, ſacrorum ex metallo numiſmatum religio per eam, quam retuli occaſionem, ſi non originem duxit, certè ſuam, tunc primùm celebritatem obtinuit.

Famianus Strada de bell. Belgic. lib. 5.

Scimus enim multò ante aliquarum ſacrarum Imaginum plumbo, vel ſtamno expreſſarum uſum Romæ fuiſſe; extat in Archivo Vaticano Dimploma (ut refert Torrigius) quo Innocentius III. qui vivebat anno 1200., facultatem concedit artificibus conficiendi ex plumbo Imagines Vultus Sancti, quas deinde Peregrinis venditabant, ac propterea vendentes *Veronicas* dicebantur. Et Gregorius deinde IX. in alio diplomate proventus, ex ejuſmodi venditione provenientes, Canonicis Baſilicæ Vaticanæ conceſſit.

De Cryptis Vatic. pag. 308.



❦ XXVII ❦

CATERINA. BONZ. FLAMINIO.

CUr nummus iſte tantùm fuſus Pio V. tribuatur, non dum detegere cauſam potui, nec cognoſcere, quæ nam fuerit CATERINA BONZ, ET FLAMINIVS FILIVS, quorum imagines numiſma oſtendit. Notum eſt Pio fuiſſe ex ſorore Neptes ſcilicet Dominicam uxorem Marci Bonelli, Paulinam coniugem Giberti, & Caterinam uxorem Jacobi Pecorelli; ſed de his cuique judicium ſit. Apponenda hæc duxi, ut opinionem meam aliis non obtruderem, ſed ut peritiores ad inquirendam veritatem excitarem.

❦ XXVIII ❦

EJus generis numiſma hoc intuemur, quo Pius V. omnium mentes ad Deum Sanctos rite colendos, ac ſuam quemque ſalutem procurandam excitavit. Nec ſolum precatorias Coronas, piaculares calculos, ſed æreas tum Cruces, tum Sanctorum Imagines, ac cereas Agni Cæleſtis effigies, res ad augendam piorum Religionem, in primis accomodatas, plurimaſque variis tempotibus ritè conſecravit. Cur autem S. Petro claves, D. Paulo gladius adiungantur, alibi abunde vidimus.

Gabutius lib.6.cap.1. Serm. 17.

❦ XXIX ❦

SPES NON CONFVNDITVR.

❦ XXX ❦

FLVCTVS EIVS TV MITIGAS.

NUmiſma hæc duo ex Typotio accepta ſic ab eodem explicantur. Symboli „ prioris auctor eſt Apoſtolus, poſterioris Propheta: Hieroglypti utriuſ- „ que Pius V. indicans eum, qui ſua inſignia Deo ſubmittit ſeipſum „ ſubmittit. Hoc Pius fecit, & inſignis ſpei aſſertor Sanctus Spiritus ſpem „ Pontificis ratam facit. Atque hæc quidem prioris ſunto, poſterioris eſt navigium „ procellis, & tempeſtate agitatum, ſed ejus fluctus mitigat, qui Cælum, & ma- „ re uti condidit, ita regit.

❦ XXXI ❦

SCIO CVI CREDIDI.

CUſum fuiſſe hoc numiſma in ſignum fiduciæ, quam Pius erga Divinum Servatorem fovebat, manifeſtum ſit tum ex Sacramenti Eccleſiaſtci ſigno, tum ex lemmate verbis formato, quæ Paulus Apoſtolus pronunciavit.

CON-

XXXII

CONGRATVLAMINI MIHI.

FRuctum fiduciæ manu repræsentat Pius, Germen florens, & claves suæ dignitatis argumentum habente, ob idque gaudio plenus Euangelica verba jure poterat repetere CONGRATVLAMINI MIHI &c.

XXXIII

SAlvatorem D. Petri pedes abluentem numisma ostendit coram Apostolis sine ulla quidem inscriptione, sed imagine ipsa quamplurima scitu digna suggerens; ut clara brevique methodo in re, alioqui ambagibus plena, procedamus, aliqua scitu dignissima pro hujus numismatis lucubratione inquiremus, & primò cur Christus Dominus Discipulorum pedes abluerit: secundò quo tempore apud Christifideles ejus lotionis ritus incœperit, & à quo hominum genere celebratus. Tertiò quando à Summis Pontificibus quibusve cæremoniis: ultimò quo pacto hac nostra ætate illum exerceant; ut à primo exordiamur; nemo est cui lateat hanc pedum lotionem sacrosanctæ Eucharistiæ institutioni à Christo fuisse præmissam, & pluribus quidem rationibus, quas sacri Scriptores adducunt; ait D. Cyrillus, ut nempè *arrogantiam suorum animis evelleret exemplo tantæ humilitatis*. *Humiliatæ sunt ad pedes seruorum*, (dicit Petrus Blesensis) *manus Salvatoris, ut hujus humilitatis exemplo à cordibus humanis abstergeretur tumor elationis, deinde exemplo suo idem nos facere docuit, videlicet mutuis obsequiis etiam vilioribus invicem servire, ut ex Paulo ad Philippum II. hoc enim sentite in vobis &c*. Serm 17.

Mysticæ autem rationes hujus ablutionis multæ fuerunt à Doctoribus adductæ, Videatur noster Joannes Walterius Viringus de triplici Cœna cap. 3. & 4. Cœnæ secundę. Gulielmus Durandus in Rationali Divin. officior. lib. 6. cap. 75. ait. *Tres sunt causæ, quare Dominus voluit lavare pedes Discipulorum. Primò propter signum dilectionis; Secundò in exemplum humilitatis; Tertiò ratione mysterii, quia lotio pedum designat lotionem affectuum*.

Hęc autem lotio pedum ex omnibus mandatis Deì antonomasticè vocatur *Mandatum*, ut idem auctor notat, ob illud Christi Jo. 13. *Mandatum novum do vobis &c.* quoniam majori exhibitione officii hoc obseruari præcepit, cum discipulis suis pedes lavit, dicens & vos invicem debetis alter alterius lavare pedes, & Macrus in suo hierolexico *Lotio pedum dicitur mandatum, quia Christus quemadmodum fecerat, ita à suis fidelibus fieri mandavit*.

Ex numismatis expressione, in quo Salvator pedes D. Petri genuflexus lavat, inquirendi occasio datur, num ante cæteros discipulos primùm ipsi suam Charitatem hac ratione significaverit. Putat D. Augustinus hoc ordine Christum pedes lavisse, ut à Petro auspicaretur lotionem, atque hunc lavandi ordinem probat Glossa, Beda &c. Quamvis non desint qui à Juda cœpisse opinentur, ut eum ab instituto scelere avocaret, ita D. Chrysostomus, & Theophilactus: an genuflexus hoc fuerit nulla antiqua monimenta declarant. Circa hoc tantùm adducam, quæ scripsit Eminentissimus Cardinalis Philippus Rasponus de Basilica Lateranensi, ubi ait. *In oratorio S. Laurentii nunc Sancta Sanctorum dicto, inter reliquias, quæ conservantur ibi parieti affixa, habetur tabula, supra quam Dominus noster Jesus Christus sedisse dicitur, cum ad pedes Discipulorum in die Cœnæ abluendos accessit*. Pag. 372.

Ex mandato igitur Christi, teste D. Augustino, factum est, quòd primi Christianorum servabant hoc ejus consilium lavando pedes hospitum, qui fortè ad illos divertebant; Unde Apostolus in vidua requirit *si Sanctorum pedes lavit*. Hoc primùm notavit Jacobus Gretserus de sacris peregrinationibus lib. 3. cap. 6., & in opusculo cujus titulus est *Pedilavium*, multa congerit erudite ex Sac. Scripturæ fontibus, veterumque Patrum, & historicorum limpidis fluentis, quæ explicant Ex Tract. 58. in Joan. 1. Tim. 5.

plicant veterum morem lavandi pedes tum peregrinis, tum hospitibus, & cap. 9. loquens de Lotione facta à Christo Domino, advertit cum Toleto in cap.13. Joan. annot.18. non esse Christi verba ita accipienda, ut Dominus ea necessario velit ad litteram (ut dici solet) observari, sed in animi præparatione, ut si opus fuerit, hoc Charitatis genus proximo exhibeamus. Attamen Christi Domini exemplo accensi quamplurimi cunctis ætatibus pauperum, vel subditorum pedes feria quinta præcipuè, quàm vocant *in Cœna Domini* lavarunt. Hoc autem pluribus probatur monimentis.

Edmundus Martenne Ord. S. Benedicti de antiquis Monachorum ritibus lib. 3. cap.10. habet, quæ sequuntur. Mos laudabilis erat in Parisiensi S. Germani Monasterio duodecim per quadragesimam pascendi pauperes, quibus ipse Abbas in Cœna Domini pedes lavabat: codices S. Germani habent annos 300., idcircò scripti anno circiter 1400. Tempore S. Dustani Monachi: tempore Quadragesimæ abstinebant à Pedilavio, quòd singulis per annum Sabbatis exercebant, sed supervenientibus quibusvis extraneis lavabantur propter illius mulieris testimonium, quę lavit,& de Alabastro unxit pedes Salvatoris cœnantis. Idem cap.3.n.46. Inquiunt Codices consuetudinem Monasterii Dionysiani scripti ab anno300. *Faciat D. Abbas, vel Prior mandatum duodecim pauperibus in honore duodecim Apostolorum, & detur eis panis, & vinum, & calciamenta, & indumenta.*

Ibidem.

Hoc pariter mandatum in Monasteriis non à solo Abbate, cum aliis paucis, sed ab omnibus, nec duodecim tantùm pauperibus, sed tot, quot singulis in Cœnobiis erant Monaci, & benefactores, instar omnium hanc in rem esse debent consuetudines S. Benigni Divionensis, in quo quisque suo pauperi lavabant pedes; tot enim assumebantur pauperes, quot erant Monaci.

In Floriacensi S. Benedicti Monasterio lotos pauperum pedes, & tersos osculabantur ore, & oculis, deinde manus eodem ordine lavabant, deinde benedictum ab Abbate vinum, postea suo quisque pauperi propinabat, tum denarios duos, vel quatuor, vel etiam unicum pro more Monasterii dabat, iterum osculantes eorum manus.

Num.69. idem Martenne hæc subdit. De sanctimonialibus: quæret aliquis an sibi pedes virorum adinstar lavarent. Hac de re interrogatus olim à Bonifacio Moguntino Episcopo Zacharias Papa, qui vivebat an.750. respondit in vita S. Bonifacii. „Inquisivit, & hoc Fraternitas tua, si liceat sanctimoniales fœmi-
Lib.2.c.12. „ nas, quemadmodum viri faciunt, sibi pedes abluere, tàm in Cœna Domini,
„ quàm in cæteris diebus. Hoc Dominicum præceptum est, quod, qui per fi-
„ dem impleverit, habebit ex eo laudem; etenim viri, & mulieres unum Domi-
„ num habemus, qui in Cęlis est.

Certè S. Berta Congregationis Vallis umbrosæ Abbatissa, quæ vixit anno 1553. discipularum suarum pedes in Cœna Domini lavisse dicitur in ejus vita apud Bollandum 24. Martii num.7.

Apud Clementem Romanum III. qui vixit primo Sęculo post Christum natum constitutione 19. cura lavandorum pedum imponitur Diaconis.

Cyprianus qui passus est sub Valeriano, & Gallieno, de ablutione loquens, *non erubescat servus, si facere jubetur, quod priùs fecit Dominus*. Idem mandatum quovis Sabbato septimanæ fieri jubetur in Regula S. Benedicti cap.35. & apud Ducange v. *mandatum* hæc legi. *Sanctum mandatum, quod Salvator noster instituit, pridie quam pateretur abluendis pedibus pauperum, nunc destructum est ab eodem Abbate nostro* (quis autem fuerit hic Abbas non dicit) *qui melius meritò lupus dicitur rapax, qui sibi vindicat eandem eleemosynam, nummos quos Pontifex Rodulphus ibi constituit*. Addit.1. Ludovic. Imper. ad Capitular. Caroli Magni cap.23. Tabular. de hac cæremonia, quæ peragi solebat tùm à Monachis, tùm à Clericis consule si lubet Udalricum lib.1. consuet. Cluniac. cap.12. Cæremoniale Episcop. lib.2. cap.24.

Imò, ut notat Vualterius Soc. Jesu cap.7, de triplici Cœna Christi cœna 2. Hęc consuetudo fuit etiam apud Antiquos, cum se invicem hospitio recipiebant, & etiam viri illustres hospitibus manus pedesque lavabant, ita comes quidam B. Guthberto Lindisfarniensi Episcopo apud Bedam tom.3. fecit.

Adver-

Advertendum autem est tripliciter lotionem pedum exercitam esse ab Antiquis. Exercebant primò, ut dictum est, hospitalitatis occasione. Secundò, cum Sacramentum Baptismi ab Episcopo conferebatur, ut notat D. Ambrosius lib.3. de Sacramentis cap.1. & D. Bernardus serm. de Cœna Domini, & apparet in Sacramentario Gallicano, quod in lucem edidit R. P. Joannes Mabillonius part.2. in suo Musæo Italico, ubi in ordine baptismi habetur, in usu fuisse lotionem post baptismum, & post albæ vestis impositionem, de qua mentio est in Missali Gothico, & in Gallicano, nec non in duobus Cęsarii Arlatensis sermonibus, qui in appendice tomi 5. Augustini habentur ordine 168. & 257. Sed quia lotione sanctitatem imprimi credebant, & illius impetrandæ magis quàm humilitatis exercendæ causa fieri, quatenus ad Sacramenti rationem, aliquomodo pertineret, idcircò Romana Ecclesia lotione abstinebat tempore D. Ambrosii, qui floruit anno 390. ut ex Baronio, & Bellarmino de Script. Ecclesiast. ne errori locum daret, aut ex Divo Augustino habemus ad Januarium epist.119. cap:18. qui ad humilitatem potiùs, quàm ad sanctitatem refert. Eadem lotio pedum apud Hispanos abrogata fuit in Concilio Liberitano, nec fiebat in Ecclesia Romana post Baptismum, sed ut à sacramento Baptismi distingueret, illam exercuit in feria quinta majoris hebdomadę, in qua parvis lavat pedes, ut ipsa parvitate ostendat exemplum humilitatis se commendare, non autem Sacramentum se tradere. Et certè hac pia, & laudabili consuetudine calumniatores evincuntur, quales sunt hæretici, qui nos rident, & calumniantur de histrionica Christi imitatione. Ecclesia autem Romana in hoc facto intelligit mysterium eo modo, quo in omnibus Domini factis solet semper aliquod inesse, nempè ut præter visibilem operationem spirituale quiddam, quod non videretur, colligi inde oporteret. Non tamen unquam probavit hanc ablutionem esse homini absolutè necessariam, ut Baptismum, vel utilem, seu necessariam ad sanctificationem, ut sunt cętera sacramenta, sed in ea celebrat Dei dilectionem, & Christi humilitatem. Fuit enim ablutio pedum actus servilis, & demissus, sicut Abigail ad nuncia David Regis. *Ecce famula tua sit in Ancillam, & lavet pedes servorum Domini sui*: ad quę verba B. Augustinus. *Didicimus fratres humilitatem ab excelso, faciamus invicem humiles, quod humiliter fecit excelsus*: & D. Ambrosius, *Volo, & ego pedes lavare fratrum meorum, volo Domini implere mandatum, quia dum alienas sordes lavo, meas abluo*. Idcircò in Concilio Aquisgranensi primo, quod habitum fuit sub Stephano IV. anno 816. Canone 141. Clericis omnibus pręscribitur, *Clerici si aliis temporibus nequeunt, saltem quadragesimæ tempore pedes pauperum in competenti lavent hospitali*. In Concilio etiam Toletano 17. can.3. omnibus Galliciarum Ecclesiis, hoc sanctum opus lotionis pedum in Cœna Domini peragendum præcipitur, ob quasdam Ecclesias, quę illud intermiserant, ubi scribit, multos illo die non lavasse pedes, ne lotio pertinere videretur ad Baptismum.

1. Reg. c. 25.

Prolog. in libr. 1. de Spir. Sanct.

Imò Constantinopoli olim eadem feriâ Imperator duodecim pauperibus solebat lavare pedes. Ritum describit Codinus Curopalata de officiis. *Lavat Imperator dextrum cujusque pedem, & ubi syndone, quæ pendet ante ipsum, absterserit lotum pedem osculatur. Et hoc facto consumantur ea, quæ ad ritum lotionis pedum pertinent, & dantur unicuique eorum aurea numismata tria*. Hæc omnia sunt in notis Hugonis Menardi in lib. Sacramentor. D. Gregorii pag.79.

Itaque Romanus Pontifex, ut Dominum Christum, cujus obit vices, imitetur, omnibus in imitatione virtutum pręcellat, sicuti officii dignitate omnes superat, ita tituli professione sese dimittit infra omnes, & ut peccator procumbit pedibus pauperum, eorumque pedes lavat, ac osculatur, & ut Pontifex pedum oscula intuitu Domini, quem refert, recipit.

Sansa: de ped. oscul. pag. 501.

Quo autem tempore summi Romani Pontifices hoc cœperint agere tantò difficilius explicatu videtur (sicut, & multi alii ritus) quantò nostra ætas à Christianæ religionis exordio, quo ritus ipse usum primitus accepit, longiori disiungitur intervallo. Nulla enim certa hujus institutionis apud nos viget recordatio, nullusque certus auctor extat (quem sciam) qui ex proposito hoc idem tractarit. Afferam tamen ea, quæ potui invenire documenta.

Non unum, sed plures olim fuisse ordinis Romani libellos ex Amalario intelligimus,

Mabillon. tom. 1. Musei Italici.

ligimus, non solùm pro diversis argumentis, sed etiam pro uno eodemque argumento. Tres omninò vetustissimos primo loco exhibet eruditissimus Abbas P. Mabillonius, quos scriptos esse ante Seculum nonum, aut decimum docet. Succedunt illis à Seculo duodecimo Benedictus Canonicus sub Innocentio II. Cencius Camerarius, sub Cœlestino III. hoc est circa annum 1193.. Ad hæc Cæremoniale jussu Gregorii X. editum circa annum 1275., & ordinarium Jacobi Gajetani Cardinalis, qui fuit creatus à Bonifacio VIII. cujus & ipse nepos erat, desiitque sub Clemente VI. circa annum 1350. Ac demum liber Cæremoniarum Petri Amelii Episcopi Senogalliensis; suntque etiam varia fragmenta ex historia Joannis Diaconi de Basilica Lateranensi. Extant insuper libri tres sacrarum Cæremoniarum sub Leone X. in lucem emissi Venetiis anno 1516. à Christophoro Marcello electo Corcirensi Episcopo, quod opus erat Augustini Patritii Pientini, qui vixit anno 1490. sub Innocentio VIII. ad quem Pontificem epistolam dedit, relatam à laudato P. Mabillonio, in qua hæc habet in appendice pag. 584.

„ Majores nostri Duces, & Doctores Christiani Populi ab initio nascentis „ Ecclesiæ sacros ritus divino afflati numine nobis tradiderunt, quos deinde cre- „ scente Fidelium multitudine illorum successores Romani Pontifices salva rerum „ substantia auxerunt, ornaverunt, atque mirum in modum ampliaverunt, ad- „ duntque in dies: mutantur, & variantur permulta, quæ non tam priscis institu- „ tionibus adversa sunt, quàm tempori, & rebus, quæ aguntur accommoda, at- „ que decora. Quo fit ut cum propter rei vetustatem pauca admodum ex prio- „ rum observantiis reperiantur, quæ deinde à posteris litteris mandata extant, „ tum propter Romanę curiæ crebras apud exteras gentes peregrinationes, tum „ etiam propter varios confusasque Scribentium sententias parum usui, & utilitati „ nostris temporibus esse videantur cęremoniis non tam scriptis, quàm jam pridem „ consuetis, hactenùs magna ex parte usi sumus. Hinc variæ aliquando inter Pa- „ tres de peragendis sacris opiniones, hinc contentiones indecentes, interdum inter „ Ministros Cæremoniarum, cum memoria hominum labilis sit, & fluxa sæpeque „ alię pro aliis succurrant, & quid certi tenendum sit fixa regula ostendi non „ possit. Hæc igitur, ut reor, providè considerans Sanctitas Tua Beatissime Pa- „ ter cupiensque, ut in rebus omnibus tàm divinis, quàm humanis decus, & or- „ do debitè servetur, utque sine tumultu, quietè, tranquillè cum gravitate, & „ dignitate omnia peragantur, injunxit mihi, ut tam ex libris majorum, quos ex „ Archivis Romanæ Ecclesiæ complures deprompti, quàm ex quotidiano usu „ Capellę Apostolicæ, in quo annis supra viginti non sine labore assiduo versatus „ sum, cæremonias omnes, quibus nostro tempore uti consueverunt Romani „ Pontifices, prætermissis superfluis, & antiquatis in ordinem redigerem &c.

Muf. Ital. tom. 1. Comment.

Inter hos omnes sacrarum cæremoniarum libros nullum antiquiorem extare animadvertit supracitatus P. Mabillonius, quam illum, qui vulgo inscribitur *Ordo Romanus*, laudatus passim apud Amalarium, extatque in veterrimis Codicibus Cassinensi, & Colbertino, in lucem primò editus Coloniæ anno 1561. per Gregorium Cassandrum. Alius etiam extat Ordo Romanus, quem anno 1561. typis excudi curavit Georgius Cassander, & post annos septem Melchior Hittorpius ibidem revidit una cum aliis antiquis rerum Ecclesiasticorum Scriptoribus, iterumque impressus est Romæ anno 1591. Ordo ille ut habetur in Præfatione Melchioris Hittorpii existimatur ab aliquibus esse conscriptus à Magistris Romanę Ecclesiæ, cum Stephano Pontifice III., & Pipino procurante, quando tam Divina officia Romana, cum Romano cantu in Galliam sunt introducta circa an. 755. In hac sententia fuerunt Vualfridus Sigebertus aliique. Hittorpius tamen antiquiorem illum esse conjicit ex Gelasiano illo Canone (dist. 15.) *Sancta Romana Ecclesia*, quo præscribitur, qui quove tempore scripturæ libri sint per annum legendi in Ecclesiastico officio. Gelasium autem divinorum quoque officiorum ordinatorem fuisse, orationes item conscripsisse in ejus vita legitur, & quod de Gregorio commemorant Scriptores satis arguit, scilicet quod is Gelasianum Codicem emendarit, & in commodum ordinem digesserit, superflua resecaverit, & in unius formam libelli coarctaverit, cui liber Sacramentorum titulum fuerit, ut vel ab eo, vel ejus auctoritate conscriptus esse colligi posset. Conjectura igitur hac potest

Oldoi. tom. 1. col. 530.

argui

argui ordinis Romani vetuſtas. Quod ſi tempore Gelaſii Papæ hoc eſt anno 493., quo Gelaſius vivebat, extabat, vel publica auctoritate conſcriptus, vel ex uſu, qui tum obtinebat ab aliquo alio collectus, & approbatus publicè; certè ſecundum ejus præſcriptum divina officia tum peragebantur.

In hoc igitur Ordine, quem primo loco recenſet ſæpe laudatus Mabillonius *Pag.1.* §.5. ubi ritus præſcribuntur ſervandi in feria v. de Cœna Domini, nulla mentio fit de *Mandato*, ſeu ablutione pedum, nulla etiam in Ordine ſecundo loco poſito, quem Onuphrius Panvinius exiſtimat eſſe Gelaſianum à Gregorio Magno emendatum, ſic pariter cæteri Ordines de *Mandato* omnino tacent.

Ordo deinde decimus, ſeu loco decimo poſitus, qui continet ritus ſervandos in Cœna Domini, diciturque ab auctore antiquior eſſe Sæculo tertio decimo, & ad undecimum videri revocandus, quamvis nullo certò conſtet indicio, mentionem facit de *Mandato* his verbis. *Pontifex ingreditur (Miſſa expleta) Baſilicam S. Laurentii, vel S. Nicolai, ſi eſt apud S. Petrum, & ſine planeta reſidens in Sede facit Mandatum duodecim Subdiaconorum.*

Ejuſdem Mandati ritum præſcribit Ordo Benedicti §. 41. anno 1130. inſcriptus ad Guidonem Cardinalem, qui poſtmodum factus eſt Cœleſtinus II. his verbis, *Pontifex verò aqua calida lavat pedes ejus &c.* ſicut etiam Ordo Cencii Camerarii cap.11. §.25.. Sequitur poſtea Ordo Romanus 13. qui *Cæremoniale* dicitur ſub Gregorio X. impreſſum, & in eo num.22. indicatur lotio pedum non tamen ritus decernuntur, & deinde alii Ordines eam ſacram actionem præſcribunt variatis tamen Ritibus, & tempore.

Antiquiorem uſum pedes lavandi in Eccleſiaſticis actionibus, à ſummo Pontifice celebratis, invenire non potui; ſi tamen probabili conjectura uti fas ſit, mihi ſuadeo antiquiſſimum illum eſſe, nec ab Apoſtolis, exemplo Chriſti Domini edoctis, unquam prætermiſſum, & Apoſtolorum deinde imitatione extimulatos, ſicutì cæteri Chriſtifideles, multò magis ſummos Pontifices retinuiſſe.

Meam conjecturam confirmat P. Auguſtinus Oldoinus in addit. ad Ciacconium ubi vitam S. Gregorii Magni deſcribens ait. *Gregorius Magnus juſſit, & firmavit, Alphonſo Villega teſte in Flore Sanctorum, lotionem pedum in feria ſexta in Paraſceve, ne ſacer ille ritus antiquus ad Chriſti humilitatem imitandam, atque animæ munditiem deſignandam inſtitutus, unquam in Eccleſia periret.* Si ergo Divus Gregorius circa annum 600. *antiquum juſſit, & firmavit*, utique à ſuis deceſſoribus quotannis fuerat celebratum. *Tom.1. col. 415.*

Ejuſdem meminit in ſermone octavo S. Eligius S. Gregorii Magni coevus. *Sac. Criſmatis confeſſio, fraterna pedum ablutio &c.* Beda etiam in vita S. Gutberti *Cap.18.* Epiſcopi, cui ipſe Beda miniſtravit Sacramentum prope mortem (ut ipſe refert cap.39.) circa annum 800. his verbis. *Aliquando etiam calciatus in Paſcha non niſi poſt annum redeunte Paſchæ tempore propter lavationem pedum, quæ in Cœna Domini fieri ſolet ſe diſcalciaſſe dicatur.*

De Leone IX. qui vixit anno 1050. (narrat Leo Oſtienſis in Chronico lib. 2. cap.85.) *cum in Monaſterio Caſſinenſi ſabbato quodam ingreſſus eſſet ad Mandatum, hoc eſt fratrum Pedilavium pedes duodecim Monachis lavit, & ipſe viciſſim ab illis lotus eſt; ſic Hugo Epiſcopus Liconienſis in Anglia tredicim pauperibus pedes ſecretius lavare ſolebat.* Gretſerus in Pedilavio pag. 334. vivebat Hugo anno 1189. quando interfuit Concilio Pipewellesi ſub Clemente III. *Lincolnc- olim Lin- dum apud Baudrand. Labbe [illegible] Concil.tom. 10. pag. 1766.*

Ex his, quæ hactenus dicta ſunt duo præcipuè deducimus, primum, uſitatum fuiſſe morem lavandi pedes tum apud Summos Pontifices, tum apud cæteros Epiſcopos, ſecundum, quòd non eodem die, ſcilicet quinta feria, quæ dicitur *in Cœna Domini*, nec unica tantùm vice, ſed pluries eodem anno. Patent hæc clarius ex jis, quæ ſubiiciam.

Sæpe ſupracitatus P. Mabillonius in commentario Ordinis Romani, ubi agit *Cap.10.* „ de ritibus Sabbati ante Dominicam Palmarum ait. Ad eleemoſinam ejuſdem „ Sabbati, quod attinet, Romani Pontificis exemplo, etiam aliæ Eccleſiæ pau- „ peribus pedes ipſo die lavare conſueverant, in his Provincia Rotomagenſis „ teſte Joanne Abrincatenſi Epiſcopo, cujus hæc verba ſunt. In Sabbato, quod „ palmas præcedit Epiſcopum *aut majorem Eccleſiæ pedes Pauperum lauare Eccle-*

„ *ſiaſticus ordo præcipit*. Addit Mabillonius, & quidem ob exemplum Mariæ, quæ „ pedes Domini lavit, nec dubium quin ipſis pauperibus itidem eleemoſina tri- „ bueretur.

In tomo ſecundo Antiquitatum Liturgicarum de Sabbato poſt Dominicam Paſſionis hæc habentur, & citatur Rupertus de divinis officiis libro quinto capite ſexto „ Hoc ſabbatum illud erat, quo Dominus Bethaniam venit, „ & in domo Lazari, quem ſuſcitaverat cœnam habuit, ſicut Evangeliſta refert. „ Maria ergo accepit libram unguenti nardi piſtici, & unxit pedes Jeſu, & ex- „ terſit capillis ſuis. Maria namque typum gerit Eccleſiæ, pedes autem Do- „ mini pauperes ſunt infimi, qui quamvis extrema tamen ejus membra ſunt. „ Ut ergo Romanus Papa celebrem cum Maria Domino cœnam exhibebat, hoc „ ſabbato eleemoſinam dat, atque ita circa pedes Domini occupato ſabbatum „ vacat. Ideoque hoc ſabbatum dicebatur vacans, ait Gulielmus Durandus. „ In hoc intendere conſuevit Dominus Papa pauperibus Chriſti dando eleemo- „ ſinam, & mandatum celebrando, tum quia in cœna Domini propter officii ma- „ gnitudinem hoc facere non poterat, tum quia ſicut Joannes. *Maria unguento* „ *nardo piſtico unxit pedes Jeſu &c.* Apoſtolicus in memoriam ejus, quod illa de- „ votiſſimè egit, facit membris Chriſti, quod ipſa capiti fecit.

In rational. Divin offic. ibi pag. 324

Pluries etiam eodem die hoc factum à Summis Pontificibus ſuggerit Ordo Romanus à Cencio Camerario compoſitus, ut diximus, circa annum 1193., quo Cæleſtinus III. vivebat. In eo cap. 11. cui titulus eſt. *Quid D. Papa facere debeat in Cœna Domini*, hæc habentur §. 25. „ Miſſa tandem finita Pontifex indutus cum „ cæteris ad palatium in Baſilica S. Laurentii revertitur, ibique expoliat ſe uſque „ ad dalmaticam, & appoſita chlamide rubea ipſi ad collum, ſedet; Cubicularii „ ergo parant aquam calidam pro abluendis pedibus Subdiaconorum, & ponunt „ pelvim coram eo, Diaconus Cardinalis, qui ſervit ei ponit tobalcam, quam „ Camerarius dat pro ipſo ſervitio ſuper genua D. Papæ. *Duodecim* autem Sub- „ diaconi cum Priore remanent extra Baſilicam diſcalceati, Schola Oſtiariorum, „ & Mappulariorum accipiunt Priorem Baſilicæ, & alios *Vndecim Subdiaconos* in „ ulnis ſuis, ſicque per ordinem portant eos, unus poſt alium ante D. Papam, „ Pontifex autem lavat pedes eorum, & tergit cum linteo, & poſtmodum oſcu- „ latur, & dat unicuique duos ſolidos denar. Papienſ.

Apud Mabil. p. 180. tom. 2.

In capite poſtea ſequenti 12. ſub titulo, *quomodo datur Presbyterium in Cœna Domini*, hæc alia adduntur. „ Comeſtione finita D. Papa intrat cameram, „ ibique incontinenti facit Mandatum abluendo *tredecim pauperibus pedes*, & „ extergendo, & poſtmodum oſculando. Ibi etiam Camerarius eſt paratus, qui „ D. Papæ porriget Marabottinos ſingulis pauperibus erogandos. Hoc facto D. „ Papa dat eiſdem pauperibus manu propria ad potandum. Bis itaque eodem die lotionem pedum Pontifex Summus exercebat tempore Cencii, ſcilicet poſt miſſam Subdiaconorum, & poſt prandium Pauperum pedes abluendo.

Ex allatis capitibus Ordinis à Cencio Camerario deſcripti duo alia innoteſcunt, primum eſt, quod tunc temporis Summus Pontifex lauabat pedes duodecim Subdiaconis, inter quos Prior Baſilicæ, & deinde tredecim aliis pauperibus. Talem ritum lavandi pedes duodecim Subdiaconis in uſu fuiſſe anno 1130. ex Ordine Benedicti Canonici etiam accepimus; hic enim ſcribens de ordine officii recitandi ex more antiquo numero marg. 49. hæc habet. „ *In Cœna Domini finita Miſſa D. Pontifex redit ad Palatium in Baſilicam S. Laurentii, ibique expoliat ſe uſque ad Dalmaticam, & poſita pelle ad collum ejus ſedit; Cubicularii ponunt concham ante eum, & linteum mundum. Duodecim Subdiaconi manent foras Baſilicam, duo hoſtiarii accipiunt Priorem, & portant eum ad Pontificem. Pontifex verò cum aqua calida lavat pedes ejus, & tergit linteo obſculatur eos, & dat ei unum ſolidum; ſic facit unicuique eorum duodecim.*

Imo etiam ſeculo undecimo (ſi tamen ordo Romanus, quem P. Mabillonius decimo loco ponit ad talem annum revocandus eſt, ut ipſe opinatur.) Verba ejus Ordinis ſunt loquentis de mandato. „ Pontifex ingreditur (miſſa expleta) Baſi- „ licam S. Laurentii, & ſine planeta reſidens in ſede facit mandatum *duodecim* „ *Subdiaconorum*. Quem ritum ſervatum eſſe conſtat ab eo anno, ſucceſſive ad an- num.

Tom. 2. Muſæi pag. 97.

„ num 1370., quo Petrus Amelius suum Ordinem scripsit. Sic enim ille habet „ sub titulo *de mandato. Ipse Papa facit mandatum duodecim Subdiaconibus*. Advertendum tamen est, quòd in ordine Jacobi Cajetani, qui vivere desiit sub Clemente VI. circa annum 1342. capite 91. ubi agitur de Mandato, Papa non existente in Urbe dicitur *lavat pedes duodecim Diaconibus, vel Capellanis in defectum ipsorum*. Hac ipsa in lotione mos Græcorum non est hic omittendus minus latinis cognitus, cujus illustrandi gratia in suas paginas transtulit Gretserus ex Euchologio Græcorum, ubi legitur lotio fieri duodecim Ecclesiæ Ministris incipiendo à janitore usque ad Oeconomum, & Ecclesiarcham (hoc est Ecclesiæ primarium juxta Macri documentum) qui duodecimus est. *Apud Mabill. pag. 362.* Pag. 323.

Constat insuper ex Cæremoniali antiquo MS. quem inter MS. Illustrissimi Phæbei servatum mihi ostendit D. Dominicus Abbas Cappellus Cæremoniarum Magister sub Alexandro VIII. & Innocentio XII., tempore Martini V. adhuc viguisse morem lavandi pedes duodecim Subdiaconis. Pag. 19.

Nunc verò tredecim eliguntur, ut plurimum Sacerdotali dignitate insigniti, vel ex Diaconorum, aut Subdiaconorum classe, imò aliquando Episcopi Græci cum Romæ adsunt, ut eorum pedes summus Pontifex abluat juxta ritum in Ecclesia Romana præscriptum in Cæremoniali à Marcello Corcirensi Archiepiscopo electo, Leoni X. nuncupato, & Venetiis anno 1582. apud Junctas impresso. Qui talis præscribitur. Cap. 46. Pag. 158.

„ Cum Papa pervenerit ad aulam ad hoc paratam, sint ibi ordinati tredecim „ pauperes in albis vestibus novis à Pontifice sibi datis sedentes super scamnis al- „ tis bene ornatis. Credentia ornata sit cum floribus, & herbis odoriferis variis „ cum aqua calida, & frigida, ac rebus aliis oportunis, videlicet pelvibus trede- „ cim, cum totidem vasis aqua calida implendis. Item tredecim mappulis in alio „ bacili. Item auri Papales tredecim duplices, sive viginti sex simplices, & „ totidem nummi argentei pro eleemosina pauperum; nam Papa dat cuilibet pau- „ peri unum aureum duplicem, vel duos simplices, & totidem argentea, & hi „ in aliquo vase deponantur, duo vasa pro lavandis manibus Papæ cum suo man- „ tili; item paretur etiam pulpitum cum suo pallio albo pro Evangelio, & libro „ Evangeliorum, & aliud pulpitum pro cantoribus, duo candelabra pro lumina- „ ribus, thuribulum cum navicella, & incenso, quæ Acolithi teneant, sedes „ Pontificales in plano, pluviale rubrum, & simplex, & stola violacea pro „ Pontifice, & liber pro oratione. Cum perventum fuerit ad locum Papa exuit „ pluuiale preciosum &c. & præcinctus descendit, & genuflexus cum mitra simplici „ ante primum pauperem, assistentibus sibi duobus Diaconis Cardinalibus, lavat „ ei pedem dextrum, quem Subdiaconus tunicella indutus à dextris Papæ genu- „ flexus tenet. Lotum Papa statim mantili tergit & osculatur. Et cum Papa oscula- „ tus est pedem dat lavato mappulam, cum qua eum extersit, & aureum dupli- „ cem, vel duos simplices cum tot argenteis. Idem facit successiuè singulis &c.

A quo tempore incoeperit mos lavandi pedes tredecim pauperibus, ignotum mihi est. Constat tamen non fuisse novum in Ecclesia, ut vidimus in supraallato capite 12. ordinis Cencii Camerarii, ubi post lotionem factam duodecim Diaconis, & post mensam Pontifex dicitur abluisse pedes *tredecim pauperibus*. Suspicari tamen possumus illum stabilitum fuisse à Sixto Pontifice hujus nominis IV. cum Marcellus ipse Corcirensis post ritum suprascriptum notat, ante Sixtum diversum Ordinem in usu fuisse, sed postea *Sixtus considerans* (sunt Marcelli verba) *Salvatorem nostrum non posse à nobis satis dignis laudibus venerari ordinavit modum supradictum*.

Cur autem tredecim, non verò duodecim Sixtus, sive alius Pontifex in posterum fore sanciverit, curiosę ac piæ indaginis est. Eam instituit eruditissimus Pompejus Sarnellus in suis epistolis Ecclesiasticis, qui putat in primo paupere, cui Pontifex pedes lavat, lotionem indicari, qua pedes Christi Domini absterfit Beata Maria Magdalena in Bethania. In reliquis duodecim lotionem à Christo Domino factam duodecim Apostolis; suam sententiam firmat documentis Ruperti Abbatis de divin. offic. lib.5. cap.21. precibus antiqui Ordinis Romani, quibus utraque lotio indicatur. *Lib. 13. ep. 98.*

Pla-

Placet huic aliam responsionem adnectere, quam piam dicam non verò certam, ne inter illos sim, reprænhensos in censura D. Hieronymi, relati à Cardinale Bona, *Qui cum originem multorum ignorent, varias conantur congruentius, & misticas rationes invenire*. Porrò isti, ut scite Hieronymus de Origene dixit, *Ingenii sui adinventiones faciunt Ecclesiæ Sacramenta*. Dico propter talem numerum rationabiliter potuisse à Sixto IV. decerni, ut in numero duodenario exemplum Christi Domini erga Discipulos Pontifices imitarentur, & in alio adjuncto suum erga Christum Dominum obsequium palam profiterentur, ejus eventus memores, quem in vita Sancti Gregorii Magni libr. 2. cap. 22. Joannes Diaconus narrat his verbis.

Rer.Liturg. lib.2.cap.7. num.3.

„ Tantæ hospitalitatis Gregorius in ipso etiam Patriarchio permansit, ut exceptis his, quos tàm per diversas regiones, quàm Romę quoque Longobardorum perfidia gladios fugientes Ecclesiastica stipe misericorditer nutriebat, ad mensam suam quotidie peregrinos quoslibet invitaret. Inter quos die quadam unus accessit, in cujus manibus dum ipse ex humilitatis ministerio aquam fundere vellet, conversus urceum accepit, sed repente cum in ejus manibus, aquam fundere voluerat non invenit. Cumque hoc factum secum ipse miraretur, eadem nocte Dominus ei per visionem dixit. Cæteris diebus me in membris meis, hesterno autem die me in memetipso suscepisti. Et cap.23. Alio quoque tempore idem Gregorius juxta consuetudinem suam præcepit Sacellario, ut duodecim peregrinos ad prandium inuitaret; Qui pergens jussa complevit, eosque ad mensam pariter ordinavit. Dum autem simul discumberent intuens Papa, tredecim numeravit, & accersito Sacellario cur contra jussionem suam tertium decimum invitare præsumpserit, inquisivit. Ille obstupefactus convivantes peregrinos curiosiùs numeravit, & duodecim solos inveniens veluti securus respondit. Crede mihi honorabilis Pater, non sunt nisi duodecim sicuti ipse jussisti. Ergo dum convictus sępiùs duodecim identidem numeraret, ac tertium decimum, quem solus Papa videre poterat, non videret, animadvertit Spiritualis Pater Gregorius virum proprius discumbentem, vultus crebro convertere, & nunc adolescentem, nunc verò vetulum veneranda quadam canicie simulare. Finito convivio duodecim quidem abire promisit, tertium decimum verò manu suscipiens in cubiculum suum induxit vehementer adjurans, ut ei se nomenque suum simpliciter prodere dignaretur. Qui respondens dixit, & cur interrogas de nomine meo, quod est mirabile? Veruntamen scito memoriam recognoscens; quia ego sum naufragus ille, qui quondam veni ad te, quando scribebas in cella Monasterii tui ad clivum scauri, cui dedisti duocecim numismata, & argenteam scutellam, quàm tibi miserat cum infusis leguminibus Beata Sylvia Mater tua. Et hoc tibi pro certo sit cognitum, quia ab illo die, quo mihi hęc hilari animo tribuisti, destinavit Te Dominus fieri Præsulem Sanctæ suę Ecclesiæ, pro qua, & proprium sanguinem fudit, & esse Te Successorem, atque Vicarium Apostolorum Principis Petri, cujus, & virtutem imitatus es cum substantiam offerentium divideret, pro ut cuique opus erat. Hęc audiens Gregorius dixit, Et tu quomodo nosti, quòd tunc me Dominus præesse Sanctæ Ecclesiæ suę destinarit? At ille inquit, quoniam Ego Angelus ejus sum, & tunc ab eo ad tuum inquirendum propositum destinatus. Tunc Gregorius, quia non dum manifestè viderat Angelum prorsus expavit, sibique hunc taliter dicentem audivit. Ne timeas neque formides, ecce enim misit me Dominus, ut Sim Tibi custos, quandiu fueris in isto mortali Sæculo, quatenùs quamcumque rem petieris per me apud eum fiducialiter valeas impetrare &c.

Quæ hucusque commemoravimus numisma à Sanctissimo Pio V. vulgatum subministravit, in quo primùm ille Christum Domini pedes discipulorum abluentem expressit. Atque ab eodem in mentem revocatur quidquid Joannes Antonius Gabutius à Pio V. actum die Cœnę Dominicę sacra retulit in ejus vita cap.11. lib.6. his verbis. „ Tredecim pauperibus singulari ejus, cujus vices agebat in terris exemplo, pedes non modò procumbens lavare, sed etiam exosculari consueverat. Inter hæc aliquando multis eximio documento fuit, cum

foedo

„ fœdo ulceri, quo ex ipsis unus laborabat in pede, in gratiam ejus, qui „ animarum nostrarum sordes lavit in sanguine suo sacrum osculum infigere talis ac tantus Princeps non exhorruit, quæ res inspectantium animos ita permovit, ut pia corda præ admiratione à lachrymis temperare nequiverint.

Ex hac narratione habemus Beatum Pium Pontificem procumbentem pedes lavasse juxta ritum in ceremoniali præscriptum. Advertendum tamen non semper à Summis Pontificibus hoc modo pedilavium perfici, sed stando. Antiquitus autem idem sedendo peragebatur, ut ex Ordine Romano Petri Amelii cap. 69. *Papa autem sedendo cum aqua calida lavat pedes &c.* ac in primo alio ordine à P. Mabillonio typis dato. *Papa residens in sede facit mandatum &c.*

Notandum pro coronidæ nostræ lucubrationis est, apud veteres Pontifices Tobaleam qua cingebantur in ablutione pedum dari Diacono Cardinali, qui ei ministrabat, aliam verò, qua pedes abstergebat, Cubiculariis. Ita refert in suo ordine Cencius Camerarius; nunc verò tredecim mappulæ, quas ad abstergendum Cæremoniale Còrcirensis præscribit singulis pauperibus ablutis distribuuntur. Ex qua autem materia pelvis adhibitus fuerit Ordines supra citati non referunt; Nunc adhiberi argenteum sciunt omnes. Æneo usum fuisse Christum Dominum affirmat Joannes Vvalterius de triplici Cœna, ac etiam refert Bartholomæus à Saligniaco Protonotarius Apostol. J. U. professor in Itinerario Terræ Sanctæ inquiens; „ *In civitate Rhodiorum* „ *in præcipuo Templo S. Joannis Baptistæ Crux ænea visitur, quam conflatam* „ *ferunt ex materia pelvis, qua Dominus in nocte Cœnæ lavit pedes discipulo-* „ *rum suorum.*

Apud Mabillon. pag. 181.

Cœna 3. cap. 38.

Lagenam verò sive Amphoram aquæ testaceam dicit S. Joan. Chrysostomus enarrat, 26. in Matth.

De Linteo legitur apud Leonem in Chronico Casinensi libr. 2. cap. 34. his diebus (ann. videlicet 1013.) „ *Monachi quidam ab Hierosolymis venien-* „ *tes particulam lintei, cum quo pedes Dominus discipulorum extersit secum de-* „ *tulerunt. Verùm cum plurimi fidem denegarent, illi fide præditi particulam* „ *ipsam ardentibus imponunt prunis, quæ mox in colorem ignis versa est, amo-* „ *tis tamen carbonibus, ad pristinam speciem mirabiliter rediit &c.* Hoc etiam narrat Gretserus in Pedilavio cap. 14. Joannes Diaconus in libro quem scripsit de Ecclesia Lateranensi impressus à P. Mabillonio tom. 2. Musæi Italici dicit in §. 3. *Esse in illa linteum unde extersit Dominus pedes discipulorum suorum.*

Hæc sunt, quæ de lotione pedum à Summis Pontificibus facta, & à proposito numismate indicata referre mihi visum est, quo quidem ritu Hæreticorum calumniæ evincuntur. Nugatus fuit, & calumniatus more suo Lutherus concione quam Feria v. majoris hebdomadæ in qua multa dicens de lotione pedum. *Papa* inquit *cum Monachis, & Sacerdotibus suis cum Regibus, & Principibus hodie etiam pedes lavat; sed eorum humilitas admodum tenuis humilitas est, si tamen humilitatis nomen meretur, nam multi reperiuntur, qui conventualibus subditis, tàm humilitate pedes lavant, ut postea superbiam in lotione pedum commissam confiteri cogantur.* Insurgit contra talem calumniatorem Gretserus. *Tu quis es, qui tamquam scrutator Cordium novisti exactissimè, cum quanta humilitate lotio pedum à quolibet peragatur. Videtur Lutherus alios ex suo ingenio æstimare, & sua vitia aliis adscribere.*

Evincere etiam studuit Lutherus exemplum Christi nil penitùs ad extremam lotionem spectare. „ In Papatu (inquit) nominant hanc cæremo- „ niam Mandatum, sed Christus non intelligit ipsum lavandi opus; nam „ Christus ita argumentatur. Ego lavi pedes vestros Dominus, & Magi- „ ster, ergo & vos debetis alter alterius lavare pedes. At Lutherus argu- „ mentationem hoc modo instituit. Christus Dominus, & Magister lavat „ pedes discipulorum suorum, ergo ipsi sibi mutuo non debent lavare pe-

des;

des; probat consequentiam, *quia Christus dixit, & vos debetis alter alterius pedes lavare*? quæ verba affirmativa, tamquam negativa, Lutheri tamen animo, negant. Item Christus dicit: *Exemplum enim dedi vobis*, *cujus obsecro rei*? An non ejus, quæ proximè antecesserat. Si ergo hujus rei hoc est lotionis pedum nobis exemplum dedit, quæ necessitas est his verbis concludere velle, exemplum Christi nullo modo ad externam pedum lotionem spectare?

Non agitur, inquit Lutherus, de externa pedum lotione, alioqui non tantùm duodecim Discipulis, sed omnibus omnino hominibus pedes lavare oporteret. Meliùsque fieret integrum balneum toti corpori abluendo adornare, quam solummodo pedilavium præparare. Insurgit Gretserus, *sed hæc inanis linguæ crepitacula sunt, nam Abraham, Loth, & alii laudantur, licet non omnium, sed quorumdam dumtaxat pedes laverint, neque Sanctus Paulus in vidua considerari jubet num omnium Sanctorum, sed num Sanctorum pedes laverit*.



XXXIV

OB MVNITIONEM CASTRI HVC TRANSLATAM AMPLIOREM EREXIT ANNO 1566.

INter antiquissimas Sacras Ædes, quæ Romæ extabant, ea profectò fuit, quæ juxtà Adriani Sepulchrum trans Pontem Ælium erecta appellabatur Sanctę Mariæ Transpontinæ, seu in capite Pontis, & in capite Porticus, ut refert Franciscus Maria Torrigius in cap. 15. de Sacris Trophęis. Ejus origo incerta est apud Scriptores, cum Tyberis proximi, sæpè intumescentis, elluvione tabularum monumenta fuerint deperdita, in quibus publicè acta recensebantur. Suasit sibi Pancirolus, ejus fundamenta jacta fuisse sub Honorio III. circà annum 1238. quo referente Ciacconio, *Fratres Carmelitæ in Monte habitantes Carmelo, propter Paganorum insultus compulsi sunt à loco suo dispergi per varias Mundi regiones*; illisque benignè exceptis à Pontifice templum illud traditum fuisse, in quo Sacram Deiparæ imaginem è Carmelo allatam, magnificè collocarent. At deceptum fuisse Pancirolum manifestè deducitur ex antiquissima inscriptione, quæ marmori incisa legitur in novo Templo sub Altari, Sanctis Apostolis Petro, & Paulo dicato his verbis relatis ab eodem Torrigio.

RELI-

RELIQVIÆ DIVERSORVM SANCTORVM.
INTER CÆTERAS DVOS DENTES
BEATI PETRI APOSTOLI
A COELESTINO III.
SVB ALTARE COLVMNARVM
SANCTORVM PETRI, ET PAVLI
VETERIS ECCLESIÆ
BEATÆ MARIÆ TRANSPONTINÆ
MCXLIV. DIE xv. MAII
RECONDITÆ.

Igitur ante annum 1144. quo Cœlestinus Tertius vivebat Templum extabat Virgini Deiparę dicatum, non tamen eodem in loco, ubi nunc cernitur. Jussu enim Pii IV. die decima tertia Julii anno 1564. (ut narrat idem Torrigius) destrui cœpit, nè impedimento esset novis munimentis, quibus Ælianam arcem circumdari jusserat Paulus IV. addicto Patribus Carmelitis alio situ, tam pro nova Templi, quàm pro commodioris Cœnobii erectione; scilicèt in ea parte, ubi olim Horti excolebantur Neroniani, juxtà viam, quam ab Alexandro VI. dicimus *Alexandrinam*.

Ejus Templi fundamenta posuisse anno 1564. Cardinalem Alexandrinum jussu Pii IV. retulit in sua Roma pag.62. Michael Angelus Rubeus, & Gaspar Alveri, sed falsò, nàm ut verè narrat Torrigius pag.140. parte secunda de Cryptis Vaticanis Cardinalis Petrus Franciscus Ferrerius, dictus à Patria Vercellensis die secunda Martii anno 1566. primum lapidem in fundamentis collocavit à Pio V. benedictum. Ejusdem erectionis duplex monumentum extat, scilicèt Bulla ejusdem Pii V. Romę emanata apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ 1565. 12. Kal. Martii Pontificatus Anno primo, cujus verba sunt.

„ Suprema dispositione &c. Cum itaque fęlicis recordationis Pius Papa „ IV. prędecessor noster Ecclesiam domus Beatę Marię Transpontinę nuncu- „ patę in Burgo Sancti Petri de Urbe propter Arcem Sancti Angeli, Ordinis „ ejusdem Beatę Marię de Monte Carmelo pro ipsius Arcis fortificatione, &c. „ ac in recompensam demolitionis hujusmodi bis mille scuta dilecto filio Jo- „ anni Baptistę Rubeo Generali, vel Procuratori Ordinis, vel Priori pro con- „ structione novę Ecclesiæ dari mandaverit, ex quibus mille, & quingenta „ sunt dicto Procuratori tradita, ac ducentę cannę fundi, seu terreni In Ci- „ vitate *Pia* nuncupata, prope Curritorium à Palatio Apostolico ad eandem „ Arcem directum, ad ipsius novę Ecclesię, Conventusque constructionem „ assignatæ fuerunt; Nos, nè in eventum totalis ipsius Ecclesiæ demolitio- „ nis, Prior, & Dilecti filii Fratres dictæ domus absque Ecclesia, & Con- „ ventu remaneant, providere volentes, ac Priorem &c. absolventes &c. „ motu proprio &c. nec non ipsam Ecclesiam cum omnibus &c. ad locum, „ vel aream juxtà rectam ipsius Burgi viam transferimus, & inibi unam „ aliam Ecclesiam sub ea invocatione cum eisdem Cappellis &c. erigimus, & „ instituimus. Servatur hæc Bulla in Archivo apud Patres Carmelitas, & in Archivo Vaticano.

Alterum monimentum est numisma rarissimum à nobis expressum sub numero XXXIV. in quo Ichnographica delineatio ejus Sacræ Ædis cernitur cum inscriptione, OB MVNITIONEM CASTRI HVC TRANSLATAM AMPLIOREM EREXIT ANNO 1566. Scilicèt Pius V. cujus imaginem refert aversa numismatis pars. Aliud etiam numisma Bononiâ acceptum addidi sub numero XXXV. quod orthographicam descriptionem ejusdem Templi ostendit cum Epigraphe:

A FVNDAMENTIS EREXIT MDLXVI.

Ideſt anno, quo Beatus Pius V. Sedem Pontificiam occupabat. Frontem tamen Templi diverſam ab ea, qua in præſentiarum exornatur, expoſita in ſua Roma à Michaele Angelo Rubeo pag. 62. demonſtrabat, juxtà delineationem, qua illam extruere cœpit Joannes Saluſtius Peruzzius filius Balthaſſaris Senenſis, ut refert Gaſpar Alveri, variatam deinde ab Architectis Peparello, & Octavio Maſcherino, qui eam ad ultimum faſtigium perduxerunt. In Sacellis ejuſdem Templi varias Sanctorum Imagines inſignes Pictores effinxerunt, ideſt Sanctam Barbaram Ceſar Arpinas. Sanctum Canutum Daniel Flander. Immaculatam Deiparę Conceptionem Hieronymus Mutianus. Christi Redemptoris paſſionem Bernardinus Gagliardus. Sanctum Albertum Carmelitam Nicolaus Pomerancius. Sanctam Mariam Magdalenam è Pazziorum Familia Joannes Dominicus Peruſinus. Sanctum Andream Corſinum Carolus Ceſi. Sanctum Angelum Carmelitam Joannes Baptiſta Riccius Novarienſis. Sanctum Antonium Abbatem Ricciolinus. In centro Templi Ciborium aſſurgit è pretioſis lapidibus compactum juxtà delineationem Equitis Caroli Fontanæ, ſub quo Imago eſt Beatiſſimæ Virginis è Monte Carmelo delata.

Tom. 2. pag. 124.




GREGO-

I



II



III



IIII



V



VI



VII



VIII



IX



X



XI



XII



XIII



XIIII



XV



XVI



XVII



XVIII



XIX



XX



GREGORII XIII. NUMISMATA.



GREGORIVS XIII. PONT. OPT. MAXIMVS.



NSCRIPTIONEM, qua vidimus Pauli III. effigiem circumdatam in ejus numismate primo, iterum hoc aliud numisma proponit, cum effigie Gregorii XIII. cui quam optimè Optimi Pontificis nomen fuerit tributum, omnia ea, quæ in cęterorum numismatum elucubratione dicturi sumus, apertè significabunt. Vocatus ille fuerat Hugo Boncompagnus: à Pio IV. purpura inter presbyteros Cardinales cohonestatus, Pio V. mortuo altero die post ingressum in Conclave tertio idus Martii anni 1572. magna omnium lætitia, & ingenti suarum virtutum expectatione Pontifex Max. renunciatus fuit. In ipsa die Pentecostes supra gradus Basilicę Vaticanę coronatus, Gregorius dici voluit, quia Sanctum Gregorium Patronum à prima ætate sibi adoptaverat, & die illi sacro, Vaticano Senatui adsciptus fuerat. In pompa coronationis pecunias, quæ adstanti Populo spargi consueverat, piis locis dari precepit, quæ summa ad quindecim millia aureorum ascendit. Assumpto Gregorii nomine hanc sententiam precatoriam proposuit sibi pro symbolo ex Psalmis *Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis*. Quod utique Deus non tantùm confirmavit, sed abundè auxit Virtutum omnium largitione, quæ summum decent Pontificem, ut sequentibus apparebit.



CLAVES REGNI CAELORVM. ROMA.

SImile numisma in superioribus satis explicuimus, nec aliquid diversum nobis dicendum occurrit, nisi fuisse hoc cusum ad electionem Gregorii Decimitertii significandam, ac Pontificiam potestatem, quæ fuit sub typo clavium Principi Apostolorum Petro à Christo Domino tributam, ejusque Successoribus.



DOMINE ADIVVA NOS.

NOn dissimile etiam numisma contemplati fuimus in Pio V. opem Dei implorante, ut olim D. Petrus cum Apostolis in navicula à mare agitatus. Ita pariter Gregorius optimè sciens Hieremiæ documentum; *Benedictus vir, qui confidit in Domino, & erit Dominus fiducia ejus*; difficillima enim reperit Ecclesiæ tempora, seu Barbarorum insolentiâ, seu artibus Hæreticorum, seu etiam iniquis Catholicorum mentibus. America magna ex parte obnoxia er- *Cap. 17.*

roribus, vel piis destituta auxiliis, Hispania Belgicis turbis incerta; Lusitania clade Principis perturbata, Polonia novi Regis ambigua, & in partes à sectariis distracta, Anglia ob Reginę scelus in bonos furente, Germania novis in dies tumultibus, acribusque Protestantium odiis convulsa, Gallia discorde, & utraque timente, ne religio, & Principes precario regnarent, ipsa demum Religionis sede Italia, qua Principum factionibus, qua suspicionibus, nec sibi satis fidente. Praeterea Othomanicus impetus adhuc pręvalidus, debilitatum Christianorum fœdus; Sacerdotum, ac Sacrorum hominum inminuta authoritas; Tridentinæ leges, vel non servatę, vel reiectę, morumque ubique licentia liberior, aliaque Gregorii animum urgebant quidem, non tamen frangebant; & gnarus esse faciliora Deo, quę hominibus difficiliora videntur tempora, quo magis terrebant, minus timebat illud semper in mente habens, quod Apostolus agitabat; *Sufficientia nostra ex Deo est*. Cęterum Ecclesiam Romanam in navicula exprimi omnes Doctores notant, inter quos D. Bonaventura his verbis. *Navis Simonis est Ecclesia Simoni commissa*, *& asserente* Sancto Ambrosio, *Deus Petri navim eligit*, *Mosys deserit*, *hoc est spernit Sinagogam perfidam*, *fidelem assumit*.

Serm. 1 in Rom. 4. Pen tec. serm. 10.

IV

PROVIDENTIA CHRISTI.

NUmmis plerisque insculptam fœminam videmus, qua providentiam significarunt Antiqui, sed diversimode; in numismate Ælii Pertinacis manus junctas ad Cælum attollit. Addita inscriptioe PROVIDENTIA DEORVM. Sub eadem epigraphe Columnæ innititur, Orbem virga regens in nummo Cælii Balbini. Manu Orbem gestat in nummo Cæsaris Augusti. In nummis Floriani, & Titi stat sine hasta. Sunt qui Providentiæ Caducæum tribuant, nonnulli Cornucopiæ, quorum illo felicitas ostenditur, hoc ubertas. Columnæ innitentem pingunt, quia ea quæ à providentia decreta sunt, stabilita permanent. In aliis nummis Orbem dextra gestat, Mundum à se gubernari declarans. In præsenti nummo Pontificio hastæ innititur in signum potestatis, quam in Mundo exercet. Hasta enim dominium explicat, qua de causa Imperatoribus viri cum hastis præibant. Dextra Navis gubernaculum regit propè Globum, in quo innuit Mundum quem gubernat. Addiecta sunt verba PROVIDENTIA CHRISTI, & quidem duplici de causa addi potuisse mihi suadeo, primò ut omnes intelligerent, Gregorium XIII. singulari Christi Domini providentia ad Pontificiam dignitatem evectum fuisse; secundò ejusdem Pontificis in Orbe regendo providentiam, quæ non juxta humanæ prudentiæ leges, sed Divinæ operabatur. Quamplurima ejus vitæ gesta, id satis combrobant, & in sequentibus numismatis deprehendemus. Ipso Pontificatus initio Gregorium statuisse legimus, ut providi Pastoris partes adimpleret, templa, & pia loca universi Christiani Orbis optimorum ministrorum opera invisere.

Annal. Greg. lib. 1.

V

IN. AEQVITATE. ABVNDANTIA.

VI

ANNONA PONTIFICIA.

SUb duplici expressione idem significant hæc duo numismata, videlicet providentiam, qua Gregorius XIII. Annonæ copia Urbem præcipuè Romanam aluit. Romani Pontifices apud iniquos rerum æstimatores hac summopere invidia flagrant, quòd sæpè parum concedatur ærumnis Ecclesiæ, quæ ferè inops,

&

& anguſtiis preſſa pendet non minus à liberalitate, quam à voluntate Pontificia. At Gregorius inuidiam in admirationem traxit, tantumque pecuniæ in omnia hominum genera effudit, ut prodigioſa non minus, quam prodiga viſa fuerit hæc largiendi conſuetudo. Abundantiam laxiorem fecit ſua providentia, & ſumptibus propriis. Ex arce S. Angeli quinquaginta aureorum millia ad frumentum in Urbis bonum comparandum exprompſit, farinæ vectigal grave Populo Romano ſubſtulit. Abſtinuit ea pecuniæ conquiſitione, quæ utilior Principibus, quam civibus eſt, frumenta idcirco negavit extra fines Pontificios deduci, ne quid annonam falleret. Adverſus illius difficulatatem ſubſidia præparans, Horrea in Diocletiani thermis extruxit, ubi hæc memoria ex marmore legitur. *Ciac.col.* 16

GREGORIVS XIII. PONT. MAX.
ADVERSVS ANNONÆ DIFFICVLTATEM
SVBSIDIA PRÆPARANS
HORREVM IN THERMIS DIOCLETIANIS
EXTRVXIT
AN. IVBILEI MDLXXC.
PONT. SVI III.

Sic liberalitati, quod rarum eſt, providentiam conjuxit, uoluitque benemereri de Republica ſine ullo Reipublicæ detrimento, quam ſemper ſumma ęquitate moderatus eſt.

Hanc ejus virtutem numiſmate celebravit Populus Romanus in quo ęquitati ſtatera tribuitur, quia cuncta ponderat, & in omnibus penè nummis Virgo eſt erecta, quę dextra bilancem tenet pondere æqualem, in promptu ratio eſt, quia omnibus æqua. Hoc pacto expreſſa eſt in nummo Gordiani ſiniſtra cornucopiæ gerit cum floribus, quibus abundantia indicatur, & hilaritas; ſunt enim flores lętitiæ ſignum. *Apud Ripam libr.* 1.

Annona autem in numiſmate VI. exſculpta cum cornucopiæ propè caniſtrum, omni ſegetum, ac fructuum genere oppletum, inſuper cum navi adiecta, Romę ſimulachrum dextera manu regit, non niſi ut ſignificet Gregorii XIII. tempore eam Urbem, omnium rerum copia è mari, terraque ſuſtentatam. Hoc ferè modo Annonam Pii Antonini nummus oſtentat cum epigraphe ANNONA AVGVSTA, in qua deſignatur Antoninum in fame ſedulò Urbi ſubveniſſe. Ejus effigiem ſpicis etiam, & pauperibus alii coronarunt, quæ magnæ fęcunditatis ſymbola ſunt. Hinc, & Virgilius *Cereale papaver* vocat primò Georgicorum. *Por[illegible] apud E[illegible] lib. 3. de p. a p[illegible]. E-vang.*

VII

SECVRITAS POPVLI ROMANI.

Cernitur Securitas, ſicuti pleriſque in nummis fœmina ſedens ſiniſtram capiti ſupponens, ac ſedi incumbens, ut ji, qui nullis curis aguntur: dextra ſceptrum, ſeu haſtam tenet, & ara incenſo igne ad genua poſita videtur. Quod ita interpetratur Antoninus Auguſtinus. Eam quietam, ſecuramque vitam degere. Adſtat ara cum face, quia in ſecuritate, bellis profligatis, major ſolet eſſe Religionis cura. In numiſamate Othonis Cæſaris Auguſti inſcriptum vidi. SECVRITAS POPVLI ROMANI, ut cernitur in præſenti Gregoriano, ex qua epigraphe aperte intelligimus, quanta ſecuritate ſub Gregorio XIII. provido Pontifice vitam duxerit Populus Romanus. Ut ea pacificè frueretur, multa peregit Gregorius. Xenodochium S. Mariæ infirmis ampliavit, Aquam Virginem in Urbem reduxit. Deponi ſerio juſſit peſſimum armorum genus, enſes, ſcolpoſque breviſſimos: circa Hadriani molem vallum refecit, Anconę mœnia inſtauravit, & magno auri pondere inſumpto, undique munivit. Nihilque quod ad ſecuritatem conferre poterat, prætermiſit. Quamobrem Joannes Auratus inſignis Poeta in *Dial.* 2. *pag.* 22. *Orat. Bo[illegible]plam. pag.* 61

Gallia

Gallia Anagramma versibus illustratum ad Gregrorium transmisit, quod à Gre-
Ol.loin. col. 45. gorio Guillelmo Blanco emendatum est tale.

GREGORIVS DECIMVS TERTIVS
DEI GREGIS SECVRI TVTOR SVM
DONEC GREGORIVS DECIMVS TIBI TERTIVS ADESTO
NON EST CVR TIMEAS PARVVLVM OVILE LVPOS
NAM SI DIVINO DATA NVMINE NOMINA VERTAS
SECVRI TVTOR SVM GREGIS IPSE DEI

VIII

Aliud superiori non dissimile numisma, sed nulla inscriptione insignitum securitatem Populi Romani in muliere sedente declarat. Hastam stringit ut in numismate Tiberii, in qua Imperij stabilitatem Veteres significabant. Eodem cum symbolo Dea Vesta semper exprimitur sedens, nec quid diversum indicabant Vates Ægyptii cum Cinocephalum sedentem pingerent, sic pariter Ethnicorum ritus apud Romanos suos Sacerdotes post preces effusas sedere jubebant, ut eo signo omnium vota in tuto jam esse sibi suaderent. Et Hasamones ultimum hujus vitæ spiritum emittere studebant in sede, à qua futuram inter Deos vitam felicem stultè auspicabantur.

Apud Pedrosum num. 3. pag. 48.

IX. X

VIGILAT.

Anno Domini 1579. hæc duo numismata fuisse vulgata, eorum primum apertè demonstrat. In utroque ante Templi januam vigilans Draco permanet, ut Draco ille antiquus, qui excubias agebat ad portam templi, in quo vellus aureum servabatur. Quique Poma aurea custodiebat in Hesperidum horto. De illo Thetis Atlantem dicitur à fabulis allocuta, indicans Jovis filium ad aurea mala diripienda venturum esse.

Ovid. metam. libr. 4.

Tempus Atlas veniet tua, quo spoliabitur auro
Arbor, & hunc prædæ titulum Jove natus habebit
Id metuens solidis pomaria clauserat Atlas
Montibus, & vasto dederat seruanda Draconi
Arcebatque suis exsternos finibus omnes.

Congruenter quidem tributæ Draconi pro auro excubię, tum quia illi acies acerrima & pervigil, ut propterea græcàm videntis appellationem sortitus, quoddam solis, hoc est acutissimi syderis, terrestre simulachrum sit; quare Lucanus.

Ferrarius in Hesperid. lib. 1.

Nunquam somno damnatus lumina serpens.

Lib. 9.

In Dracone igitur, quod Gentilitium Gregorii XIII. stemma pręfert, ipsius Pontificis vigilantia præclarè expressa fuit. De illo enim illud Psalmi usurpari meritò poterat. *Ecce non dormitabit, neque dormiet qui custodit Israel*, quibus in in verbis optimi Pastoris vigilantia commendatur. *Dormit autem Pastor* (ait D. Gregorius) *quando omnino negligit curam subditorum, quia eorum vitam neque scit, neque corrigit. Dormitat etiam quando cognoscit quidem, quæ reprehendi debent, sed pigredine deprimente ea concrepationibus non emendat*. Quanta fuerit Gregorii Pontificis vigilantia plura explicant monumenta, ex quibus hæc pauca.

Psal. 120. Pastoral. 3. per admonit. 3.

Viros probitate, doctrina, prudentia atque spectatos delegit, qui omnia Christianæ Reipublicæ officia instituta, moresque recoguoscerent, explorarent mala, admoverentque remedia, excinderent vitia, benè, sanctequc ausa foverent, nihil intentatum, intactumque relinquerent, quod posset in melius verti. Ægrotis Chtistianis interdixit ne medicos Hębreos accerserent, qui vitam corpori polliciti salutem animo invident. Hęreticos ab Italia arcere curavit. Monuit Sabaudiæ Ducem

Bomplun. orat. pag. 26

Ducem, ut Augusta Taurinorum expelleret Hereticos, qui jam eò ingressi exilium meditabantur Principi, & Principatui. In Germania contra Hereticos pro defendenda, & propaganda fide excubabat; eorum, qui Illuminati dicebantur, sectam repullulantem extinxit. Initio Pontificatus reintegrando contra Turcas fœderi, & cœptæ contra fidei hostes expeditioni animum intendit. Hereticos insuper nunquam quiescere sinebat, sed ubique exturbabat velut venenata semina, quæ dum sinuntur adolescere, omnia corrumpunt. Spira, Herbipoli, Basilea, Argentorato aliisque innumeris Urbibus eos expulit. Gheusios Colonia depulit, & Calvinianos eò se per dolum inferentes, Halberstadio inhiantes removit, Tirolum Carinthiam, Stiriam, aliasque Provincias ab horum audacia pro viribus vindicavit Rhenano tractui opera Joannis Gropperi prospexit. Eidem cavendum fuit, ne sectarii voto potirentur in electione Poloniæ Regis, quare ut spem sectariorum eluderet, duos nominavit, quorum alteri à Polonis credi posset Polonia regenda, tuendaque, non sine metu hostium &c. His aliisque quamplurimis summa Gregorii Pontificis vigilantia celebratur.

XI

OPTIME REGITVR.

Gregorii Pontificis vigilantia, & in gubernando peritia pariter commendatur in numismate alio, quod Draconem exhibet in formam gubernaculi naviscompactum, cujus manubrium insignia Regiminis, & Dominatus efficiunt, adjecta epigraphe OPTIME REGITVR Gubernaculo enim navis dominium significarunt Antiqui, ut apparet in nummo Julii Cæsaris relato ab Erizo cap. 116. in quo navis Gubernaculum prope Globulum Terrarum, cui Cæsar dominabatur; quam optimè Gregorius Gubernaculum à Deo sibi creditum rexerit, hoc unum satis significabit.

Obstitit semper Gregorius cum Regis Hispaniarum nomine ea petebantur ab Oratore, quę ad Ecclesiam pertinebant, vel extra jus Regium erant. Abnuebat, permittere Philippo Hispaniensis Ecclesiæ proventus, seu quia alios concesserat, ratus fas non esse suis Ecclesiam opibus exhaurire, quod cum egre ferret Joannes Zuniga, qui ad Pontificem Legatus id frustra contendebat, significavit Philippo, agendum esse acrius cum Romana Aula, & Rex approbato consilio vehementiores litteras ad Gregorium dederat, atque ut magis moverent manu Regia exaratas. Eas, ubi perlegit Gregorius, expers timoris, ac iræ paucos, & ipse remisit Pontificiæ majestatis characteres; quibus suam probavit constantiam, ostenditque non Pontificem à Regibus, sed Reges à Pontifice dirigendos. Concordat Stanislaus Hosius Sanctæ Romanæ Eccl. Cardinalis in epistola nuncupatoria operum suorum dicens *Gregorius Pontifex appellaris, & es. Cui nomini sic actiones tuæ respondent omnes, ut vigilantiorem Pontificem hoc nostrum sæculum tulisse nullum videatur. Nec enim unquam ejus oblivisceris, quòd non Urbis, verùm Orbis es Pontifex &c.*

Bompl. orat. pag. 161.

XII

IN FLVCTIBVS EMERGENS.

Divi Petri navicula, iterum nobis proponitur Ecclesiæ Catholicæ typus, cui Summus Pontifex Romanus præ est, de qua illud meritò usurpatur. IN FLVCTIBVS EMERGENS. Portæ enim inferi non prævalebunt contra illam. Hac navis expressione præclara Gregorii Pontificis spes explicatur, qua Deo fidens inter adversitatum fluctus navim sibi creditam sedulò gubernabat.

SPES

XIII

SPES OPIS EIVSDEM.

NUmiſma, in quo Serpens Gentilitius ad ſimilitudinem Serpentis ænei, quem Moyſes erexit in deſerto, cujuſque ope Iſraelitæ à ſerpentibus, quibus necabantur, erant immunes, poſt quam ipſum ſuſpicerent; ſpem declarat eorum, quam in Gregorio poſuerant, & ejus precibus à Peſtilentię morbo fuerunt liberati. Gravi peſtilentia (inquit Ciacconius) Italiam, præſertim verò Tridentum, Mediolanum, & Venetias vexante, Pontifex diſtributa in pauperes pecunia ſupplicationes indixit, & Sanctiſſimis precibus Romam ea clade liberavit. Extat in Vaticana Bibliotheca otaculum heroico verſu latino conſcriptum de auſpicata ſaluti Urbi Venetæ divinitus reddita tempore peſtis, adveniente aurea Roſa, à Gregorio ſolemni ritu conſecrata; Atque nunc maximè probatum eſt, quod noſter Clavius ſcripſit de Gregorio Cardinali Toleto contra Scaligerum. *Gregorius XIII. Vir ad Chriſtianæ Reipublicæ ſalutem natus.*

XIV

PRO CVNCTIS.

Lib. 11. DE optimo Principe loquens Tacitus, *eum pari in omnes ſtudio agere debere* pronunciavit. Sicuti nec Sol quidem deſideratur, niſi radios ſuos, & terræ & hominibus, & animantibus impertiat, ſic neque Princeps verè *Hiſt. lib.* 3. imperabit, niſi ſubditis ſuis benefecerit, inquit Pachimerus. Quam bene has partes adimpleverit Gregorius, oſtenditur in Dracone eminenti in loco, omnium oculis expoſito; Ille enim, vel ipſo Pontificatus initio advocato Patrum Senatu gratiis actis aperuit Apoſtolicæ arcana dominationis, & futuri conſilia imperii. Has eſſe (ait) Pontificias curas, quibus, & ipſe gloriam adipiſci vellet, omnia ad Reipublicæ felicitatem referre, Pietatem, & Catholicam Religionem ubique gentium ſerere, & colere: Principes & Populos conciliare: viam Apoſtolicæ auctoritatis ubique retinere: Provincias oneribus ſublevare, Paci demum, ac Juſtitiæ, rerumque omnium incrementis ſtudere, quibus & Majeſtas Pontificis retinetur, & quies Populorum firmatur, & Eccleſia Romana effloreſcit.

Vix ulla Principum Urbium locorum Civium ordinum, ac Familiarum miſerior, ſeu anguſtior fortuna ei innotuit, cui privatim, & publicè non adfuerit aliquo ſubſidii levamento: Princeps Catholicos conſiliis, & nummis juvabat. Purpuratos ſupellectile, & provenctibus, Epiſcopos donis recreabat: alebat Cœnobia, Xenodochia inviſebat, & ditabat: opes nobilibus, Virginibus dotem, Peregrinis ſuggerebat, nulli mortalium opem poſtulanti deerat. Eum illa quotidie fatigabat cogitatio, nam ſi hoſpitia ærumnoſorum aliquo neceſſario commodo carerent, eo miſſis primùm Viris explorabat diligenter, mox abundanter omnia mittebat: ratus ad Pontificias curas in primis pertinere calamitoſos homines, quibus ex morbo, vel ærumnis nulla eſt ſui cura.

Singulis hebdomadis diem decrevit, quo publicæ cujuſcumque generis homines audiret, atque aulam in officio contineret, unde metus improbis fuit, & ſpes probis. Narrat in Diariis Mucantius cum anno 1578. exeqniæ celebrarentur pro Sebaſtiano primo Portugalliæ Rege, Gregorium noluiſſe prætermittere ſolitam Congregationem S. Inquiſitionis, & Signaturam Juſtitiæ retardare, utpotè, qui erat publicę utilitatis ſtudioſiſſimus, & in publicis muneribus aſſiduus indefeſſus, qui nunquam eo uſque in ſeptem ſui Pontificatus annis, aut ſolemnia ſacra, aut Conſiſtoria, aut Signaturas, aut denique alios ſtatutos dies negotiis publicis gerendis deſtinatos deſervit, ſingularis nempè, & pervigil diſpenſator temporis pro publico bono. Viris demum, ſive ad ſtudia Litterarum adoleſcentibus

tibus Romam confluentibus tantum pecuniæ diversis temporibus est ab eo erogatum, ut præter ipsam, quæ permagna fuit in Seminaria insumptam, summa pervenerit ad vicena Centena millia aureorum, quod & Cæsar Baronius in suis Annalibus testatus est. Decies item centena millia aureorum pauperibus Virginibus, inter quas multæ nobiles, collocandis in matrimonium insumpsit. Quod mihi sanctè affirmavit, inquit Possevinus apud Joannem Palatium, Cardinalis Vastavillanus Gregorii XIII. ex sorore nepos, & Ecclesiæ summus Questor, antequam è vita decederet.

His enarratis quamplurima alia addi possent, quæ Gregorius in publicum bonum toto sui Pontificatus tempore peregit, unde omnibus spes inerat *opis ejusdem*. Ut olim Israelitis Serpentem æneum in alto collocatum accidisse enarravimus in anteriori numismate. Quamobrem veterem morem apud Christifideles invaluisse reor, Draconis simulacrum in pertica deferendi in publicis supplicationibus, ut docent veteres consuetudines Floriacenses, dum loquuntur de his, quæ fieri consueverant Feria quinta hebdomadæ sanctæ, in cujus ore portabatur ignis, non verò in Thuribulo. *Ipso die* (dicitur) *portatur Draco à Thesaurario, in crastino à Priore, in Sabato ab hebdomadario majoris missæ*. Jacobus Eueillon de Processionibus Ecclesiasticis. *Portatur etiam aliquibus in locis Draconis effigies simul cum Cruce, & Vexillo in quibusdam Processionibus*. Qua autem de causa hoc fiat, vel à quibus hic ritus introductus sit idem Eueillon luculenter examinat eodem in capite. Additque nullam de hac Draconis deportatione mentionem in antiquis auctoribus haberi, nec ullum usquam ejus institutæ monumentum.

Novarinus in Encycl. epist. 8. Georgio Pelasco.

Cap. 3.

❀ XV ❀

TVTVM REGIMEN.

ROMA.

Romæ simulachrum exprimi in numismate apertè declarat ejus nomen in eodem exculptum. Ejus in dextra Draco Gregorii Gentilitius sub titulo TVTVM REGIMEN, locum tenet Palladii, seu statuæ Palladis, quam in veteribus nummis Roma ferre consuevit, quo significatur sub Gregorii Regimine in tuto fuisse omnia, indicata in acervo insignium diversarum dignitatum, atque Artium instrumentis, supra quæ Roma sedens Draconem ostendit vigilantem.

Gregorius enim Ecclesiasticum Statum novis munitionibus sepsit, & cum comperisset Flaminiæ Littora à Piratis circumveniri, Turrim ibi excitavit excelsam, cujus prospectus adversus Piratas pro munimine est. Centumcellis vetera munimenta refecit, atque Arcem Anconitanam, quæ Pontificiæ Ditionis cardo ad Mare Adriaticum videtur, novis circumduxit propugnaculis, instrumentisque bellicis communitam in eam speciem, formamque protendit, quæ hostibus terrori, aliisquo admirationi existit.

Piratas deterruit dispositis per littora custodibus, & triremibus. Sevior fama ex Oriente manaverat novam, & planè formidandam classem ab Otthomanno parari adversus Christianos. Itaque Gregorius, misso Jacobo Boncompagno ad Pontificiæ Ditionis littora, validiùs munivit ea loca, quæ obvia obnoxiaque excursionibus Barbarorum jacebant. Novi fœderis apparatum adornavit, quo Otthomanni furias eluctaretur, quibus in dies Orbis Christianus concutiebatur.

Cum Rogerius Bellegarda Salutias occupasset in Henricum III. Galliarum Regem iratus. Gregorius qui, & Italicæ quieti, & Religionis securitati invigilabat, anxius esset eam turbari oram, quæ totius est Italiæ Janua, ac propugnaculum, Rogerium primò admonuit nunc rogantis, nunc hortantis specie, ut ne iram populorum in se armaret, & sapienter ageret, qua Pontificis lenitate victus ille facinus excusavit, deinde incendium oppressum est; usque adeo reverentia Gregorii apud eum valuit, qui nulli Mortalium cedebat; nimirum benevolentiâ, & humanitate potiùs, quàm terrore, ac minis Pontifex Principes capit.

XVI

VTRVMQVE PRAESTAT.

DUo symbola numisma ostentat ideſt Caduceum, & Cornucopię, inter quę Draco cum lemmete VTRVMQVE PRAESTAT, intellige *Gregorius Pontifex XIII.* Quid autem præſtet in explicatione symbolorum clariſſimè apparebit.

Virga eſt Caduceum, à Poetis aurea appellata, eo quod talem fuiſſe ajunt, cum ab Apolline Liræ loco, eam Mercurius accepit. Illi ſerpentes ſunt additi, poſtquam eam Mercurius contra illos invicem dimicantes jecit, eaque tortuoſis ſpiris fuit circumdata, ac ſerpentes mutuis, veluti amplexibus venenatam iram depoſuerunt. *Cartarus pag. 156.* Hinc in Concordiæ ſymbolum veteres Ægyptii caduceum cum ſerpentibus adjunctis exprimebant, quem eo nomine appellarunt Latini, eo quòd coram Caduceo diſcordiæ omnes, ac diſſidia veluti armis deſtituta humi cadant devicta. Hinc Pacis Nuncii Caduceatores appellantur, caduceum ſeu olivæ ramum geſtantes. Pinguntur autem hi duo ſerpentes parte media voluminis ſui invicem nodo obligati, primæque partes eorum reflexæ in circulum, preſſis oſculis ambitum circuli jungunt, & poſtmodum caudæ revocantur ad capulum Caducei, ornanturque alis ex eadem parte capuli naſcentibus.

Secundum ſymbolum adjunctum Caduceo Cornu eſt, floribus, ac pomis oppletum, quod pluribus nominibus Antiqui ſignificarunt. Aliqua Poetarum commenta referunt hujuſmodi cornu ereptum fuiſſe ab Hercule ex Bovis capite, in quem Achelaus cum ipſo Hercule pugnans converſus eſt, illudque inventum à Najadibus, Nymphis fluminum, floribus, & fructibus repletum donatum fuiſſe Deæ, quàm Copiam vocitabant. Unde illi Cornucopiæ nomen derivaſſe. Aliorum verò fabulæ enarrant Amaltheam conſtitutam eſſe Reginam loci, cujus figura cum eſſet cornu Bovis ſimilis, dictum eſt cornu Heſperidum ob fertilitatem verò Regionis, Regio vocata eſt Cornu Amalthee. *Natal. Comit. Myth. lib. 5.* Alii inſuper fuiſſe Amaltheam Capram, quæ Jovem lacte nutrivit, poſtquam illum Rhea clam Adraſtæ, & Iſdæ, ut ſcripſit Hermogenes in libro de Phrygia, nutriendum dedit. Hujus Capræ cornu Juppiter adultus officii prœmium nutricibus dedit, ubi Capram inter Sydera collocavit, cui illam adjecit facultatem, ut ait Xanthus in rebus Etholiis, ut quidquid ab eo optaretur, qui illud haberet, ſive potus, ſive cibus continuò naſceretur.

Niſi potiùs arrideat, quod Cartharus ſcripſit ſcilicet duas Nymphas quarum alteri Amaltheæ nomen, alteri verò Meliſſę, Jovem à Genitrice receptum aluiſſe Melle, & lactè ex uberibus Caprę accepto; *Pag. 80.* ex qua Capra cornu fortuitò avulſum cędem Nymphæ floribus, & fructibus oppletum ipſi Jovi dono obtulere, quod poſtea Jupiter divitiarum, & copiæ ſymbolum in poſterum forè decrevit.

Ut ut hęc fuerint veterum Poetarum commenta, Pacem à caduceo, & divitias in cornucopię ſignificari omnes affirmant. Has prudentia Gregorii in Dracone explicata, parat, & ſervat. Utrumque hoc decus illo pręſtante Populi Romani, imò Orbis Chriſtiani felicitatem tunc temporis floruiſſe, Gregorii Annales commemorant. Mirum enim in modum Gregorii liberalitas erga omnes floruit, ut vidimus in ſupra enarratis. *Bompian. pag. 6.* His adde, quod Rodulphus Cæſar centum quinquaginta Florenorum millia ab eo acceperit, Cyprii etiam ab eo non ſolum alimentis, & donis aucti, ſed Captivi ipſius argento redempti, & Virgines in matrimonium collocatæ, qua benignitate, & liberalitate nonnulli Theſſaliæ, & Moreæ Præſules excitati nomen Latinum peramarunt. Sextertium octingenties in Egenos diſtributum, quo captivi redempti Pupillorum, Viduarum, ægrotorum inopia ſublevata, & Peregrinorum, & Advenarum miſeria.

Cappucinos etiam Fratres dum Tuſculi morabatur Pontificio impendio ali jubebat &c.

Si verò quę ad pacem ſpectant inquiramus. Hęc pręcipuam Gregorii laudem

dem cenſuerim, demere fomenta injuriis, lenire iras, ac omnem denique motum cujuſcumque ſive ultionis, ſive abalienationis cohibere. Cum ergo ſuas, nec turbas amaret promptius alienas ſummovebat inſtar parentis: Rodulphum Cęſarem abſterruit, ne Stephanum Bathoreum invaderet, Valeſium etiam graviſſimè arguit moleſtias Hiſpano inferentem. Hiſpano inſtitit, ne vim Luſitanię inferret. Alphonſo Ferrarię Duci ulturo gratiſſimi hominis cędem parata militum manu, pręcepit, ne faceſſeret negotium Lucenſibus; Cęſarem extimulavit, ut certantes de ditione Montis-Ferrati Mantuanum, & Nivernenſem quamprimum confecta lite componeret. Venetos Hieroſolymitanis Equitibus iratos reconciliavit. Conſuluit Neapolitanę Urbi in Proregem tumultuanti. Compoſuit excitatas iras inter Henricum Gallię Regem, & Gallici Regni Antiſtites: Orta Mediolani inter Regios adminiſtros, & Carolum Borromęum certamina compoſuit: At Gregorii labor in eo maximè fuit, ut natas inter Gallum, & Hiſpanum ſuſpiciones aboleleret. Hieroſolymitanorum Equitum diſcordiam etiam compoſuit. Hinc Europę Gregorii ſtudio orta felicitas, quàm in Cornucopię, & Caducęo pinxerunt Antiqui.

XVII

DOMVS DEI, ET PORTA CAELI.

XVIII

ET PORTAE CAELI APERTAE SVNT.

XIX

MAGNIFICENTIA REGNI TVI.

XX

NIHIL COINQVINATVM.

XXI

APERVIT, ET CLAVSIT ANNO MDLXXV.

XXII

GREGORIVS XIII. PONTIFEX MAXIMVS
APERVIT, ET CLAVSIT A. IVBILAEI 1575.

SEx iſta numiſmata adeo clara ſunt, & nulla indigeant explicatione. Omnia Portam, quàm *Sanctam* dicimus, repræſentant anno Jubilæi 1575. à Grerio Summo Pontifice reſeratam, & clauſam. Non tamen omittenda ſunt aliqua, quæ ad ejus anni celebrationem peracta ſunt à Gregorio.

Die igitur 17. Maij anni 1574. in Conſiſtorio ſecreto Cardinalibus nunciavit Ponti-

Pontifex se paratum esse annum proximum Jubilæo sacrum indicere. Et cum in Festo Ascensionis Domini ad Basilicam Vaticanam Sede elatus descenderet, & sub porticu ante majorem Basilicæ portam subsisteret, Cæsar Glorierius Brevium à secretis Bullam indictionis Jubilæi manu elevatam Pontifici ostendit, quam ipse signo Crucis producto evulgari annuit. Illa itaque per Glorierium tradita Francisco Mucantio Cæremoniarum Magistro, ut una cum Cantore Capellæ eam publicaret. Uterque suggestus ibi ad latera Portæ majoris erectos conscendit, & Bullam Latino, Italoque sermone prævio Tubarum clangore, & tympanorum strepitu earum prorsus periodorum divisione, nec non cantu in publicatione Bullæ Cœnæ Domini adhiberi solitis evulgavit. Cum deindè Pontifex Missarum solemniis in Basilica interesset, absoluta Bullæ publicatione, Cursores ejus exemplaria typis data ad valvas affixerunt, idemque peregerunt ante Fores aliarum trium Basilicarum, ad quas cum Tibicinibus, & Tympanistis ex Vaticano se contulerant,

Eadem repetita sunt Dominica quarta Adventus post Missarum solemnia in Sacello Pontificio decantata. Jis namque absolutis Gregorius Ludovico Bentivolo, & Camillo Burghesio Abbreviatoribus de Parco majori Diploma tradidit, iterum publicandum, & ad Aulam Paramentorum regressus est. Præfati verò Abbreviatores ad portam palatii Principem descenderunt, ibique ex suggestibus ad hęc paratis, præsentibus Prælatis, Assistentibus, ac reliquis Abbreviatoribus, & Papę Cubiculariis prædictum Diploma solemniter evulgarunt.


Ejus exemplaria Mandatarii Cardinalis, Urbis Vicarii, ad Basilicarum valvas publice visenda præbuere. Tubarum autem clangor, Tympanorum strepitus, & Bombardarum festivus fragor Diplomatis publicationem subsecuti sunt, quemadmodum præcesserunt. Quę continebatur in Bullis Illustrissimus Phæbeus exponit cap. 11. part. 2. tract. de Jubilęo. In Consistorio autem secreto ante prædictam Dominicam celebrato, Pontifex ad reserandas portas aureas trium Basilicarum Legatos renunciaverat, Cardinales videlicet Moronum, Alexandrum Sfortiam; & Marcum ab Altemps, cujus vices ob invaletudinem Marcus Antonius Columna supplevit. Die 25. Decembris uterque Clerus adfuit in Vaticano, & Gregorius Pontificali veste indutus portam auream aperuit, ritu à Clemente VII. decreto, & à Julio III. adhibito, dispari tamen sorte, nam primo ictu, fracto mallei manubrio, digitum Ponifex leviter læsit. Hęc omnia enarravi cum supracitato Phębeo, sed in Diariis Mucantii hæc Portæ Sanctæ aperitio enucleatius describitur tali pacto. In „ Vigilia Nativitatis fuit facta processio, in qua præibat Clerus, & Religiones suo „ ordine exeundo portam majorem palatii, Cardinales quadraginta incedebant „ parati pluviali, planetis, & dalmaticis albis respectivè, quoad gradus, & cum „ Mitris. Pontifex etiam paratus pluviali albo; & mitra ex aula in sede gestatoria, „ præcedente cruce cum septem candelabris sub baldachino delato à Conservatoribus Romæ, & cum peruenerit ad Capellam Sixti ibi adoravit Sacramentum, „ & illud incensavit. Acceptis deinde cereis fuit dictus à Cantoribus Hymnus „ *Veni Creator*, & delatus in sede iterum descenderunt omnes in Plateam, & ex „ hac ad Porticum D. Petri, ubi ante Portam Sanctam Pontifex sumpto malleo „ argenteo dicens, *aperite mihi portas iustitiæ*, & alia sacra carmina ter percussit „ portam, & deposito malleo rediit ad sedem, ubi dixit, deposita mitra, aliquas orationes. Interim Pœnitentiarii malleis percutiebant portam, & adiuvantibns in „ parte interiori fabris murariis, ipsa porta uno impetu cecidit, & ejus cæmenta „ fuerunt à ministris sublata, & cœpto *Te Deum* Pontifex ingressus est portam sequentibus cæteris; interea audiebatur magnus Bombardarū, & Campanarum strepitus. Malleus argenteus, quo Pontifex usus est fuit donatus Ernesto Filio Ducis „ Bavarię honoris, & deuotionis gratia. Huc usque Mucantius. Post Pontificem, qui facem accensam manu gestans ingressus est; in eam portam adeo densam turbam impetu irruisse ait Phæbeus, ut quamplurimi vehementi illa concitatione compressi expirarint. Sex illos fuisse refert Victorellus, septemdecim vero P. Ignatius Bomplanus in vita Gregorii, die deinde tertia Januarii cum duobus sequentibus diebus Pontifex equitavit ad quatuor Ecclesias cum suis domesticis, & aliquibus paucis Cardinalibus, & quamuis pro ratione temporis potuisset uti Scapulari seri-

Pag. 84. Mucantius in Diariis.

XXI



XXII




XXIII



XXIIII



XXV



XXVI




XXVII



XXVIII




XXIX



XXX



XXXI



XXXII



XXXIII



XXXIIII




XXXV



XXXVI



XXXVII



XXXVIII



XXXIX



XXXX



sericeo, nihilominus in actu pœnitentiæ, ad exemplum aliorum usus est laneo, imo à porta Ostiensi reliquam, quod supererat, iter ad Basilicam S.Pauli octogenarium Senem (ut ceteris omnibus exemplo præiret) pedibus confecisse enarrat Phæbeus summo pietatis sensu, & Peregrinorum, aliorumque illum comitantium admiratione.

Annum Jubilæi Gregorii celebriorem ante actis Jubilęis extitisse affirmavit Augustinus Valerius Cardinalis de Verona, & meritò, nam tanta hominum copia Romam confluxit eo anno, ut referente Pientino, & Riera hist. Jub. cap. 6. sola Sanctissimę Trinitatis Sodalitas, à vigilia Nativitatis ad Pentecostem nonaginta mille quingentos, & viginti, Peregrinos hospitio receperit. Valetudinaria ex majori parte advenas integro anno centum sexaginta quinque mille. Reliquę verò Sodalitates Urbis trecentas circiter exteras Societates aggregatas, ac inter cęteras Veliternam, quam tradunt octo millium Confratrum numerum complevisse. *De Jubilæis* *Phæbeus cap. 11.*

Toto ejus anni spatio nullis laboribus pepercit Gregorius, ut omnes ad pietatem excitaret. Consecraverat anno superiore magnum Cerearum imaginum numerum, ut iis continendis capsę ducentę, & quinquaginta necessarię fuerint. Eas advenis omnibus impartitus fuit,atq; ut omnibus solatio esset,perhumaniter ad osculum pedis eos excipiebat.Narrat Mucantius die 23.Maii ad illud recepisse Fratres, quos Cappuccinos vocant num. 700. pro Capitulo congregatos. Die vero vigesima quarta octingentos Fratres, quos dicunt Minores Observantes pro Capitulo pariter congregatos, magnis impensis viam commodissimam ab Ecclesia S. Mariæ Majoris Lateranum usq; aperiri curavit, ut ad Basilicas possent commodius accedere in quibus Portæ Cœli erant apertæ ut indicat lemma numismatis sub numero XVIII. exculptum. In porta; quam exibet numisma, Angelum prudenter expressit Gregorins,quandoquidem Portæ aureæ *Cœli portæ* dicuntur, per quas in Cęlestem Urbem aditum patere, ostensum fuit D. Joanni Apoc. 21. *Vidi Civitatem &c. habentem portas duodecim, & in portis Angelos duodecim.* In eandem Civitatem nihil conquinatum, aut abominationem faciens & mendacium posse ingredi, idem Sanctus Apostolus asseruit. Quę etiam verba in alio numismate sub numero XX. expressa dubitationem ingerunt, num omnes, qui Portam auream ingrediuntur omni prorsus labe purgatos esse necesse sit, cum tamen permulti ingredientes multiplici crimine sordescant.Templorum januas apud Antiquos Peccatoribus occlusas fuisse memorant historiæ, eosque juberi adesse limen Ecclesiæ narrat D. Ciprianus epist. 31. Hujus dubitationis indaginem instituit Eminentissimus Olimpius Riccius in suo tractatu de Jubilęo cap. 4. & Hieronymus Gratianus de Jubilęo part. 2. cap. 12. Hic tantum adnotare sufficiat cum Tipotio pag. 35. Hujusmodi lemma nihil coinquinatum symbolum optantis esse, ut omnes sanctum limen subeant insontes, & omne labe purgati.

Demum Gregorius postquam viderat magna cum animi sui voluptate ipsos Arabes, Armenos, Græcos, Judæos, aliosque Orientales Populos Romam convolasse, ut Catholicæ Ecclesiæ nomen darent, & Jubilæi gratia fruerentur, quorum numerum refert Riera cap.6. & cap.10. & Pientinus lib. 3. de ann. Jubil. Eadem die, qua ante annum recluserat, Sanctas claudit fores, Roma dubitante utrum simile in posterum spectaculum visura foret. Die igitur 24. Decembris post vesperas ex more sanctam Basilicę Vaticanæ portam claudit manu sua, inter saxa, & lapides inserens, & calce cooperiens multa numismata aurea, argentea, & ænea, quæ erant capsulis plumbeis inclusa, quarum aliquæ majores, aliæ minores, omnes simul numero 22.

Superest ut aliqua delibemus ex uberrima sacrę eruditionis segete, quam inscriptio numismatis XIX. subministrat. Hoc est MAGNIFICENTIA REGNI TVI expressa Pontificia tiara tribus coronis decora, quę usitato nomine Regnum dicimus. Explicans hoc numisma D.Jo: Baptista Palatius illud referri ait ad auratum lacunar in Ara Cæli cœptum à Pio V. & à Gregorio XIII. absolutum. *Huc spectat* (ait ille) *numisma portæ speciosæ, in qua tiara sub columba cælesti liberalitatem annuit, atque magnificentiam Gregorii cum epigraphe* MAGNIFICENTIA REGNI TVI. Fateor me non percipere, qua ratione huc spectent verba ista; quandoquidem ad altioris generis arcana indaganda aditum reserant.

Doctissi-

Doctissimus Cardinalis Joannes de Turrecremata in sua eruditissima summa de Ecclesia exponit rationes, propter quas *Ecclesia* dicatur *Rignum*, & rationes, quibus Gloria magnificentiæ Regni Ecclesiæ declaratur. Et quidem, docet ille, Ecclesiam dici *Regnum*, quia in ea Christus Rex Regum per fidem regnat, de quo Regno loquens Angelus ad Virginem de Filio suo dixit, *Et Regni ejus non erit finis*; de eodem loquens Apostolus ad Corinthios 15. *Cum tradiderit* (scilicet Christus) *Regnum Deo, & Patri*, super quo dicit Glos. *Fideles quippe, quos redemit sanguine suo, dicti sunt hic Regnum ejus*. Sic in sacro eloquio dicitur. *Mittet Filius hominis Angelos suos, & colligent de Regno ejus omnia scandala, neque enim in illo Regno beatitudinis, in quo pax summa est, inveniri scandala poterunt, quæ colligantur*. Hujus ergo Regni ob plurimas rationes gloria, & magnificentia elucescit, inquit idem Turrecremata.

Lib. 1. cap. 54.

Lucæ 1.

Primùm elucescit Regni alicujus magnificentia, si Regnum sit recta institutione fundatum, ut videlicet non violentia, non fraude, seu arte, iniqua acquisitum, sed legitima auctoritate; sic Regnum Israel à Deo est institutum, in cujus manu sunt omnia jura Regnorum. Secundò efficitur gloriosum Regnum, si sit origine antiquum. Quis autem neget Ecclesiam Dei esse primum omnium Regnorum ab ipso humani generis primordio fundatum? Tertiò amplitudine terrarum, & populorum, ut dicitur Proverb. 14. *In multitudine Populi dignitas Regis*. Sic Christus dominatur *à Mari usque ad Mare, & à flumine usque ad terminos Orbis terrarum*, cum dederit Pater Filio potestatem, & honorem, & Regnum, *& omnes populi, & tribus, & linguæ serviant ei*, ut ait Daniel. Quartò, quòd vinculo dilectionis, & concordiæ in populis sit unitum. Regnum porrò Ecclesiæ multiplici vinculo Fidei, Spei, & Charitatis colligatur. Quintò, ex Pace, qua fruitur. Pax quidem est multa diligentibus legem Dei. Sextò, ex divitiis, quibus fruitur. Hæc autem conditio est in Ecclesia, quæ veras divitias habet. Nam, ut ait D. Bernardus: *Veræ divitiæ non opes sunt, sed virtutes, quas conscientia portat, ut in perpetuum dives fiat*. Septimò, quòd Regnum sit insuperabile ab adversariis. De hoc autem Regno dicitur Matth. 16. *Et portæ inferi non prævalebunt adversus eam*; oppugnari quidem potest, non expugnari, imò oppugnationibus crescit. Octavò, si Regem habeat sapientem, potentem, & virtutibus clarum. *Beata enim terra, cujus Rex nobilis*; Eccles. 10. Hæc gloria in Ecclesia elucet, cujus Rex est Rex Regum, & Dominus Dominantium. Ipse etiam est *per quem Reges regnant, & legum conditores justa decernunt*. Nonò, si sit semper durabile, & perpetuum. Hac gloriæ conditione Ecclesia supra omnia regna gaudet, unde Propheta. *Regnum tuum, regnum omnium sæculorum*; & Daniel 2. *Suscitabit Deus Cæli regnum, quod in æternum non dissipabitur*, licet præsens sęculum, & peregrinatio fidelium sit finem habitura, Regnum tamen Ecclesię semper erit, transferetur enim in Cęlum; Cętera ad hanc regni magnificentiam spectantia percurre apud eundem Turrecremata.

Ritè explicatur in numismate apposita Tiara, in qua Spiritus Sanctus sub Columbę specie significatur, illo enim afflante dignè gubernatur. De triplici gloria, quę tribus Coronis comprehenditur satis alibi diximus. Hęc autem maximè eluxit anno Jubilęi, non quidem ob magnificentiam, qua novis ędibus extructis Urbem exornavit Gregorius, (ut explicat P. Molinetus) sed Cęlestium Thesaurorum elargitione, quę si unquam, certè sub Gregorio XIII. maxima fuit. Eandem regni magnificentiam fassi sunt copiosę advenarum turbę, quę ad Urbem eo anno undique accesserunt, sacras benedictiones à Pontifice Sanctissimo deprecantes osculaque ejus pedibus provoluti repetentes. Refert Mucantius in suis Diariis Gregorium ut peregrinis satisfaceret, sui copiam omnibus fecisse, patienterque tulisse, ut omnes ejus pedes quotidiè deosculari possent, & quotiescumque sacras benedictiones impertiri volebat, primùm capite detecto Imaginem Crucifixi Redemptoris salutasse, deinde oculos ad Cęlum elevatis, junctisque manibus, divinam opem implorasse. Addit demum Hieronymus Lampugnanus in suo Itinerario part. 2. cap. 4. unica aliquando die tredecim mille advenas ad pedis osculum admisisse. Quę omnia certè probant Regni Pontificii magnificentiam.

XXIII

IVBILATE DEO OMNIS TERRA.

INVENI HOMINEM SECVNDVM COR MEVM.

Eodem anno 1575., quo ſacri Jubilęi celebritas habita eſt, ut diximus; cuſum fuiſſe hoc numiſma, facilè mihi ſuadeo, in quo S. Regem Davidem orantem intuemur ſubjectis ejuſdem verbis ex Pſal.95. IVBILATE DEO OMNIS TERRA. Inter preces enim, quę in ingreſſu Portę ſanctę ſolent à Fidelibus enunciari, continetur hic Pſalmus, quo Gaudium Orbis excitatur, dum Cęlum quodammodo in Portis aureis omnibus reſeratur, & noxarum pęnis remiſſis, rei omnes in adoptionem filiorum Dei excipiuntur.

Expreſſa fuit prope S.Prophetam ejus cithara, ut omnes facilè intelligerent. Pſ. 32. quonam gaudii genere exultare deberent Chriſtifideles, ſcilicet in cithara. *In Pſalterio decem cordarum pſallite illi*, ait Sanctus Vates, quibus in cordis divina decalogi præcepta omnes Patres indicari affirmant.

Elogium additur in circuitu numiſmatis,quo S. Regem Deus ipſe celebravit. *Inveni hominem ſecundum cor meum*. Scilicet juxta cor ſuum, inquit D. Gregorius apud Cornelium, *ad curam Sanctæ Eccleſiæ quæratur vir ſecundum cor Dei, ut per affectum magni amoris, quaſi unitus ſit divinæ voluntati*. Qualis ſane S. David fuit ejuſque imitator præclarus Gregorius XIII. quem magna omnium lætitia altera die poſt Conclavis ingreſſum, & ingenti ſuarum virtutum expectatione (ut narrat Col.1. Oldoinus) Cardinalium 52. acceſſu, quę Spiritus Sancti dicitur electio, Pontifex Bomplan.in Max. renunciatus fuit; Illum cum Pius IV. è Concilio Tridentino redeuntem ſacra ritu pag.16 purpura donaret hoc elogio celebraverat, *hic eſt in quo dolus inventus non eſt*.

XXIV

BEATI QVI CVSTODIVNT VIAS MEAS.

XXV

EGO.SVM.LVX.MVNDI.

XXVI

VIRGO TVA GLORIA PARTVS.

Similia numiſmata ſub aliis Pontificibus cuſa etiam vidimus. Solent enim Romani Pontifices pias imagines, tum in monetis, tum in numiſmatibus exculpere, ut Deorum vultibus, vel inſignibus Ethnici ſua numiſmata condecorabant. Additę inſcriptiones, nihil ſuggerunt, quod ad hiſtoriam ſpectet. Quamobrem ad alia tranſeundum eſt.



HVGO-

XXVII

HVGONOTTORVM STRAGES.

Bussieres lib. 20. hist. Franc.

HÆc est rebellium Calvinianornm strages, quos Hugonottos vocant, tam multis hæreticorum scriptis impetita, & Catholicorum apologiis propugnata, quę, ut Romę, atque in Hispania plausu excepta, ita in Germania, Anglia, atque Helvetiæ parte querelis, & accusationibus tam lacessita, quam lamentis flebilibus deplorata.

Petavius Rat. temp. lib. 9. ab an. 1547. ad 1589.

Lib. 19.

Multis preliis victi potius, quam domiti fuerant, ut vidimus tempore Pii V. sectę Calvinianæ fautores, quorum tria fuerunt præcipua. Primum ad oppidum Drocas, in quo Princeps Condęus à Francisco Guisio Catholicarum partium Duce captus est anno 1561. secundum ad Jarnacum in Santonibus, quo ducente Catholicos Henrico Caroli fratre, idem Condęus occubuit anno 1569. Tertia in Pictonibus ad Mocontorium pugna eodem & anno & Imperatore facta. Cæsi magno numero perduelles, quos constat (ait Bussieres) sex millia pugnantium fuisse pręter Calonum, & Lixarum turbam. Refert Catharinus Avila in prędam Catholicorum cessisse nongentos currus Annona onustos, undecim majora ęrea tormenta, & ducenta bellica vexilla, quorum duodecim, ut diximus Pius V. in Basilica Lateranensi jussit appendi.

Majore strage post biennium Lutetię, & aliis locis trucidati sunt, cum ad celebrandas Henrici Borbonii Navarrę Regis, qui tum illarum partium erat, cùm Margharita sorore Caroli nuptias, eo frequentes advenissent. Quippe Carolus generosa indole puer non plus undecim natus annos post triennalem Matris, ac Procerum tutelam, protinus ad Hæreticos tollendos incubuit, atque uno die, qui fuit S. Bartholomæo sacer, pluribus in locis ingentem ipsorum numerum è medio sustulit.

Ea cædes 9. Kalend. Septembris anni 1572. inchoata est Lutetiæ, pulsata palatii publici majore campana, ut cędes patraretur. Et verò per dies tres continuatos noctibus lanienam horribilem tota Urbe sexaginta hominum millia in perduelles iterumque nova molientes hæreticos perpetrarunt. Uno verbo sexcentæ domus qua direptæ sunt, qua incensæ, & quater mille homines interfecti; sed non vna Parisiensium strage conclusa est. Per plurimas Urbes grassata est. Sicque per similes in Provinciis cædes sublata sunt vigintiquinque hominum millia.

Pamphlanus pag. 58.

Joan Palatius pag. 342.

Insperata Galliæ commutatio Gregorium Pontificem, & Italiam eo majore gaudio perfudit, quo gravior fuerat metus ex relatione Cardinalis Alexandrini, ne perduelles ab avita Religione desciscentes, Italiam inundarent. Accepto Nuncio statim Pontifex ab æde Sancti Marci, ad Sancti Ludovici templum solemni supplicatione se contulit, indictoque Jubilæo Christiani Orbis populos provocavit ad Galliæ Religionem, & Regem supremo numini commendandos. Colinii, & Sociorum cædem in Vaticana Aula describi coloribus jussit à Georgio Vasaro Religionis vindicatæ monumentum, & de profligata hæresi trophæum, sollicitus inde quàm salubris ægro Regni corpori tam copiosa depravati sanguinis emissio esset profutura. Flavium Cardinalem Ursinum Legatum à Latere in Galliam destinat, qui Carolum Regem admoneat, ut cœptis insistat fortiter, neque curam asperis remediis inchoatam prosperè, perdat leniora miscendo.

Caterinus Avilæ.

Quanquam hæc fuerint tam præclara Caroli pietatis, atque sinceræ in Catholicam Ecclesiam fidei documenta, necnon Pontificiæ sollicitudinis; non defuere, qui secus interpretarentur. Attamen non sine Dei ope, divinoque consilio eam stragem perpetratam esse in numismate percusso docuit Gregorius, in quo Angelus gladio, & Cruce armatus contra rebelles invehitur, qua etiam expressione in mentem revocat hæreticorum domus alba Cruce obsignatas fuisse, ut eas milites Regii inter cęteros dignoscerent, sicuti pariter ab ipsis Crux alba in pileis gestabatur.

Ange-

Angelos autem sæpe in divinis scripturis designare divinam inspirationem, docet Riccardus à Sancto Victore, sicut etiam ministros Divinæ vindictę addit Hyeronimus, quę Regiis armis usa fuit. In 4. Regum cap. 19. & Isaię cap. 57. legimus Angelum Domini centum octoginta quinque millia Assiriorum una nocte percussisse, qui ante Hierusalem castrametati fuerant. Cæterum antiquissimum esse Angelorum Imagines exprimere quis nescit. In lege Deus ipse jussit Sanctorum Angelorum imagines fieri, & in ipso Templi sacrario asservari. *Duos* (inquit) *Cherubim aureos, & productiles facies ex utraque parte oraculi respiciantque se mutuo &c.* *De Arca mystica cap. 5. super Psal. 34.* *Exod. 25.*

XXVIII

VERUS DEI CULTUS.

Devictis in Gallia, ut vidimus, infestis Calvini sectatoribus, qui falso, & fucato Religionis zelo pro corona decertabant, suum, atque Ecclesiæ Romanę verum Dei cultum, ut Gallorum animos in Romana fide confirmaret, percusso numismate publicavit. In eo mulier, quam Ecclesię Romanæ Romanę typum esse verba declarant in tabula, quam sustinet. Sinistra claves gerit, quibus Pontificiam Potestatem significat, sicuti in diademate tribus coronis ditato. Multa circumstant volumina, ut omnes intelligant, ab ipsa sanas doctrinas, justas leges, ac documenta virtutem in universum Terrę Orbem effluere.

Romana itaque Ecclesia religiosè Deum colit, quem omnibus pręfert. Cęterę Novatorum sectę, quamvis ipsum Deum à se coli jactent, illum tamen larvata Religione venerantur. Fidei Romanę veritatem unicam esse, cęterisque pręire, inde satis dignoscimus, quòd cęlesti doctrina fidelium mentibus insita sit, atque tot tantisque suffulta sit credibilitatis, & veritatis argumentis, ut eorum mira congeries, nulli prorsus religioni conveniat. His adde, eam à Pręceptore fuisse enarratam, qui dixit *Ego sum Via, Veritas, & Vita*. Hanc veritatem Lutherus ipse (quamvis juratus in Ecclesiam Romanam hostis extiterit) confessus est, cum dixit in Pręfatione libri de abroganda Missa. *Quoties mihi palpitavit tremulum cor reprehendens obiecit fortissimum illud argumentum. Tu solus sapis: Tot ne errant Universi? tanta sæcula ignorarunt?* Quamobrem Christifideles cum Rege David, dum verum Dei cultum exaltant, vere pronunciant. *Narraverunt mihi iniqui fabulationes, sed non ut lex tua.* Ea enim jis signis credibilitatis confirmata est, quę, ut ait Riccardus à Sancto Victore; *Nisi à te fieri non potuerunt. Quare Domine si error est, quem credimus, à te decepti sumus.* Quod summę veracitati repugnat. *Dial. III.* *Lib. 1. de Trinit. c. 2.*

Hunc verum Dei cultum studiosissimè fovit, & coluit semper tum verbo, tum re ipsa Gregorius; tunc maximè cum pecuniam, & militum Copias Henrico III. Galliarum Regi contra Hæreticos subministravit. Initio Pontificatus statuerat Templa, & Pia loca universi Christiani Orbis optimorum Ministrorum opera (ut diximus) invisere. Scalam sanctam non sine lachrymarum vbertate sæpe conscendit. Sabaudiæ Duci viro fortissimo Genevam recuperaturo, milites, & pecuniam obtulit, & Consilium ejus probavit. Fraticellorum, qui Illuminati dicebantur, sectam repullantem extinxit. Hieremiam Græcorum Patriarcham non mediocriter eruditum latinæ Ecclesiæ conciliare studuit. In Germania contra hæreticos pro defendenda, & propaganda Fide excubabat; Coronidem his imponat cultus erga Deum, quem Gregorius ostendit in supplicatione facta ad placandam iram Divinam die decimanona Octobris anni 1576. durante pestis suspicione. Habet in suis Diariis Mucantius. „ Sanctissimus Pontifex „ Gregorius à Basilica S. Petri ad Ecclesiam S. Mariæ de populo ivit discalceatus „ per totam viam processionis, per totam viam lutuolam, & madidam ex pluvia, „ semper manibus junctis sine baldachino, & sine ullo qui posteriorem partem „ sublevaret, cum magna devotione, nulli manu benedicens, quod fecit, ut ma- *Ann. Greg. lib. 1.* *Oldoinus pag. 13.*

„ jorem ostenderet Pœnitentiam. In hac processione interfuerunt omnes Sodali-
„ tates, & totus Clerus cum Cardinalibus.

XXIX

IN LVMINE TVO CERNIMVS LVMEN.

NUmisma festivum cum corona è floribus compacta cirrumdante verba ex Psalmo 35. accepta, in quo Regius vates, ait IN LVMINE TVO VIDEBIMVS LVMEN.


Iacob. 1. 17 Lætatur in eo Gregorius dum veram Dei sapientiam agnoscens, *quæ descendit à Patre luminum*, illam Fidelibus sibi subditis impartiri conatur, & pluribus quidem industriis. Sacris Bibliis expurgandis animum cum adjecerit varia monumenta, & exemplaria M.S. ex diversis regionibus Romam advehi præcepit, & ho-
Annal. ibid. minum Linguarum cognitione, & Theologica scientia insignium Congregationem ad hoc instituit. Martyrologium Romanum expurgandum curavit. Librum cæremoniarum Episcoporum conscribi jussit. Gratiani Decretum multis mendis
Oldoin. 16. scatens doctissimorum adhibito studio expurgavit, & auxit. Omnibus hoc lumen ingerere satagebat Salamonis consilium repetens. *Diligite lumen sapientiæ.* *Cap. 6. 23.*

XXX

ET IN NATIONES GRATIA SPIRITVS SANCTI.

DIvum Petrum Populo prædicantem numisma ostendit, de quo D. Lucas in capite 10. Actuum Apostolorum his verbis. *Adhuc loquente Petro verba hæc, cecidit Spiritus Sanctus super omnes, qui audiebant verbum, & obstupuerunt ex circumcisione fideles, qui venerant cum Petro, quia & in nationes gratia Spiritus Sancti effusa est.*

Hanc similem gratiam effundi per totum Christianum Orbem peroptans Gregorius varias missiones instituit anno Jubilæi. Anglis, Catholicis, quibuscumque, qui Romam adire non poterant, sacras ejusdem Jubilæi opes largitus est. Græciæ opem ferre aggressus per libros primùm, à quibus petenda est sanitas ingeniorum, duodecim millia libellorum, quibus mysteria Religionis explicabantur, communi, & Græco sermone conscripta, eò misit liberaliter distribuenda, adjecitque plurima exemplaria Florentini Concilii, cujus historiam, & arcana Pontificio ære, ac præclaris typis evulgaverat. Anno itidem 1583. Pontificiis sumptibus tres apud Japonios Societatis Jesu domus extructæ sunt, ut in ea Regna Religiosorum operariorum industriis gratia eadem diffunderetur. Anno 1584. Legatis in Ægyptum Oratoribus ad Cophtorum Patriarcham litteras dedit; unde, erroribus depositis, Ecclesiam, omnium Ecclesiarum Matrem, & Magistram agnoverunt. Joannem Baptistam Vecchiettum Florentinum in Persiam, Ioannem Baptistam Britum in Æthiopiam ad Reges legavit, nihil antiquius Summo Pontifici esse debere pro certo habens, qnam ut suis studiis, impensisque IN OMNES NATIONES GRATIA SPIRITVS SANCTI effunderetur.



IN NO-

XXXI

IN NOMINE IESV SVRGE, ET AMBVLA,

ANno 1575. cusum fuisse hoc numisma numei appicti declarant. Eo voluisse Gregorium ad pœnitentiam reos omnes excitare, ut Anni sanctioris occasione, relicta via perditionis, Cæli semitam ob ambularent, mihi suadent verba ejusdem Numismatis, quæ olim Divus Petrus pronunciavit. Claudo jacenti ad portam Templi: IN NOMINE IESV CHRISTI NAZARENI SVRGE, ET AMBVLA, quod factum etiam numisma repræsentat. *Act. 36.*

Ut huius pii desiderii finem faciliùs consequeretur Gregorius Pœnitentiariorum numerum auxit referente Victorello, quibus facultatem tribuit absolvendi in casibus ipsi Pontifici reservatis. Imò ipsemet aliquando ægrotos invisens ad ęternam vitam opportunis monitis excitabat. Præclarum in hoc genere factum enarrant de Gregorio Scriptores. Accesserat eo anno Romam Carolus Clivienfis Principis Filius Templa veneraturus, & suo, & Parentis Henrici nomine Gregorium. Hic vix Urbé conspecta in Febrim incidit, incaluitque miserabiliter. Non erubuit Christiani Orbis moderator, & parens tam accuratè adolescentem sæpiùs invisere, lectulo assistere, & medicas potiones ipse sua manu porrigere; ac demum labentis jam vitæ ne sui deessent officio, paterne monuit, & bona cum spe dimisit ad Christum, cujus ipse non minùs auctoritate, quam Vicaria potestate fungebatur. Roma non minùs dolente jacturam adolescentis, quàm Gregorii Charitatem laudante. Henricus certè Caroli Parens, quamvis Filium deploraret ademptum, pro solatio doloris habuit, eum à Gregorio Cælo fuisse oblatum. *Bompianus in vita pag. 149.*

XXXII

IVSTITIA PACEM, COPIAM PAX ATTVLIT.

VUlgatum fuisse præsens numisma anno millesimo quingentesimo septuagesimo quinto asserit Luckius, civili bello Genuensium per Cardinalem Maronum composito, & veterum, ac novorum seditiosis nominibus extinctis sanciendo, ne ulli Cives novi, aut veteres dicerentur, sed omnes unius essent ordinis, & haberentur. Cum enim circa annum Christi 1573. aliquot viri nobiles Genuæ de antiquitate Familiarum inter se contenderent in factiones perniciosissimas Civitas exarserat. At Gregorius optimè noscens, ut nimia alimentorum Copia morborum in corpore humano esse causa consuevit, sic in Republica turbis, ac seditionibus ademptam felicitatem, Cardinalem Moronum misit, quo Italiæ quieti consuleretur. *Pag. 256.*

Hæc diffidia composita numisma suggerit, in quo Justitia in throno sedens cum gladio, & ęqua bilance, ut significet, Justitiam libratis hinc inde rationibus lites omnes dirimere.

Tyberii Cæsaris nummi Justitiæ imaginem præferunt, qua forma Chrysippus teste Aulo Gellio depinxit, nimirum virgo est integra sine fuco, & ornamentis. Item in alio nummo Hadriani, & Antonini Pii sedentis est habitu; Sedet autem, quòd Sapientem maturitas ea deceat, ideo sententiam pronunciaturi Judices sedebant, gladii tamen loco habebat Sceptrum, quod notat imperium Mundi, ac Reipublicæ administrationem. Bilancem tenet, quia omnibus æqua. Eorum diffidiis compositis, Pax inde statim enascitur, in puella expressa, quæ ad dexteram Justitiæ videtur in nummo. Accensa face armorum cumulum inflam- *In noct. acticis cap. 4.*

Pf. 45. 10. mat, ut in Pfalmo dicitur, *Arcum conteret, & confringet arma, & fcuta comburet igni*. Talem exhibuit nummus Augufti apud Auguftinum. Copiam firmata Pax
Tabul 26. num. 19. folet afferre. Quam autem jufta de Caufa Paci illa tribuatur, quid attinet explicare? Notiffimum eft bellum fegetes, & bona omnia deftruere, & copiam rerum Pacem gignere, quas Cornu Amaltheæ plenum fructibus indicat.

Triplex hoc bonum fub Gregorio XIII. maximè floruiffe, quis neget? Ob fummum ille juftitiæ amorem inter cætera fuæ æquitatis opera, abolevit perfugia facinorofsorum, prçfertim in ædibus Purpuratorum, ac etiam Pontificiis, ne vitia crefcerent, dum effugia non deeffent. Pacis femper amator dedit operam, ut Scipio Gonzaga, & Gulielmus Mantuæ Dnx litem graviffimam dirimerent æquis conditionibus. Alphonfum Ferrariæ Ducem de finibus, alijfque rebus cum Apoftolicæ Camerç adminiftris difceptantem datis arbitris conciliatum voluit. Imminentem Italiç ex Petiliani adverfus Nicolaum Urfinum tumultu, belli flammam reftinxit, citiùs quam alimenta fuppeditarent novarum rerum cupidi; Seditionem contra Guidobaldum Urbini Ducem à Civibus excitatam coercuit. Certamen quòd Hierofolymitanos inter ac S. Mauritii Equites graviter intendebatur, tum de Ordinum dignitate, tum ob utilitatem fructuum ab Hierofolymitanis interceptorum, prudenti confilio avertit nullius ira, & damno. Demum inter Gallos, & Hifpanos fubortas identidem offenfionum caufas amovere conatus eft. Cæfarem extimulavit, ut certantes de ditione Montis-Ferrati Mantuanum, Nivernenfem, quamprimum confecta lite componeret, ne metu belli trepidaret Italia.
Col 24. Hęc omnia retulit Oldoinus.

His adde, quam de Genuenfibus diximus civilem difcordiam per Cardinalem Moronum repreffam. Infuper poft Henrici Lufitaniæ Regis obitum, cum Lufitana Plebs tumultuofis motibus deflagraret, nec Philippo II. Hifpaniç Regi Sceptrum deferre vellet, Riarium Cardinalem Legavit, ut Philippo Pontificis nomine faveret, & Lufitanos Pace componeret. Miffo Antonio Poffevino Soc. Jefu alumno eruditionis, pietatis, & prudentiç Viro infigni cum Oratoribus Mofcorum poft magnum graviffimumque bellum ad pacem cum Stephano Bathorio Sarmatiæ Rege, & eorumdem Mofcovitarum Principe diligens tandem publicç quietis Fundator, graves inter Polonum, & Mofcum diffenfiones fuftulit, & amicitiam fingulari fœdere conciliavit. Fabium Mirtum ad difcordiam inter Regem, & Fratrem ejus abolendam iterum in Galliam direxit, namque inter primas Dominationum curas Gregorius cenfuit effe Pacis amorem, & dulcedinem otii non indecoram, qua Cives Principibus, atque ipfi inter fe Principes, & Civibus Cives conjungerentur. Quippe Religio publicç magis, quàm privatç dignitatis incremento nobilitatur. Idcircò fuftulit cuncta, quibus difcordiæ incendebantur.

Amorl Pacis in rerum copia fedulò procuranda curam maximè conjunxit, tum prçcipue cum Apoftolicæ Cameræ alienatis rebus, ac proventibus modica ærarii locupletandi fpes effulgeret, utiliùs duxit res alienatas redimere, quam novis vectigalibus turbare Patrimonia Provinciarum. Peritiffimis viris ad hæc negotia delectis plurima tùm oppida, tùm vectigalia recuperavit, auxitque cenfum Apoftolicum annuo centum millium aureorum reditu. Addidit Pontificiæ ditioni plura loca in agro Sabino, in Latio, in Flaminia, in Umbria. Præterea aliis quoque rationibus ærario profpexit, fublatis impendiis, opulentis agris emptis, procurata per Italiam Salis, & Aluminum negotiatione, Cerviæ Salinis amplificatis, Vallibus Ravennatibus magna ex parte ficcatis, rebufque fimilibus prçftitis, non avaritia, & pecuniæ amore, fed quia Chriftianæ rei fpem maximè fuftentat Apoftolici ætarii magnitudo.



LEVA-

XXXIII

LEVATA ONERE PATRIA.

ADeò viguit in Gregorio Pontifice erga Bononiam Civitatem, in qua natus fuerat, Amor, ut non solùm Ecclesię Cathedrali, donaverit Rosam auream anno 1578. missam per Nuntium Apostolicum Vincentium Bolognettum, eamque Ecclesiam Metropolitanam dixerit, cujus jurisdictioni septem Urbes subjectas esse voluit. Bononienses insuper Cives rerum publicarum Præfecturis, ecclesiasticis beneficiis, & dignitatibus honestavit, sed postquam fuit acclamatus Pontifex anno 1572. munimenta propè Bononiam à Pio V. extructa, benignitate, pacisque amore dejici statim jusserit, ne quid Bononia, quæ Urbs, & opulentia ditionis, & splendore Civium, & studiis litterarnm præclara, timeret. Quo insigni benificio maximè lætata ea Civitas, cum ob levatum onus Armorum, quibus suam libertatem defendere cogebatur, liberalibus in posterum artibus, litteris pręcipuè, sua studia pacificè impendere posset, quarum possessione in Italia semper summopere floruit. Decreverunt ob id Bononienses in grati animi signum, ut annuus equorum cursus die, quo is creatus est Pontifex perpetuò perageretur, & ęneam magnam statuam erexerunt in magna publicarum ędium Aula hoc elogio insignitam. *Mucantius in Diariis.* *Oldoin. 5.*

D. O. M.

GREGORIVS XIII.
Ad Summum Pontificatum ob maximas virtutes euecto, Reipublicæ Christianæ bono, ac Patriæ splendori nato, Ciui optimè meritò S.P.Q. Bononiensis Statuam hanc erigendam curavit.
Quam Pontifex Petrus Donatus Cæsius Legatus hic collocandam, fulcroque muniendam decreto interposito sanxit,
Anno Dominicæ Natiuitatis M D LXXX. mense Octob. *Ex lib. 1 annal.*

Eandem grati animi virtutem in percusso numismate significarunt (ut apparet in aversa ejus parte) in qua sunt caracteres S. P. Q. B. *idest Senatus Populusque Bononiensis*. Altera ejusdem facies sub typo mulieris, seù Palladis armatæ Bononiam Civitatem exponit, Vexillum manu gerentem triumphantium more, ut inde intelligamus, tum triumphum geri à Sapientia, cum Armorum strepitus cessat. Illam enim *paciferam* dixerunt Antiqui, & oleam manu gerentem exibuerunt (ut in nummo Clodii Albini) quia sapientia, & artes in pace plus valent in bello verò *pellitur è medio Sapientia, ut geritur res*. Quod meo quidem judicio significarunt Bononienses in voluminibus pedi Mineruæ suppositis, humoque sparsis. Atque Apulejus ejus cassidi oleaginam coronam imponens, non solùm, quia oleum ex oliva, illa primum expresserit, verùm, ut inde intelligamus, scientias omnes, nonnisi diuturno labore, ac vigiliis possideri posse; quamobrem Athenis auream lucernam assiduè ardentem in ejus honorem appenderunt, ut refert Cartarus, ejusque simulachro auream cassidem imposuere, ut in pretiosissimo metallo quisque victoriam dignosceret, quam ab omnibus viri sapientia præditi referunt. *Augustinus Tabul. 51. num. 24.* *Pag. 180. Idem 177.*



SVPER

XXXIV

SVPER. HANC. PETRAM.

Basilicę Vaticanę frontem exhibet numisma, quam cum porticu aperta Michael Angelus Bonarota delineavit regnante Paulo III. ut exposuimus in nostra historia de Templi Vaticani fabrica. Ejus Basilicę perficiendæ curam commisit Gregorius Pontifex Jacobo, à Porta dicto, ut Bonarotę vestigiis insistens cum omni studio prosequeretur. Itaque ejus directione tectum impositum est aræ D. Petro sacræ magnis binis columnis suffultum contra imbrium eluviones, aliaque molitus fuit magnificentissimus Pontifex, quibus inchoatæ Basilicæ ornamenta adderentur, & BB. Apostolorum Principi augeretur obsequium.

Cap. 14.

In lemmate numismati addito SVPER HANC PETRAM illud intellige, quod Christus pronunciavit apud D. Matt. 16. scilicet *ædificabo Ecclesiam meam*, intelligens D. Petrum esse petram illam, supra quam ędificanda erat Ecclesia Dei, ut extra controversiam intelligunt Catholici, & probant quamplurimi Doctores pręcipuè Bellarminus. Nec refert quòd unus, aut alter ex patribus dicat Christum esse illam petram; nam cæterorum sensus unanimis non vacillat. Hinc Sanctus Hilarius memorans locum hunc Matthæi, & Christum vocat petram, neque tamen, ait, Christum esse illam petram, supra quam ipse Chriistus dixit se ædificaturum Ecclesiam. S. Augustinus serm. 22. ex quadraginta novem petram fundamentalem Ecclesię accepit de ipso Christo, verùm idem primo retractationum cap. 21. æque probabilem agnoscit interpretationem receptam, & tantùm affirmat Christum esse petram primariam fundamenti hujus secundarii ad substructionem Ecclesiæ, quod probe cohæret cum recepta interpretatione, cui tota octava Synodus suffragatur apud Hyeronimum Torrensem. Hinc patet non esse omnes Christianos, (quæ fuit Erasmi imaginatio jure rejecta à Palmerio ad 55. Epist. Sancti Cypriani num. 35.) neque item esse Confessionem fidei, ut voluit Lutherus, neque omnes Apostolos, ut commenti sunt Lutherani, sed vere esse solum Sanctnm Petrum, nam particulæ illæ *hanc petram* ad solam Sancti Petri personam diriguntur, ejque soli postea data est potestas significata per claves. De his plura Raynaudus prænotatione 4. de Mithra Romanis Pontificis.

Lib. 1. de Pont. cap. 10. ad 13.

[illegible]

Igitur super hanc petram, scilicet Divi Petri ossa, Basilicæ ædificationem prosequutus fuit Pontifex Gregorius, ut ad sacra ejus limina venerabundi accedentes ejusdem in terris gloriam admirarentur. Ad quem finem Nicolaus V. referente Joanne Pinadellio in ejus vita curavit diligenter, ne grassatores peregrinis molesti essent, & Sixtus Quintus brevissimo temporis spatio tuta reddidit itinera ejectis exulibus, extirpatisque ex suis ipsis antris, & nemoribus, in quibus agebant & ob quorum audaciam ad visenda SS. Apostolorum limina tutus non erat accessus.

Nec sacrę Basilicę tantùm splendorem auxit Gregorius, sed Palatio Vaticano ad majorem D. Petri Successorum commoditatem multa extruxit. Primùm aulæ Vaticanæ partem (quam Regiam nuncupant) quòd Regum ibi Legati audiantur, non modo sua absoluit mole, sed illustribus instructam picturæ monumentis exornavit specie plane Regia. Deinde porticum mille communes passus longam, & summo artificio arteque mirabili excultam absoluit. Cujus fornix variis imaginibus parietes Provinciarum descriptionibus, pavimentum discoloribus crustis decorantur. Huic loco aureum inscriptum elogium legi, *Greg. XIII. P. M. sedente Italia Regio totius Orbis nobilissima, & naturæ ab Appennino septa est; hoc itidem ambulacro in duas partes. Alteram hinc alpibus & supero, alteram hinc infero mari terminatas dividitur, à Varoque flumine ad extremos usque Bruttios, ac Sallentinos Regnis, Provinciis, Ditionibus, Insulis intra suos ut nunc sunt fines dispositis, tota in tabulis longo utrinque tractu, fornix pia sanctorum virorum facta locis in quibus gesta sunt, ex aduerso respondentia ostendit; ac ne iucunditati deesset ex rerum, & locorum cognitione utilitas Gregorius XIII. Pont. Max. non suæ magis, quam Romanorum Pontificum commoditati hoc artificio, & splendore à se inchoata perfici voluit anno* 1581.

Ejus

Ejus ambulacri ichnographiam ostendit numerus 31. in tabula ultimo loco posita in historia fabricæ Templi Vaticani, ubi enarravimus Mutianum Pictorem parietum ornamenta disposuisse, multa coloribus expressisse Jacobum Sementam, & Christophorum Roncallum, Geographicas vero Tabulas delineasse P. Ignatium Dantem ex illustri Dominicana familia primùm, deinde Episcopum Alatrensem.

XXXV

GREGORIANA.D. NAZIANZENO.DICATA.

ARam intellige Divo Gregorio Nazianzeno dicatam à Gregorio Decimotertio in sacello magnificentissimo, quod Basilicæ Vaticanæ adjecit piissimus Pontifex. Hunc Sanctum Ecclesiæ Doctorem in patronum à prima ętate sibi adoptaverat, atque Gregorius idcirco dici voluit, quia die illi sacro Vaticano Senatui adscriptus fuerat. Quamobrem, ut omnium cultum erga eundem suis industriis augeret, splendidum Sacellum extruere decrevit, & ad ejus aram transferre ejusdem sancti ossa, quę in ęde S. Mariæ Campi Martii servabantur. Hoc Sacellum Laurentius Friziolius eleganti carmine à Silvio Antoniano, & Antonio Querengo laudato descripsit. Illud nos indicavimus in cap. 17. historiæ fabricæ Vaticanę Basilicæ, ubi etiam ex annal. tom. 2. breuiter exposuimus sacram pompam, qua publica supplicatione sacra ossa translata fuerunt die 11. Junii anni 1580. iisque sub ara Sacelli repositis, Cardinalis S.Severinę in Dei Matris Virginis, & S. Gregorii Nazianzeni honorem, jubente Gregorio, anno eodem consecravit. *Victorellus col.6.*

In ejus constructione, atque ornatu ultra centum millia scutorum impendisse Gregorium fama fuit. At ne cętera repetamus, historiam supra dictam adeat, qui plura desiderat. Hic solum addimus inscriptionem, quam è Vaticano acceptam retulit in suis paginis Ciacconius. *col.5.*

GREGORIVS XIII. PONT. MAX.
BEATI GREGORII NAZIANZENI CORPVS
EX SACRARVM VIRGINVM TEMPLO
DEI GEN. MARIÆ AD CAMPVM MARTIVM DICATO
IN BASILICÆ VATICANÆ SACELLVM
A SE ORNATVM
CELEBERRIMA QVAM VIDES POMPA TRANSTVLIT
III. IDVS IVNII MDLXXX.

XXXVI

VT FAMVLVM TVVM GREGORIVM CONSERVARE DIGNERIS.

OB eandem pietatem, qua D. Gregorium Nazianzenum colebat Gregorius XIII. referente Ciacconio, Tusculi, quo salubrioris auræ gratia libenter adibat, *Ad Montem Portium pro re sacra rusticis facienda Templum erexit, & Sancto Gregorio Magno dicavit anno* 1582. ut ostendit numisma, in quo Templum ipsum exprimitur. Montem hunc Portium, cujus nomen inditum fuisse à Portio Catone, qui villam in eo agro construxerat, refert P. Athanasius Kircherus Societatis Jesu in suo Latio pag.70. nobilis Familia de Molara dicta, possidebat, atque ipsa annuente die 15. Aprilis anni 1564. exteri quamplures ejus collis fertiles glebas excolere cœperunt, ibique domunculas extruere, religione illecti, qua pius Eremita natione Gallus, ædiculam excitavit in honorem Sancti Antonini Martyris, quæ adhuc juxta monumentum vetus perseverat. Dominium deinde ejus montis in Familiam Altempsianam migravit, è qua demum *Col.5.*

mum ad Principem Burghesium translatum fuit. Ibi splendidissimus Princeps Jo: Baptista Templum à Gregorio XIII. excitatum magnificentius iterum extruere aggressus anno *1669.* summam fere septuaginta millium nummorum in nobili structura insumpsit, opus dirigente Equite Francisco Rainaldo. Tota ejus longitudo palmis centum, & quadraginta comprehenditur, latitudo verò circa centum absolvitur. Ex quinque, quæ numerantur sacræ Aræ omnium maxima Tabulam continet, in qua D. Gregorium Magnum Hiacinthus Brandus expressit, in Altari dextero Cirus Ferrus Sanctum Antonium Patavinum posuit, in sinistro Deiparam è Rosario dictam Gulielmus Cortesius. In aliis duobus minoribus sacellis Sancti Caroli, & Sancti Philippi imagines coluntur.

XXXVII

AB. VRBE. AD. SACRAM. AEDEM. EXPEDITA. VIA.

Sacram Domum Lauretanam ostendit numisma. Erga eam pio affectu adeo flagravit Gregorius, ut sicuti Pontificatus diuturnitate, ita ejus Virginis religione superiores Pontifices superasse tradat in sua historia Tursellinus. *Libr.4.cap. 22.* Rosam ille auream eidem Dei Genitrici in Lauretano Sacello obtulit, quæ adhuc Dominica quarta Quadragesimæ quotannis per Urbem Lauretanam supplicatione defertur.

Congregationem Scholarium externorum Soc. Jesu instituit sub invocatione Annunciationis Beatæ Virginis. Constit.97. *Omnipotentis &c.* Anno Jubilæi Lauretanę domus indulgentias non suspendit, eodemque pio affectu ductus inter *Idem.* Otriculum, & Narniam anno 1577. vias, quæ ad eam Româ præcipuè tendebant, commodiores reddit, & regio sumptu per saxa, & rupes aperuit, ut vel in ipsius Apennini jugis via tam ampla esset, ut Quadrigę inter se occurrentes sine periculo concurrerent, Joanne Antonio Oliva Narnię Gubernatore; eamque viam Boncompagnam appellari voluit. In hujus publici beneficii gratiam, ac piæ mentis Gregorii XIII. percussum numisma fuit.

XXXVIII. XXXIX

RESTAVRAVIT.

Pontem, quem videmus in publico numismate exculptum varium sortitum fuisse nomen ex Historicorum monimentis accepimus. Palatinum dixerunt aliqui, quòd juxta Montem Palatinum situs esset, deindè Senatorium nominarunt. Illum primum Tyberi imposuit post ædificationem Pontis Sublicii Marcus Fulvius Censor, de quo Livius. *Decad.4.* *Pilas pontis in Tyberim* (locavit) *quibus pilis fornices post aliquot annos P. Scipio Africanus, & Lucius Mummius Censores locaverunt imponendos.* Quod autem Livius de Ponte Senatorio loquatur, inde manifestum fit, quòd tunc temporis, nullus pons lapideus Romæ Tyberis ripas conjungebat. Tandem, quòd viam ad Ædem Sanctæ Mariæ Majoris præberet, Sanctę Marię appellatum existimavit Joannes Baptista Palatius. Tale verò nomen impositum *Pag. 356.* illi fuisse ob proximum Templum Sanctæ Mariæ Ægyptiacæ dicatum, seu ab icuncula Dei Matris in medio ponte collocata, quæ deindè Monacis Sancti Benedicti concessa, translatam fuisse ad Templum, quod nunc Sancti Cosimati nominamus, scripsit Nardinus.

Severanus tamen affirmat id nomen mutuatum à Templo proximo, quod antiquitus Ethnici extruxerant Fortunæ virili, seu Jovi, ut volunt aliqui, deinde *Lib. 8. cap. 3. de 7. Eccl. pag. 333* sacrum fecit quidam Romanus Civis, cui nomen Stephanus Judex sub Joanne Papa VIII. anno 872. ac Deiparę dicavit ob ejusdem imaginem, quæ ab impiis hominibus è Vaticana Basilica gemmis onusta furto ablata, ac in Tyberim projecta, hęserat in ea pontis ripa; ut indicatur in antiqua inscriprione ab ipso Severano relata.

Hoc

Hoc dudum fuerat Fanum per tempora prisca
Constructum Phœbo mortiferoque Jovi
Quod Stephanus veteri purgavit stercore Judex
Atque decora . . . .

Pius deindè V. templum idem concessit Armenis, Gergorius XIII. mutato ejus nomine S. Mariæ Ægyptiacæ dicari imperavit.

Pons igitur de quo loquimur reliquis major erat ad palmos circiter quingentos exstensus, referente Nardino, fornices habebat sex, pilas quinque, & quia aquam ex Insula duabus partibus cum impetu defluentem accipiebat, dejectus fuit; quo autem tempore id acciderit ignoratur. Voluit illum restituere Paulus III. incœptumque est arduum alioqui opus à Michaele Angelo Bonarota, quod postea ejus senectute ingravescente alius perfecit sub Julio III. imminente anno salutari 1550. vulgò dictus Nanni di Baccio Bigio architectus quidem nomine re verò in Architectonica arte, haud valdè peritus.

Narrat Vasarus ab eo magnis marmorum molibus pilas, quas Bonarota construxerat, exoneratas fuisse, ut pontem additamentis exornaret, sed venustati dum consuleret, soliditatem, & firmitatem ademit, quam ob causam tempore Pauli IV. inundante Tyberi anno 1557. dejectus iterum fuit aquarum decurrentium eluvione die 27. Septembris ut narrat Dyonisius Athanasius in epistola Episcopo Urbinati data.

Imminente anno Jubilęi 1575. hujus Pontis restaurationem aggressus Gregorius XIII. Matthæo Castelli ejus fabricæ curam commisit, atque, ut refert Mu-
„ cantius in Diarriis. Ipse Pontifex die 27. Junii anni 1573. summo mane quin-
„ que Cardinalibus comitantibus accessit ad Pontem pro cujus restauratione in
„ ea parte, qua Tyberis impetu disiecta fuerat, jacenda erant fundamenta, arte
„ ad id compactis trabibus; itaque descendit ad ripam fluminis, ascenditque
„ tabulatum ibi preparatum, ac ibi stans redimitus stola, sed sine mitra legit ex
„ libro per Capellanum detento *Adiutorium &c.* deinde Orationem.

Domine Jesu Christe Filii Dei vivi, qui es vere Omnipotens Deus splendor, & Imago æterni Patris, & vita æterna, qui es lapis angularis de monte sine manibus excisus, & immutabile fundamentum, hunc lapidem collocandum in Tuo nomine confirma, & Tu, qui es principium, & finis, in quo principio Deus Pater ab initio cuncta creavit, sis quæsumus principium, & incrementum, & consumatio ipsius operis, quod debet ad laudem, & gloriam tui nominis inchoari. Qui cum Patre &c.

Deinde jacens numismata quædam argentea, & ærea in ipsa fundamenta, prosequutus est hoc modo.

In fide Jesu Christi collocamus lapidem istum primarium in hoc fundamento in nomine Patris †, & Filii †, & Spiritus Sancti †. Amen.

„ Facto signo Crucis supra fundamentum. Tum Cantores prosequuti sunt Psal-
„ mum. *Nisi Dominus ædificaverit Domum &c.* usque in finem, & dicto *Gloria*,
„ Pontifex dixit Orationem *Actiones nostras &c.* & statim bombardę sonuerunt.
Hactenus Mucantius.

Hujus reparationis monumentum adhuc extat, ubi legitur.

EX AVCTORITATE GREGORII XIII.
PONTIF. MAXIMI
S. P. Q. R.
PONTEM SENATORIVM CVIVS FORNICES
VETVSTATE COLLAPSOS ET IAM PRIDEM
REFECTOS FLVMINIS IMPETVS DENVO
DEIECERAT IN PRISTINAM FIRMITATEM
AC PVLCHRITVDINEM RESTITVIT
ANNO IVBILEI MDLXXV.

Verùm anno 1598. sub Clemente VIII. inundante, ut nunquam, Tyberi versus Palatinam ripam iterum proruptus est hora 22. die 24. Decembris, ut narrat Jacobus Castilioneus in libello de inundationibus Tyberis statim, ac per ipsum Pontem transiit Cardinalis Petrus Aldobrandinus opem laturus egenis inter aquas fame pereuntibus; nondum instauratus in usu modo non est. Nemo enim post ultimam ruinam novæ reparationis opus moliri ausus est, quippe eo in loco, ubi pilæ jactæ sunt Tyberis velocissimè decurrentis impetus adeo viget, ut licet ingentibus saxorum molibus compactæ ponantur, eas sine ruinæ metu diuturno tempore permansuras quisque desperet. Illustrissimus tamen, & Reverendissimus Presul Joannes Carolus Vespinianus Vaticanæ Fabricæ Generalis Æconomus, ac Præses modum excogitavit, quo novo Ponte ad utramque fluminis ripam transitus pateat, & novæ ruinæ arceatur periculum, unicum arcum extruendo, quo flumen quodammodo amplectatur, vasto sub eo spatio relicto, ut liberè, ac velocissimè, quamvis novo aquarum accessu tumidus, ad depressiora decurrat; Typis vulgata est Romæ ejus Ideæ explicatio anno 1692; cui Pontis tum Veteris, tum novi delineamenta addidit Eques Carolus Fontana celeberrimus hujus ætatis Architectus, quam ut curiositati publicæ satisfiat hisce paginis adiecimus. Utinam hæc ingeniosè mentis vota aliquando impleantur maxima cum Populi Romani utilitate coniuncta.

Antequam ad aliud numisma procedamus notandum est in altero eorum, quæ Pontem repræsentant, jacentem senem exprimi. De hac expressione plura in alio numismate afferemus. Hic tantum indico ipsum flumen significari sub Ponte decurrens, cui nomen Tyberis à Tiberio Albanorum Rege in eo submerso, de quo Ovidius 2. fast.

Albula quem Tyberim mersus Tiberinus in undis,
Reddidit - - - -

Cæterum Albulam dixerunt Antiqui ob ejus colorem, seu Rumon, quasi ripas ruminantem. In Etruria ortus ex monte, Falterona dicto, in meridiem tendens Burgum Sancti Sepulchri rigat, deinde per ditionem Pontificiam fluens juxta Tifernum labitur uti propè Perusiam, postea Tudertum rigat. Hinc auctus fluuiis Pelia, Nare, & Aniene Romam interluit, & post 12. millia pass. in mare Tyrrenum se exonerat in Occasum. Ex ejus duobus ostiis hodierno tempore sinistrum ostium minime subiri potest, sed dextrum tantùm, quod vulgò *Fiumicino* vocant, portum immenso sumptu ad hoc ostium prisci Cæsares construxerunt, & nunc in ejusdem ostii conservatione multum laborant Summi Pontifices.

Cæterum Pons in numismate repręsentatur juxta morem Antiquum exprimendi pontes, fluminibus impositos, ut videtur Pons Ælius in nummo Adriani, utpotè, qui sunt opera maximis sumptibus, ac arte in publicum bonum extructa,

XXXX

VIATORVM SALVTI ANNO DOMINI MDLXXX.

P E L I A.


Baudrandus.


Alium pontem contemplamur sex itidem arcubus compactum supra fluvium Pelia vocatum, ut indicat nomen exculptum. Ortum ducit hic fluvius à Pelio monte Thusciæ ad montem Tuniatum, qui valli Civitati Urbevetanæ subiectæ, amænitatem affert, & jucunditatem. Impedito tamen alveo, nec admodum salutaris iis locis, quæ præterlabitur, sępè subitas excursiones facit, undique suis involuit, quodcunque obviam, atque opportunum est. Huic amni non longe ab Urbe, Aquapendente dicta, in finibus Mediceę, & Ecclesiasticę ditionis saxeus pons seno fornice impositus est jussu Gregorii XIII. quemadmodum inscriptum Ponti distichon, & incisa lapidi Pontificalia insignia commemorant.

Omnia, dic, læta eveniant, & fausta Viator
Gregorio, tutum qui tibi fecit iter.

Excul-









1 . 2 . 3 . Arcus qui Supersunt

Alexander Specchi incidit







. Arcus qui possent construi


XXXXI




XXXXII



XXXXIII



XXXXIV



XXXXV




XXXXVI



XXXXVII



XXXXVIII




XXXXIX



L




LI·



LII



LIII



LIV



LV



LVI



LVII




LVIII



LIX



LX



Exculptus etiam est, ut in præterito numismate Vir senex, qui Flumen repręsentat, & quidem humo jacens, ut Fluminum aquę. Urnę aquam emanantis innititur, quasi amnem Urna effundat, ut cecinit Virgilius de Inaco in Græcia fluvio.

Cælataque amnem fundens Pater Inachus urna. *Thebaides lib.2.*

Et Statius de eodem

- - - - Pater ipse bicornis
In lævum prona nixus sedet Inachus urna.

Fluviorum simulachra solebant Antiqui cum cornibus exprimere, ut indicarent quemdam veluti mugitum Bovis, qui Fluminum cursu editur aliquando, ut docet Servius, seu ut cornibus inflexis tortuosos riparum anfractus significarent. Tale numisma percusum fuisse anno 1580. numeri additi docent. *Apud Cartarum pag. 33.*

XXXXI

VIATORVM SALVTI.

ANNO DOMINI MDLXXIX.

SUb eadem epigraphe alium Pontem cernimus, quem P. Molinetus existimavit illum eundem esse duplici numismate significatum, quem Peliæ impositum affirmavimus, sed quàm à veritate aberraverit, appicti numeri indicant, simulque Caput cum cornibus additum. Pons enim supra Peliam extructus fuit anno 1580, hic verò 1579. *Pag. 101.*

Referunt annales Gregorii XIII. in via Flaminia apud Forum Livium flumen decurrere, cui vulgo nomen est *il Montone*. In hoc cum Viatores plerique, aquis sæpe intumescentibus, caderent, eorum consulvit calamitati Gregorius extructo nobili ponte, quo nullum ab aqua periculum deinde fuit. Pontem istum exhibet numisma in quo Tauri Caput eruditus Sculptor addidit. Fuit enim Poetarum consuetudo, ut Fluvios Tauris similes effingerent, quoniam ut supra indicavi, cum impetu irrumpentes Tauris similem edant mugitum, vel ut Hollanicus sensit, quia terram sulcare tanquam Boves apparent, vel ut aliis placuit, quia circa ripas fluminum Tauri mugire ob uberiora pascua audiantur. Flumina etiam inter numina ab Æthnicis numerata cornuta pingebantur. Lycophroni Ocinarus fluvius est corniger, propter violentiam, atque adeo ajunt, omnes Fluvios ab Oceano defluos, & in Oceanum refluos vocari Cornua. Inachum Statius lib.2. Theb. cornutum facit. *Tom.1. lib. 2.* *Apud Paschal de Caronis pag. 676.*

- - - - - Pater ipse bicornis
In lævum prona nixus sedet Inachus urna.

Gręcis fluvii non solum erant cornuti, sed taurino aspectu, ideoque dicebantur efferre Cornua quasi Tauri. *Valer.Flac. lib.1. ag.6.*

Sylvarumque Deæ, atque elatis cornibus amnes.

Et Virg. 8. Æneid.

Corniger hesperidum fluvius regnator aquarum
Adsis ò tandem &c.

XXXXII

PORTVS CENTVMCELLARVM INSTAVRAVIT VRBEMQVE VALLO AVXIT.

INscriptio hujus numismatis illa eadem est, quam legimus in numismate sub Pio IV. cuso, & à nobis explicato, convenit etiam in omnibus, ut diligenter observavi, utrumque numisma, ac inter Historicos, qui gesta Gregorii XIII. celebrarunt, nullus est, qui referat ab eo *Centumcellarum portum fuisse in-*

ſtauratum, Urbemque vallo auctam. Quibus rationibus inducor ut credam, donec veritas illuceſcat, adulterinum eſſe hujuſmodi numiſma, & ex inſcitia artificum Gregorii XIII. effigiem unitam fuiſſe averſæ parti, quę Centumcellarum ichnographiam ſub Pio IV. exculptam exhibuit.

XXXXIII

SENATVS POPVLVSQVE ROMANVS.

ÆDes Senatoris Romani, quæ in Capitolio eminent, oſtentat numiſma, illę diverſis temporibus auctę, & ornatæ ſunt à multis Pontificibus.

Bonifacius IX. de clariſſima Tomacella gente, quem Roma ſummum Patrem, & Paſtorem venerata eſt anno ſalutis 13 89. moderata authoritate, quam ſibi Populus Romanus adſumpſerat in eligendis Magiſtratibus, ac muneribus, ac officiis impertiendis, & conſtituto, ut ad Senatoris munus Exteri tantum proveherentur, qui neque Ditionem Dominio prævalentes degenare poſſent in tyrannos, ad Capitolium inſtaurandum animum convertit, oſtendens ſe, nihil in odium Civitatis moliri, ſed malis tantùm obviam ire, quæ nimium anteactis temporibus Urbem afflixerant, & Populo Romano incolumitatem, quietem, & pacem reddere peroptare. Ædificavit itaque ſupra ruinas antiquas eas ædes pro Senatore ſicut diverſis in locis ejus ſtemmata oſtendunt; deinde Paulo III. è clariſſima Farneſiorum ſtirpe jubente, Michael Angelus inclytas ſchalas utrinque aſcendentes, ſeptaſque lapideis cancellis extruxit. Iis ad ornatum extrinſecus medio parieti anguloſo præſtanti Fons poſtea eſt appoſitus uberibus aquis perenniter in labrum defluentibus, quas Sixtus V. Romam adduxit; inter captivos ſedente Roma porphyretica, ad quam alluſit Marianus:

Donatus lib.4. c.11.

Epigr.5. lib.3.


Hoſpes ne credas Romam cecidiſſe vetuſtam
Nec ſtat, nec cecidit Roma. Quid ergo ſedet?
Scilicet emeritæ fruitur bona parta ſenectæ
Publica conſiliis arbitra facta ſuis.
Regnat adhuc Roma, & poſſunt plus verba ſedentis,
Quam juveni quondam concita pila manu.

A lateribus ejuſdem locatæ ſunt coloſſeæ duæ ſtatuæ, quæ ſemiacent, quælibet cum cornucopię, referuntque duo Flumina Nilum, & Tyberim. In fronte autem collocatum eſt caput coloſſeum; Nilus habet ſubtus Sphingem, & Tyberis Tigridem; propterea plures ſibi perſuaſere non Tyberim denotari, ſed Tigridem flumen, id tamen erroris eliditur, ſi ad pedes ejuſdem ſigni animal advertatur Lupa, à cujus uberibus gemelli Romulus, & Remulus lac ſugunt. Hæc duo ſimulachra effoſſa ſunt inter Sanctorum Apoſtolorum Baſilicam, & viridarium Excell. Principum Columnenſium propè vicum veterem Corneliorum.

Nard. lib. 4. cap.6.

E'medio ejus Palatii Gregorius XIII. Turrim eminentem ædificavit Architecto Martino Longo ſeniore, locatis ex altera parte Capitolii ſuper excelſas baſes coloſſeis Caſtoris, & Pollucis equos fręnantium ſimulachris, tum dextra, levaque marmoreis tropheis è Caſtello aquæ Martię translatis. Mediis ædibus turris illa eminet, præfertque inſignia ejus Familię, ſed de illa plura notanda erunt in ſequentibus numiſmatis.

Donat. ibid.



SENA-


❦ XXXXIV ❦

SENATVS POPVLVSQVE ROMANVS OPTIMO PRINCIPI.

NUmiſma cum laurea memoriæ Gregorii XIII. dicatum à Senatu Romano, tanquam optimo Principi, qui præclara eidem contulit beneficia. Res ferè innumeræ ab eo Pontifice geſta in bonum Urbis Romæ recenſeri poſſent, ſed brevitatis amore ſatis ſit ex ejus annalibus indicare Gregorium ſuos ſubditos deſideraſſe feliciſſimos omnium; ſic enim eos amabat ut Parens filios, & Beati Petri clientes, atque hoc illi ſtudio fuit, ut à nullo Chriſtianorum metueretur, nec immeritò: etenim amari Parentem, & Epiſcopum debere, non timeri antiqua ſententia eſt; eamque à Hieronymo ſcriptam fuiſſe in Apologia meminerat. Quòd ſi qui eum in tam exacta ætate nimis facilem, atque humanum putant fuiſſe, ii neſciunt, quid ſit Romani Pontificis. Erat Gregorius in audiendis negotiis patiens, reſponſis oportunus, natura benignus, & miſericors, in pauperes verò, & doctos beneficus, & mirum in modum liberalis. Nunquam potuit flecti, ut oblatum à Populo Romano aurum acciperet, reſponditque Principis eſſe dare. Inter alia, quæ Populo Romano beneficia contulerat, Capitolium ornavit, & Farinæ vectigal remiſit, quare PONTIFICI OPTIMO grata Civitas, marmoream Statuam in Capitolio erigi decrevit, ubi hæc leguntur in Aula. *Ciacconius col. 6.*

GREGORIO XIII. PONT. MAX.
OB FARINÆ VECTIGAL SVBLATVM
VRBEM TEMPLIS, ET OPERIBVS MAGNIFICENTIVS
EXORNATVM
H. S. OCTINGENTIES
SINGVLARI BENEFICENTIA
IN EGENOS DISTRIBVTVM
OB SEMINARIA EXTERARVM NATIONVM
IN VRBE, AC TOTO PENE TERRARVM ORBE
RELIGIONIS PROPAGANDÆ CAVSA INSTITVTA,
OB PATERNAM IN OMNES GENTES CHARITATEM,
QVA EX VLTIMIS NOVI ORBIS INSVLIS
IAPONIVM REGVM LEGATOS
TRIENNII NAVIGATIONE
AD OBEDIENTIAM SEDI APOSTOL. EXHIBENDAM
PRIMVM VENIENTES ROMAM
PRO PONTIFICIA DIGNITATE ACCEPIT.
S. P. Q. R.

Tunc ergo optimum Pontificem vocarunt Gregorium, & quidem veriùs, quàm olim Trajanum, atque Antoninum Pium, ut eorum numiſmata oſtendunt. Cum Reges à rectè agendo vocentur, juxta explicationem Iſidori. *Si optimè agit, optimus erit dicendus Rex.* Princeps dicitur quaſi primum Caput, & primum locum tenens. Extravag. de elect. Et ejus officium eſt cogitare de utilitate communi, deinde ſingulorum. *De ſummo bono lib. 3.*



OPTI-

XXXXV. XXXXVI

OPTIMO PRINCIPI SENATVS POPVLVSQVE ROM. ANNO DOMINI MDLXXIX.

IN duplici numiſmate Turris eſt Campanaria, quam in Capitolio Gregorius XIII. excitavit anno 1579. Hæc nobili ſimetria eminet mediis ædibus Senatoris, præfertque inſignia Pontificis; Ornavit inſuper idem Pontifex, & Turrim, & ædes pluribus Veterum imaginibus, ac ſtatuis: Campanæ in eadem Turri ſunt diſpoſitæ ſatis ingentes, quæ quidem duplicem uſum hoc eſt prophanum, & ſacrum tùm apud veteres, tum apud recentiores obtinuerunt. Sicuti in prima ætate (referente Joſepho hebręo his verbis) *Moſes adinvenit, & modum tubæ ex argento factæ, quæ eſt hujuſmodi congitudinem quidem habent &c. factæ ſunt tubæ duæ, & una quidem utebantur ad juſſionem, & collectionem populi in Eccleſiis celebrandam, altera verò, cum oporteret, ad cogitandum de rebus neceſſariis Principes convenire. Ambabus autem multitudo colligebatur.*

Antiq. Iudaic. lib. 3. cap 11.

Quando verò uſus tùm ſacer, tùm prophanus Campanarũ incœperit non adeò facilè dictu eſt. De Sacro aliquid innuimus in noſtra de Vaticani Templi fabrica hiſt. cap. 29., in quo Turres Campanarias ejuſdem Baſilicæ expoſuimus. De prophano Julius Barberanus in ſuo Promptuario rerũm tit. 24. Annotat. ante annos quingentos, ultra bis mille Tintinnabula apud Romanos uſitata computat ex aperto illo Plinii textu 36. lib. 13. ubi de Laberinthis. *In ſummo* (inquit) *orbis æneus eſt Pegaſus, ex quo pendent excepta catenis tintinnabula, quæ verò agitata longè ſonitum referunt, ut Dodonæ olim factum.* Certum eſt Turcas, capta per Saladinum Regem Hieroſolyma, è Turribus Campanas ejeciſſe, adhibito ære ad bellica tormenta fundenda, quas deindè omnino abrogarunt, ne earum ſonitu aliquod rebellionis daretur ſignum, qua de Cauſa, & Horologia cum rotis reſpuunt. Loco enim ænei pulſus medio Preconum in Turribus ſuper Meſquitas voce ſonora bina repetione ſingulis diebus quinquies repetunt. Allach Hech ber, ideſt *Deus verus unus*, quo audito quiſque ad eas properat, horis quoque ſępè in die mediaque nocte indicatis; excipiuntur tamen Regii Legati in Aula Conſtantinopolitana, quibus Romano more ad uſus privatos permittitur Campanula.

Genebrar. in chronic. circa ann. 1187.

Cuſpinian. de Turc. reliq.

Nec unica de cauſa prophanus uſus invaluit. Hinc inter jura recenſentur ea Tintinnabulá, quę in Turribus urbicis dicuntur *Bannalia* ad vocandos ſuis pulſibus ad publicos conventus intra bannum diſtrictos commorantes. Sic Philippus Francorum Rex in Arvernis anno 1345. *Concedimus quod poſſit habere ibidem quamdam Campanam pro congregatione dicti conſulatus.* Franciſcus Accurſius de Ju. nat. gent. & civil. §. *Conſtat autem ex inſtit.*, conſuetum affirmat Populum Romanum lege ſancienda ad tintinnabuli pulſum convocari. Celeberrimum fuit apud Romanos tintinnabulum vetuſtatem convincens, quod lavandi hora præſcripta publico ſigno pro thermis adeundis monebat, de quo extat Martialis diſtich. 163.

Redde Picam, ſonat Æs Thermarum, ludere pergis? &c.

Andreas Baccius de Thermis antiq. 7. 12.

Nunc verò paſſim adhibetur Campana in Turri collocata, quemadmodum ad Comitia convocanda ſilentiumque indicendum Preconis vice, olim Romanis adhibiti, ſic in actibus univerſitatis vocando Conſiliarios: ſecundò ad arma deponenda; tertiò convocando Magiſtratui; quartò ad Cives hortandos ad arma contra hoſtes, cum ingruunt; quintò ad curandum ne ſcintilla in incendium vertatur; ſextò ad ſignificandam horam ſtatutis diebus, qua poſſunt negotia definiri. Ad hæc omnia, atque alia in Turri capitolina Campanas collocavit Gregorius, quarum una mœſtum ſonum edit horę integrę ſpatio poſt Summi Pontificis mortem, omnes autem feſtivum eo die, qua magna veluti triumphali pompa novus Pontifex coronatus è Vaticano ad Lateranenſem Baſilicam progreditur.

Extabat olim in Turribus campanariis pręſertim ſacris Gallus ęneus, & aliquando auratus, qui in Germania nunc, & in Belgio frequens, eumdemque alicubi apud Gallos, Angloſque ſe obſervaſſe ait Jo: Baptiſta Pacichellius, ejuſque moris

De Tintinnabulo.

moris causam fuisse Prælatorum, Curionumque alliciendam, atque excitandam vigilantiam. Sic Honor. Austodunensis. *Non sine causa Gallus super Campanarium ponitur, Gallus enim dormientes excitat.* In Gemma Animæ I. 144.

Nunc verò collocata cernitur in Turri, de qua sermo est, marmorea Statua, seu Romæ armatæ simulachrum, quod Sanctam Crucem loco hastæ prefert, ut eo signo declaret, se ex ethnica sacram evasisse eaque veram Fidem significari, cujus vera doctrina ab Ecclesia Romana, seu Romano Summo Pontifice per universum Terrarum Orbem diffunditur.

Ut eandem publicè profiteretur Convallus Scotorum Rex, proditum est publico edicto mandasse summis arcibus, oppidisque salutiferæ Crucis signum apponi, & spheras, Crucesque earumdem Turrium deaurasse S. Othonem Episcopum Bambergensem referunt ejus acta lib. 1. cap. 15.

Quandoquidem initio hujus elucubrationis Capitolium nominavimus, non injucundum erit Capitolii nomen disquirere. Collis qui Capitolium dicitur, Tarpejus olim à Tarpeja illic sepulta vocatus fuit, inquit Plutarchus; *Donec locum eum Tarquinius Rex Jovi consecravit.* Posterior deinde ætas Turribus, pinnatisq; meniis illam munitissimam firmavit ita ut Tacitus. *Munitissimam Capitolii arcem, & ne magnis quidem exercitibus expugnabilem existimaret.* Capitolium autem proinde dictum est ab Omine Toli capitis, de quo prodigium refert Livius; *Secutum aliud magnitudinem Imperii protendens prodigium est, caput humanum integra facie aperientibus fundamenta Templi dicitur apparuisse, quæ visa specie haud per ambages arcem eam Imperii, caputque rerum fore protendebat.* Hinc Arnobius: *Non erubuit Civitas maxima, & hominum cultorum cultrix, cum vocabulum Templo daret, ex Toli capite Capitolium, quam ex nomine Jovio nuncupare.*

Capitolium deinde ut primum surrexit Deorum omnium (dices potius Dæmonum) Templum, caput Orbis se extulit, post conflagrationes, & incendia restitutum novissimis Cæsarum Temporibus ingenti pompa usque ad portentum, ut à Claudiano in sexto Honorii Consulatu dicit; ita ut Tertullianus Capitolia Cælo certantia scripserit.

Sed ut Capitolii antiquitatem dignoscamus, ac loci fatale omen à capite, ac Vate vulgatum, historiam, etsi longam, omninò opportunam affero juxta fidem Dyonisii Halicarnassei in secundo antiquitatum Romanarum ,, Post hæc ,, Tarquinius à bellis una cum populo quiescens vertit se ad Templorum fabricam, ,, ut Avi sui vota persolveret. Quo tempore fertur mirum quoddam extitisse prodi- ,, gium, fundamentis opera fossorum ad magnā profunditatem perductis, inventum ,, caput modo occisi hominis facie integra vivo persimile, & calido etiam tum ,, recentique manans sanguine. Hoc viso Tarquinius operas jussit fossionem inter- ,, mittere, accitisque Regionis ejus Vatibus sciscitabatur, quid sibi vellet hoc pro- ,, digium, quibus nihil explicantibus, & ad etruscos ejus scientiæ professores ,, Regem ablegantibus percontatus ex eis, qui nam apud Etruscos Vates esset ,, conspicui nominis; ubi id didicit, Legatos ad eum mittit civium lectissimos. ,, His ad ejus domum venientibus forte fortuna pro foribus adolescens quidam ,, fit obviam, qui rogantibus, ut se Romanos, Legatos Vatem convenire cupien- ,, tes, ad ipsum deduceret, Pater iniquit meus est, quem quæritis, nunc occu- ,, patus; non nihil licebit vobis post modicam dilationem eum accedere, interim ,, qua de causa veneritis dicite; ita fiat ut à me permoniti caveatis, ne quid in ro- ,, gando peccetis per imperitiam; est enim minima pars nostræ artis recta interro- ,, gatio. Placuit id Legatis, & indicaverunt prodigium. Ille interposito brevi ,, silentio. Audite, inquit, Romani. Prodigium hoc Pater vobis interpetrabitur, ,, nihil mentiens, id enim Vati nefas est. Cæterum quomodo ad interrogata re- ,, cte absque mendacio respondendum sit ex me discite. Post denarratum prodi- ,, gium, dicens se non satis percipere quid dicatis, circumscribet certum terræ spa- ,, tium baculo, deinde dicet. Hic est Tarpejus tumulus, hęc Orientalis ejus pars, ,, hæc Occidentalis, hęe Septentrionalis, hęc oppofita, siugula ostendens baculo ,, sciscitabitur, deinde ex vobis in qua nam harum partium caput inventum sit. ,, Quid igitur vos respondere moneo; in nullo eorum locorum quos ille interro- ,, gans indicabit baculo inventum caput, sed Romę, visum apud vos in Tarpejo tu-

mulo,

,, mulo, hanc responsionem si servaveritis, nec ab illo seducti fueritis, intelli-
,, gens quòd fata transferre non licet, quid sibi velit prodigium interpetrabitur,
,, vobis nihil dissimulans. Hæc docti Legati, postquam ad jam otiosum accersiti
,, sunt, introgressi, exposuerunt Vati quale visum sit prodigium. Illo vero descri-
,, bente in terra circulares lineas, ac rursus rectas, alias per singulas Regiones,
,, astutè de inventione rogante nihil perturbati Legati, eodem modo responde-
,, bant, ut erant à Vatis Filio permoniti, semper nominantes Romam & Tarpejum
,, tumulum, & postulantes, ne interpres sibi usurpet id signum, sed benè, ac justè
,, dicat omnia. Tunc Vates non valens signum invertere, & sibi usurpare augu-
,, rium, sic eis locutus est. Referte Romanis vestris Civibus esse in Fatis, ut locus,
,, in quo id caput inventum est, fiat caput totius Italię. Ex illo tempore vocabitur
,, Capitolium ab invento ibi capite. His ex Legatis cognitis Tarquinius structuræ
,, adhibuit opifices, magnaque Templi partem perfecit, sed totum opus absolve-
,, re non potuit pręventus exilio. Tertio demum Consulatu libera jam Civitas
,, operi supremam manum imposuit. Situm est, & fundatum in alta crepidine
,, octo jugerum ambitu, ducentis fermè pedibus patens per latera singula, pari
,, propemodum longitudine, atque latitudine, vix quindecim pedum differentia,
,, nunc in eisdem fundamentis ætate patrum instauratum est post incendium, nisi
,, quid majore luxu, quam fuerat conditum. Frons ejus meridiem spectans
,, porticum habet cum triplici columnarum ordine, in lateribus ordo duplex est,
,, tres ædes pares communibus Diis continetur lateribus, media Jovis, hinc inde
,, Junonis, & Minervæ sub eodem tecto, & pinnaculo. Huc usque Dionysius
Capitolii molem, & nomen enarravit, at nunc, cum Roma, in ipsa Roma quæratur, suismet ruinis oppressa, loco antiquarum ædium eminet palatium, de quo locuti sumus à Gregorio XIII. exornatum, ad cujus latera alia duo sita sunt, de quibus loquendum erit in numismatibus Clementis VIII. ac Innocentii X.

❦ XXXXVII ❦

COLLEGIVM.OMNIVM.NATIONVM.
SOCIETATI.IESV.EXTRVXIT.
GREGORIVS XIII. PONT. ANN. X.

Antequam sequentia sex numismata explicemus, quibus ad Collegium Romanum alluditur, quod Societati Jesu Gregorius extruxit, placet ejus Fundationis brevem Historiam præmittere, ex qua clarior effluet numismatum omnium elucubratio.

Existimaverat S. Ignatius Lojola Soc. Jesu Fundator, mente illa magna divinitus collustrata, plurimum fore è re Societatis totius, ac Christiani Orbis utilitati, si Collegium Romæ condidisset, quod omnibus commune Nationibus, ac propè cunctę familiæ Seminarium esset; quo enim libentius diversæ Nationes commearent, quam Romam, communem quodammodo patriam? Hanc piam Ignatii mentem implevit Gregorius Pontifex, fuitque optimè meritus de tali Collegio (quam sanctam, grandemque Sapientiæ, & virtutis officinam vocavit Sacchinus) magnificè à fundamentis extructo, ac dotato. Posuerat ejus jussu fundamenta Bartholomæus Ammannatus Architectus Florentinus, postquam primum lapidem jecerat mense Januario anni 1582. Philippus Boncompagnus S. Sixti Cardinalis fratris filius sic inscriptum.

Sacchinus hist. part. 3. lib. 1.

Ibidem num. 39.

RELI-



DELINEATIO COLLEGII QVOD GREGORIVS XIII SC

Alexander Specchi incidit




ATI IESV ET BONIS ARTIBVS ROMÆ EXCITAVIT

Ichnographia Collegij a Gregorio XIII.



Alexander Specchi delin. et incidit

ietati Iesu Romæ ædificati





RELIGIONIS CAVSA
GREGORIVS XIII. PONT. MAX. BON.
COLLEGII ROMANI SOCIETATIS IESV
AMPLISSIMO REDDITV AVCTI
ÆDES AD OMNES NATIONES
OPTIMIS DISCIPLINIS ERVDIENDAS
ÆRE DATO EXTRVENS
PRIMVM IN FVNDAMENTA LAPIDEM CONIECIT
MDLXXXII.

Jamque surgebat opus, quale putabatur Religiosam decere modestiam rude, ac simplex; cum Pontifex fabricę ipsius structuram inspicere voluit, cumque muri partem vidisset simplici opere constructam everti continuò jussit, atque opus Lateritium Tiburtino substructum lapide repositum est. Tum ædificationem strenue promovit, auxitque ad opus urgendum in annos viginti vectigal annuum. Biennio post in eam, qua spectatur formam, est perductum, nec placuit Pontifici Gregorianum appellari; Collegium illud describit Donatus noster his verbis. *Idem par. 5 lib. 2.*

„ Externa Collegii facies latissima è grandi lapideaque Corona in medio „ eminet, tum celsam extat in Turrim duobus hinc, atque hinc supremos cancel- „ los claudentibus acroteriis. Eadem latere cingitur, levigato modò in fascias „ procurrente, modò retracto & exequato: angulatis eadem lapidibus tiburtinis „ antarum instar projectis, munita non sine mutiplici, directoque ordine paten- „ tium fenestrarum. Media pars Gregorii simulachrum in loculo ponendum expe- „ ctat: altiusque imposita ejusdem insignia egregie sculpta ostendit. Sub quibus „ titulus operis in marmore inscriptus.

GREGORIVS XIII. RELIGIONI, ET BONIS ARTIBVS.

„ Deorsum ad justam ędificii formam duplex ostium habet pulcherrimis in- „ structum ante pagmentis, & arucato supercilio, quod prothyrides sustinent. „ Horum unum auditorum quamlibet multitudinem excipit, vestibuloque mittit „ in Atrium Gymnasii, & illo exeuntem reddit. Porro impluvium coctili latere „ stratum radiorum instar intercurrentes candidi lapidis patulæ, ac perpolitæ glebę „ in syderis speciem figurant: tum quaternę ambiunt quadratę, quæ porticus nixæ „ pilis Tiburtini lapidis. E pilis ante prostant inferiores Jonici generis, his verò „ superstantes Corinthii, quibus epistilia, & coronæ incumbunt. Binis scalis se „ mutuò è Regione spectantibus ascensus est ad superiores porticus, quæ lapideis „ mæinianis cancellatim marginantur ad pulchritudinem, simul & securitatem „ deambulantium. Coherent quadrilateris porticibus scholæ, superioribus ve- „ rò aula ingens ad publica munia doctrinarum, in qua summa Gregorii effigies „ in solio sedens visitur, purpuratis Patribus ad latera considentibus. Ad ejus pe- „ des alumni accedunt è Romano, aliisque Collegiis, quæ reliquos circum Aulæ „ parietes picta sunt, & ubique terrarum à Pio Pontifice religionis propugnandæ „ studio constituta. In summo titulus totius nomine Societatis Gregorio inscri- „ ptus est.

GREGORIVS XIII. PONT. MAX.
HVIVS COLLEGII FVNDATORI SOCIETAS IESV
AMPLISSIMIS AB EO PRIVILEGIIS MVNITA
ET INGENTIBVS AVCTA BENEFICIIS
IN HOC TOTIVS ORDINIS SEMINARIO PARENTIS OPT. MAX.
MEMORIAM SVIQVE GRATI ANIMI MONIMENTVM.

Absoluto Gymnasio domus deerat ad habitandum, cui sane extruendæ non modicam in certum tempus pensionem attribuerat Pontifex. Hæc quoque ædificata est. Aluntur in ea ejusdem Societatis Religiosi tum Lectores, tum Auditores fere ducenti additus loco congruus ab eodem Sanctissimo Pontifice annuus census.

Legitur mane, & veſpere miro auditorum, tum ex ſæcularibus, tum ex aliis Religioſorum Cęnobiis ex diverſis Italię Urbibus concurſu. Theologicas facultates, tum Speculativas, tum Morales inſuper, & Jus Canonicum ſex Lectores explicant, his accedit hebraicæ linguæ Præceptor, aliuſque, qui Sacræ Scripturæ paginas aperit. Philoſophiam utramque Magiſtri quatuor docent, aliuſque Mathematicam, duo Rhetores, totidemque humaniores litteras Auditoribus proponunt; Grammatices verò erudimenta octo alii quinque horarum ſpatio ſingulis diebus labore non modico ingentem Puerorum catervam erudiunt. Ob auditorum frequentiam diſtincta fuit in plures claſſes latinę linguæ doctrina. Magiſtris duobus inter humanitatem, & ſummam Grammaticæ ſcholam interjectis, quibus primæ claſſis Grammaticæ nomen manet. Grammatica in tres diſtributa claſſes, auditoria octo, magna diſcipulis complent, quorum terna infimi, ac medii, bina ſummi habent.

Sacchinus par.3.lib.6.

Ob hoc Collegium fundatum in averſa parte numiſmatis à nobis propoſita ſub numero

✠ XXXVIII ✠

VErba inſculpta ſunt ex capite 50. Eccleſiaſtici accepta: SACERDOS MAGNVS IN VITA SVA SVFFVLSIT DOMVM, ET CORROBORAVIT TEMPLVM IN DIEBVS IPSIVS EMANAVERVNT PVTEI AQVARVM. Quam aptè Gregorio illa conveniant conſideranti patebit, ſuffulſit enim ille domum à ſe fundatam, ut indicavimus; nam Cardinali Contareno petente, ſacra vectigalia aſſignavit Collegio, quòd inquit, animadverteret Religionem hanc ad majeſtati Divinæ magnam gloriam iis temporibus à Deo miſſam firmarique, ac provehi oportere, cohortans illum, ut primo quoq; tempore cogitatam Academiam perficeret: futuram ſibi inſtar filiæ, quam primùm genuiſſet. Jàm putei aquarum è domo emanati, haud ad eos referendi ſunt, quibus olim cruor victimarum expurgabatur in Templo Salomonis, de quibus ſermo eſt, & plura meminerunt Torniellus, Euſebius D. Hieronymus aliique à noſtro Cornelio citati; ſed ad eos, in quibus myſticè Rabanus accipit profunditatem Sacræ Scripturę, quæ in Divinis libris quaſi concluſa figuris latet, ſed Sanctorum Prędicatorum, cęterorumque Præceptorum ore, quaſi Mare redundat. Eos è Collegio, à Gregorio fundato, uberrimè emanaſſe non niſi invidus negare audebit. Roma enim, & Orbis terrarum teſtantur quanta religionis, & ſapientiæ incrementa è Romano Collegio profecta fuerint, ac in dies proficiſcantur Mitto ſapientiſſimos, omnique ſcientia præditos Societatis Scriptores, quorum volumina quamque liberalium artium facultatem illuſtrarunt, ne pluris, quam par eſt Societati noſtrę videar tribuere. Non tamen ſilendi ſunt quinque Summi Pontifices, plurimi Purpurati Antiſtites, ſapienteſque Viri innumeri, qui ex ejus diſciplina egreſſi Catholicam Eccleſiam, & ſuſtinuere laborantem, & ornavere regnantem, atque adeo auſim dicere, hac potiſſimum machina fuiſſe à Gregorio debilitatas portas Inferorum, per hæreſes, & ſcelera in Eccleſiam eo tempore invaleſcentium.

Ibid. par.3. lib.8.

In cap. 50. Eccleſ.

Hęc pauca ſunt, quæ ad hiſtoriam Collegii Romani à Gregorio XIII. extructi viſa ſunt ad brevem numiſmatis elucubrationem. Sed antequam aliud ejuſdem generis proponamus peculiari obſervatione digna eſt Gregorii effigies expreſſa cum manu inſtar benedicentis elevata. Habet illa tres tantum digitos extenſos, ſcilicet pollicem, indicem, & medium, alii duo compreſſi videntur. Cur autem hoc ritu manum pręferant in actu benedictionis Summi Pontifices haud otioſa inquiſitio eſt, quandoquidem Latinorum Sacerdotum conſuetudo eſt manu expanſa benedictionem elargiendi.

Primo igitur advertendum eſt cum Eminentiſſ. Cardinali Brancato diſſertatione de benedictione Diaconali, ſicuti ex antiquæ Synagogæ Hierarchia à Deo inſtituta, prodiiſſe Eccleſiaſticos miniſtros, ita pariter, & ritus: quare ſolemnis etiam benedictionis translatio emanavit. Legitur de Araone. *Et oſtendens manum ad populum benedixit ei*; videlicet benedictio elatis manibus fuit impertita.

Lev. 9.24.

Ab

Ab Apostolis deinde usurpatam fuisse probat Gretserus, deinde ad cęteros Episcopos ab eis emanasse deducit eruditissimus Præsul Sausaius; tract. de mysticis Galliç Scriptoribus, ubi agit de S. Martiale Apostolo Aquitaniæ, qui vixit anno Christi 44. ex verbis Rodulphi Decani Tungrensis in lib. de Canonum observantia articulo ultimo sic. *Martialis Episcopus Apostolorum discipulus ex magisterio Apostolorum benedictionem Episcopalem tradidit* (intellige in sacris mysteriis, nam benedictiones ut vidimus, sunt antiquissimæ in veteri testamento) *isque mos usquequaque convaluit*. In quæ verba Jacobus Pamelius Brugensis in prologomenis in 2. Rom. Liturgicon apposite scribit. *Paucis profectò his verbis integram rei seriem complexus est divinorum officiorum indagator si quis alius diligentissimus*. *De Cruce lib. 4. cap. 6. & 7.*

Cum igitur constet apud Apostolos ritum benedicendi viguisse, multò magis illum ab Apostolorum Principe summoque Ecclesiæ Christianç Pontifice usurpatum fuisse credendum est: ut Pręceptorem divinum imitaretur, de quo apud Sanctum Marcum legimus. *Imponens manus super illos* (idest parvulos) *benedicebat eos*. De Pontificibus postea Romanis certum est, quod narrat Anastasius in vita Sergii II., qui vixit anno post Christum 844. his verbis. *Ipse verò Siginulphus* (erat ille Beneventi Princeps) *ardenti pectore præcipuum desiderabat videre Pontificem, & ab eo benedictionem recipere. Quem Præsul cum suscepisset solo prostratus pretiosos ipsius pedes humiliter osculatus, & ab eo benedictione suscepta, ab ejus conspectu alacriter Deo gratias referens regressus est*. Idem affirmat de Nicolao primo, qui sedit anno 858. *Docebat, & ad propria benedictos, ac eruditos remittebat &c.* Sed quinto Seculo, vivente S. Leone à Pontificibus usurpatam jam antea fuisse non levi è conjectura inferre possumus. Servatur adhuc in Vaticana Basilica æneum D. Petri simulachrum manu habens extensam instar benedicentis, quod S. Leo circa annum 450. jussit conflari propter Romam, ab Attilæ furiis Sancti Petri auxilio liberatam, similem cernimus statuam ejusdem Divi Petri marmoream in cryptis ejusdem Vaticanæ Basilicæ jussu Pauli V. translatam, & quidem antiquissimam, quæ inter columnas porticus veteris ad valvas Basilicæ æreas servabatur. *Cap. 10. 1[illegible]. Turrigius de S. Cryptis p. 75.*

Quo autem modo illam Pontifices impertirentur, non adeo certum est, ut dubitationi locus non sit. Notat P. Theophilus Raynaudus, agens de fluxa Crucis pictura per circumactam manum, modum efformandi signum Crucis varietate non caruisse. Certum tamen est moris fuisse dextra manu, & non sinistra signum Crucis efformare. Patet ex Theodoreto in hist. relig. Gregorio Turonensi lib. 1. mira. cap. 106., & aliis passim, nec sine ratione hoc factum à majoribus nostris advertit Gretserus, quàm rationem ait fuisse; cum dextera manus opinione, & sententia hominum honoratior, atque præstantior esset, ideo sese aliaque obsignaturi dextram potiùs manum, quam sinistram adhibuerunt. Esse autem dextram manum pręstantiorem, & honoratiorem sinistra, nescio quo consensu omnes propemodum gentes opinantur. *Nonne corripis eum qui de sinistra voluerit manducare* (inquit S. Augustinus) *si mensæ tuæ injuriam putes fieri manducante conviva de sinistra, quomodo non sit injuria mensæ Dei, si quod dextrum est, sinistrum feceris, & quod sinistrum est, dextrum feceris?* Apud antiquos Hebræos vigebat quidem mos utraque manu benedictionem impertiendi, ita tamen ut dextra aliquanto sublimior sinistra fuerit, ut deducitur ex hebraica Glossa apud Moysen Ægyptium in Birchath, & Bachic pag. 130. citatos à Raynaudo, qui rationem reddens, cur de Aaron dicatur, *& extendens manum*, cum data fuerit benedictio utraque manu, ait, *quia dextra nobilior est sinistra*. *Heterocl. spir. p. 205. Lib. 4. c. 6. In Ps. 136. Cap. 14. to. 2. heterocl. spirit. pag. 204. col. 2.*

Jam ipsam dexteram manum multiplici inflexu, & ductu variarunt. Signi Crucis efformatio in modum circuli magica est, quare S. Leo IV. hom. ad Episcop. transmissa *sic Calicem, & oblata recta Cruce signare, idest non in circulo, & varicatione digitorum, ut plurimi faciunt, sed distinctis duobus digitis, & pollice intus recluso per quos Trinitas innuitur. Istud signum Crucis rectè facere studete*. Pauci quidam in formam trianguli pinxere Crucem à fronte ad dexteram, tum ad lęvam se signantes, sed hic modus se, & alios consignandi perrarus fuit, & nunc obsolevit. Plures à fronte orsi ad pectus verò, ac ventrem progressi à bracchio dextro, ad sinistrum transiere, quia Christus è Cęlo descendit in uterum Virginis, à Judæis

autem, velut in dextra collocatis transgressus est ad gentes. Probant hunc consignationis modum Rutheni. Aliique, idcirco à dextro, in sinistrum latus manum reducunt, ut significent, Filium in dextro Patris latere esse, Spiritum verò Sanctum in sinistro ut refert P. Lorinus in Psal.199. Per apertam verò hæresim, Græcorum plerique se consignantes unicum humerum contingunt, ne processionem Spiritus Sanctus à Filio profiteri videantur, ut scribit Franciscus Richardus in narratione de Sac. expedit. ad Insulam S. Irenæi cap.12. Modus in Romana Ecclesia vigens aliter se habet. Nam præmisso frontis contactu à læva, ad dexteram fit manus circumactio. Ista traditur in ritu Missæ, sequiturque Glossa ad c. *Numquid.* Rationem hujus transitus à sinistra ad dexteram inde petunt Doctores quod per Crucem Christi transiverimus à miseria ad felicitatem, & ad locum electorum. Præclarè in hanc rem dixerit Lucas Tudensis relatus à supracitato Raynaudo, qui post multa addit, hoc transitu à sinistra ad dexteram insinuari posteriores Christi glorias, quæ antecedenti ejus probro sunt repositæ.

Ad Thes.1. *De Consecr. D.5.* *Lib.2. contra Albig. cap.15.*

Benedicunt planè hoc modo populis Antistites, & Summus Pontifex verbis benedicentibus manualem Crucis efformationem adjungentes, quòd adeo displicuit Theodoro Bezæ, ut inter alia spurca epigrammata unum de hac re vomuerit hoc titulo. In Pseudo Episcopos Papisticos.

Pag.155.

Sive astant Aris stulto mirante popullo
Vna illis cura est ingeminare cruces
Sive domo egressi privata negotia curant
Mille manu signant versicolore Cruces.

Aliud distichon fœdum subjungere, ait Rainaudus, quod non rescripsit, ne suas chartas contaminaret, sed illud in furciferum alienæ cathedræ insessorem Pseudo Episcopum quadrare. Nostris verò Episcopis Crux est Fons inexhaustus benedictionum, ideoque meritò ejus signum manu pingentes benedicunt populo.

Manus autem inflexura temporum varietate, varia etiam fuit apud Antiquos. Fuisse in Ecclesia usum formandæ Crucis unico digito probat P. Gretserus ex Sozomeno, Sophronio, Gregorio Magno, aliisque; quem consuetudinem pessimè sequuti fuere Jacobitæ Monothelitarum asseclæ non ad denotandam unam in Trinitate personam, ut perperam refert Philippus à S. Trinitate in Itin. lib.5. cap.8. sed ad profitendam unam in Christo naturam, ut scripsit apud Allatium de Conf. utr. Eccl. Cyzicenus. Eundemque morem eadem de causa secuti sunt olim Armeni, teste Nicephoro. Inter Græcos Antistites viguisse usum benedicendi sublatis digitis insinuat Gregorius Nissenus de S. Meletio Episc. Antiocheno tali modo, ut Jesu Christi nomen digitis exprimerent. Hujus verò rei demonstrationem exponit Rainaudus Heterocl. spirit. tom.2. pag.213. referendo dissertationem sapientissimi Nicolai Episc. Neapoleos sic. „ Secundus digitus dextræ manus, & „ tertius secundo junctus recti protenduntur; licet tertius leviter paululum in „ medio flectatur, quæ manus dispositio efficaciter denotat, & quasi imagine ex- „ primit nomen Jesu; Etenim secundus digitus dum rectus extenditur; I litte- „ ram denotat, tertius paululum inflexus elementum Ç describit, quæ litteræ „ mutuò connexæ Jesum significant. Præterea pollex quarto junctus, & ei pau- „ lulum obliquo, atque transverso superimpositus litteram X format. Quintus „ tandem conversus C figurans. Ergo si primus residens super quartum elemen- „ tum X exprimit, & quintus paululum flexus C manifestum erit tribus digitis „ X C figurari, & in Episcopi manu nomen Jesu Christi describi, ut quemad- „ modum ille Apostolis gratiam, & benedictionem contulit, sic & Episcopus be- „ nedictionem nomine Christi munitus infundat. Hunc ritum refert etiam Macrus in suo Hierolexico ad verbum *Crux*, affert tamen Iconem, in qua digitus non auricularis, sed anularis cum pollice conjungitur, quod etiam advertit Illustrissimus Ciampinus in cap.4. pag.43. litt. B. Rectè autem exprimebatur in Apside Basilicæ antiquæ Vaticanæ, ubi musivis lapillis imago Redemptoris expressa fuerat, insuper imago D. Petri, quorum ambæ pollicem cum anulari conjunctum habebant indicem, & medium extensos, auricularem verò parum inflexum. Supradictæ Imagines à Constantino (ut creditur) factæ, à Severino postea refectæ circa annum 638. exprimuntur à supra laudato Illustrifs. Ciampino sect.2. pag.42.

De Cruce lib.4.cap.1. *Col.1352.* *Lib.18. c.53.* *De Sacr. Ædif.*

An-

Antiquissimus tamen usus tribus digitis impertiendi benedictionem arguitur non solùm ex vetustis imaginibus SS. Petri, Sylvestri, Gregorii, aliorumque Pontificum apud Baronium, Bosium [2], Kircherum [3], & Eminen. Rasponum [4], & indicat æneum simulachrum S. Petri in Basilica Vaticana, quam statuam S. Leo, qui vixit anno 450. jussit conflari ut diximus, sed alia Statua marmorea antiquior, quæ erat inter Columnas porticus veteris Basilicæ, ut legitur in inscriptione relata à Torrigio in Cryptis Vaticanis pag.75. Extat etiam expressus in antiquissima imagine Salvatoris, quæ musivo opere compacta extat in confessione B. Petri, illam proponit Illustriss. Ciampinus sect.3. pag.49. Itidem in aliis allatis à Bosio lib.3. Rom. subt. c.23. & ab Alemanno de pariet. Lateran. cap.10. Qui mos apud nostrates summos Antistites viget, estque proprius benedictioni Pontificiæ hebræorum, Christianam prædelineanti. Eum sic describunt periti rituum hebraicorum; Quod ad motum manus attinet (sic Petrus Galatinus epist. ad Jo: Revelinum) „ Cum summus Sacerdos populo benediceret ambas manus ante faciem „ suam protensas tenebat. Cum verò nomen *Tetragammaton* proferebat, tres „ mox utriusque manus digitos pollicem, indicem, & medium altius erigebat, „ reliquosque duos in palmam depressos habens, & sic nomine illo prolato, tres „ statim ejusdem digitos insimul uniebat, quod nullam aliam ob rem fieri institutum est, nisi ut divinarum personarum Trinitatem divinæque naturæ unitatem „ per nomen illud designari palam ostenderetur. Addendum ex Jansenio in cap. 50. Ecclesiast. Pontificem ita elavasse manum ad benedicendum, ut moveretur in quatuor Mundi partes sursum scilicet, deorsum, sinistrorum, & dextrorsum, quod est apertum Crucis symbolum, tribus palmæ digitis erectis, duobusque depressis Triadem personarum insinuantes juxta Galatinum lib.2. de Arcanis. Idem insinuatum esse videtur in Trina repetitione nominis *Deus*, quò allusisse censetur David cum dicit. *Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus*, quod ibi Euthimius habet pro aperta Trinitatis manifestatione.

Ad an.604
2 *Lib. 2. Rom. subt. cap.3.*
3 *Histor. Eustachio Marian. pag.120.*
4 *De Lat. pag.287.*
De Sacr. Ædid.
Cap.10.
Ps. 66.

Atque hæc delibasse sufficiat ad elucubrationem imaginis Gregorii XIII. in proposito numismate expressæ, cum manu tres digitos erectos, duos verò inflexos habente. De cæteris Pontificiis ornamentis, quibus eadem imago decoratur, jam alibi dictum est abundè.

XXXXIX

GREGORIVS XIII. ANNO PONTIFICATVS X.

SOCIETATIS IESV GENERALE COLLEGIVM EXTRVXIT, ET DOTAVIT.

CUm in superiori numismate de Collegii Romani fundatione dictum sit satis ad aversam hujus partem sub numero L. propositam gradum faciamus, in qua quatuor Mulierum imagines Theologiam, Mathesim, Philosophiam, ac Poesim repræsentant, obsequia præbentes Religioni in Throno assidenti lemmate adjecto.

BONAS ARTES ALIT, ET CVRÆ RELIGIONI SVBIECIT GREGORIVS.

Subjecit illas profectò cum instituta præclara Typographia, egregiisque characterum etiam exoticorum typis cumulata, ingentia volumina edidit utilitati tùm Religioni, tùm bonis Artibus; cum restituta decreta à Gratiano collecta congessit in unum, Constitutiones, & diplomata Romanum Pontificum, & sacrarum monumenta litterarum aggressus recognoscere, Græca correxit, accersito è Gallia inter alios Jo: Maldonato: cum cavit, ne Calvini, aliaque hæreticorum volumina in Italiam Basilea deportarentur, ac dispergerentur; ac bibliothecæ omnes ejus man-

Bomplanu pag.72.

mandato excutiebantur, ne quid pravorum librorum celarent, quorum lectio primus est ad Hæresim gradus: Cum convocato Patrum Senatu inter Pontificias curas quibus & ipse gloriam adipisci vellet, hanc esse ait. Sapientiam, & bonas artes alere, quibus contemptis contemnuntur, & boni mores: Cum denique Societatis Jesu Generale Collegium instruxit, & dotavit. Namque in eo Religio ceteris facultatibus præest, quæ non nisi pedissequæ ejusdem Religionis sunt. Divus enim Ignatius ideo bonarum artium Præceptores instituit, ut veræ religionis documentis Auditores suos imbuerent. Et finis Societatis (scripsit ille in editis constitutionibus) *est ad proximorum salutem incumbere*. Cęterum Religionis typus Crucem dextra loco sceptri tenet, ut olim ipsos Orientis Cæsares illam tulisse, refert eruditissimus Sausaius in appendice de deosculatione pedum ex Curopalata, qui lib. de Off. aulæ Constantinopolitanæ ait. *Imperator Constantinopolitanus Crucem dextra semper gestat*.

❀ LI ❀

GREGORIVS XIII. PONT. MAX.
COLLEGIVM SOCIETATIS IESV OMNIVM NATIONVM SEMINARIVM PRO SVA IN CHRISTIANAM RELIGIONEM, ET ORDINEM ILLVM PIETATE A FVNDAMENTIS EXTRVXIT, ET DOTAVIT ANNO SALVTIS MDLXXXII. PONTIF. SVI X. ROMAE.

❀ LII ❀

SEMINANS IN BENEDICTIONIBVS DE BENEDICTIONIBVS, ET METET.

2.Cor. 9.6. Verba proferri à Gregorio Pontifice fingitur in numismate multos Societatis Jesu alumnos alloquente, quæ olim scripsit D.Paulus ad Corinthios eisdemq; subjungere verba è parabola Vineæ accepta, *Ite operamini in vinea* *Matt. 4.7.* *Domini*; dum è Collegio Romano à se extructo egregios operarios selegit. Namq; *Ann. to. 1.* ex illis duodecim fidem propagaturos iu Japonias insulas destinavit, Augustam, Patribus accersitis, adversus hæreses munivit; Franciscum Toletum virum doctissimum Lovanium misit, ut Michaelem Bajum Concilii Tridentini olim Theologum ad nonnullas propositiones, quas evulgaverat, emendandas induceret. Joannem Baptistam Ælianum cum Joanne Bruno viro insigni ex eadem Societate ad Maronitas Libanum incolentes legavit, & per eos Catechismi Arabicè scripti Pontificia pecunia editi, falsa Orientis dogmata refellentis, plura exemplaria Monachis remotæ illius oræ misit. Duos etiam viros, qui Assiriorum Nestorianorum, necnon minoris Armeniæ Patriarchas suo nomine salutarent, ac solarentur, legavit; anno 1583. alios denique Patres oratoribus Gallo, & Veneto concessit, qui Catholicos apud Constantinopolim degentes, ne ab hæreticis illuc negotiorum causa adeuntibus corruptæ doctrinæ veneno inficerentur.

Quamobrem agens cum Gregorio Vicarius Generalis Societ. Natalis, Co- *Sacchinus par.3.lib. 8.* mite Palmio dixit: „ Societatem ad obsequium Dei, atque Ecclesiæ excitatam „ seminarium esse quo Pontifex in Dei laudem, atque populorum commodita- „ tem utatur.

Quid mirum ergo si Collegium, aut Seminarium ad eum finem à se extructum tam benevole aleret Gregorius? Suam plusquam paternam pietatem erga illud pluries explicavit, ac tum maximè cum arcta esset Romæ Annona, & Collegium illud inopia summa premeretur, namque opem tam extremis temporibus necessariam non modò tulit, & duo nummorum aureorum millia dono misit, sed & verbis amplissi-

ampliffimis Societatem laudans, adhortatur ad numerum augendum, admonens ne metu inopiæ retardaretur ab quamplurimis aggregandis, quòd talibus auxiliis Chrifti Ecclefia (ita enim loquebatur) indigeret.

Parum benevoli quidam aliquando animum Sanctiffimi Patris occupare tentaverant carmine illo, Jefuitarum Collegia ingentes poffidere facultates, Ecclefia, Monafteria, Abbatias. Polancus jam eo tempore Vicarius, quid res haberet edocendum Pontificem ratus fingillatim in libellum relata quęcumque ejus generis poffidebantur, & Sociorum numerum, quibus alimenta inde miniftrabantur detulit. Quibus Pontifex Gregorius diligenter perfpectis, dolere fe dixit, quòd effent perpauca; optare ut longe plura, & ampliora effent, quo plures vineę Domini cultores ftrenui, & utiles alerentur. Quę omnia fane congruunt infcriptioni numifmatis propofiti. *Sacchin. [illegible] lib.8 [illegible].*

❀ LIII ❀

GENERALI. COLLEG. SOCIETATIS. IESV. ROMAE. EXTRVCTO. ET. DOTATO.

IN ejufdem Collegii Romani perenne monumentum aliud numifma cufum eft eodem anno, in cujus parte antica effigies Gergorii Pontificis protenfa manu benedicentis inftar cernitur. Nihil occurrit quod ad Hiftoriam fpectet explicandum, fed obfervatione dignus eft annulus, quo manus Pontificis decoratur. Cur annulus Pontifici conveniat inter quamplures Doctores enunciavit Hugo Card. in Epift. 2. ad Corinthios, *propter hoc Epifcopus portat annulum, quafi fponfus*. *Cap. 11.* Quamobrem in Sacramentario Sancti Gregorii, quod typis edidit, Scholiifque illuftravit Angelus Rocca Sacrarii Apoftolici Prefectus prefcribitur ritus tradendi annuli Epifcopo ordinando, quem affatur Præantiftes, qui ordinat hac pia & prèclara Apoftrophe; *memor fponfionis, & defponfationis Ecclefiafticæ, & dilectionis Domini Dei tui in die qua affecutus es hunc honorem, cave ne oblivifcaris illius, accipe ergo anulum &c.* De hoc ritu plura eruditiffimus Saufaius in Panoplia Epifcopali, *Lib. 3. cap. 2* annulos ab Epifcopis non portandos tanquam à fponfis Ecclefiarum dicebat Michael cognomento Cerularius Patriarcha Conftantinopolitanus Schifmaticus fub *Tom. 11.* Leone IX. apud Baronium ad an. 1054. Sed defenditur debere fieri à Petro Epifco- *pag. 110.* po Anthiocheno, *aitque annulos geftari in fymbolum contracti cum Sancta Dei Ecclefia connubii*. Eo ferè pacto, quo Clemens Alexandrinus teftatur confueviffe Chri- *Pedag. lib. 3. cap. 11.* ftianas Mulieres annulos aureos geftare; dari vero eos folitos à fponfis arrhæ nomine ufus docet. Quod verò femel loco arrhę datus annulus ab uxore femper in digito geftaretur, id non ornatus caufa (inquit Clemens) fed ut obfignaret eo- *An. 57. nu.* dem annulo, quæ domi funt; cuftodiam enim rerum domefticarum ad uxorem *51.* fpectare pluribus docet Xenefon in œconomico apud Baronium; quibus verò fignis infculperent, fufe refet Baronius.

Jam verò Summo Pontifici annulum ex hoc titulo fponfi maxime convenire, clarius patebit in numifmate Gregorii XIV. inpræfentiarum addimus ex Ifidoro lib. 1. de Ecclefiaft. offic. cap. 5. *Annulum geftari à Pontifice propter fignum Pon-* *Apud Jo: Steph. Duranti lib. 2. cap. 9. num. 37.* *tificalis honoris*, vel fignaculum fecretorum: *indignis enim*, ait Rabanus, *myfteria feu facramenta obfignata, & occlufa effe debent.* Sane Antiqui & litteras, & arca aliaque fimilia annulo obfignabant, infuper communis ufus fuit ad fidem faciendam de quapiam actione voluntateve anulo fignantis, fic Macrobius 7. Satur. Cap. 13. *Veteres non ornatus, fed fignandi caufa annulum fecum circumferebant*. Patet ex 3. *Cap. 3. 13.* Reg. 21. 8. fcripfit itaque Jezabel; *litteras ex nomine Achab, & fignavit eas anulo ejus*. *Alex. lib. 2. c. 19.* Et in libro Efter. *Litteræ fignatæ ipfius annulo* (ideft Regis) *miffæ funt per curfores ad univerfas Provincias*. Apud Grecos Alexander duplici fignabat annulo. *Devicto enim Dario, quas deftinabat in Afiam litteras Darii annulo imprime-* *De [illegible]. fignif.*

bat,

bat, quas verò in] Europam suo. Inde signatorius annulus.

Sic Summus Pontifex annulo utitur signatorio, qui *annulus piscatoris* dicitur, quo in cera rubra Brevia signat, ita vocatur à figura Divi Petri in actu Piscatoris, & est unum ex tribus Papæ Sigillis; aliud Bulla dicitur, quo in Cancellaria Apostolica Blumbeę Bullę signantur, habet ex una parte amborum Apostolorum capita, quibus interposita est Crux. Ex altera verò parte ponitur regnantis Pontificis nomen. Tertium Sigillum dicitur signum, in quo aliqua S. Scripturę sententia inciditur. De antiquis Imperatorum, & Episcoporum Sigillis variis fusè Macrus v. *Bulla*. Hodie Papa bulla expeditionum, & collationum in plumbo signat, sed cum hac differentia, quòd expeditiones in forma *dignum*, ut ajunt, ex funiculo rubro, & flavo colore contorto plumbum pendet. Quando nam incœperit hujus obsignandi mos plumbo, afferit Polidorus Virgilius Stephanum III. obsignare incœpisse in bulla plumbea, sed illum erroris arguit Macrus, qui affirmat servari adhuc Aretij cum prædicto plumbo bulla Sancti Sylvestri Papæ, & in Sancti Angeli Arce Romæ eodem modo reperiri Bullas Leonis Primi, & Sancti Gregorii Magni, ex relatione Rinaldi, olim ejusdem Archivii custodis, qui Pontifices Stephanum III. præcesserunt. Ipse autem Rinaldus stylum plumbei sigilli à Sancto Sylvestro incœpisse opinatur. Cęterum Episcopos (imo summos Pontifices) solitos fuisse suas, quas publicè darent litteras, annulo signatorio communire, deducitur ex Sancto Augustino, qui vixit sæculo 5. scribens ille Victorino Episcopo dicit. *Hanc epistolam signatam misi annulo, qui exprimit faciem hominis attendentis in latus*; & ex Concilio Aurelianensi primo, anno 515. celebrato in præfat. Clodovæi, de his plura Baronius ad annum 142. num. 19.

Macrus in Hier. v. Annulus.

Epist. 15.

Reverendissimus Abbas Mabillonius de re diplomatica lib. 2. cap. 24. quærens, quis Pontificum primus incœperit Bullis suis adnotare annum Incarnationis, censet Leonem fuisse IX. qui vixit ab anno 1049. ad 1054. Certe nullum Pontificium diploma sibi visum ait, ante id tempus tali calculo notatum, quod sincerum videretur. Ac inde factum putat, quòd ipse esset ex genere Imperatorum Germanię (erat enim natione Theutonicus ex patre Hugone Imperatoris Conradi consobrino) qui annos incarnationis usurpabant. Circa quam rem notatu dignum est, quod observavit Mabillonius. Bullas seu Constitutiones Pontificias bullatas sigillo Papali, quę prẹferunt voces in perpetuum expressas, ut plurimũ monogrammatice colligatis inferne duabus litteris PP. hoc modo IIV. —‿—P—‿—P—‿—M, pro quibus sęculorum posteriorum usus habet verba. *Ad perpetuam rei memoriam*.

Quo autem digito Episcopus, seu Pontifex annulum gestare debeat, nonnulli quandoque hęsitaverunt. Videbatur enim digitus sinistræ manus infimo proximus annulo Episcopali ornandus; quia eundem digitum in sponsalibus annulo exornamus ea, ut vulgo creditur ratione, quod ab eo digito nervus quidam tenuissimus ad cor hominis pergat, atque perveniat. At receptum Episcopos annulum gestare in indice manus dextræ, ut in proposito nostro numismate expressum observo; idque putat Jo: Stephanus Duranti institutum tum Hæbreorum exemplo Hierem. 22. tum etiam, quod digitus index salutaris dicatur. Salutaris verò appellatur, quia silentium indicat apud Apuleium libr. 1. metamorph. Quod apposite convenit cum his, quæ superius innuimus annulo dari Episcopo propter signaculum secretorum, & ne indignis quibusque Dei mysteria pandat.

Isidor lib. 1. de Ecclesiast. off. cap. 19.

De ritu Eccl. libr. 2. cap. 9. n. 37.

Remanet pro coronide hujusmodi signatorii annuli huc referre, quod legitur apud Christophorum Marcellum Archiepisc. Corcyrensem in opere sacrarum cęremoniarum ubi agit de Bullis Plumbatorum per Vicecancellarium frangendis. *Vicecancellarius* (inquit) *ut primùm Pontifex expiravit, Bullas, quibus litteræ Apostolicæ signari consueverunt à Plumbatoribus accipit; & partem illam, in qua litteræ cum nomine Pontificis inscriptæ sunt publicè, & coram pluribus per ipsos plumbatores frangit*, & ad signandum omninò ineptas reddit. Aliam verò partem, in qua Apostolorum capita sunt sculpta lineo panniculo involutam alligatam, & sigillo suo signatam Camerario tradit, & diligentissimè curat, ne aliquę litterę signari pos-

Lib. 1. c. 4.

possint post Pontificis obitum. A quo tempore cœperit hic mos frangendi Bullas Pontificis signatorias sibi compertum non esse asserit eruditissimus alioqui, & diligentissimus Fortunius Licetus in suo singulari libro de annulis, ubi in capite 64. plura observat de annulorum fractione. Nos ad aversam numismatis faciem transeamus exculptam sub numero.

LIV

GREGORIO. PASTORI. OPTIMO. PATERNA. CHARITATE.

OVES. PASCENTI.

PASCE. OVES. MEAS.

INscriptioni sculptura convenit, quæ Gregorium genuflexum ante Ovium gregem repræsentat, illumque alloquitur ex nube Salvator, ut olim D. Petrum dicens *Pasce oves meas* non verò Virgo Deipara cum Jesu infante, ut affirmat Jo: Palatius pag. 364. clarissimè enim patet Salvatoris Imago. Antequam ulterius procedamus notanda est inscriptio hujus numismatis, quam aliis verbis retulit P. Molinetus sic GREGORIO PASTORI OPTIMO PATERNA CARITATE QVIESCENTI, loco PASCENTI. Errorem ex typographi incuria irrepsisse puto. Quam Pag. 104. verò optimi pastoris partes pascendo gregem sibi è Cælo commissum Gregorius impleverit, ex sequentibus disce.


Nullum imposuit vectigal, & plura sustulit non vulgaris pretii, ac fructus precipuè vini ac suillę: captivos in Affrica additos Triremibus dato auro in singulos annos eximere solemne illi erat. Oves etiam à rapina munivit; cum comperisset Flaminię littora à piratis circumueniri, Turrim ibi excitando excelsam, cujus prospectus adversus Piratas munimento est. Ciac. col. 25 Fontes in circo Agonali ad Pantheon, plateis columnæ, Mathejorum, Sanctę Marię de Populo, atque apud Ciac. 25. Hębreos erexit. Orbem Terrarum, suum scilicet ovile, more pastoris recognovit, mittens in omnem Italiam septem Antistites, Augustinum Valerium in Dalmatiam, Carolum Borromæum in Alpes Rhetiæ aliasque remotisimas Provincias per Pontficios Nuntios lustravit, obtinuitque, quod Eugenius IV. aliique Pontifices expetiverant, ut Costantinopoli visitatio Apostolica nomine Pontificis haberetur. Non modo Catholicis imbuta moribus, sed polluta hæresibus, Regna suo quoque sinu fovebat Gregorius more optimi Pastoris, qui si quid aberrat, revocat ad sese, neque patitur destitutam rem eorum esse, qui aliena perfidia, vel sua inscitia arcentur à Christi imperio.

Obnunciavit Episcopis, ne ab ovibus abessent, ac etiam Purpuratis; Cęsarem, Regemque Gallorum sollicite monuit, ut vacuis sedibus idoneos Antistites Bomplanus designarent, eosque reiicerent, qui vel ignaro Pontifice, vel non recitata fi- pag. 30. dei formula sacris pręesse auderent, graviter increpuit eos, qui grassante peste malebant sibi, quam ovibus prospicere. Quibus de causis belle Gregorio convenit Anagramma, quod è Gallia Joannes Auratus Poeta clarus transmisit.

GREGORIVS DECIMVS TERTIVS
DEI GREGIS SECVRI TVTOR SVM

Notandum ultimò est Pontificem veste, pluviali dicta, circumtectum, & Diadema Pontificium propè illum positum, summo enim Pontifici illud convenit, Cap. 61. quod Isajas dixit. *Indumento Justitiæ circumdedit me quasi sponsum corona decoratum*. Apparet insuper baculus cum duplici Cruce, qui Pastori convenit juxta illud Michęę 7. *Pasce populum tuum in virga tua*. Vers. 14.

At de hoc baculo Pastorali fusius dicendi alibi occasio dabitur.



LV

GREGORIVS XIII. ANNO PONTIFICATVS X.

COLLEGIO SOCIETATIS IESV, OMNIVM NATIONVM GRATIA FVNDATO, DE RELIGIONE, ET LITTERIS OPTIME MERITVS.

QUam aptè hęc inſcriptio conveniat Gregorio XIII. ex ſuperioribus numiſmatibus ſatis agnovimus, quare haud pluribus in illa immorandum eſt, ſed ad aduerſam numiſmatis partem tranſeundum, quam expreſſimus ſub numeris.



LVI & LVII

DUplex enim numiſma cuſum eſt in honorem Gregorii, in quorum ſingulo, diverſis tamen lineamentis Abrahamum intuemur, armatis militibus circumdatum, adiecto in utriſque eodem lemmate, VT ERVAT PRAEDAM CAPTIVORVM FRATRVM ABRAHAM TRECENTOS VERNACVLOS EXPEDITOS NVMERAT ex cap. 14. Geneſis accepto ubi dicitur. *Quod cum audiſſet Abraham captum videlicet* Seſs. 14. *Lot Fratrem ſuum, numeravit expeditos vernaculos ſuos trecentos decem, & octo, & perſecutus eſt uſque Dan.* Quam vocem *vernaculos* explicat Cornelius à Lapide In Geneſ. ibi. ex hæbrea lingua. *Servos domi ſuæ natos.*

Sic pariter Gregorius Pontifex delectum habuit perſpicacium hominum, qui & Reſpublicas geſſiſſent, & apti eſſent inſtaurandæ Eccleſiæ, & expediti ad terras, mariaque obeunda, ut eam illi prędam referrent, de qua dixit Dominus poſt lintei demiſſionem è Cælis. *Surge Petre, & manduca.* Miſit quoquo verſus operarios, qui in Indias, in Angliam, Conſtantinopolim, Alexandriam, Ægytum, Syriam, Paleſtinam, Babiloniam divino verbo, & ipſo ſangvine, & piis muneribus ad fidem, atque pietatem allicerent. Ita loquutus eſt Poſſevinus in apparatu ſacro. Sacerdotes optimos Dominicani, & Franciſcani Ordinis ad Chriſtianos apud Conſtantinopolim degentes juvandos, & nonnullos Societatis Jeſu Tom. 1. Alumnos miſiſſe, annales Gregorii narrant. Antiſtites in Germania extimulavit ad exploranda, luſtrandaque ſibi commiſſa oppida, ne atrocior eſſet errorum peſtis, dum occulta, adeoque inſanabilis. Congregationem Oratorii de Urbe ad Petitionem Sancti Philippi Nerii ejus Fundatoris erexit, & Sancti Baſilii Ordinem temporum injuria colapſum primigeniæ dignitati, & obſervantiæ reſtituit. Neque paſſus deſtitutam comploratamque rem eorum eſſe, qui aliena perfidia, vel ſua inſcitia arcebantur à Chriſti imperio. Hinc æſtus ille fervebat per omnes Provincias circumferendæ ſalutis, quapropter in Suetiam deſtinavit hominem ſummę nobilitatis, ac doctrinæ videlicet Staniſlaum Varſevitium Societatis Jeſu, & poſt ipſum alium Societatis hominem miſit, qui Reginæ gratiſſimus de Catholica fide publicè diſſerere cœpit, deinde Antonium Poſſevinum Societatis Jeſu Bomplanus pag. 173. virum, & doctrina, & prudentia inſignem. Ad Angliam liberandam fortiter incubuit, Scotiam ejuſque Regem Hęreticorum poteſtati eripere tentavit, atque Hiberniæ vindicandæ opem impendit. Gręcię opem ferre aggreſſus excitato Romę Collegio aſylum erexit Græcę Juventuti, quę ibi Catholicis informata documentis Romanæque Urbis in ſinu educata, Patriam, & Cives ab erroribus vindicaret. Quibus profecto artibus prædam captiuorum Erebo abſtulit Gregorius.

IVVEN-

✠ LVIII ✠

IUVENTUTI GERMANICAE.

ILlud in primis contendit Gregorius, ut nutantis Germaniæ animos, & gliscentium in dies Hęreticorum artes compesceret. Ut hoc exactius perageret in Germaniam remisit adolescentes, qui Romę Germanico in Collegio Catholicæ Religionis, ac bonarum artium documentis informati fuerant; nec fefellit Consilium: siquidem hi modestia, ac nobilitate speciabiles incorruptis moribus arguebant Hęreticorum nequitiam, & constanter veritatem professi penes vulgus, & nobiles venerationi erant, quæ inde major, quod iniqua fama percrebuerat. Romę non virtutes, sed scelera foveri; atque ex mala fama gravius interdum periculum, quam ex mala doctrina. Ut hęc opportuna contra Hæreses subsidia uberius pararet Gregorius, studia litterarum auxit, quibus facilè vertitur Provinciarum status, & Collegium Juventuti Germanicæ stabilivit. *Bon[illegible] pag.1[illegible]3.*

Sua hoc Collegium exordia sub Julio III. habuit, quę sic enarrat Orlandinus noster „ Excubabat P. Ignatius Lojola cura pro sua virili ad emendandas vitiosas „ Reipublicæ Christianæ partes, Germaniam præsertim, & Transalpinas Regiones, quæ omnium maximè laborabant. Qua de re cum Joanne Morono Cardinali illato sermone, censuit singulari prudentia vir, firmissimum ad tollendas „ hæreses, & minuenda Germaniæ mala pręsidium fore, si pastores in ea præficerentur ejusmodi, qui & vitæ sanctimonia, & integritate doctrinę vitia, quæ „ Clericorum erroribus, & eorum contaminatis moribus irrepsissent, radicitus „ extirparent. Cum autem in Provincia tam vasta, tamque multis labefactata „ locis tot, talesque viri, qui Ecclesiarum Gubernacula præhenderent, reperiri non possent, commodissimum esse Collgium iu Urbe condere, ubi Germanorum delecta Juventus Catholicos ritus, litterasque perdisceret. Probavit sapientissimi viri Consilium vehementer Ignatius, & suam ipse operam studiumq; „ ubi esset usus, ad id obtulit. Ergo Moronus Cardinali Sanctiorucio sibi adjuncto rem ad Pontificem Julium defert; probat Pontifex, & ultro suscipit, ut qui in eam cogitationem ipse quoque aliquando venerat, & de conflando ex ea natione Collegio, instruendoque suis vectigalibus agere cœpit. Confici ea de re diplomata, & litteras Apostolicas imperat. Eamque procurationem Societati tradit; Ignatio insuper dat negotium, ut quas conditiones statuat iis, qui in id Collegium admitti debeant, quasque leges imponat, scripto mandet: dies Sanctorum Simonis, & Judæ Apostolorum Natalis Petro Ribadeneira in S. Eustachii templo ad prętantissimam Cardinalium Præsulumque coronam instituti rationes, & laudes explicante Natalis Collegio fuit. Id nullis dum firmatum redditibus cum ejusdem Julii Pontificis tum Cardinalium aliquot benignitas sustentabat, regebat autem certis legibus ab Ignatio pręscriptis Pontificis nutu Societas in ædibus Collegio Romano proximis opportunisq; Gymnasio. Morte deinde extincto Pontifice Julio, cū usitata subsidia deficerent, veritus Pater ne dilaberetur, Juventutem illam in varias Societatis Ædes domosque distribuit, ut eorum ritis commodisque prospicerent. Partim etiam ipse Romæ magnis suis laboribus sustentavit, conquęrendo pecuniam, & fidem suam creditoribus obligans pro illius orbitate Collegii. Eo penuriæ tempore monuit eos Ignatius, qui procurationis illi præerant, ne animo deficerent, futurum enim aliquando, ut non modò nihil ad victum, sed ne ad cæteras quidem vitæ commoditates illi deesset; id, quod anno deinde 1574. Gregorii XIII. liberalitate factum est, assignato ei amplo annuo censu decem millium nummorum proventum ex Ecclesiastico ærario, adeo ut quinquaginta eo tempore supra centum ibi alerentur adolescentes optimę indolis ac spei, qui deinde inter fortissimorum Militum Ecclesiæ aciem sustinerent integra pietate. Ædem S. Stephani in Cælio Monte, quæ Ungarorum erat reddituque ea lege etiam tribuit, ut duodecim illius gentis adolescentes aleret. Ædes etiam addidit, quas Templo S. Apollinaris adjunctas extruxerat Cardinalis Bessarion Trapezuntius, quas

Hist Soc. lib.12. n.8.

Donatus de Rom. lib.4. cap.9.

quas Hieronimus deinde Capiferrus Cardinalis refectas marmore decoravit, tum Cardinalis Joannes Baptista Pallavicinus ingenti ultra templum accessione ampliare cœpit, non perfecit. Adivit ipse Domicilium, lustravit cubicula, compellavit juvenes, observavit victum, Pontificia manu contrectavit vestes, & cuncta fere eorum officia, ministeriaque perpendit amanter, non more judicis, aut Principis, sed parentis; quo spectaculo vertit in se omnium ora, & corda, presertim Principum Germanorum.

In templo quod S. Apollinari dicatum, est parietes picturis Nicolai vulgo appellati *Pomerancio* decorantur, imaginem verò in majori altari Durantes è Burgo expressit. Illud præter quotidianam, accuratamque sacrorum curam illustri argenti, vestiumque lauto instrumento, & divinis precibus concentu musico perite concinneque emodulatis per dies totius anni festos Principibus, civibusque celebratur. Germanica porrò, & Hungarica Juventus, quæ in spem tuendæ, propagandæque fidei educatur, domi pridem consignatum exemplar cultus religionis, ac doctrinæ ipsa per sese exprimit, quod deinde transfert in patriam, sordibus hæreticæ improbitatis oppositum.

Affirmare profectò licèt eam esse ejus Collegii, aut fortunam, aut gloriam, ut si quid incrementi cœperit, si quid damni in septentrione Religio fugerit, hinc potissimum ferat acceptum; nam omnes ferè artes, quibus hæreses debellantur hic posuit. Ac primum quis nescit magnam Hæresum domitricem sapientiam? ac virtutem? Et sanè ex hac domo quilibet annus omnium litterarum, ac virtutum viros copiosa ubertate remittit in patriam. Nulla autem est in vastis Germaniæ Provinciis diœcesis, quæ hinc aut Antistitem, aut Suffraganeum non receperit. Hinc enim Electores Moguntini tres, tres Salisburgenses Antistites, Strigonienses duo, non unus Basiliensis, multi Brisciensses, multi Uratislavienses, plures Olomucenses, non pauci demùm suffraganei Herbipolenses, Trevirenses, Colonienses, ea tandem copia, ut negligenti calamo supra centum Infulas anno ejus seculari celebrato numerarentur, ultra Præpositos infulatos, Decanos, minoresque Presules, quibus tota Germania scatet, Catalogum præmisit P. Hieronymus Cataneus Societ. Jesu in sua Panegeri de institutione Collegii Germanici Romæ impressa. Hic tantum satis sit dicere tantam bonorum segetem hoc solùm tulisse, ut in Comitiis, quæ Rodulphum Secundum renunciarunt Cæsarem, quadraginta adfuerint suffragii jure spectabiles, quos omnes Collegii Germanici alumnos fuisse dulcis, & honesta memoria subiit. Suggerit etiam præclaros inter cæteros nostræ ætatis alumnos excelsæ indolis Juvenes duos nobilissimos, qui anno proximè clapso litterariis laboribus Theologico cursu feliciter peracto, Doctorum Laureas adepti sunt nobilissimo in Theatro, in quo alter eorum ad pedes Summi Pontificis Innocentii XII. provolutus; alter verò ante solium Regis Romanorum suos animos perpetuum in obsequium cum ipsa Laurea litarunt. Utriusque triumphi pompam adeo magnificam vidimus, ut Roma, cui licet novum nihil soleat accidere, vix illi similem à se visum, & in Collegio Romano celebratum fuisse fassa sit. Eam exposuit Epistola in Hungariam eo anno missa, ac Romæ impressa ad Illustrissimum Comitem N. Cesarianorum militum contra Turcas præfectum, quam in perenne monumentum hic insero.

Die igitur quinta mensis Septembris ejus generis decus obtinuit sub auspiciis Innocentii XII. Comes Emericus Claky de Keresztszek Dominus Sepusiensis in Hungaria, Abbas mitratus B. Mariæ de Curru, & Cathedralis Agriæ Canonicus, cujus excelsi animi dotes cæteris à nobilissima progenie habitis longè præcellunt. Hic peracto Philosophie curriculo suos conatus Viennæ dicaverat Augustissimo Imperatori in publicis thesibus propugnatis, quos pretiosa Cruce adamantibus exornata Cæsar ipse condecoravit. Deinde sacræ Theologiæ adeo felici progressu Romæ studuit, ut in Collegio Societatis Jesu universas ejus theses tribus integris horis publicè propugnandis exposuerit, atque ingenio suo difficultates omnes, ab insignibus Theologiæ Magistris objectas enodaverit, quamobrem illum Laurea dignissimum esse unanimi consensu omnes acclamaverunt; Ut igitur illam consequeretur eo cum decore, qui illi debebatur, multoque magis summum decebat Pontificem, qui suis auspiciis ea insigniri posse perhumaniter concesserat,

ma-

magnificum templum D. Ignatio dicatum, & Collegio Romano conjunctum exornari decretum est.

Ut magnificentissimè hoc peragi posset Eminentiss. & Reverendiss. Cardinalis Petrus Otthobonus S. R. E. Vicecancellarius ejusdem Collegii Germanici, & Hungarici Protector, spontanea sui animi magnanimitate innumera obtulit serica vela, omnia insuper pretiosa peristromata, quorum largitione abundè indicavit venerationem, qua summum Pontificem prosequitur hic S.R.E. Purpuratus Princeps, ac Regium animum de omnibus benemerendi cupidum, & bonarum artium beneficentissimum Promotorem.

Hujus igitur Templi navem medianam palmis ducentis in longitudine extensam, centumque aliis à solo elevatam exornarunt. Quatuor ejus duplicatæ Parastatæ, hinc inde dispositæ, damascenis velis, colore purpureo saturatis, aureisq; lineis interdistinctis tegebantur. Ab ima basi ad capitulum usque, sub quo pendebat villosa tela sericis filis compacta, & aureis laciniis condecorata. Spatia, quę inter Parastatas Templi Sacella efformant pretiosa peristromata occludebant, quibus sericæ, & aureæ lacinię jungebantur.

Epistilium capitulis impositum, & zona sub coronice damascenam, & purpuream vestem sustinebant, sericis cincinnis aureisque nodis nobili artificio circumligatam. E' corona circumquaque pendebat villosum sericum aureo limbo condecoratum.

Tota deinde basis, cui arcuatus Templi paries incumbit, partim sub sericis damascenis, partim sub vario peristromate, pretiosoque peripetasmate latebat, totusque Templi paries discoloribus vestibus ditatus sub fornice, in quo Andræas à Puteo Societ. Jesu Alumnus, & Pictor eximius Sancti Ignatii Lojolæ triumphos coloribus expresserat, magnificum, ac pretiosum theatrum efformabat.

In ejus medio solium Pontificium collocarunt, septem gradibus serico, & conchyliato peristromate condecoratis, à solo elevatum, cui Summi Pontificis adoranda effigies imminebat, aurea corona circumdata sub spatiosa umbella, quam ex auro, villosoque attalico artifex manus efformaverat.

Contra Solium cathedra, videbatur cum mensa, villosa veste serica, aureis fasciolis distincta, circumtecta, è quibus Comes laureatus difficultatum sibi oppositarum solutione, & sacræ Scripturæ explanatione, omnibus indicaturus erat eximii sui ingenii argumenta.

In latere sinistro, solio Pontificio propinquo, aderat Sedes attalico opere exornata, & à pavimento aliquantulum elevata, in qua Eminentiss. Cardinalis Spada adfuturus erat, ut vices Summi Pontificis gerens, honoribus Illustrissimum Comitem cumularet; aderant non valdè ab ea sede dissiti P. Angelus Alamanni Rector Collegii Romani, & Pontificius ad Episcopales dignitates Examinator, P. Bartholomæus Carrenno olim in Hispania, deinde Romę Sacrę Theologię Magister, modò studiorum in Collegio Romano Prefectus, aderant cęteri Sac. Theologiæ Professores, Notarius insuper, qui collatam Lauream publicis tabulis erat traditurus.

Plusquam trecentas sedes insuper posuerunt pluribus in circulis dispositas, quas Romanæ Aulę Præsules, Religiosorum Ordinum Generales, diversique nobiles Viri occuparunt, ut Summo Pontifici obsequium, & Comiti Candidato amorem significarent.

Concionem totam claudebant nobilissimi Suggestus deauratis Cancellis coronati, è quibus non visi, nobile theatrum inspiciebant septem S.R.E. Purpurati, scilicet Eminentissimi Sacchettus, Dada, Pamphilius, Goes, Otthobonus, Albanus, & Bichius, quorum præsentia splendorem addidit, ac decus. Adfuerunt etiam Excellentissimi Principes Pamphilius, Livius Odescalchus, Antonius Otthobonus, Illustriss. Orator Bononiensis Tanara Frater Eminentissimi Legati Pontificii ad Imperatorem, Regius Lusitani Regis Minister, innumerique tum Romani, tum exteri Proceres, quos omnes Magnifici theatri decor maximoperè delectabat.

Advenientem deinde Eminentissimum Cardinalem Spadam, à Summo Pontifice missum, harmonicus plausus excepit, quem ultra centum musices instrumenta effor-

efformarũt. Interim octo nobilissimi Collegii Germanici Alumni Flores suavissimos in labris argenteis Viris circumstantibus obtulerunt, simul cum libello, tres Dialogos impressos continente, quos successivè musicis concentibus enunciatos audituri erant, iisdemque enarratos Regni Hungarici triumphos, quos in Quirinali colle Roma celebrabat.

Exordiente postea Illustrissimo Comite eleganti Præfatione tacuerunt omnes, omnesque vividam ejus, & excelsam animi indolem admirati, plausu illam exceperunt, quem nova musicorum Instrumentorum harmonia duplicavit. Ea absoluta Sacræ Theologiæ difficultates proposuit Comes, earumque solutiones acri, ac sublimi ingenio breviter subdens, objectaque à Præceptoribus in contrarium argumenta promptè solvens, eruditam mentem suam feliciter aperuit, & Laureę Doctoralis meritum indicavit.

Theologicas Theses amplissima in pagina exaratas magno cum plausu omnes exceperunt, qua nullam multorum annorum decursu elegantiorem vidi, tum ob delineamentorum excellentiam, tùm ob eximiam sculpturæ artem, tùm denique ob ingegniosam dispositionem, quibus cæteris antecellit.

Adeo spatiosa illa est, ut viginti palmorum circuitu comprehendatur; in hoc amplo spatio Ecclesiæ Romanæ in Regno Hungarico triumphi hoc modo egregiè repræsentantur. Regia mulier, Hungariam exprimens, ante solium adest genuflexa, sibi à Religione indicatum, in quo Fœmina Ecclesiam Romanam significans. Pontificia Tiara redimita, illam benignè excipit: Hungariam comitantur ejus Provinciæ fœmineo pariter sub amictu expressæ, variique viri ab Othomanica impietate Sacris Episcoporum infulis orbati, hilari tamen vultu adstantes, dum deperditas Ecclesiarum dignitates sibi reddi animadvertunt, sacris in insignibus indicatas, quæ Ephebi solium Ecclesiæ stipantes, aureis in labris offerunt. Hęc omnia expressa fuerant inter binas, solidasque parastatas, è quibus arma, ac militaria trophęa simul colligata pendent, inter quæ varia clypeorum fragmenta exhibentia debellatas arces, expugnatosque hostes; quorum pondus certatim pueruli ludibundi sustinere conantur. Nudi sub his, & catenis devincti gemunt duo ex acie Turcica Viri, in quo medio elegantem Epistolam nuncupatoriam Summi Pontifici INNOCENTIO XII. inscriptam clypeus exornatus ostentat.

Epystilio Parastasis imposito columnisque suffulto imminent tres virtutes Theologales, quarum singulæ sui animi gaudium significant ob incrementa, quibus in terris earum gloria augetur, scilicet, favente Imperatore Leopoldo Fides, Josepho Rege Hungariæ Spes, Charitas denique Summo Pontifice Innocentio vero pauperum parente, quorum trium ad vivum expressas imagines supradictæ virtutes manu præseferunt.

Non deest propè Limbum folii Gentilitium Comitis stemma, quod aurea corona redimitum ac palmis, Caput Tartari ostentat, tamquam victoriarum trophęum, quas è Tartarorum aciebus hujus Nobilissimæ Familiæ Duces retulerunt. Omnia hæc diligentissimè, concinnèque Romæ delineavit suo eleganti calamo D. Jo. Baptista Lenardi qui hoc in opere clarissimè significavit, qua excellentia in pingendi arte sit præditus; nec minorem laudem retulit ex incisione D. Arnoldus Van vesterhout Sereniss. Principis Etruriæ incisor, qui pari delineandi, ac incidendi peritia cæteris in Italia præcellit.

Concertatione litteraria absoluta, canoræ Musicorum voces in Dialogismi forma distributæ Romam, Hungariam, Tyberim, furoremque cum Militum, & Nympharum Choris loquentes effinxerunt, eorumque verba, modo acutis, modo gravibus, variisque inflexis spiritibus, suspiriis, motis, crebrisque varietatibus prolata, symphoniaci sonus comitabantur, quorum aliqui, quietem è fidicinibus conciliantes, aliqui verò ad pugnas ex tibiis militaribus, lituisque irritantes, omnium aures mirificè delectabant, nec oculis voluptas deerat, dum fidicinum decuriæ, musicas voces modulantes, majorumque fidium moderatores, omnes in semicirculari Theatro in plures ordines gradatim distributi apparebant, qui omnes suas voces, ac sonos moderabantur ad numeros, sibi propositos à D. Josepho Octavio Pitone totius concentus moderatore supra gentilitia stemmata Summi Pontificis, quæ inter palmas cianeis coloribus expressas, decorem afferebant, & ornatum.

Post

Post concentus harmoniacos P. Bartholomæus Carenno studiorum Præfectus orationem pari brevitate, ac elegantia concinnatam enunciavit, qua ad mentem Comitis revocavit ejus Regii sanguinis decora, quem à primis Hungarici Regni Dominatoribus hausit, ut Proavos suos, interrupta nunquam serie, in Catholica fide constantes imitaretur, ingentesque spiritus conciperet, quibus, ut illi hæreticam pravitatem infringere conaretur à Parente non degener, qui ob insignem suam virtutem à Consilio est Serenissimi Imperatoris, & in Hungarico Regno Proregi proximus Administer. Lauream deinde Doctoris obtulit, quam suis litterariis laboribus sibi demeruerat.

Accessit propterea Comes, & ante Salvatoris Crucifixi imaginem genuflexus, juxta ritum à sacris Conciliis præscriptum, fidei Catholicę Professionem adeò devotè, & vivida cum pietate enunciavit, ut omnium animos pari veneratione, ac amore sibi devinxerit. Fidei Professione absoluta idem studiorum Præfectus à Reverendissimo Patre Thyrso Gonzalez Societatis Jesu Pręposito Generali pręsenti deputatus, suffragiis Examinatorum auditis, ex vi Bullarum Pii IV. & Gregorii XIII. laurea Doctoris Comitem insigniuit, privilegia omnia illi communicans ritu, ac cęremoniis ab eisdem Pontificibus pręscriptis.

Rediit ad suam sedem Comes laureatus inter duos Collegii Germanici Alumnos, qui semper illum comitabantur, illique totius nobilissimi Theatri plausus congeminarunt Musicorum voces, quæ simul ejus laudes cecinerunt, ac triumphos fidei Romanę in Hungarico Regno relatos.

Tacentibus organis, musicisque concentibus, Doctor laureatus sacrę Scripturę explanationem enunciavit è Cathedra adeò eleganti, ac fęlici eloquentia, ut omnium ęstimationem auxerit, amoremque erga se ipsum, ejus egregiis animi dotibus debitum.

Publico omnium nomine illum significavit Comes Colonitz Eminentissimi Card. Colonitz Strigoniensis Archiepiscopi dignissimus Nepos, ejusdemque Collegii Hungarici Alumnus, brevi quidem, sed elegantissimo sermone, in quo sua desideria expressit celebrandi dotes Comitis Laureati, paremque animi sui dolorem, cum ob temporis angustias, ejusdemque Comitis modestiam hoc sibi vetitum agnosceret; dolorem tamen aliquantulum minuit animadvertens Majorum omnium decora in eo renasci, eosque in uno nobilissimo germine, quasi ad vitam revocari, quibus in posterum totius Regni plausus iterum tribuerentur.

His vocibus excitati musicè concinentium Chori tertiam Dialogi partem suavissima vocum varietate cecinerunt, in quo Hungarię de Turcica impietate triumphanti victricem coronam Roma donavit, dum alumnum à se genitum laurea doctoris redimitum celebraret sub felicissimis auspiciis Sanctissimi Pontificis Innocentii XII. post exanthlatos labores in ignorantiæ erroribus profligandis ad Romanæ, Catholicæque fidei perenne incrementum.

Consimilem Lauream consequutus fuerat Comes Paulus Zichy de Zichs perpetuus Dominus in Vasonku Palota &c. Præpositus Sanctæ Mariæ ante Castrum Budense, & ejusdem Collegii Hungarici Alumnus sub Auspiciis Josephi Primi Hunghariæ, ac Romanorum Regis &c. qua occasione sui animi egregias dotes, nobilemque indolem ostendit, necnon generosam munificentiam, in elargiendo Theologicas Theses in amplissima pagina exculptas, in qua Romanorum Rex in excelso Solio collocatus Regni Civitates sub specie mulierum expressas benignissimè excipiebat, singulas pro tributo cor ipsum offerentes, in amoris significationem, quo tantum Regem prosequebantur; Quæ omnia D. Augustinus Scilla Pictor egregius optima delineatione dispofuit.

Inter musicos concentus ea Laurea insignitus fuit supradictus Comes in eodem Templo Sancto Ignatio dicato, & nobilissimis ornamentis ditato, inter quæ auro præfulgida peripetasmata videbantur, olim à Christina Svecorum Regina, nunc verò ab Excellentissimo Principe Livio Odescalco possessa, qui in obsequium Regis Hungariæ illa concesserat. Comitis laureati dotes, ac decora nobilissimæ Concioni Comes Philippus Strasoldus exposuit. Serenissimi Regis Personam exhibuit Eminentiss. Cardinalis de Goes, multorum Prçsulum Corona stipatus, quorum plausibus Hungarici Regni gaudia, Austriæque triumphi additi fuere

musicis,

muficis vocibus celebrati, cujus virtus invicta catenas diffolvit, in quibus nobilissima Regina ob fuam captivitatem lachrimabatur.

Itaque Roma litterario in Lycęo duplicatos trimphos vidit illis non impares, in quibus Antiqui Heroes laureati Capitolium afcenderunt, qui certè fuo faftu fuperbam mentem oftentare potuerunt, non verò merita horum duorum nobilisfimæ indolis juvenum adæquare.

Quis autem Romanos plaufus his diebus editos poffet verbis explicare? Paucis me expediam referens, magnas tum exterorum, tum Romanorum Civium catervas adveniffe, ut magnificentiffimum Theatrum confpiceret, in quo certatim de triumpho contenderunt Mufica, Liberalitas, Sapientia, Magnificentia, Modeftia, Virtus denique nobiliffima corona redimita. Hæc igitur Germanici Collegij trophæa numifma teftatur, cujus in fronte Draco eft, ftemma Gregorianum fub lemmate IVVENTVTI GERMANICAE. Ejus ædes Alumni petunt, ante quas vas adeft cum igne accenfo ad comburendos Hæreticorum libros humi fparfos: eo enim voto Collegium Julius erexit, ac ftabilivit Gregorius, ut à perverfo Lutheri dogmate Germaniam vindicarent.

LIX

ANNO RESTITVTO MDLXXXII.

INter præteritos annos, qui ab Orbe condito Gregorii XIII. Pontificatum antecefferunt Annus millefimus quingentefimus octogefimus fecundus infignis fuit emendatione Kalendarii Ecclefiaftici, quam Maximus Pontifex maxima cum laude, & utilitate ftatuit. Opus fanè utiliffimum, & memorabile, quod à pluribus Anteceffloribus fruftrà cœptum ipfe perfoluit, rationem anni perturbatam reftituens, modumque adhibens, quo futuris fæculis in prȩfcriptæ definitionis ftatu fine confufione perfeveret.

De hoc Kalendario emendato recitabo breviter ea, quæ numifma expreffum illuftrare poffunt, è Clavio, Ricciolio, aliifque probatiffimis Auctoribus collecta.

Varias fuiffe ab Orbe condito Kalendarii mutationes à Regibus, & Imperatoribus factas fciunt eruditi; Nam ut ex Macrobio, & Solino referunt Joannes Lucidus in fuo libello de vero Die Paffionis Chrifti cap.2., & Onuphrius cap. de anno, & partibus ejus; Romulus primus Romanorum Rex primum edidit Kalendarium, in quo conftituit annum dierum 304, quos in decem tantummodo menfes partitus eft juxta illud Ovidii Faftorum.

Tempora digereret, cum Conditor Vrbis in anno
Conftituit menfes, quinque bis effe fuo.

Hunc verò inchoari annum voluit à menfe Martio in honorem Martis, à quo fe genitum effe exiftimabat, feu ab aliis exiftimari volebat; Et cum per viginti quatuor circiter annos perduraffet Kalendarium Romuleum, poftea Numa Pompilius, qui eidem Romulo proximè fucceffit fecundum edidit Kalendarium, in quo additis anno Romuli diebus quinquaginta, annum inftituit more Græcorum 354. dierum, ex quibus duodecim menfes Lunares confici folent, unde bene fequitur idem Poeta loco citato.

At Numa, nec Janum, nec avitas præterit umbras
Menfibus antiquis, præpofuitque duos.

Adjecit præterea idem Numa prȩdictis anni diebus diem unum in honorem imparis numeri à Pithagora celebrati, unde factum eft ut annus Romanus tunc 355. dierum evaderet, & nihilominus Romani, ut tandem annum Lunarem cum Solari adæquarent Græcorum exemplo intercalabant fingulo annorum octennio, nonaginta dies non unica, aut duabus tantummodo intercalationibus in unoquoque octennio, ut folebant Græci, fed quatuor, nempè intercalando alternis annis dies viginti duos, alternis verò dies viginti tres. Cum autem intercalatores compeririffent in fine octennii fuperabundare octo dies propter illum diem additum in honorem

norem imparis numeri, ut hunc etiam errorem emendarent, tertio quoque octennio intercalabant non nonaginta dies, ut fiebat in aliis octenniis, sed tantummodo sexaginta sex, nimirum in anno secundo, & sexto sexdecim dies, in quarto autem, & octavo septemdecim, sicque compensabant illos quatuor viginti dies, qui spatio viginti quatuor annorum creverant.

Verùm cum procedente tempore magna esset exorta confusio, vel propter sæpius intermissam intercalationem, vel vitio Pontificum illorum temporum (intellige Ethnicorum) ad quos spectabat dictam intercalationem facere, qui aliquando in gratiam publicanorum protrahebant, vel contrahebant anni dies, Julius Cęsar anno vitæ suæ penultimo Kalendarium tertiò correxit, tribuens unicuique anno dies 365. à mense Januario inchoandos, & quoniam intellexit Solem non nisi in dictis 365. diebus, & sex horis cursum suum naturalem conficere, mandavit quarto quoque anno diem unum intercalari, ut sic illa etiam quarta pars diei adjungeretur. Denique Augustus post 36. annos in Kalendario Juliano cum alium quendam errorem deprehendisset ex anticipata illius diei intercalatione emanatam, quartò Kalendarium reformavit, quod ad nostra usque tempora perseveravit, donec tandem Gregorius XIII. Kalendarium postremò emendatum in usum induci curavit. Ecce quot anni varietates à Romulea Kalendarii emendatione ad Augustanam, 750. ferè annorum spatio factæ sunt. Hæc omnia leguntur apud Torniellum in præfatione ad annales Mundi.

Cur hæc Kalendarii à Gregorio facta sit restitutio luculenter explicatur in integro volumine, quod Christophorus Clavius noster vulgavit jussu Clementis VIII. ille in ejus proemio sic habet. „ Sacrosancta Romana Catholica, & Apo-
„ stolica Ecclesia, duo dierum Festorum genera celebrat, quorum unum stabilem
„ in Kalendario locum retinet, complectiturque Festos dies, qui semper statis
„ anni temporibus recurrunt, ideoque immobiles dici solent, alterum sedem ha-
„ bet Mobilem, certis tamen dierum terminis conclusam, comprehenditque Sacra
„ diei festi Paschalis, atque ex eo pendentium Festorum dierum solemnia, quæ
„ idcircò Mobilia appellantur. Ac priori quidem generi usus tantummodo men-
„ sium Solarium est necessarius. In posteriori verò genere, quòd nimirum à pri-
„ sco Mosaicæ legis instituto ad nos manavit necessariò præter annum Solarem,
„ Lunaris etiam adhibendus est, propterea quod in eo observandum est, &
„ Æquinoctium vernum, & dies Lunæ decima quarta primi mensis.

Fuerat jam in Concilio primo Hierosolymitano Apostolico sancitum Canone octavo (ut fusè exponit P. Michael Nau Soc. Jesu in Ecclesiæ Romanæ, Græcęq; vera effigie Dialogo duodecimo) ne ante Vernale equinoctium Pascha celebraretur cum Judæis. Deinde in Concilio Nicęno primò sancitum fuit tempus Paschæ die Dominica prima post 14. Lunam mensis primi nempè Martii (sic enim habetur in libro Arabicè scripto, quem librum Legis vocant Græci) relata sunt ejus verba ab eodem P. Nau. Post habitos ultrò citroque sermones multos, & graves, *Ibid. pag.*
& adducta in medium apertissima argumenta in eam voce una Patres (qui fuerunt 242.
318. sanctissimi, & doctissimi) convenerunt sententiam, Pascha celebrari debere die tertia, qua surrexit à mortuis Dominus, ac Servator noster, quæ scilicet à sexta Feria, qua passus est numeratur, & Dominica dies est, quæ Judaicum Pascha sequitur.

Ex hoc Concilii decreto à Judaico Paschate sic dependet Pascha nostrum, ut nisi exacto illo peragi non debeat. Judaicum autem à vetere mosaico instrumento, Levit. 23. *Indictum erat mense primo quarta decima die mensis*.

At quia in numerando, quod à Synodo Nicęna effluxit tempore, dies decem eoque amplius supra quam necesse fuit, invecti sunt; eventurum necessario erat, quòd post aliquot annorum millia ex compùto Græcorum mense Decembri Æquinoctium, & media Æstate Paschale festum, & Verno tempore Natale Christi cum falsa circulari annorum revolutione occurreret; atque simul ab Hebręis, & Christianis eodem tempore Pascha sępè celebraretur contra sanctum Concilii Decretum. Causa autem hujus perturbationis hæc erat: Annus siquidem diebus constat 365. horis 5. 49. Prolixiorem Julius Cæsar, ut indicatum supra fuit, minutis undecim edixerat, & omnium tunc opinione accuratissimè, atque adeo censebatur

dierum esse 365., & horarum sex. Hinc nata est Æquinoctio antecessio; v. g. ponamus æquinoctium Nicænæ Synodi ætate media nocte, quæ inter 20. & 21, Martii intercessit, contigisse; Cum recurrit media illa nox vertente anno, non fuit hoc temporis puncto æquinoctium, sed minutis undecim antevertit, & sex horis. Anno altero prædictum temporis punctum antevertit horis 12. & minutis 22. Anno tertio horis 18. & minutis 33. Quartò verò anno insertus est Februario dies unus, quem bissextilem appellamus. Collectæ enim sunt horæ, quæ cum essent 24, diem unum effecerunt, sed omissa sunt minuta, quæ spatio annorum 133. simul accepta diem unum constituerunt. Sicque Æquinoctium non jam inter 20. & 21. Martii, sed inter 19. & 20. occurrit. Elapsis verò aliis 133. circiter annis, factum est æquinoctium nocte illa, quæ inter 18. & 19. erat media. In hunc modum singulis 133. circiter annis antecessit die uno æquinoctium, quare semper recedebat simulque movebantur à suis sedibus festa omnia, factumque est ex illo minutorum neglectu, quæ minuta complemento sex horarum deerant, ita tractu temporis minuta illa excreverint, ut invicem juncta constituerint dies decem, atque ob id sæpè numero Pascha, reliquosque dies Festos mobiles contra Conciliorum Patrum decreta Ecclesia celebraverit; qua rerum, temporumque perturbatione quid fingi potest gravius?

Quamobrem ut hujusmodi Festi dies suis temporibus ritè agitarentur, uterque annus corrigendus fuit; & quidem erratis utriusque anni emendandis multi Summi Pontifices Romani non pauca etiam Concilia generalia, plurimique Viri gravissimi, & in rebus Mathematicis doctissimi manum admovere tentarunt. Etenim ante annos 870; & eo amplius errata in Kalendario Romano deprehenderat Venerabilis Beda Anglosaxo, & post ipsum ante annos 250, vel amplius Isacius Arginus Græcus Scriptor, & in Concilio Constantiniensi Petrus de Aliaco Cardinalis, & Episcopus Cameracensis anno 1414.

Campanus etiam, & Joannes de Sacrobosco ambo clarissimi Fastorum Ecclesiasticorum Scriptores. Insuper de iisdem erratis ab Ecclesia Dei extirpandis non pauca scripserunt Nicolaus Cusanus, & Petrus de Aliaco uterque S. R. E. Cardinales, & Joannes Regiomontanus Mathematicorum sui temporis facilè Princeps à Sixto IV. ad id negotii Romam evocatus, qui anno 1476. obiit, & in Pantheone sepultus. Postremò tempore Concilii Lateranensis sub Leone X. celebrati anno 1515. ad ipsum Leonem scripsit Paulus Mildeburgensis Episcopus Forosempronensis suam summam, & Joannes Stoeferinus, Albertus Pighius, & Joannes Echius rogantes, & Maximilianum II. Imperat., ut hoc negocium susciperent, suam formam reformationis exhibentes, quam postea imminente Concilio Tridentino exhibuit Petrus Pyratus, & Lucas Gauricus, aliique rogantes Pium IV, ut in hanc reformationem incumberet.

Itaque ex ejus nutu decreta fuit hæc reformatio in Concilio Tridentino, & remissa ad Romanum Pontificem, ut narrat Spondanus, eaque occasione Campanus, Joseph Molatius, Joseph Tarlinus, atque alii sua de hoc scripta evulgarunt. Nemo tamen assecutus est penitùs, quòd potissimum desiderabatur, quæ scilicèt via, quæve ratio tenenda esset, ut solemnitas Paschalis, cum aliis mobilibus, & immobilibus Festis ad suam pristinam sedem restituerentur, atque in eadem perpetuo sine notabili errore perseverare possent; Quidam enim sua correctione ritus ecclesiasticos perturbabant; alii dum æquinoctium in propria sede curabant retinendum, Lunam è proprio loco ejiciebant, & è contrario dum noviluniis prospiciebant, æquinoctium proprium domicilium cogebant deserere. Ex quo factum est, ut alii fieri non posse asseverarent, ut in Kalendario Cyclus Lunaris perpetuo duraturus describeretur, atque æquinoctio simul firma, stabilisque sedes assignaretur.

Convocatis denique Romam harum rerum peritioribus, & per Decennium discussis variis formulis prælata est ea, quàm obtulit Antonius Lilius Artium, & Medicinæ Doctor, olim ab ipsius fratre Aloysio scripta, in qua talem Cyclum excogitavit, qui Kalendario semel inscriptus in perpetuum inserviat, etiamsi ad retinendum in sua sede Æquinoctium nonnunquam dies ex anno sit eximendus.

Proindè

Proindè Gregorius XIII. scripsit ad Græcorum in Oriente Patriarchas, omnesque Christianos litteras paterno amore plenas, ut suam etiam operi manum darent. Probarunt tunc temporis plerique conatum. Quin & Ignatius Patriarcha Antiochenus Romam eo tempore se contulit, quo emandationi vacabant, tabulasque, & regulas inveniedorum festorum mobilium, quibus sui utebantur Orientales attulit. At denique pro votis, Deo bene juvante, confectum est emendatissimum Kalendarium, & Constitutione promulgata sexto Kal. Martii, jussit illud toto Christiano Orbe ab omnibus observari.

Qua verò ratione revocatum sit ad 21. Martii Æquinoctium, ætasque Lunæ, in qua erat error, non potest adeo breviter ostendi (ut nostrum permittit institutum) declaro tamen breviter dicendo; resectos fuisse illos decem dies, qui ex collectione minutorum undecim confecti fuerant à tempore Nicænæ Synodi ad annum 1582. quo absoluta est Kalendarii emendatio. Qua de causa, qui dies erat quinta Octobris, dictus est decima quinta, quique umdecimus Martii erat, appellatus est vigesimus primus. Deinde cum è collectis minutis illis annorum intervallo circiter 133. existat dies superfluus, rursus è sede sua discedat Æquinoctium, diem illum centesimo quoque anno demimus, quem propterea omittimus facere bissextilem, & quia centum Annorum spatio non existit ex minutorum summa dies integer nimioque plus tollimus, id restituimus quatercentesimo quoque anno, quem facimus pro more bissextilem.

Huic celebri temporum emendationi duo opponere ausi sunt aliqui. Primò Nicænam Synodum erroris arguentes, ex cujus sanctione Paschatis solemnitas è vera temporis sede perturbaretur; sed apagè qui hoc audeas, præceperunt enim ejus Synodi Sanctissimi, ac Doctissimi Patres, ut quomodo Romę in usu erat Pascha Æquinoctii tempore, primo scilicet mense, eaque, quæ Lunam decimam quartam excipit, Dominica celebraretur. Quo nihil æquius dici potest, ut Christianorum ritus à Judæorum cæremoniis distarent. Kalendarium vero non condiderunt, sed condi jusserunt hujuscemodi, quo recte, & absque errore tum Luna illa decima quarta indicaretur, tum affigeretur diei vigesimæ primæ Martii Æquinoctium. Quamobrem demandata fuit in primis Provincia Eusebio Cæsariensi Episcopo, & Ægyptiis magistris, qui varia procuderunt Kalendaria, & nullum eorum placuit ad tempora usque Justiniani Imperatoris, quo Dyonisius nomine Exiguus suum obtulit, cæteris paulo accuratius, quod annos multos in usu fuit; sed cum errorem haud correctum animadverterent, dum puduit à doctis irrideri Nicephorus Gregoras contendit apud Imperatorem Andronicum, ut juberet Kalendarium emendatius instrui. Postea autem ea omnia acciderunt, quæ superius exposuimus.

Opponebant secundò. Cur ergo aliquando Judęis in celebrando Paschate Christiani præcedunt? cum lex Patrum jubeat Christianum Pascha Judaico posterius esse? at breviter evanuit objectio. Pascha enim Christianum Judaico semper posterius est; Judaicum enim intelligi debet, quod primo mense fit, & decima quarta ipsius Luna. Quod si aliquando insaniant hodierni Hebræi, & Pascha secundo mense celebrent, æquum non est, ut insaniamus pariter, & sacratissima instituta proculcemus; si veniret illis in mentem ad Majum mensem differre Pascha, an differe deberemus, ne videremur Judæis anteire?

Nec defuerunt, qui adversus tanto labore fundatam emendationem erumperent è Castris Hæreticorum, inter quos Josephus Scaliger, ac Michael Męstilinus apud Tubingenses Mathematicus, verùm utriusque inanes conatus plenissimè confutavit celeberrimus è Societate nostra Christophorus Clavius in sua edita Apologia pleniusque etiam postea ejusdem Societatis peritissimus Dyonisius Petavius. Qui vero huic Kalendario contradixerunt Hęretici, non id quidem præcipuè præstiterunt, quòd errorem in eo esse animadverterent, sed vel ob invidiam, vel ne in ejus comprobatione viderentur auctoritatem agnoscere Romani Pontificis; sed de his plura apud Spondanum.

Cæterum non defuisse miracula ad novi Kalendarii commendationem refert supracitatus P. Nau, qui addit P. Franciscum Riccardum narrare è Bzovio, quo tempore approbata est à summo Pontifice Kalendarii emendatio, cum docti viri duo *Dial.* 8.

duo Pontificiis in hortis hiberno tempore deambularent, deque illa emendatione agerent, dixisse unum non magis fieri posse, ut recta esset, ac legitima, quàm fieri tunc poterat, ut arbor, quam habebant ob oculos nuces suas eo perfrigido tempore emitteret. At ecce ad illam vocem, quæ videbatur arbor aruisse, nuces protulit, quarum aliquas in Thesauro Pontificum asservatas fuisse Bzovius scribit. Sed iure miratur prudentissimus Auctor hæc dicta fuisse à Riccardo, cum non dicat ubi nam Bzovius hęc scripserit certe Bzovius Annales suos ultra annum 1572. non produxit; emendatio autem Kalendarii facta est anno 1582. eodemque anno eam edi, promulgari, & per Italiam cæterasque Orbis Christiani partes observari mandavit Gregorius, ejusque jussu diversis in locis prodiit Kalendarium perpetuum cum Apologia Christophori Clavii, qui etiam explicuit hanc correctionem, ut omnes intelligerent, in quo tota vis, ac ratio corrigendi Kalendarii Romani consistat, & cur repudiatis aliorum sententiis una Aloysii Lilii retenta sit. Et quia Rutheni aliique in his regionibus Græci Kalendarium cum Polonis non receperunt, ut eos ad sentiendum cum Polonis invitaret Gregorius duos Oratores, & sacra dona ad eos misit. *Ciac.16.*

Quam vera fuerit hęc Gregoriana correctio celeberrimum demostrat Palatium Patavinum, cujus structura Mathematice est ita composita, ut bis in anno per Solem à fenestra in fenestram egredientem possit quilibet demostratione oculari Æquinoctia cognoscere. Æstiuum, & Autumnale. Quamobrem jure Gregorii memoriam celebravit sapientissimus Bononiensis Senatus his verbis in publica Academia exculptis.

ANNVARVM RESOLVTIONVM FELICISSIMO RESTAVRATORI.

Illamque perennius servat numisma à nobis propositum, in quo sub lemmate ANNO RESTITVTO intuemur caput Arietis, florum semicorolla exornatum, & Dracone circumdatum, cujus cauda ejusdem ori inseritur. Cur hæc omnia ad significandam ejusmodi correctionem expressa fuerint breviter explicabo. Et quidem primò caput Arietis anni principium indicat, cujus dies ab Æquinoctio Verno, cum scilicet Sol Arietis signum ingreditur, Astronomi omnes enumerant. Ob id Veteres Arabum Medici ponere eam imaginem consueverunt ante Ephemerides suas, quę vulgo Arabica voce *Almanack* dicitur. Astruunt etiam Priscillanistæ (ait Augustinus lib. de Hęresibus) fatalibus Stellis Homines colligatos, ipsumque corpus nostrum secundum duodecim signa Cęli esse compsitum, sicut hi, qui Mathematici vulgò appellantur, constituentes in capite Arietem, Taurum in cervice, Geminos in humeris, Cancrum in pectore, & cętera nominatim signa percurrentes ad plantas usque perveniunt, quas Piscibus tribuunt, quod ultimum signum ab Astrologis nuncupatur. Hæc & alia fabulosa, & sacrilega non persequor, quæ hæresis ista contexit; sufficit tantùm ea indicasse ut Arietem tanquam dierum principium ab omnibus exprimi confirmarem. Pendet ex eo Corolla floribus contexta, ut veris initium exprimat, quo tempore ut Ovidius cecinit, *Ripa in Iconologia.* *Hæres. 20.* *Fast. lib.1.*

Omnia tunc florent, tunc est nova temporis ætas
Hæc anni novitas jure vocanda fuit.

Draco autem hęc omnia circumdat haud unica ex ratione. Phęnices in sacris imaginem Jani, seù Solis exprimentes Draconem finxerunt in Orbem redactum, caudamque suam devorantem, ut appareat Mundum, & ex se ipso ali, & in se revolvi, ut docet Macrobius. *Lib. 1. Saturnal. cap. 19.*

Ægyptii etiam hac figura annum notabant, eaque ubi principium, ibi finem esse. Draconis autem caput, & cauda sunt nodi lunares, seu intersectiones Eccliptieæ, & orbitæ lunæ in duobus locis oppositis, unde sumitur argumentum principii latitdinis lunę, & à capite quidem Borealis, à cauda verò australis. Ubi obtinet maximam latitudinem dicitur venter, sive Australis, sive Borealis pro ratione latitudinis, quam habet, & jure quidem, nam sicuti draco corpore magnus, ac latus est; propè caput verò, & caudam exilis, & subtilior, ita spatium intercœptum inter duos semicirculos, & deferentis lunam, & æquantis, videtur quen- *Principius Fabricius lib.2. tit.1. allus.1.* *P. Hieron. Vitalis in Lexico Math.*

quendam veluti draconem efformare, cujus pars lata draconis ventrem repræsentat.

Ægyptii insuper serpentis imaginem caudam suam ore attractam occultantis in manu dextera Saturni statuebant pro annuo circuitu; quod verò serpens temporis signum esset, causam Cyrillus hanc subiicit, quòd in longitudinem porrigitur, & multis complicatur spiris, quæ sunt multę dierum annorumque series, tacitèque proserpit nullo edito strepitu. Ea quoque causa esse potest suppressæ caudæ, quòd tempus aut à pręterito, aut à pręsenti, aut à futuro consideretur, quæ omnia incerta nobis omninò sunt. Præsens quippe cum instabile sit, & velocissimè transcurrat vix percipitur, pręteritum intueri non possumus, futurum longe minus, quia non dum est, & ejus finis prorsus est incognitus.

Addit Joannes Baptista Palatius serpentem illum in girum ductum sicut symbolum erat ęternitatis apud Antiquos, ita Gregoriani Kalendarii perpetuam significare durationem.

Draco demum stemma Gregorii XIII. novi Kalendarii explicat auctorem, sicut antiquitus tempus eadem imagine explicabatur, & quidem cum alis, quę temporis ejusdem velocitatem demonstrant, gloria tamen sapientissimi Pontificis in perpetuum duratura est, cujus auctoritate perfectum est id, quod tot Concilia, Summi Pontifices, ac viri docti magnoperè quidem desiderarunt, ac consequi non potuerunt.

LX

AB REGIBVS IAPONIORVM PRIMA AD ROMANVM PONTIFICEM LEGATIO, ET OBEDIENTIA.

ANNO 1585.

TRiennio post Kalendarii emendationem Gregorii gloria aucta maximè est accepto trium Japoniæ Principum per Legatos illius gentis obsequio. Rem totam brevi enarratione huc revocabimus ex libr. 14. Annalium Gregorii, aliisque Scriptoribus accepta. *Petavius rat. temp. ann. 1585.*

Japonia Orientis insula toto divisa est Orbe, ac in Mari Orientali, seu sinico in angulum rejecta, sexaginta octo Regna, seu potius Provincias teste Brietio complectitur, quorum nomina leges apud Baudrandum. In eam D. Franciscus Xaverius christianam lucem è Societate Jesu primus invexit, mox alii ejusdem Societatis homines, vel sustinuere invectam, vel auxere. Ventum est demum ad Gregorii XIII. tempora, qui omnibus præsidiis firmare pietatem, & jacta Religionis semina excolere studuit. Itaque Japones censuere tantam Gregorii benificentiam venerari, unde legationem decernunt Franciscus Bungi Rex, Protasius Arimęnorum, ac Barthol ęmeus Omurenorum Princeps: Michaelem Gingivam, & Mantium Regii sanguinis viros destinavere, adjunctis Martino Fara, & Juliano Nicauro adolescentibus nobilitate conspicuis. Hi omnes comitantibus Patribus è Societate Jesu Alexandro Valignano, cui eorum cura commissa est, & P. Mesquita Lusitano, qui interpretis munere fungebatur, navi Lusitaniæ commissi Nagasachio Japoniæ Urbe 20. Februarii anno 1582. solverunt. Triennio in navigatione consumpto accessere tandem ad Urbis portas die 18. Martii anni 1585. Urbem ingressi tubarum sono, quæ equites levis armaturę Pontificiæ custodiæ addictos præibant, totiusque Romæ plausu deducti fuere ad domum Professam Societatis Jesu, ubi Præpositus Generalis illos excepit, & in Templo clausis januis musicis concentibus dicto Hymno *Te Deum* gratiæ fuerunt persolutæ. *v. Iaponia.*

Affulgente die vigesima tertia Martii instructa est Legationis pompa, quam P. Ignatius Bomplanus his verbis enarrat in vita Gregorii „ Ibant Legati ha-
„ bitu Japonico equis pulcherrimis invecti, Mantius inter duos Archiepiscopos,
„ ac duos inter Episcopos Michael, & Martinus: sequebatur flos Nobilitatis: huic bre- *Paulus Aleo in Diariis. Pag. 334.*

breviſſimæ enarrationi placet aliam magis exactam adnectere, quam italico ſermone expreſſit Julius Gualterius in integro volumine, quo ſingula ad hanc Japonicam Legationem ſpectantia recenſuit, typiſque edidit Romæ anno 1588.

„ Dalla Villa di Papa Giulio ſi inviorono verſo San Pietro in queſto modo.
„ Precedeva la Cavalleria del Papa, e la Guardia delli Svizzeri. Secondo la
„ Corte de'Cardinali, e Ambaſciatori. Terzo gran numero di Tamburri, e
„ Trombe. Quarto li Camerieri del Papa, con gli Scudieri, e gli Officiali di
„ Palazzo in habito roſſo. Quinto li Chierici di Camera. Seſto li tre Giappo-
„ neſi veſtiti alla Giapponeſe ſopra cavalli coperti di velluto negro ornati d'oro,
„ e circondati da Palafrenieri. D. Mantio in mezzo à due Arciveſcovi. Dietro
„ gran nobiltà di Roma. Giunti à Caſtello furono ſalutati con lo ſparo dell'Ar-
„ tiglieria. Giunti al Vaticano portavano ciaſcheduno le lettere de ſuoi Rè ſco-
„ perte &c.

Regiam uti vocant aulam ingreſſi atque ad Pontificium ſolium ducti, prælatis manu Principum litteris ad pedes Gregorii procumbunt, oſculaque pedibus infigunt, quos Gregorius inclinata majeſtate, & redditis pro oſculis amplexibus exundante lachrymis, guadiiſque vultu, non ſemel, ſed bis ſingulos recepit in Pontificium ſinum. Mox per interpetrem Mantius primùm deinde Michael expoſuere cauſas Legationis, quæ eò ſpectabat, ut perpetuam obedientiam præſtarent Chriſti Vicario, & cum reſpondiſſet Pontifex graviter, ſed paucis, recitatæ ſunt litterę, deinde habita eſt latina Oratio à Patre Gaſpare Conſalvo Societatis Jeſu, cui reſpondit Antonius Boccapadulius.

Poſt hęc iterum ad oſcula pedum admiſſi in ędibus Vaticanis excepti convivio fuere à Philippo Boncompagno, vnà cum Guaſtavillano Purpuratis, & Jacobo Boncompagno. Inde à Gregorio acciti de moribus Japoniæ, de progreſſu Religionis, aliiſque interrogati, ſummam attulere voluptatem, à quo dimiſſi acceſſere ad Templum Vaticanum cineres Apoſtolorum veneraturi, denique domum reducti ſunt Roma fruente.

Die deinde quo feſtum Annunciationis Deiparę celebratur, ac ſolemni equitatu Summus Pontifex Templum ſupra Minervam accedit, ipſum Pontificem equo vecti pręceſſerunt, ac pleraſque Gregoriani amoris ſignificationes experti ſunt; alimenta enim Pontificiis expenſis parata receperunt, nobiliſsima inſuper indumenta, ac plurima haud exigui pretii munera. Juliani etiam ægrotantis cura optimis medicis Gregorii juſſu commiſſa fuit. Atque ultimum id fuit decus, & gaudium Gregorii morituri, cujus vita pro religione, pro charitate, & pro æquitate certavit.

Nam ſuſcepta Japonum Legatione repente ad perennem gloriam, uti piè creditur evocatur à Deo. Aderat anni tempus Vernum, dierumque varietate incertum, aderat Chriſtiani tempus jeunii, quod ipſe per ſummam abſtinentiam exigebat, aderat graviſſima octoginta quatuor annorum ętas, quare cœperat laborare tuſſi, & faucium inflammatione. Poſt triduum corpore toto langueſcens lecto decubuit, in quo tranquillè, ac ſuaviter expiravit die decima Aprilis anni 1585. Relicto (ait Bomplanus pag.340.) ex vita pro teſtamento mortalibus hoc documento; *fœliciter eum vivere, ac mori, cujus vita ad aliorum felicitatem ſe compoſuit*.

Paulus Alaleo in Diariis.


Non Pontificem Summum, ſed Patrem amiſſum deploravere Legati, quorum tamen lachrimas pari amore abſterſit Sixtus V. eo tempore Summus Pontifex renuntiatus. Quippe ad interiorem conſuetudinem eos admiſſos in Lateranenſi pompa proximo ſibi loco dignatus eſt. Dein ad altaris miniſteria Regium in morem adhibitis ſua ipſe manu Chriſti corpus impertiit, poſtremò ad omnem virtutem gravi adhortatione accenſos, ac magnificè inſuper donatos, immortalem habentes gratiam ab ſe dimiſit. Reliqua, quę antequam Roma diſcederent acciderunt, compręhendit ſua enarratione ſupracitatus Gualterius hujuſmodi verbis.

Maffæus in hiſt. MS.

Cap. 8. „ Aſſunto Siſto V. li ricevè benignamente, e in molti modi li favorì, li fece
„ intervenire nella Cavalcata del Poſſeſſo al Laterano, dando lor luogo tra gli
„ Ambaſciadori, e fece tenere la ſtaffa da D. Mantio, quando càvalcò, diede lo-

ro

LXI



LXII



LXIII



LXIV



LXV



LXVI



LXVII




LXVIII



LXIX







„ ro due volte convito alla Reale una volta nel Palazzo, l'altra nel Giardino
„ presso Santa Maria Maggiore, mangiando nel medemo tempo Sua Santità, &
„ donò loro tre mila scudi, perche potessero tornare alle Patrie loro, & aggiun-
„ se molte pezze di panni di seta, e altre robbe di prezzo per loro, e per li Rè, da
„ quali erano stati mandati. Due stocchi di oro col elze d'argento indorato, &
„ ornamenti di diamanti, due cappelli di velluto con i loro cordoni di perle
„ conforme sogliono i Pontefici mandare à Prencipi coronati: nella Vigilia dell'
„ Ascenzione al fine del Vespero in San Pietro li dichiarò Cavalieri dello Spe-
„ ron d'oro, gettando egli medesimo à ciascheduno una ricca collana d'oro
„ al collo, à cui pendeva non solo il segno del Cavalierato, ma una medaglia
„ con l'impronta, e armi d'esso Pontefice, il quale gli abbracciò con tenerezza
„ d'affetto, e li baciò. La mattina seguente volle il Pontefice celebrar Messa pri-
„ vata, e vi introdusse li quattro Ambasciatori comunicandoli di sua propria
„ mano, e dicendo Messa propria de Viandanti per pregar felice il lor viaggio.
„ Furono poscia accompagnati da molti Prelati, e da altri Cavalieri nel Campi-
„ doglio, dove dal Senatore, e Conservatori furono riceuuti fuori del Palazzo,
„ e introdotti furono dichiarati Cittadini, e Patritii di Roma, con facoltà che
„ tutti i loro descendenti potessero godere questo priuilegio, e ne fù spedito à
„ tutti in carta pecora con un grosso sigillo d'oro smaltato. Finalmente risanato
„ D. Giuliano furono di nuovo ammessi al bacio del piede di Sua Santità, che
„ dandogli molte Reliquie, e Medaglie benedette, li benedisse, e partirono da
„ Roma accompagnati fuori della Città da gran numero di Cavalieri, e per tutto
„ lo stato Ecclesiastico furono d'ordine di Sua Santità riceuuti con honori, e spe-
„ sati dal publico. Finalmente giunsero in Genova, ove s'imbarcarono sopra
„ Galera accompagnati da una squadra di dicidotto, allora che partirono alla
„ volta di Spagna guidate da Giannettino Spinola Nipote di Giovanni Andrea
„ Doria.

LXII

GREGORIO XIII. PONTIFICI MAX. OPTIMO PRINCIPI
HUGONI BONCOMPAGNO BONONIENSI
ANNO DOMINI MDLXXVIII.

S. P. Q. R.

NUmisma memoriæ dicatum à S. P. Q. R. ob insignia beneficia, quæ Romæ amantissimus Pontifex contulit. Aliud ejus generis vidimus sub num. 44. ubi elogium Gregorii in Capitolinis ædibus recensuimus. Illud cusum fuisse anno 1578. notæ in eo exculptæ declarant.

LXIII

NON EST QVI SE ABSCONDAT A CALORE EIVS.

AD celebrandam Gregorii XIII. memoriam hac ætate fusum est numisma, in quo Sol suos radios circumquaque effundit adiecto lemmate ex Psal. 18. accepto. NON EST QVI SE ABSCONDAT A CALORE EIVS. Fuit olim hoc idem elogium jure tributum Gregorio, ut legitur in pagina 44. additionum P. Oldoini ad Ciacconium sub Sole expresso, à quo virtutes Gregorii clarissimè declarantur; sicuti enim Solis radios quidquid sub Cælo est beneficentissimos excipit, ita nullus quamvis remotissimus in Orbe Terrarum sinus Gregorii liberalitatem non sensit. In singulis quatuor Mundi partibus suas vires Gregorius impendit, ut oves sibi creditas juvaret. Extat propterea aliud numisma à nobis

tamea

tamen non expressum, sed relatum à P. Molineto sub num. 41. in quo hæc leguntur exculpta,

MONASTERIORVM ECCLESIARVMQVE FVNDATORI CONSERVATORIQVE
CARDINALIS PROTECTOR, GVBERNATOR, ET CONFRATRES
DOMVS PIAE DICARVNT MDLXXXII.

Domus autem Piæ nomine illa domus intelligenda, quæ dicitur *della Pietà de Carcerati*. In ea conveniunt Confratres permulti, quorum munus est captivos in Carcere detentos juvare, eleemosinas illis largiendo, lites eorum componendo, ac Triremibus ad tempus damnatos liberando. Hanc piam institutionem confirmavit suo diplomate Gregorius, & in Archiconfraternitatem erexit. Ejus originem tribuunt Annales P. Joanni Tallier Societatis Jesu Sacerdoti, qui in Carceribus publicis captivorum confessiones sępe excipiens, ut eis magis prodesset; pios viros ad illud institutum complectendum induxit anno 1575. de eodem fusiùs agit D. Abbas Carolus Bartholomęus Piazza cap. 7. sub titulo Archiconfraternitatum in suo æquè eruditissimo, ac utilissimo volumine, cui titulus est, *Opere pie di Roma*.

Quam autem bene Gregorio XIII. Elogium illud conveniat

MONASTERIORVM ECCLESIARVMQVE FVNDATORI.

Quamplurima tum Sacra, tum Prophana comprobant monumenta; Namque tria, & viginti Collegia anno secundo sui Pontificatus extruxit. De nonnullis ædificijs à Gregorio instructis Annales ejus agunt lib.2. in fine. Urbis vias stravit. Eugenii Papæ quarti porticum ad S. Mariam Majorem labentem magnificentiùs restituit, Romanam Academiam, quæ *Sapientia* dicitur, restauravit. Constantini Baptisterium laquearibus, & marmoribus expolivit. Auratum à Pio V. cœptum in Ara Cæli lacunar absoluit. Hæc Franciscus Mucantius tom. 2. Diariorum. Ecclesiam S. Mariæ Montium exædificari jussit, & in Quirinali Monte, ut illuc ęstatis tempore Pontifices diverterent Palatium extruxit. Tolfæ amplas ædes opificumq; tabernas ædificavit. Aulam Constantinianam, & Bononiensem Paulique Pontificis absolvit, & figuris ornavit. Sixti IV. Sacrarium ampliavit, in Adriani Mole vallum refecit. Tusculi quò salubrioris auræ gratia libenter adibat, ad Montem Portium pro re Sacra rusticis facienda Templum erexit, ad Capuccinorum etiam Fratrum Sacram Ædem absoluit, & duobus Sacellis à Boncompagno, & Vastavillano Card. amplificari mandavit. Hospitalitatis antiquum, ac piæ virtutis institutum amplexus Gregorius piorum Pontificum exemplo plura cœpit extruere alienigenis hospitia, in quibus liberali, ac planè Pontificia munificentia non modo alerentur, sed in litteris, ac pietate ad Religionis Christianæ propagationem instruerentur. Præclarum sanè, ac sanctissimum institutum! Suis expulsis sedibus, Patrio solo deturbatos, ac religionis causa profugos in Urbe, ut communi gentium omnium Parente excipi, atque ex ęrario publico sustentari, ut in Patriam inde reversi Romanæ Ecclesiæ religionem tueri, & retinere studeant. Quod opus majus videri debet, quam vallo Civitates munire, Portus, ac navalia ædificare, & similibus terrenæ magnificentiæ exemplis suis memoriam Posteris prodere.

Oldoin. 5

Ad eum finem Viris ejus Ordinis, qui S. Joannis Dei appellatur ad novum hospitale construendum locum in Insula Tyberina Gregorius assignavit. Præter Collegium Romanum, & Germanicum, quæ diximus Angli suum habuere in Urbe Collegium ab eo erectum, una cum templo propè Campum Florę cum ędibus, & annuo redditu, ut ex inscriptione ibidem apposita,

Iul. Roscius Hortinus pag. 30.

GRE-

GREGORIVS XIII. PONT. MAX.
HVIVS ANGLORVM COLLEGII FVNDATOR, AC PARENS OPTIMVS,
ALVMNOS SVOS CHRISTO COMMENDAT, VT QVOS IN ANGLIAM
AD DEI DEFENSIONEM MITTIT, ADVERSVS HOSTIVM INSIDIAS,
ATQVE TORMENTA DIVINA VIRTVTE CONFIRMET,
QVA FRETI IAM ALIQVOT PRO CATHOLICA ROMANA ECCLESIA
FORTITER OCCVBVERVNT.
PHILIPPVS BONCOMPAGNVS S.R.E. CARD. TIT. S. SIXTI
EIVSDEM PONTIFICIS FRATRIS FILIVS COLLEGII PROTECTOR,
ET BENEFACTOR MVNIFICENTISSIMVS
IDEM A DEO PRECATVR.

Græci suam habuere sedem in via Flaminia, quibus templum D. Athanasii datum annuoque dotalum proventu, ut ibidem Sacrum Græcè haberetur. Ejus inscriptio fuit.

GREGORIVS XIII. PONT. MAX.
CATHOLICÆ FIDEI PROPAGANDÆ STVDIO
COLLEGIVM GRÆCORVM ATTRIBVIT
PONTIFICATVS SVI ANNO VI.

Supra fores Ecclesiæ hæc alia inscriptio.

AD HONOREM DEI,
ET MEMORIAM S. ATHANASII EPISCOPI ALEXANDRINI,
COLLEGIVM GRÆCORVM AN. DOM. MDLXXXI.
GREGORIVS XIII. PONT. MAX.
A FVNDAMENTIS EXTRVXIT PONTIFICATVS SVI ANNO X.

Illyricis Seminarium erexit anno VII. Pontificatus Laureti primùm, quod postea Romam etiam translatum est. Austrii suum habuere Collegium à Gregorio Viennę extructum anno Pontif. IX. Pragæ in Boemia aliud instituit, Gręcense in Styria, Moravis etiam Olomucii nobile excitavit, Brusburgense in Prussia; Mussipontanum in Lotaringia, Vilnense in Lituania, Claudiopolitanum in Transilvania. In Japonia ad Christianam religionem redacta quatuor instituit Collegia anno Pont. XI. Funense primum, Vasquiense, Ariminense, & Anzuchixamense. His omnibus redditus ex Europa attribuit, teste Antonio Possevino in apparatu sacro. Fuldæ etiam aliud instituit, aliud Dilingæ, & Augustæ in Germania, Remis in Brittania, aliud Mediolani, de quibus videndus est M. Antonius Ciappus in libello quem scripsit de virtutibus Gregorii XIII.

Maronitæ demum, hoc est Montis Libani Habitatores in hunc diem, non sine prodigio Maronitarum suum habuere Collegium ad radices Montis Quirinalis anno ultimò sui Pontificatus institutum, non autem ob mortem dotatum. Aluit ejus Alumnos annuo censu è Pontificiis sumptibus tributo dum vixit, cæterique ejus Successores pariter aluerunt, ut vera religione imbuti ad suos reversi, quæ rectè didicerunt, reliquis probè monstrarent, ac ejus Plagæ incolas sub Maumethanorum regimine omni doctrina destitutos verę religionis documentis imbuerent ad curas animarum addicti, seu ad Episcoporum Sedes promoti, vel ad summam dignitatem Patriarchatus Antiochensis electi: Quam multi ex eo Collegio ejusmodi homines emanarint recenset libellus Romæ impressus anno - - - qui centesimus ab ejusdem institutione solemni pompa celebratus fuit. Ad portam Collegii hęc est inscriptio à Victorello etiam relata.

GREGORIVS XIII. PONT. MAX.
COLLEGIVM MARONITARVM MDLXXXIV.
PONT. ANNO XIII.

Bomplanus pag.48. Cætera demum, quæ tum Romę tum alibi construxit, instruxitque Gregorius vix erit enumerare; siquidem incensus juvandi studio, ut Sol ipse effervescebat, & quodcumque vel necessarium, vel utile publicæ rei compererat, citiùs perficiebat, quàm optabatur, superavitque vota Populorum.

LXIII

VENITE AD ME OMNES, ET EGO REFICIAM VOS.

QVod Christus Salvator in numismate hoc expressus dixit Turbis, sua liberalitate, & munificentia affirmabat Gregorius. Verus ovium Custos, ac amantissimus omnium Pater cujuscumque indigentiam sublevabat, omnium implebat vota, nullum è Pontificio sinu rejiciens. Hanc suam voluntatem, & benefaciendi studium publico numismate comprobauit.

LXIV

A QVO, ET AD QVEM.

NUmismatum seriem, quæ ad Gregorium XIII. spectant claudimus Draconis imagine quinque modis expressa in vario numismate, juxta relationem Jo: Baptistæ Palatii. Illam tamen P. Oldoinus, alique referunt ab emblematibus acceptam, quę in Commendationem Gregorii Pontificis sub Draconis gentilitii significati ingeniosè fuerunt excogitata. Mihi quidem incomperta adhuc fuerunt talia numismata, si fortè vulgata sunt. Ut ut sit, aliqua eorum explicatio Pontificis optimi laudes augebit. Itaque Serpentem cernimus suam Caudam ore stringentem, ut in numismate 59. etiam exhibuimus. Illum exhibuit inter emblemata, quibus Gregorii XIII. gesta descripsit Principius Fabricius lib. 6. tit.3. allus.8. ubi ait Regem optimum sic antiquitus notari, citatque Pierium; sic etiam Deum Regum Regem, qui est Principium, & Finis rerum omnium, idest Alpha, & Omega, Apocalips.1. Gregorium Summum Pontificem optimi Principis titulum sibi vindicasse ex numismate 44. satis didicimus.

In vita Greg.

Libr. 14. dict. Rex.


LXV

FOELIX PRAESAGIVM.

DRaconem etiam hunc ostendit in suis emblematibus supracitatus Fabricius, ubi ait: *Signum salutis apud Aegyptios, & Phœnices Draconem fuisse.* Fœlicissimi etiam ominis Draconem habitum apud Ethnicos testantur antiquitatum Scriptores, adeòque multos, vel mediocris fortunæ milites ad imperii fastigium ejus ostento putarunt fuisse evectos. Insuper Ægyptii Serpentes inter sua numina numerabant, atque ab ipsis impertiri stultò sibi suadebant, eòquòd veteri pelle sæpè exuta, ad novam veluti Juventam, salubrioremque ætatem transeant. Quamobrem sanitatem sub typo mulieris exprimebant cum proximo Dracone.

Lib. 3. tit 2. all.7.

Idem orat. ad Ducem Boncompagnum.



EPH-

LXVI

ΓΡΗΓΟΡΕΙ.

DRaconem iterum intuemur ſub lemmate GREGORI Greçis caracteribus expreſſo, hoc eſt *Vigilat* à verbo græco GREGOREO, quod ſignificat *Vigilare*. Reſpondit numiſmatibus ſub numeris 9. & 10. explicatis, in quibus Gregorii Pontificis optimi Paſtoris vigilantia in cuſtodiendo Gregè commendatur, de qua ſatis. Aliquid tamen ſupereſt obſervatione dignum in hujus Draconis imagine, quam Cauda reciſa conſpicimus; ſcilicet Gentilitium Gregorii ſtemma, cujus originem annales Gregoriani hoc pacto referunt. *Tom. I. lib. I.*

Bononię natus eſt Gregorius ex Familia Boncompagna, cujus originem prænobili Draconum ſtirpi, quæ Aſſiſii antiquitus florebat innumera tribuunt monumenta. Hanc Aſſiſii poſuerat quidam Germanus Baro, cui nomen Rodulphus, qui circa annum 963. ad Imperatorem Othonem in Italiam profectus ejuſdem Imperatoris Juſſu Aſſiſio præfuit à Draconibus dictus, ob triplicem auream Draconis imaginem, quàm in vexillis rubeis oſtentabat. Hoc inſigne Gentilitium adhuc ibi viſitur in lapide ſepulchrali exculptum, atque illi ſimile habet Spoletana Draconum familia, ex eadem ſtirpe propagata. Mortuo Rodulpho circa annum 1003. ſub Lotario I. Inter Proceres è Rodulphi ſanguine natos Vir fuit, cui nomen Boncompagnus, qui in ſuam ditionem redacta Urbe Maceratenſi cum proxima Appenninorum montium regione, nomen Familię Draconię mutavit, eamque Boncompagnam juſſit appellari, retento pro ſigno unico Dracone cauda orbato. Devicta demum circa annum 1458. ab hoſtibus Boncompagni familia, atque à ſua ditione expulſa Raynerus ſuperſtes Arezium petiit, Joannes autem ejus frater Bononiam, ubi deinde ſtirps Boncompagna incrementum ob præclaros progenitos viros, non minus Toga, quam armis conſpicuos. Inter eos Jacobus numeratur Gaſparis filius, qui Bononiam contra Gallorum arma ſua virtute ſervatam Julio II. Pontifici reddidit incolumem. Ex ipſo Chriſtophorus originem traxit Pauperum Parens appellatus, qui poſtea cum Angela Mareſchalca ſeptem filios progenuit, ex quibus quinque demortuis, ſuperſtites fuere Boncompagnus, & Vgo, qui ad Summum Pontificatum ob egregiarum virtutum cumulum evectus eſt.

LXVIII

PRAEBET NON PROHIBET.

AD oſtium Vineæ Draco ingreſſum NON PROHIBENS, ſed PRAEBENS (ut in lemmate dicitur) Gregorium Pontificem deſignat, cujus induſtria, & vigilantia eò ſemper collimabat, ut in Vineam Domini omnes ad operandum induceret. Paganos idcircò, Hæreticos, & Judæos ab ultimis Terrarum finibus excitavit ad audiendum Evangelium. Concordat Hoſius S.R.E. Cardinalis in Epiſtola nuncupatoria operum ſuorum dicens. *Non unius Civitatis mœnibus, quamvis illuſtris ea ſit & ampla, nec unius, aut alterius nationis finibus, ſed quàm latè patet Orbis totus, ejus ambitu Pontificatum tuum eſſe vis circumſcriptum. Ad omnes ex æquo curas, & cogitationes tuas derivas, & Orientales, ac Septentrionales, ac Indos ex æquo reſpicis, non alia de re magis ſollicitus, quàm ut ad ovile Chriſti revocari poſſint, quotquot ab eo Sathanæ fraudibus abductos eſſe vides.*

Junge quod de Miſſionariis Gregorii ſcripſit M. Antonius Muretus teſte Cabrera, ſeu Stephanus Tuccius è Societate Jeſu, ut affirmat P. Oldoinus in oratione illa funebri Gregorii XIII. habita coram Cardinalibus. *Cœpit in omnes partes Eccleſiæ excubare, ut quod novo nomine præſeferebat, id certis rerum, ac factorum firmaret eventis. Animadvertebat eorum, quorum gerebat curam alios ab Eccleſiæ*

legibus, ac disciplina desciviſſe, alios eſſe quidem orthodoxæ Fidei cultores, ſed in morum ac vitæ rationibus claudicare. Has utraſque ſui gregis partes complexus inſtitit pervigilare, providus Paſtor ſua ſingulis, vel medicamenta, vel pabula ne deeſſent, ac primùm quàm incenſis ſemper ſtudiis contendit oves, quæ à veræ Religionis ſeptis in ovile ſuis ſi potuiſſet humeris reportare.

Convenit etiam Gregorio Pontifici hæc Draconis expreſſio in Porta, ſeu Vineę, ſeu Viridarii aliam ob cauſam, quam Joannes Ferrus relatus à Philippo Picinello in ſuo Mundo ſymbolico, refert in lemmate, ſub Dracone gentilitio hujus Pontificis appoſito: *Colit Viridaria*. Voluit enim declarare Protectionem, qua benigniſſimus Pontifex Litteratos viros fovebat, longè ſuperans Scipionem illum Affricanum, de quo Vellejus Paterculus dixit. *Tam ille elegans liberalium ſtudiorum, omniſque Doctrinæ, & admirator, & fautor fuit, ut Polybium Panætiumque præcellentes ingenio viros domi militiæque ſecum habuerit.*

Lib. 7. cap. 4. n 24.

LXVIII

DESERTIS SEMINA TERRIS.

SPectat ad Gregorii Providentiam currus hic Dracone per aêrem vectus ſemine plenum, ac frugibus, ut DESERTIS diffundat SEMINA TERRIS. Vidimus in numiſmate ſexto tantam Annonę copiam ſumptibus propriis comparatam, ut pro ea nova horrea in Diocletiani Thermis extruxerit.

Niſi potiùs ſub Seminis, atque Annonę vocabulo indigitari potiùs exiſtimemus documentis Evangelii edocti *Verbum Dei*, quod Gregorius ſumma ſollicitudine curavit, ut ſpargeretur ab Operariis Evangelicis in remotiſſimis, & deſertis regionibus infidelium, ubi non niſi vitiorum, & incredulitatis vepres efflorebant.

Abſolvat hujus magni Pontificis laudes Imago Draconis, quam P. Oldoinus exponit ſupra cubum, adjecto lemmate *non commouebitur*. Qua quidem voce Eccleſiæ Romanę, ac Summi Pontificatus ſtabilitatem explicari poſſe nullus dubitavit. Lapis enim figura cubica efformatus undequaque erectus ſtare dici poteſt; atque de Eccleſia ſupra firmam petram fundata ſacer vates enunciavit *in æternum non commovebitur*.

Pag. 43.

Huic tamen explicationi placet aliam adnectere, quæ ipſius met Gregorii virtutes illuſtrat, ſciunt antiquæ eruditionis periti hominum ſimulacra, quos ęterna memoria dignos ob præclara facinora exiſtimabant, quadratis baſibus publico decreto impoſita fuiſſe *non aliam ob cauſam* (ait eruditiſſimus Urſinus) quàm quòd ea forma, quæ ſola perfecta abſolutaque ſit, illorum virtutem, ſapientiamque minimè fluxam, minimèque mutabilem indicare vellent. Itaque quadratum virum, qui eſſet omnibus numeris abſolutus, ut apud Platonem, & Ariſtotelem appellare ſolet Simonides. *Hermas* vocarunt hujuſmodi quadratos lapides ex græca voce, quæ firmamentum ſignificat authore Feſto, de qua vide Bulengerum de Pict. & Plaſt. lib. 1. cap. 17. & hiſtoriam univerſalem, quam Abbas Franciſcus Bianchinus hoc anno edidit omnigena eruditione exornatam in Decade quarta pag. 509. Nobis ſit ſatis indicaſſe gentilitium Gregorij XIII. Draconem in quadrata baſi meritò fuiſſe collocatum, cujus virtutes, atque excelſi animi dotes ſingulę ſingulis perfectè reſpondent.

Apud Abb. Franciſcũ Blanchinũ in hiſt. univerſ. pag. 510.



SIXTI

I


II


III


IV


V


VI


VII


VIII


IX


X


XI


XII


XIII


XIV


XV


XVI


XVII


XVIII


XIX


XX


SIXTI V. NUMISMATA.

I

SIXTVS V. PONT. MAX.



CAPVT Sixti V. Pont. Max. qui ante Pontificatum Cardinalis de Montealto nuncupabatur, in cujus cryptis intra Ripensis Diœcesis limites natus fuerat, adhuc puer in Ordinem Sancti Francisci Conventualium admissus, post prima litterarum rudimenta tanto studio profecit, ut in Firmi Cœnobio lauream Magisterii in Sacra Theologia consequutus fuerit, tandem à Pio V. in Cardinalium Collegium cooptatus, & post Gregorii XIII. mortem anno 1585. Pontifex Maximus eligitur. Anno eodem in gradibus ante fores Basilicæ Vaticanæ à Ferdinando Medice sui Pontificatus insignia accepit. Et anno 1590. è vivis excessit. Quanta hic magnanimus Pontifex quinque tantum annorum spatio egregiè patravit ejus numismata satis indicabunt. *Ciac.111.*

II

VADE.FRANCISCE.REPARA.

SAnctum Franciscum Lateranensem Basilicam humeris sustinentem exponit numisma alludens ad id, quod de ipso in ejus vita legitur; idemque præstitum fuisse à Sixto significari voluit P. Molinetus, *eo quòd elegantissimum opus in Laterano construxit ad Populum benedicendum*. Sed cum tale opus anno 1589. fuerit extructum, anno verò anteriori hoc numisma vulgatum, & peculiare insuper numisma illud nobis repræsentet, ut videbimus, non est cur ad præsens talem fabricam referamus. *Pag.112.*

Eandem igitur ob causam cusum fuisse existimo præsens numisma, ob quam D. Francisco Ecclesiam collabentem Deus in somniis ostendit, indicavit enim sub typo Templi Lateranensis proximam ruinam ob hæresum errores, moresque hominum depravatos, quibus ille sana doctrina atque morum innocentia occurrere debebat.

Id optimè percepit tùm Innocentius III. Summus Pontifex, tum ipse Sanctus Franciscus Assisias. Ille enim referente Surio ex Divo Bonaventura, cum Dei Sapientia Franciscani Ordinis initia in ipso Francisco, & undecim Sociis ponere jam cœpisset, vidit, ut ipsemet retulit, Lateranensem Basilicam fore proximam jam ruinæ, quam quidam homo pauperculus mendicus, & despectus proprio dorso submisso, ne caderet, sustentabat; statimque exclamavit. Verè hic est ille qui opere, & doctrina Christi sustentabat Ecclesiam. Nil dubitans, quin ad Franciscum ipsiusque Familiam visio pertineret. D. autem Franciscus (ait Sanctus Bonaventura) dum die quadam egressus ad meditandum in agro deambularet, juxta Ecclesiam Sancti Damiani, quæ minabatur præ nimia vetustate ruinam, & in eam

insti-

instigante causa orationis intrasset, prostratus ante imaginem Crucifixi, non modica fuit in orando spiritus consolatione repletus. Cumque lachrimosis oculis intenderet in Dominicam Crucem, vocem de ipsa Cruce dilapsam ad eum, corporeis audivit auribus ter dicentem. *Francisce vade, & repara Domum meam*, quæ vt cernis tota destruitur. In se deindè reversus ad obediendum se parat, & totum se recolligit ad perficiendum mandatum de materiali Ecclesia reparanda, licet principaliter intentio verbi ad eam ferretur, quam Christus suo Sanguine acquisivit.

Similibus verbis se à Deo excitari Sixtus V. præsentit in Romana Sede collocatus, quamobrem Sancti Francisci opem percusso numismate imploravit ut suam Virtutem in opere cæteroqui arduo ipsi concederet. Difficillimis enim temporibus Pontificatum adeptus eodem Pontificatus initio infirmitatis humanę se conscium, ac tantæ molis minimè capacem affirmans amplo etiam Jubilæo proposito, ad substinendum omnia regendi onus, & rite consequenda cuncta Reipublicę munia, Populi Christiani universi vota, precesque vehementer expetiit. Erat is sanè status rerum, & conditio temporum, ut ab ejusmodi curatione sanum quemlibet, nec ope Divina subnixum, absterrere posset, vel difficultas operis, vel periculi magnitudo, cum aut pridem laceris, ac miserandum in modum auulsis à capite nobilissimis Ecclesiæ membris, reliquę partes, atque ipsa tum in primis Galliæ, Italiæ, Hispaniæque contermina laborarent, postquam Lutheri, dein aliorum, & Calvini præsertim scelere Septentrio vitiatus est, flagrante per ea tempora maximos inter Europæ duos Reges exitiali bello, cum è Germanię finibus propinqua subindè auxilia conducere Gallus, & quorum egebat ope, iis, & vivendi, & opinandi licentiam permittere cogeretur, serpere paulatim dira lues, & per mutuos usus proxima loca, mox etiam interiores nationes, nec modò multitudinem, sed etiam nobiles ipsos, atque adeò quosdam è Regia stirpe cœpit inficere. Quid ni igitur Divinam opem, & S. Francisci optimi parentis auxilium exorare non debuerat Sixtus?

Platina in Sixto.

✠ III ✠

SIC OMNIA TVTA.

INscriptionem hanc sub Leone in numismate exculpto collocavit P. Molinetus, ego tamen vidi in parte superiori exaratam. Nummus hunc dicatum fuisse memoriæ ait Luckius, *profligatis, & extinctis Banditis, & securitate Italiæ restituta anno* 1587.

Pag.306.

Sixti enim V. nomine assumpto, ad purgandos latrociniis Ecclesiasticos fines ante omnia curas intendit. Per eos quippe annos vagi exules, capitalia ausi, plerique ad prædam, rapinasque segregati, incendia, cœdes, terroremque circumferendo, non modo fertilissimos Italiæ campos, verùm etiam Castella, Urbesque, & ipsa denique Romana ædificia per summam indignitatem infesta reddiderant. Magna enim erat omnibus ferè locis impunitas gladiorum, & superato legum auxilio, alacris tanquam in victoria volitabat improbitas. Adversus pestes ejusmodi Sixtus quàm severissima levibus etiam de causis exercere judicia, precibus pretiove nullum dari locum sublatis Asilis, maleficos, atque Sicarios palam resistentes occidi, fugientes retrahi, latitantes indagine cingi, nihil inexpertum relinqui curavit. Gravia supplicia cognatis ipsorum amicisque si quempiam hospitio recepissent, aut ulla juvissent ope, proposuit. Contra si ipsa quis latronũ colluvione, aliquem eorum interfecisset, victumque tradidisset, ampla & edixit præmia 200. ducatorum, & cum fide persoluit. Uti consceleato bipedum generi cibo tectoque interdiceretur à finitimis quoque Dinastis, atque Prætoribus per mutuas pactiones obtinuit; quin, & edicto sancivit veniam ei bannito largiturum, qui alterius banniti caput ad se detulisset, Bulla edita an. 1585. *Hoc nostri Pontificatus initio &c.* Hic Lupum vidisses Lupo commissum, & Ursum Urso, dum quisque & veniam, & aurum venaretur.

Pag. 491. Bullar.

Factum

Factum hac Pontificis cura, ut Italia ferè omnis à misera Laniena vindicata perditissimorum hominum, quorum grassationibus viç undique infestabantur immensa prope colluvies inaudita hactenus celeritate, & fortuna penitus deleta sit.

Hanc liberationem Italię pręsens numisma complectitur, & simul emblema; quod Bibliotheca Sixti ingredientium oculis primò ad introitus lævam sese offert, symbolum autem hoc est Oves triplicem montem circumstantes inspiciuntur, in cujus fastigio positus cernitur Leo, qui ignita fulmina deorsum torquens Lupos omnes pascenti Pecori adversantes, terrore, ac metu concussos in fugam hinc inde coniicit. Ovibus Populi, Lupis prędones, Montibus qui supra reliquam terram se extollunt Ecclesia, Leone Sixtus Pontifex, fulmine auctoritas ejus, & potestas repræsentantur, & ad ejusdem Pontificis insignia allusio esse potest, in quibus Montes, Patriam significantes, pinguntur; nèc non & Leo, qui dominatum, & magnanimitatem, itemque fortitudinem, & vigilantiam & custodiam significat. Leo enim dum vigilat oculos penitus clausos, dum verò dormit reseratos habere fertur, imò nonnulli putaverunt, sed falsò, Leonem semper somni esse expertem, quippe qui magnos cum habeat oculos, palpebrasque perexiguas, oculos penitùs obtegere non potest; hinc splendor ab ejus pupilla emicans insomnem ipsum reprę-sentat. Sixtus igitur universam Italiam à prædonum incursionibus liberavit, ob id in eadem Bibliotheca disticon extat Castoris Duranti.

Sicarios Sixtus Zelo auspice perdidit, indè
Ubertas campis reddita, paxque gregi.

Quamobrem Populus Romanus Æneam Pontifici libertais assertori Statuam in Capitolio cum hac inscriptione statim posuit.

SIXTO V. PONT. MAX.
OB QVIETEM PVBLICAM
COMPRESSA SICARIORVM EXVLVMQVE
LICENTIA RESTITVTAM
ANNONÆ COPIAM SVBLEVATAM
VRBEM ÆDIFICIIS VIIS AQVÆDVCTV
ILLVSTRATAM
S. P. Q. R.

IV

PERFECTA. SECVRITAS.

Memoria supradicti beneficii præter Statuam erectam servavere Romani percusso numismate, in quo Viator secure dormit in via publica sub umbra ilicis, & crumenam expositam juxta se habere non dubitat. *Spondanus.*

V

SECVRITAS. POPVLI. ROMANI.

Eosdem Sixti V. gloriosos labores memorat numisma pręsens, ex quibus Populi Romani exorta fuit *perfecta Securitas*, ob cujus restitutionem legitur in Bibliotheca Vaticana hoc disticon.

Omnia tuta vides, caput Orbis Præside Sixto
Astræa est terris reddita, paxque mari.

Servat in suo cimelio erudito D. Abbas Philippus Bonarrota, qui nuper numismata apud Eminen. Card. de Carpineo servata eruditissimis Dissertationibus illustravit, nummum in usum pecuniæ cusum, quod securitatem dormientem habet prope aram cum igne ardente, & clavibus Pontificis ipsi aræ insculptis, quo certè vigilantia Sixti nunquam extincta, seu sopita significatur. Adjecto lemmate SECVRITAS PAVPERVM. In nummo etiam ab ipso Sixto vulgatum, quem dicimus *Testo-*

Teſtone Juſtitiæ cernitur Imago dextra enſem, ſiniſtra bilances æquas habens cum inſcriptione PVBLICAE QVIETIS PARENS.

✠ VI ✠

DOMVS MARIAE LAVRETANAE FACTA CIVITAS.

NUmiſma Lauretani Oppidi in Civitatem, ejuſque Collegiatæ Eccleſiæ in Epiſcopalem erectionem complectitur. Poſtquam Angelorum Miniſterio Sacroſancta Deiparę Domus in Picenum delata conſederat in Recinetenſis agri Sylva, quę piæ erat Marronæ, cui Lauretę nomen fuit; ex quo deinde Ædi Lauretanę nomen factum, ut primùm Orbem tanti miraculi fama peruaſit mirus hominum cujuſcumque ordinis concurſus fieri in Sylvam, deindè caſæ primum, ac tuguria extrui cœpta, excipiendis hoſpitio Peregrinis, mox tecta ſunt adjuncta, & brevi temporis intervallo pagus conditus eſt à Laureta illa Matrona *Lauretum* dictus; Inter Adriaticum Mare, & Recinetum Piceno in agro poſitus modicæ cum eſſet amplitudinis, & non minus Barbarorum vis, quàm Chriſtianorum Militum avaritia Theſauris Sacræ Ædi à devotis oblatis inhiabat. Leo X. Pontifex ut talia pericula arceret inpoſterum Lauretum foſſis aggeribus, mœnibus propugnaculis cinxit, ac tormenta etiam Ænea adjecit; Exinde Clemens VII. inter beneficia, quæ in Lauretanam Domum contulit, hoc præcipuum fuit, quòd Recinetenſibus jus omne (ſi quod reliquum eſſet in Lauretum) ademit. At Paulus III. Recinetenſium Legatorum expoſtulationibus, quòd Lauretum, (avita ipſorum poſſeſſio) ereptum à Julio Pontifice eis eſſet ingenti cum dedecore, & damno Civitatis ſuæ, illorum ditioni Oppidum reſtituit. Quod rurſus Recinetenſibus ademptum, ſui juris eſſe juſſit Pius IV. an. 1565. *Adimendi cauſa fuit, quod negligentèr* (ut refert Turſellinus) *labentes multis locis muros negligere arguebantur.*

Turſellin. lib. 1. cap. 1.

Lib. 4. c. 1.

Sixtus demum V., qui ab infantia, ut refert Jo: Antonius Petramellarius in Vita ejus, B. Virginem ſibi Patronam elegerat, ejuſque patrocinio tutatus multa ſe pericula evitaſſe confeſſus eſt. „ Die 4. Novembris anni 1585. in Conſiſtorio „ Secreto dixit ſe cogitaſſe erigere in Cathedralem Ven. Domum Lauretanam, ut „ propter venerationem, & devotionem loci, & perexcellentiam B. M. Virginis „ haberet Epiſcopum, & oſtendit ſe omninò ità facere velle, & maximè deſiderare; Sed quia aſſignando Diœceſi Epiſcopo, aſſignandi erant redditus, ideò „ deputavit Venerabiles Fratres ſuos Cardinalem Farneſium, & S. Georgii Epiſcopos, Cardinales Presbyteros Alexandrinum, & Lancellottum, & Cardinales Diaconos Mediceum, & Vaſtavillanum, qui convenirent, viderent, judicarent, & tractarent hoc, & cum omni celeritate, quia id maximè optabat, ut „ perficeretur. Itaque anno inſequenti Bullam edidit, *Pro excellenti præeminentia &c.* qua Oppidum Lauretanum celeberrimum toto Terrarum Orbe appellat, illudque in Civitatem, & Eccleſiam in Cathedralem, & Epiſcopalem erexit. Dotem conſtituit ſcutorum duorum millium. Primum Epiſcopum ejus Urbis præfecit Franciſcum Cantuccium Peruſinum ex Auditoribus Rotæ Romanæ. Pro Diœceſi Civitatem Recinetenſem, Caſtrum item Ficardi, & S. Mariæ in Caſſiano, & Montis Luponi aſſignavit. Decrevit etiam ad majorem Civitatis formam, ut muris cingeretur additis munimentis unde diſplodi poſſent tormenta, & ſingula quoque Piceni Communitas Domum ſibi in ea conſtrueret. Hoc Pontifice Lauretanæ etiam ædis facies ad faſtigium perducta eſt, cujus Valvas ex ære cęlandas quadraginta aureorum millibus Sixtum eumdem locaſſe, & Picenſium Civitates Picenſi Pontifici de Lauretana Cella, & Templo optimè meritò inſignem Statuam ex ære erigendam curaſſe, teſtatus eſt Turſellinus. Ea anno 1587. cujuſdam Bernardini manu pulcherrimè conflata, maxima accolarum frequentia poſita eſt.

Bullar. pag. 518.

Turſell. lib. 5. cap. 11.

Oldoin. col. 117.

Lib. 5. c. 13.

Tota autem Templi facies conſtat ex Iſtro Lapide (is ex Iſtria advectus, Tiburtini, quo tantopere uſi ſunt olim, & utuntur hodie Romani, ſpeciem reddit) amuſſim quadrato. Tanto etiam artificio inſtructa, ut tantum opus pęnè ex una

lapidis

lapidis gleba constare dicas. In media facie tanquam os Janua patet maxima, striatis columnis marmoreis, & arcuata Corona insignis. Hujus latera binę januæ minores cingunt, stylobatis parastatisque columnis interpositæ, quibus facies subnixa consurgit. Supra Januam maximam B. Mariæ parvum Filium complexæ effigies Ænea visitur pulcherrimè facta Lombardi manu. Sub fastigio in ipsa fronte ingens fęnestra oculi instar, striatis columnis cælatisque operibus adornata Basilicę lumen præbet. Super fęnestram titulus Ædis Lauretanę aureis litteris in Luculleo marmore incisus.

DEIPARÆ DOMVS, VBI VERBVM CARO FACTVM EST.

Humiliores Januis minoribus fęnestræ datę quę Basilicę alis impertiant lumen; & supra hasce fęnestras sua cuique inscriptio in pari marmore aureis pariter incisa litteris. Altera est

SIXTVS V. PONT. MAX. PICENVS
ECCLESIAM HANC EX COLLEGIATA
CATHEDRALEM CONSTITVIT
XVI. KAL. APR. AN. M D LXXXVI. PONT. AN. I.

Altera verò.

SIXTVS V. PONT. MAX. PICENVS
LAVRETI OPPIDVM
EPISCOPALI DIGNITATE ORNATVM
CIVITATIS IVRE DONAVIT
ANN. MDLXXXVI. PONT. AN. I.

❀ VII ❀

VRBS LAVRETANA.

❀ VIII ❀

FIERI FECIT.

IN duplici numismate VRBEM LAVRETANAM Sixtus fecisse dicitur, ut jàm explicatum est; sed quia in altero eorum ipsa Urbs exculpta exhibetur, operæ pretium est illam brevitèr describere. Est illa inter Adriaticum Mare, & Recinetum Piceno in agro posita, modicæque amplitudinis. Eam contra Turcas è vicino Mari irruentes Leo X., & Sixtus V. firmissimo muro, Turris, propugnaculis fossisque amplexus est. Firmitudinem machinæ bellicę, aliaque ad arcendam vim collocata instrumenta, & locus à natura modicè fastigiatus adjuvant. Imminet ab Austro excelsior Mons, atque Urbem ità integit, ut qui ea regione advenerint non nisi è proximo conspicere possint. Cęterum Lauretana Urbs non ipsa in planitie, nec in summo Montium vertice, sed medio fermè in clivo sita; cujus fronti, quæ Adriaticum sinum spectat, Templum impositum è quadrato Lapide excelsis fornicibus, & tholo laminis plumbeis contecto, ac duodenis Columnis grandioribus augustum. Medio in Templo Sacratissimæ Virginis Mariæ Sanctum Domicilium visitur, in qua nata, nutrita, & ab Angelo Gabriele salutata fuit. Inclytum Religione Fanum B. M. Virginis ex omni Europa votorum causa huc confluentium frequentia celebratur. Etenim nullum omnino tempus anni, nullus dies abit, quin Sanctissimæ Virginis Cella à plurimis Advenis visitetur.

Sed ne pluribus prosequar indico Ichnographiam ejus Urbis tùm veteris, tum

tùm nove, quam è Sixti nomine Felicem dixerunt. Illam justu ejusdem Sixti delineavit Pompejus Horianus Maceratensis, exhibuitque Bleau. pagina 139. inter suas Tabulas, quibus Ditionem Pontificiam comprehendit.

Cęterum *Urbs* à Veteribus dicta est Civitas (docente Pomponio apud Andream Cirinum) ab *Urbo*, idest à quadam Aratri parte, quam *Urbum* dicunt. Isidorus verò lib.15. orig. ait. „ Urbs vocata est ab *Orbe*, quia antiquę Civitates „ in Orbem fiebant, vel ab *Urbo* parte Aratri, quo muri designabantur. Audiamus Varronem, qui ab *Orbe* effert *Urbem*. „ Oppida condebant in Latio hetrusco „ ritu multa, idest junctis Bobus Tauro, & Vacca interiore aratro circum age- „ bant sulcum; hoc faciebant Religionis causa, die auspicato, ut fossa, & muro „ essent munita. Terram undè excalpserant, Fossam vocabant, & introrsum fa- „ ctum murum posteà quod fiebat Orbis, Urbs. Cato similiter inquit apud Isidorum. *Qui Urbem novam condit Tauro, & Vacca aret*. Symbolum hoc prętantissimum expendit Aristoteles. „ Necesse est combinare illos, qui non possunt esse „ nisi simul, seu Marem, & Fœminam generationis causa, ex his duobus Socie- „ tatibus domus prima &c. Unde Ovidius in Fastis de Urbis origine.

De Urbe Roma lib.1

Lib. 1. polit. cap. 2.

Inde premens stivam Signavit mœnia sulco
Alba jugum niveo cum Bove Vacca tulit.

IX

VIGILAT SACRI THESAVRI CVSTOS.

Referens hoc numisma Tipotius cusum anno 1586. ait, *Ærario insidens Leo cum Stella supra Collem inter duos assurgentem, Pontificis curam indicat de republica, cujus nervus est, censore olim non solo Demosthene, Res nummaria.*

Idcircò Sixtus prudentissimus Pontifex cum ex tenui Principis Ærario gravia mala oriri posse dignosceret, ad ea mala avertenda, subsidium auri, argentique acervos congessit, & in Adriani Mole Successoribus Summis Pontificibus quasi fidei commisso reliquit. Ille enim patrimonia frugalitate, aliisque laudabilibus industriis in Arcem Sancti Angeli ad quinque decies Centena nummum aureorum millia quinque sui Pontificatus annis omnium admiratione congessit, & tanquam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ peculium dicto in loco reposuit.

Numisma igitur præsens in quo Arca seris occlusa Ærarium Pontificium repræsentat, indicat id, quod Bulla edita anno 1586. Sixtus enunciat, scilicèt primo Pontificatus anno absque alicujus oneris impositione, decies centena millia nummorum aureorum collegisse, ac reposuisse in Arce Sancti Angeli pro Sedis Apostolicæ præsidio, Deoque, & Beatæ Mariæ, ac Apostolis Petro, & Paulo dicat, indeque promi vetat. §.2. vovet id servaturum, & hoc juramentum Successores etiam ligare decernit. §.4. casus quosdam excipit, & ad alios extendi prohibet. §.6. Claves sex pro ejus asservatione haberi præcipit. §.7. Præfectum dictæ Arcis jurare mandat non permissurum pecuniæ amotionem, non observata hujus Bullæ forma; denique Successorum in Pontificatu, & Cardinalium consentientium Posteros, ad quos eorum bona devenerint agi mandat.

Bull. n.31.

Mirabitur quis Ærarium hoc *Sacrum* appellari, seù *Sanctum*, at immeritò, cum etiam Imperatores æraria Sacratissima appellasse liqueat ex Text. l. 2. de Quadrag. præscript. & l. fin. Cod. de Pagan. Præsertim quod Deo B. Virgini, ac SS. Apostolis ab isto Pontifice expresè dicatum legitur, in ipso Text. §. 2. hujus Bullæ. *Sacramentum* dictam esse olim pecuniam, scimus, quę deponebatur in litibus, & causis criminalibus apud Pontifices.

Pithœus 2. subsec. 18. Laurent. Polymat. Tit. varia.

Cæterum ex sacra pagina constat Thesauros fuisse in Templo Dei variis, & prętiosis muneribus, oblationibus, vestibus, vasis, & pecuniis conflatum, & conservatum, ut non possim illos Hæreticos satis demirari, qui obgannientes donariis divi-

divinis, quæ à probis hominibus Deo consecrata, & ejus ministerio sunt, improbare Ecclesiæ opes audent, meminit de Gazophilacio Domini Neemias c. 10. & 13. & Domini Nostri sępe Sacri Evangelistæ Marcus 12. Lucas 21. Joannes 8. Extat, & Decretum Josue 6. qui Populum Israeliticum probe rexit in expugnatione Jerico, latum. *Quicquid Auri & Argenti erit, & vasorum æneorum, ac ferri, Domino consecretur repositum in Thesauris ejus.* Meminerunt, & frequenter de Thesauro Domus Dei liber primus Regum 14. & quartus c. 14. meminit & de Leviticis Custodibus, vel præfectis Sacri Thesauri liber Paralipomenon c. 9. *Deponebantur & sacræ vestes in Gazophilacio Sanctuarii officio Divino peracto*, ut constat ex Prophetia Esdræ cap.44. Et hanc ipsam habendi Thesaurum consuetudinem in templis suis Ethnici imitati sunt, multa enim Diis suis, vel melius dicam Idolis suspenderunt.

Refert Petrus Gregorius Tolosanus lib. 3. syntag. Juris cap. 2. Valerium Publicolam in Æde Saturno sacra, publicas recondidisse pecunias adversus bellorum necessitates, ut tutę simul, paratę essent. Scribit Josephus Pompejum Magnum post captum Templum Hyerosolimorum à duobus millibus talentorum in Gazophilacio Templi inventorum abstinuisse. Jure igitur SACRI THESAVRI CVSTOS dicitur in gentilitio Leonę Pontifex Sixtus. *Plutar. in ritu.* *Petr. Greg. lib.15.c.39*

X

SACRA. OCVLO. SPECTAT. IRRETORTO. ANN. III.

EAndem ob causam *sacra spectare* dicitur *oculo irretorto* hoc est *recto* juxta illud Horatii *2. carm ad 2.*

Quisquis ingentes oculo irretorto spectat acervos.

In hoc alio numismate anno subsequenti 1587. euulgato, tunc scilicet, cum alia decies centena millia in Arce S. Angeli pro Sedis Apostolicæ præsidio reposuit, ut constat ex Bulla 69. Anno superiore &c. & ex Consistorialibus Actis ubi hæc.

„ Die 11. Septembris anni 1587. fuit Consistorium secretum in Monte „ Quirinali, in quo Sua Sanctitas habuit sermonem de magnis impensis ab ea „ factis in Fabricis, Obeliscis, Aquęductibus, & publicis Viis sternendis, & „ similibus, quas nunc facit, & facturus est etiam in construendo Arsenali, quod „ vocant Ædificium, & Tabernam, ad fabricandas Triremes ad Ripam Tyberis „ sub Monte Aventino, & in laborandis, & fabricandis Triremibus, & quod his „ non obstantibus, sua parsimonia, & industria conquisivit tot pecunias, & „ & unum millionem aureorum reposuerit in Arce Sancti Angeli, & nunc alterum reponere intendit ad eundem finem & effectum ad quos reposuit primum, „ & propterea velit, ut sicut prius facta fuit Bulla de uno millione, ità nunc fiat „ de duobus, & ità mandavit Illustrissimis Cardinalibus, ut faciant, & expediant, „ & quod reposito hoc, & altero, seù tertio millione, non deerit juuare omnes, „ & prodesse singulis munificentia, & liberalitate; sicut interim non defuerit, „ nam & emit Domum prò Monte Pietatis, & redemit censum ędium prò Mona- „ sterio Domus Pię, & emit Ædes, & instituit Hospitale Pauperum mendicantium, „ & instauravit aliquas Ecclesias, quare certos reddit DD. Cardinales de prom- „ pta, & liberali ejus voluntate: Joannes Balleonus refert in Vitis Pictorum pag. „ 37. Sixtum V. eodem anno Civitatem Leoninam, quam Burgum vocant, Regionem decimam quartam Ælianę Molis nominasse, atque in ejus Vexillo Arcam pingi jussisse à duplici Leone custoditam. Michael autem Angelus de Rubeis in sua Roma pag.1. affirmat hanc denominationem factam fuisse anno insequenti 1588. postquam alia decies centena millia concesserat, assignato Vexillo cum Leone arcam custodiente qualem numisma exibet cum lemmate VIGILAT SACRI THESAVRI CVSTOS.

XI

SACRA . OCVLO . SPECTAT . IRRETORTO . ANNO 1588.

EAndem inſcriptionem præfert hoc numiſma, differt tamen à ſuperiori, ut conſideranti patebit. In illo duo Leones arcam ſuo dorſo ſuſtentant, in hoc Leonis tantùm pedes pro fulcris ſubiiciuntur, ſignaturque annus 1588. quo Sixtus alia decies centena millia aureorum nummorum in Arce Hadriani reponit. Conſtat hæc nummorum depoſitio ex Bulla 80. *Ex ſi non permultis &c.* qua eaſdem Leges, & Conditiones præſcribit, quas in ſuperioribus Bullis decrevit, formamque pecuniam depromendi deſcribit. Alias pecunias à Sixto V. in Arce eadem congeſtas fuiſſe enarrant Hiſtorici. In actis Conſiſtorialibus anni 1589. hæc habentur.

„ Die 12. Aprilis in conſpectu Cardinalium concluſit Sixtus, ut quatuor „ milliones remanerent in Ærario veteri Arcis S. Angeli (& non in Ærario San- „ ctiori ubi ſunt tres milliones,) & ſub libera diſpoſitione Summorũ Pontificum „ pro tempore exiſtentium, ſubdens. Nos autem credimus, quod ſine cauſa vel ſine „ conſenſu Fratrum non expendent illos. Et quia Cardinalis Paleottus ſuo voto „ dixerat, quod Sua Sanctitas nõ curet alias pecunias congerere, ſed diſpergat illas „ pauperibus, & indigentibus, & eroget in pios uſus, & opera, quæ in Urbe „ ſunt plurima, & indigent ſubventione, Sanctitas Sua ſubjecit, quòd de eleemo- „ ſinis faciendis dictum eſt, quaſi hactenus non fecerimus, abſit hoc à nobis. Nos „ quidem ſemper eleemoſinas fecimus, & propter milliones non deſtitimus fa- „ cere. Nos non inſanis gloriȩ cauſa, nec ut canamus buccina ante vos hoc di- „ cimus, ſed pro veritate, & vos ſciatis, quod, & paulo ante, & his etiam diebus „ multas eleemoſinas fecimus; nam & in proximo feſto Annunciationis dedimus „ Societati illi in Eccleſia Mariæ ſupra Minervam 1500. aureos, cum alii Roma- „ ni Pontifices antea non darent, niſi 500. niſi à Pio V. qui anno Victoriæ dedit „ mille. Nos autem 1500. Carceratis, & detentis ex cauſa debiti, & æris alieni „ pro debito à centum infra erogavimus mille quadringentos, & tres pro eis libe- „ randis. Hebdomada præcedenti Societati Corporis Chriſti erogavimus mille; „ item prò maritandis pluribus honeſtis puellis perſolvimus multas pecunias in „ ipſarum Dotibus. Item, & aliis locis piis erogavimus pluſquam duo millia au- „ reorum, & ità Deo dante ſemper faciemus. Quare non credatis, quod nos ſimus „ obliti pauperum, quia ità debemus facere, quia nos nati ſumus in paupertate, „ educati ſumus in paupertate, & ideò non poſſumus oblíviſci paupertatis, ſed „ pauperibus, & piis locis erogamus libenter eleemoſinas, ſcientes, quòd „ Dominus nobis non deerit, & ſuppeditabit nobis pecunias, ut poſſimus paupe- „ ribus dare. Tum etiam dixit de impenſis, quas quotidie facit in tot fabricis, „ & ædificiis publicis, & Baſilicæ Lateranenſis; & Baſilicȩ Vaticanȩ, Eccleſiȩ, „ Sancti Hyeronimi de Ripetta, & aliis, & quod excedunt octo, vel ſeptem „ millium aureorum ſingulis hebdomadis.

Quærebatur olim cum Luthero ejus dogmatibus infectum vulgus, ſupremum in Eccleſia Principatum à Romano Pontfice iniuria occupatum, illique pecunias ſuppeditari à Chriſtianæ gentis Religionibus, rebus quidem neceſſariis, non influxas, deliciaſque, naſcenti Eccleſiȩ ingnoratas, & in Ærarium coagmentandum contra Evangelii doctrinam. At in hac populari querela graviſſimo Sophiſmate peccatum eſt. Illi reſpondit olim Hyeronimus Aleander Nuncius Pontificius ad Cæſarem miſſus à Romano Pontifice Leone X. contra Lutherum, cum tres horas contra Lutheri errores peroravit in generali Conventu Concilii Tridentini, cujus orationis ſummam quoad hoc punctum par eſſe cenſeo, ſic breviter referre ex Hiſtoria Cardinalis Sfortiæ Pallavicini acceptam. *Libr. 1. cap. 25.*

Verum quidem eſt (ait ille) ſi de ſplendore loquamur ad magnificentiam, ornatumq; Templorum, ad Sacra Vaſa, ad Sacerdotalem Supellectilem ſpectante,

cum

eum in Ecclesia primęva parciorem fuisse, at Sęculi pravitate, non Præsulum voluntate. Videamus cuiusmodi splendorem in Hierosolymæ Templo Deus præcęperit, & Summo Sacerdoti. Novit hic vel Ethnica superstitio, asseruitque aurum nusquam melius, quam in Templo fulgere. Hoc petulantium scommata retorsit egregiè S. Bernardus severissimus ille paupertatis cultor, dum ait. Non quid in Sancto, sed quid in fræno aurum faciat inquirendum. Qua ratione Deus ut ità loquar Cælum inauravit luce, quo mortalium amorem excitaret, eodem optimum est auro Templa illuminari, quo Populus alliciatur, eoque confluat sensus cum ratione, voluntate cum pietate conspirantibus.

Neque hoc est (ut oblatrant adversarii) Sanguinem Christianę gentis exugere, quo Roma pinguescat. Si pecuniam consideremus, quam sibi Pontifex à Diplomatum, aliarumque facultatum traditione desumit, ea sanè veritatis calculo computata tanta non est, quanta mediocri Principi sustentando sufficiat, cum videamus multos Principes non maximos nihilo minorem, quam Pontifex in alenda familia sumptum impendere. Præterea divitiis, & commodis Pontificiis cunctę etiam Orbis Christiani Provincię perfruuntur, cum communis Christianis omnibus Aula sit Pontificia, in qua possit prò se quisque conniti per meritorum gressus ad summa dignitatis, & dominationis fastigia.

Liquet profectò ex tot tamque amplis remunerationibus à Pontifice distributis oriri nostræ Religionis splendorem illum incomparabilem, propterea quod spectantur Principum, ac Dominorum filii Sacerdotio, & obsequio Summi Sacerdotis devincti. Floresque nobilitatis, doctrinæ, & virtutis Christi aris devoventur, quod certè humanæ imbecillitatis vitio in Ecclesiæ inopia non eveniret.

Constat insuper Romani Pontificatus splendorem, & divitias ad virtutis, & probitatis remunerationem, & incrementum deservire, non ad temporale Dominium amplificandum. Hujusmodi erat veterum Romanorum Religio, qui utpote ambitione ferventes non aliam mostrabant viam, ad divinitatem sibi conquirendam, nisi qua per humani generis stragem potentia, atque gloria comparantur, Secus Romani Pontifices, quos inermes, modicique Terreni Dominatus homines natura Imperii appetentes, ac subiectionis inimici, ex tot Orbis Terrarum Regionibus venerati semper sunt, ut Christi Vicarios. Cęterum si Lutheri, ejusque Sectatorum arguendi ratio Pontifici meritò opponeretur, eâdem profectò redigi possent homines, ut rursum glandibus vescantur, Principes ut sine custodibus, sine Aulæ frequentia, sine Aulicorum Comitatu vitam ducant, Regum Filiæ purgandis linteis operam navent, quod eam legimus antiquitus usurpatam vivendi rationem. Quemadmodum humanis in corporibus hominum habitudo, indigentiaque pro ætate mutantur, nec invenis victum, quo usus est infans regredi possit, non aliter Reipublicæ corpori contingit: hæc & alia permulta exposuit Aleander.

Addi potest, quod in omni corpore civili quemadmodum in humano, & caput, & membra sunt, & quædam alia, quibus illa colligantur, veluti nervi, quibus membra singula moventur, sic etiam sunt nervi quidam, quibus juvatur, & quodammodo vivificatur, idest pecuniæ, ut, & Cicero vocat nervos Reipublicæ vectigalia, quia sine his consistere nequit; quare Aristoteles ait. *Necessariò omnes rerum publicarum species egere pecuniјs*. Pecunię quippe obediunt omnia, & sicut protegit sapientia, sic & pecunia. Nec Civitatem inespugnabilem esse dicebat Philippus Macedo, quantumvis munitam, quam posset ingredi Asellus auro onustus. Quare necessitas quæ aggeres, oppida, muros, & fossas ad tutandam societatem extruere compulit, coegit quoque inter civiles leges, & ea disponere, quæ de pecuniis exigendis, & conservandis ad negotia subeunda publica, & communia pertinerent. Sunt enim pleraque in Republica, quæ præsentem desiderant pecuniam, nec moras ad exactionem ejus patiatur, ut bellorum impensæ, multaque alia, quæ à publicis Ærariis ad manum esse debent, quare, & Plutarchus refert in Vita Public. prudentissimè adversus bellorum necessitates exactis Regibus Valerium Publicolam in æde Saturni pecunias recondidisse, ut tutę simul, & paratæ essent.

1. Polit. c. 7 & libr. 2. c. 8.

Ecclesiast. 4. Ecc. 7.

Justinus 8.

Petr. Tolosan. p. 1. lib. 3. c. 2.

Status etiam Episcopalis (inquit S. Thomas) non ordinatur ad perfectionem adipiscendam, sed potius ut ex perfectione, quam quisque habet alios gubernet, non

2.2.q.186. art.3.ad 5. non solum ministrando spiritualia, sed etiam temporalia, quod pertinet ad vitam activam, in qua multa operanda occurrunt instrumentaliter per divitias. Ecclesia enim constat Regno, & Sacerdotio, unde Ecclesia cum sit militans eget rebus temporalibus ob decentem statum vitę Personarum Ecclesiasticarum; eget, quo subiectos sibi Pauperes alat, & pascat: eget ob imperfectorum statum, cum imperfecti alliciantur magis rebus temporalibus: eget, quo major progressus fiat rerum spiritalium, & propter conservationem illorum; eget etiam, quo improbi, & mali coerceantur, nisi subesse velint, aut timeant pœnas spirituales.

Apud Bozium de temp. Monarchia lib. 1.

Has, aliasque rationes edoctus prudentissimus Pontifex Sixtus pericula meditatus est, quæ Ecclesiasticæ ditioni imminere poterant, præcipuè à Turcarum tyrannide si pecunia deficeret; quamobrem in Hadriani arce pecuniam deposuit, quam ob solas causas in suo Diplomate expressas illinc extrahere nulli unquam licere constituit; atque ut detrahentium occludatur os contra Sixtum, duo inspici debent in actibus humanis, modus scilicet agendi, & finis rei actæ. Sixtus autem omnia rectè peragens, incredibili parsimonia, quę honesta est via ad pecuniam colligendam, pecuniæ vim confecit; usus verò collectæ pecunię non fuit ad fovendam avaritiam malorum omnium radicem, non ad prodigalitatem, & ad voluptatem, sed ad honestos, & laudatos fines. Suo enim diplomate illam dixit. *præsidium, & ornamentum Reipublicæ*, exitium, & interitum hostium, quæ etiam à Veteribus belli neruus appellatur. Quare Blancus in lemmate apposito in Bibliotheca Vaticana.

Idem lib. 2. cap. 12.

Quæ fuit à parco congesta pecunia Sixto
Turcæ erit exitium, præsidiumque Petri

Hoc est Romanæ, & Apostolicæ Sedis. Jure igitur sacra oculo spectare irretorto dicitur Sixtus; idest oculo *recto* pecuniam, quam Sacram ab Antiquis appellatam docet Eruditissimus Præsul Suaresius ab effigie Principis ideò in ea impressa, ut Auctor esset subditis de materia, & de pondere legitimo pecuniarum; cum id omnes sibi facilè persuadeant, juxta documenta Aristotelis in Politicis, neminem ausurum violare nummum, in quo sit impressa Principis Majestas.

✿ XII ✿

IVSTITIA. ET. CLEMENTIA. COMPLEXAE. SVNT.

Quo anno fuerit cusum hoc numisma ignoro, aliis Pontificibus commune, quamobrem vereor ne sit adulterinum. Illud tamen vidi, nec de veritate certiorem me factum puto. Ut ut sit, Sixto optimè convenit, in quo Justitia, & Clementia mutuo complexu Sedem habuerunt.

Clementiæ enim partes fuerunt quotquot in bonum publicum emanarunt diplomata, ac veniæ datæ ob iniurias sibi illatas antequam Pontificiam dignitatem adipisceretur. Justitia autem insignis in eo fuit. Refert Jo: Baptista Palatius in
Pag. 382. ipsa Coronationis solemnitate cum stupam soleant incendere coram Pontifice clara voce clamando. *Sic transit gloria Mundi Sanctissime Pater*. Sixtum respondisse more solito. *Gloria nostra pertransibit nunquam, quia solam Justitiam habemus in voto*. Hoc maximè ostendit, cum erga Domesticos, & Familiares non minus justus, Belloculum pincernam suum, & Gualteruccium ad triremes dam-
Idem 383. navit, primum quòd abusus esset Annulo piscatorio, secundum quia facinus non revelasset sibi non ignotum. In adulteros capitis pœna decreta Consanguineum prænobilis Cardinalis primò accusatum publicè Carnifex decollavit. Consuetudinem aperiendi carceres in die Coronationis Pontificiæ, neque intercedente Purpuratorum Senatu servare voluit, dicens. *Facinorosis satis abbundare Vrbem, nec opus augere Carceratis, suum esse pœna malorum servare innocuos, non innocuos corrumpere malorum consortio*.

FECIT

XIII

FECIT IN MONTE CONVIVIVM PINGVIVM.

INscriptio ista ex capite 25. Isaiæ accepta est, in quo dicitur. *Faciet Dominus in Monte hoc convivium pinguium*. Erat tum Hierosolymis Isaias (ut docet Cornelius à Lapide) & digito demonstrabat Montem Sion, aut convicinum Montem Olivarum. Nam juxtà hunc Montem Christus sedens in aere, quasi super Sion, & super Montem Olivarum peraget Judicium, ibique suos electos glorificare, & æternis deliciis pascere incipiet, idque facere perget in Sione cælesti per omnem æternitatem. Convivii hujus cælestis deliciæ denotantur per pinguia, idest benè saginata, & medullata; medulla enim ossium est delicatissima, & arguit carnes esse delicatissimas. *Ibi.*

Suum etiam convivium, scilicet temporis sui fęlicitatem declaravit Sixtus in hoc numismate, in quo supra Montes Gladium cum Libra Justitiæ symbolum, Oleam Pacis, & Ubertatis cornucopiæ posuit. Eòquod justam gubernationem Pax, pacem rerum copia, & ubertas consequatur.

Cui autem latet veluti pinguissimum Convivium Nationes omnes celebrare, cum sub justissimo Principe rerum copiâ redundant, ac pace tranquillissima perfruuntur; quam rectè indicat olea (ait Tertullianus) cum qua olim hilaritas exprimebatur. Sic Columba cum Olea reversa (ait idem Auctor) quod signum apud Nationes paci prætenditur. Eandem ob causam in nummo Augusti ramos Oleę gestant Parthi, ut symbolum pacis, quam ab ipso Augusto petiere. Apud Euseb. in Chronic. *De Corona Militis.* *De baptis. cap.8.*

In nummo pariter Severi Imperator oleę ramum tenet, ut Fundator pacis; ut Severus ipse jam moriens apud Spartianum. *Rempublicam ubique turbatam inveni. Pacatam etiam Britannis relinquo*. Hinc, & in marmoribus antiquis Severus vocatur. PACATOR ORBIS.

Proposito etiam numismati videtur allusisse eleganti carmine eruditus Simon Cecchinus Romanus Auditor Contradictarum, utriusque Signaturę Referendarius poetarum more scribendo.

Salve Pontificum specimen, salve Optime Xiste.
Te Caput erexit Principe, Justitia. *Apud Oldoin. col. 132.*

Potest insuper liberalitatem Sixti numisma explicare cum Justitia conjunctam. Dubium enim fecit Sixtus, largior ne in profundenda, an accuratior in reponenda pecunia fuerit; Ille enim auri ducenta millia partim collocandis in matrimonio puellis egentibus, partim iis, qui Civiles ob causas ære alieno premerentur, è custodia liberandis attribuit. Alimentis quoque Populi Romani, & Peregrinorum intenta semper cura consulvit, ac depositis adversus frumentariorum aviditatem ducentis aureorum millibus laxioris Annonæ cum omni Copia rerum toto fermè suo Pontificatu haud immeritam laudem, & gloriam tulit, eidemque ob id Ænea statua in Capitolio, ut dictum est, fuit collocata. *Maffæus MS.*

XIV

PAVPERIBVS PIE ALENDIS EXTRVXIT ANNO II.

PUblica Vota diù fuerant, ne inopia laborantes in viis, ac Templis eleemosynam quæritarent. Exulavere præcipuè è templis ob diploma à Sanctissimo Pio V. contra ipsos publicatum, pœnis quibusdam impositis, deindè Gregorius XIII. anno 1581., ut eorum miserias sublevaret, subsidia comparari jussit à quibusdam Viris, quorum charitas peregrinos excipiebat hospitio, ejusdemque

que triduana alimenta parabat. Sed aliquibus difficultatibus exortis, Monasterium Sancti Sixti Mendicis concessit, ubi olim erant Moniales S. Dominici propè Thermas Antonianas, & necessaria eis deesse non permisit. Eosdem illuc adductos anno 1581. refert Mucantius in Diariis; Verùm ob morbos, quibus frequenter laborabant ob aerem in ea Regione parum salubrem, ad ædes transtulit idem Gregorius Pontifex, quas propè Xenodochium Sanctissimæ Trinitatis comparavit.

Ciacconius.

Sixtus deindè Quintus anno sui Pontificatus Secundo, scilicèt 1587. amplissimas Ædes excitavit, ut inibi bis mille egenorum ali possent. Easque in mendicorum Hospitale erexit Bulla ad id confecta. *Quamvis infirma &c.* qua ad ejus regimen ministros quatuor assignat, duos scilicèt à Populo Romano, duos verò ab Archiconfraternitate Sanctissimę Trinitatis singulis annis eligendos. Redditus insuper, & proventus annuos, alioque diplomate anno 1588. liberat à solutione Gabellæ Hospitale, & cum eo contrahentes.

Narrat Eques Dominicus Fontana sub Sixto Architectus, ab eo Pontifice quindecim millia aureorum expensa in emptione Domorum pro fabrica, in ipsa autem fabrica alia decem, & octo. Templum etiam adjecit S. Francisco Assisiati dicatum. Affirmat Abbas Carolus Bartholomæus Piazza, eo anno quo scribebat Pauperes quadringentos in eo ali, quatuor insuper Sacerdotes, qui Animæ pabulum subministrant. In hujus pii operis monimentum extat supra Januam hæc inscriptio marmori incisa.

De operibus piis cap. 19.

SIXTVS V. PONT. MAX.
PICENVS
PAVPERIBVS PIE ALENDIS
NE PANE VERBOQVE CAREANT
MVLTO SVO COEMPTAS ÆRE
HAS ÆDES EXTRVXIT
APTAVIT, AMPLIAVIT
PERPETVO CENSV DOTAVIT
AN. D. M. D. LXXXVII. PONT. II.

❦ XV ❦

DOMINE IVBE ME AD TE VENIRE.

SIne anni nota extat numisma hoc, in quo Petri Navicula cum Apostolis procelloso Mare agitatur.

Labor Discipulorum in remigando (ait Venerabilis Beda) & contrarius eis ventus labores Sanctæ Ecclesiæ varios designat, quæ inter undas sæculi adversantis, & immundorum flatus spirituum, ad quietem Patriæ Cælestis quasi ad fidam littoris stationem pervenire conatur. Ubi bene dicitur, quia Navis erat in medio Mari, & ipse solus in Terra, quia nonnunquam Ecclesia tantis Gentilium pressuris non solùm afflicta, sed & fœdata est, ut si fieri posset Redemptor ipsius eam prorsus deseruisse ad tempus videretur.

Lib. 2. c. 28. in cap. 6. Marci.

Neminem latet Romanam Ecclesiam instar ejus Navis, Sixto ad Pontificatum evecto, maximè agitatam; Ipse autem cum suas met vires ad eam regendam impares agnosceret, Dei opem imploravit; Idcircò ut Christianam Rempublicam optimè gubernaret Jubilæum indixit viij. Kal. Junii Constitutione prima; *Virium nostrarum &c.*

Oldoinus col. 121.

In Bulla deinde, *Postquam verus ille &c.* edita anno 1586. ait Cardinales repræsentare personas Apostolorum, dum Christo salutis Mysterium in Terris operanti ministrarent; sunt enim Coadjutores Papæ in executione, & in dirigenda Catholica Ecclesia. Quamobrem ut feliciùs Navim Ecclesiæ regeret eorum studia, ac labores muneribus variis addixit, gravissimumque onus apta quadam distributione partitus est, Congregationes quindecim constituens, quarum singulis certa negotia assignavit in iis tractanda, ità tamen, ut graviores difficilioresque consul-

consultationes ad Pontificem referrentur. Fuit autem Congregatio prima jàm antea instituta pro Sancta Inquisitione hereticę pravitatis, denuò confirmata. II. Pro Signatura Justitiæ. III. Pro erectione novarum Ecclesiarum. IV. Pro Ubertate Annonæ. V. Pro Sacris Ritibus. VI. Pro Classe paranda, & servanda ad Status Ecclesiastici defensionem. VII. Pro conficiendo Indice Librorum prohibendorum. VIII. Pro Interpretatione Decretorum Sacri Concilii Tridentini. IX. Pro gravaminibus Status Ecclesiastici. X. Pro Universitate Studii Romani. XI. Pro Consultationibus Regularium. XII. Pro Consultationibus Episcoporum. XIII. Pro Viis, Pontibus, & Aquis. XIV. Pro Typographia Vaticana. XV. Pro negociis Status Ecclesiastici. His omnibus se adjutum, ejusque Successores dum Sixtus prudentèr existimavit, Ecclesię Naviculam rectiùs gubernaturos, atque à Domino, omnium labores in hoc Mari vidente, sedatis fluctuum voluminibus ab adversitatibus omnibus liberandos.

XVI

EXALTAVIT HUMILES. 1587.

AD omnia summa natus Sixtus alta animi vi præditus, cum omnia Consilia studiaque sua ad Ecclesiæ Universæ sibi commissæ salutem, dignitatem, amplitudinem, & gloriam conferret eam cogitationem, atque curam impensè suscepit, ut Urbem Romam potissimum illustraret; ornamentis ad propriam tantæ Urbis laudem insignibus. Atque in iis quidem omnibus nihil ad illius decus præstantiùs, nihil ad Fidei Catholicæ hostium audaciam retundendam vehementiùs esse poterat, quàm ut inania prophanaque Trophęa, ac monimenta, quæ innumera in Urbe erant, ad usum transferrentur declarandæ, certificandæque Christianæ Religionis. Atque in idipsum accenso Studio incubuerunt Summi Pontifices, maximè Marcus, Sylvester, Julius, Damasus, Zacharias, Leo, Magnus, Sixtus III., Gregorius Primus, Bonifacius IV., Adrianus, Leo III., aliique. Eodem Studio ductus ad pium Urbis ornatum Pontifex Sixtus non modò Regionem decimam quartam, quæ esse desierat, revocavit, ac restituit, eamque ob rem ex veteri Sanctæ Ecclesiæ instituto Diaconos Cardinales etiam quatuordecim esse voluit, verùm ab initio Pontificatus Obeliscos, Columnas, cæteraque id generis prophana olim monimenta excitare statuit ad pietatis Christianę cultum. Et verò quæ illius virtutes in Obeliscorum opere apparent, ut videbimus, illę ipsæ etiam elucent in eo, quod pręstitit in solemni columnarum Trajani, & Antonini dedicatione, sacrisque super illas erectis Beatorum Petri, & Pauli Æneis simulachris: Nec verò illa sanè is posuit cujusdam opinionis laude ductus, nec populari ullo studio excitatus, quo res suas Principes Viri aliquando metiri solent, neque inani, ac fluxa gloria impulsus, sed planè commotus singulari religiosi animi sui incitatione, ex quodam ardore accensus pietatis, qua in re ipsa perficienda mirificè pręstitit, ut humiles, idest Apostolos, exaltaret.

Has statuas Æneas, inauratasque numisma ostendit, quarum singulę palmos novemdecim ęquant altitudine, quibus Sixti pietas columnas supradictas decoravit. Extabant illę excelsę magnitudinis Columnę inter varia eaque pręclarissima Romanę magnificentię monimenta, quę vel temporis ictus, vel hostiles barbarorum furores evasere, artificii nobilitate clarissimę, quibus nihil unquam Romę, nec admirabiliùs, neque magnificentiùs erectum est. In quarum verticibus Trajani, & Antonini Imperatorum olim Roma venerabatur imagines. Has nobiliori pondere, ut celebriores faceret Sixtus utramque primum refici jussit, deinde SS. Apostolis sacravit, qui profectò in ea summitate (ait Pompejus Ugonius) Ethnicorum Fastum conculcant. *Stat.8.pag. 70.*

De utraque Columna aliqua seorsim sunt nobis indicanda ad uberiorem Numismatis lucubrationem; Et primò de Trajana, utpotè Antonini columna antiquiore.

Inter Fora, quę Romę Regiones condecorabant, Forum erat in octava Tra-

janum dictum, quod cętera ſuperabat; Quare Ammianus de Conſtantio loquens, ait: „ Cum ad Trajani Forum veniſſet ſingularem ſub omni Cælo ſtructuram, ut „ opinamur etiam Numinum aſſertione mirabilem, hęrebat attonitus per gigan- „ tes circumferens mentem, nec relatu effabiles, nec rurſus mortalibus appe- „ tendos. De hoc Foro vide Nardinum lib.5.cap.9.

Lib.16.

In medio Foro (cujus ornatus ſplendidiſſimus erat columnis, & ſtatuis, & ſignis eorum, qui bene de Republica meriti fuerant) erat Columna, quam Appollodorus nobilis Architectus ædificavit non Trajani juſſu, ut aliqui narrant, ſed Romani Senatus, ut conſtat ex inſcriptione in eadem exculpta relata à Nardino.

Donatus pag.174.

SENATVS POPVLVSQVE ROMANVS
IMP. CÆS. DIVI NERVÆ F. TRAIANO AVG. GERMANICO DACICO
PONT. MAX. TRIB. POT. XII. COS. XI. PP.
AD DECLARANDVM QVANTÆ ALTITVDINIS MONS,
ET LOCVS - - - - - - IBVS SIT EGESTVS.

In hac inſcriptione duo ſemi deleta reperiuntur verba, hinc eorum ſenſus deſideratur. Sunt qui eas voces imperfectas in integrum reſtituendas opinantur hoc modo *Tantis operibus*, alii *Tantis Viribus*, alii *Tantis ruderibus*, alii *Tantis Molibus*. Eſt ea Coclidis ſtructuræ pario lapide incruſtata, omni artificioſo opere, & rerum à Trajano geſtarum imaginibus ornatiſſima; iis pręſertim quibus Bellum Dacicum exprimitur.


Eam delineaverat olim Julius Romanus Pictor egregius, eamdemque deſcriptionem indè ſecutus Mutianus Alphonſo Ciacconio eruditiſſimo Viro viam aperuit ad ea exponenda latinè ab ipſis hiſtoriarum penetralibus, atque antiquitatis viſceribus. Poſtea Franciſcus Villamena inſignis excuſor eaſdem Tabulas pęnè obliteratas ab interitu vindicavit. Verùm quia ob imaginum ab oculo diſtantiam Mutiani calamus in multis defecerat, Petrus Sanctes Bartholus in propinquiori loco delineatas iterum ſuo ſtilo incidit fideliter, omnibus juxta typum expreſſis anno 1668. Hanc columnam tanti artificii præſertim perfectam, ejuſque pulcherrimas olim imagines non ſolùm Pictores nobiliſſimi ad ſuorum operum ornamenta ſunt imitati, ſed etiam Ludovicus XIV. ipſe Galliæ Rex glorioſiſſimus tempore Clementis IX. univerſam deſcribi, ejuſque formas gypſeas diligenter effingi juſſit, quibus deinde ſibi perſimilis Ænea funderetur in Gallia. Eandem Columnam illuſtriorem fecit ſua qua pollet eruditione Illuſtriſs. D. Abbas Raphael Fabretti volumine impreſſo Romę anno 1683.

Longitudinem hujus Columnę licet 140. pedum Eutropius, & Caſſiodorus prodant, Publius tamen Victor aliam fortaſſe rationem menſurę ſecutus 128. non excedere tradit. Petrus Galeſinus, qui elegans commentarium ſcripſit an. 1587. dedicationis hujus Columnæ affirmat ejus altitudinem fuiſſe palmorum centum, & ſexaginta octo, cui Sixtus V. acceſſionem fieri voluit palmorum novem, quibus, & ipſe Columnæ apex, Beati Petri Statuæ baſis adderetur. Matthęus autem Gregorius de Rubeis anno 1689. Icones variarum columnarum Romę publicavit æri inciſas, quibus omnium partium menſuras à ſe depræhenſas addidit, quas huc attulimus in ſequenti Tabula expreſſas. Foris res ab Imperatore geſtæ inſculptæ ſunt cum figuris circumcircum parum à ſuperficie eminentibus. Duorum illæ circitèr pedum longitudine exiſtunt; ſed quo magis à baſi verſus Capitulum procedunt, eò grandiora evadunt, adeòut quæ Capitellum proximè pertingunt, eandem, quam inferiora magnitudinem fermè oſtentent.


In baſi quoquò verſum hujus Columnæ trophæa inſculpta ſunt ſuperatis hoſtibus parta, Aquilæ ſigna Romani exercitus felicia trophęis ſuperſtant, quorum ductu Victoriæ partæ. Hæ ſertum è quercu factum unguibus tenent, ex quo Corona civica in circulum contorqueri poſſet, caputque Victoris redimiri, vittis utrinque pendentibus, quibus ad ſinciput alligaretur, qua ſemel accepta perpetuò uti licebat.


In faſtigio hæc celebris Columna Coloſſum habuit ſuperimpoſitum, ideſt Statuam

Columna Traiani













Columna Antonini









Hieron. Frezza incidit

Statuam ipsius Trajani immodicæ proceritatis erectam, cujus rei fidem faciunt ipsius nummi; Orbem, seu pilam auream tenebat in dextera, intrà quam ipsius cineres reconditos asservari ajunt multi, & sceptrum in sinistra. Statua autem hæc vel à Barbaris dejecta fuit, vel temporis vi, nam illius Caput cum basis ruderibus purgaretur, repertum, in ædesque Cardinalis de Valle translatum, pedes autem fastigio Columnæ adhærentes adhuc videbantur sub Sixto V.

Fuit autem Colossus longus pedes Romanos 21., nàm Caput à vertice ad mentum duorum pedum, & quatuor unciarum extitit, quod nona totius corporis pars esse solet. *Casalius de Vrbis splendore c.12.*

Intùs autem testudinea via centum octuaginta quinque gradibus ad fastigium usque ducit, juxtà relationem Guidi Panciroli, & Angeli Rocca de Biblioth. Vatic. emblema 4. Supracitatus tamen Mattheus de Rubeis affirmat gradus esse centum quinquaginta tres, quadraginta, & duabus fenestellis additis, quas supradictus Rocca quadraginta quinque numerat, Pierius quadraginta quatuor. *De rebus memorab. tit.29.* *Lib. 49. Hierogl.*

Casalius verò de Urbis splendore cap. 11. affirmat à se compertum altitudinem esse 128. pedum, ad cujus fastigium per 184. gradus conscenditur, lucem fenestellis 43. ministrantibus.

Ejus Basis ruderibus consepulta, adhuc inferiori loco sita, eo, quem publica via habet, conspicitur, ex quo illam elevandi modum ingenioso ausu excogitavit Camillus Agrippa Mediolanensis Architectus, eumque typis publicavit anno 1575. asserens posse illam beneficio Vectis suavi simul, & efficaci vi ab humo attolli usque ad Fori planitiem, atque sub illa firmam basim extrui, qua imposterum sustentetur, quamvis ejus Molis pondus expleat quinquagies decies centena millia librarum. Deprehendit enim exacto calculo eam Molem æquare bis mille centum circitèr mensuras, quas Romani vocarunt *Carrettate*, quarum singulis palmis octuaginta libras tribuerunt. *Cinque millioni.*

Cum igitur Sixtus V. eam Columnam Divo Petro Apostolorum Principi consecrare decreverit, imagine ejus confecta certum diem statuit, quo & Columna dedicaretur, & ipsa imago in ejus fastigio constitueretur. Eum diem fuisse Sabbatum 28. Novembris ann.1587. refert Paulus Alaleona in suis Diariis, quo die de Simone Mago Beatum Petrum victoriam confecutum esse libri rituales veteres loquuntur. Itaque eo die Columna ab omni impuritate Sanctè expiari oportuit, antequam attolleretur B.Petri effigies ad fastigium Columnæ, in quo ita constituta est tanquam Romæ custos, ac inde in Vaticanum spectet, ubi augustissima illius Basilica cernitur.

Vix enarrari potest (asserente ipso Galesino, qui adfuit) quàm magnus ad solemnem celebritatem Cleri, Populique concursus, in cujus inspectione tota Urbs triumphavit. Adfuisse etiam decem S. R. E. Purpuratos refert supracitatus Alaleona.

Ordo autem dedicationis Columnæ hìc fuit ex ipso Galesino acceptus.

Episcopus Missa solemnitèr celebrata in Ecclesia S. Mariæ de Laureto sita Romæ in Regione Montium prope Columnam, indutus Pluviali albo stans ante Altare sine Mitra inchoavit Antiphonam *Tu es Pastor Ovium*, quam Cantores prosequuti sunt usque in finem. Inde inchoato per eosdem Psalmo *Cæli enarrant*, directa est Processio ad Columnam versus, ubi erat ejusdem Divi Petri Statua ęnea, ibi Episcopus stans absque Mitra conversus ad imaginem, & habens ante se Crucem dixit versiculos, & orationem, ut in Pontificali de benedictione novarum Imaginum, *Omnipotens sempiterne Deus, qui Sanctorum tuorum effigies &c.* Qua oratione absoluta aspersit Imaginem aqua benedicta, deinde thure adolevit, postea sine Mitra processit ad Columnam exorcizandam hoc ordine, incipiendo Antiphonam, *Cadent à latere tuo mille*, quam Cantores sunt prosequuti, eaque completa inchoarunt Psal. *Qui habitat &c.* Quo finito, & repetita Antiphona, Episcopus stans cum Mitra prope Columnam insuflavit eam ter dicens. *Exuflo Te omnis legio Sathanæ, In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.* Deinde *Exorcizo Te creatura lapidis in nomine Dei ✝ Patris omnipotentis, & in nomine Jesu ✝ Christi filii ejus Domini nostri, & in virtute Spiritus ✝ Sancti, ut fias Columna exorcizata ad sustinendam Sacram Imaginem Beati Petri Apostolorum Principis, ca-*

reaſque omni gentilitatis immunditia, omnique impugnationis Spiritualis nequitia, per eundem D. N. Jeſum Chriſtum, qui venturus eſt judicare vivos, & mortuos in ſaculum per ignem. Amen.

Deinde depoſita mitra dicit.

℣. *Domine exaudi orationem meam.*
℟. *Et clamor meus ad te veniat.*
℣. *Dominus vobiſcum.*
℟. *Et cum ſpiritu tuo.*

OREMVS.

Domine Jeſu Chriſte Filii Dei vivi, qui es lapis angularis de Monte ſine manibus exciſus, lapides hujus Columnæ in honorem Sacræ Imaginis Beati Petri Apoſtolorum Principis deputatæ ab omni inquinamento purifica, purificatoſque conſerva, qui cum Deo Patre, & Spiritu Sancto vivis, & regnas in ſæcula ſæculorum. Amen.

Deinde accepta mitra aſperſit ter cum hyſopo Columnam circum circa primò, & ſecundò à dextera ejus, tertio à ſiniſtra, aſpergens primò partem ſuperiorem, mox inferiorem, tertiò mediam, tum demum in ſingulis ejus lateribus cultro fecit ſignum Crucis dicens.

In nomine Patris †, & Filii †, & Spiritus Sancti †.

Quo facto iterum depoſita mitra dicit Orationem ſequentem.

Supplices Tibi Domine preces effundimus, ut Columnæ hujus materiam Paganorum uſui olim addictam, tuæ benedictionis, & ſanctificationis ubertate dotari præcipias, per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Deinde Cantores canunt Hymnum. *Jam bone Paſtor Petre.* Quo finito Epiſcopus adhuc ſtans depoſita mitra cantat verſiculos ſequentes.

℣. *Conſtituit Te Dominus in Caput, & eris ſemper ſupra.*
℟. *Ita erit, ita fiat. Sic Te Domine rogamus.*
℣. *Princeps Fratrum Firmamentum gentis ſtabilimentum Populi.*
℟. *Ita credimus. Ita ſperamus.*
℣. *Fœlix Roma, quæ Apoſtolorum Principis Petri purpurata ejus prætioſo Sanguine.*
℟. *Ita eſt ſic credimus, ideò gratias agamus Deo.*
℣. *Principem Te conſtituit Dominus, & Claves Regni Cælorum tradidit Tibi.*
℟. *Hoc fatemur, idem confiteantur omnes Populi.*
℣. *Surge Petre indue Te veſtimentis, & accipe fortitudinem.*
℟. *Ad ſalvandas Gentes in miſericordia.*
℣. *Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam.*
℟. *Et portæ Inferi non prævalebunt adverſus eam.*
℣. *Domine exaudi orationem meam.*
℟. *Et clamor meus ad te veniat.*
℣. *Dominus vobiſcum.*
℟. *Et cum ſpiritu tuo.*

ORE-

OREMUS.

Deus qui Beato Petro Apostolo tuo collatis Clavibus Regni Cælestis, animas ligandi, atque solvendi Pontificium tradidisti, concede ut intercessionis ejus auxilio à peccatorum nostrorum nexibus liberemur.

Omnipotens sempiterne Deus, qui Beato Petro Apostolo tuo victoriam de Simone Mago tribuisti, tantaque cum virtute roborasti, ut umbra sanaret infirmos, verbo suscitaret mortuos, aspectu culpæ obnoxios mori cogeret, spiritusque immundos ubique ejiceret, concede quæsumus, ut illius quoque patrocinio Ecclesia Catholica perpetuo defensa, hostes superet nominis tui, atque invicta semper custodiatur.

Præsta quæsumus Omnipotens Deus, ut sicut per Sacram Divi Petri Sedem dissolutis terrenæ Sapientiæ vanitatibus, ejectisque Dæmonum cultibus Urbem hanc Caput Orbis effici, ac latius sua religione quam dominatione terrena præsidere voluisti, ita nullis eam permittas perturbationibus concuti, quam Apostolica confessionis petra solidasti, per Christum Dominum nostrum, Amen.

Deinde thurificata ter Imagine Episcopus intonat Hymnum *Te Deum &c.* quem Cantores prosequuti sunt. Et accepta mitra reversus est ad Ecclesiam eodem ordine, ubi finito Hymno, & per duos Cantores cantato *Salvos fac Servos tuos*, & ℟. *Domine Deus sperantes in te*, cantavit ante Altare orationem. *Ecclesiæ tuæ quæsumus Domine*, & duo Cantores finita oratione dixerunt. *Exaudiat nos Dominus* ℟. *Et custodiat nos semper*. Demum sunt publicatæ Indulgentię 25. annorum per Diaconum sicque re solemniter peracta omnes recesserunt in pace.

Extat adhuc nova inscriptio in Columnæ fastigio ad Sancti Petri pedes incisa, & in quatuor partes distincta.

SIXTVS V. B. PETRO APOSTOLO MDLXXXVIII.

Transeundum nobis est ad Columnam Antoninam, quam Sixtus D. Paulo pariter consecravit. Dicitur Antonina ab Antonino Pio, cui vel Marcus Antoninus Philosophus in ejus filium adscitus, dictus deinde M. Aurelius Antoninus, ut volunt aliqui, vel Senatus Romanus post ejus mortem erexit, ut constat è numismate apud Erizzum relato à P. Donato, in quo hæc Columna, atque inscriptio. *Lib. 3. cap. 15.*

DIVO PIO P. VICTOR TEMPLVM D. ANTONINI
CVM COCHLIDE COLVMNA.

Quæ est alta pedes CLXXV. habet intus gradus CCVI. & fenestellas LVI. Absolutam tamen fuisse putavit Nardinus à Commodo post mortem Marci, qui Antonino in Imperio successit, eòquod in ea exculptum appareat bellum Marcomannicum actum à Marco; in ejus vertice communiter referunt Historici Colossum fuisse æneum, qui imaginem ipsius Antonini Pii referebat, ut apparet in nummis antiquis. Cęterum tunc fabrefacta, quando mechanicę artes jam erant diminutę non fuit tanto artificio elaborata, sicuti jam pridem altera Trajani, ut notat eruditissimus Casalius de Urbis splendore cap. 11. Admiranda tamen nobis est propter historiam in ea expressam sub Ethnico Imperatore, qua major attestatio fortasse non extat in omnibus Ecclesiasticis Annalibus de veris miraculis Christianæ Religionis, non modo per Ethnicos Scriptores, verùm in hac Columna sculptis, ut ejus veritas futuris temporibus impugnari non possit; siquidem ut refert Cardinalis Baronius, cum Romani ab ingenti hostium multitudine aliquando ità conclusi fuissent apud Cornutum Oppidum in expeditione Marcomannica, ut nulla, exeundi via daretur, & Marcus Aurelius Imperator cum Deos suos precatus ab illis non exaudiretur, tunc milites Christiani, quorum magna copia in exer- *Lib.6.cap.9* *Tom. 2. Annal. ad an. 176.*

citu erat, flexis genibus ad Deum verum se converterunt, qui mox illos exaudiens eodem momento hostes vehementi grandine, igne, & fulminibus consumpsit. Quam legionem in qua Christiani militarunt ex admiranda illa fulminum immissione dictam esse *Fulminatricem*, seù *Fulmineam* quamplurimi referunt Auctores. Tam egregii miraculi præclarum monumentum extat in hac nobilissima Marci Antonini Columna insigniter exculptum, unà cum aliis Marci Aurelii in Bello Morcomannico facinoribus. De hac historia quære apud Tertullianum lib. 1. ad scapulam, Justinum Martyrem an. 148. Baron. an. 376. Ea omnia exculpta videntur in laminis æneis ab peritissimo Scalpro D. Petri Sanctes Bartoli, quę jussu Eminentissimi Cardinalis Francisci Barberini tempore Urbani VIII. fuerunt delineata, opus dirigente Petro Berettino Cortonensi. Columnam deindè Barbarico furore deorsum incensam, ac desuper fulmine tactam jam deformatam, & collabentem, quam eo modo laceram suo Scalpro incidit Pragæ Ægidius Sadeler an. 1606. & deinde iterum typis publicavit Romę Jacobus de Rubeis, Sixtus V. summo studio in pristinum splendorem restituendam curavit. Altitudinem palmorum 279. citra basim esse, gradus marmoreos intrisecus 206. & fenestellas 66. habere refert Mutius Pansa Serm. 6. de operibus Sixti. Henricus Salmuth in notis ad Guidum Pancirolum rér. memorab. tit. 29. affirmat esse pedum 162. juxta Palladium per interiores gradus 207. coclidis in modum circumductos esse ascensum, ut idem Paladius prodidit, & fenestellas habere 56. Matthæus autem Gregorius de Rubeis, qui anno 1689. diligenter mensuras omnes à se observatas affirmat, eas ponit quas in nostra Tabula, ex ipsius delineatione exposuimus, gradus ille numeravit 190. ultra aliquot humo consepultos, fenestellas verò quadraginta.


Triplex legitur in ejus basi inscriptio, quarum una ante Sixtum inscripta scilicet.

M. AVRELIO IMP.
ARMENIS PARTHIS GERMANISQVE
BELLO MAXIMO DEVICTIS
TRIVMPHALEM HANC COLVMNAM REBVS
GESTIS INSIGNIS IMP. ANTONINO
PIO PATRI DICAVIT.

Aliæ verò sub Sixto.

SIXTVS V. PONT. MAX.
COLVMNAM HANC COCHLIDEM IMP.
ANTONINO DICATAM MISERE LACERAM
RVINOSAMQVE PRIMÆ FORMÆ RESTITVIT
A. MDLXXXIX. PONT. IV.

SIXTVS V. PONT. MAX.
COLVMNAM HANC AB IMPIETATE
EXPVRGATAM
S. PAVLO APOSTOLO
ÆNEA EIVS STATVA
INAVRATA IN SVMMO
VERTICE POSITA DD.
A. M. DLXXXIX. PONT. IV.



Ad

Ad Septentrionem verò legitur.

TRIVMPHALIS
ET SACRA NVNC SVM
CHRISTI VERE PIVM
DISCIPVLVM FERENS
QVI PER CRVCIS
PRÆDICATIONEM
DE ROMANIS, BARBARISQVE
TRIVMPHAVIT.

Hoc igitur anno fer. 5. die 27. Octb. referente Paulo Alaleona in diariis „ Fuit erecta supra columnam Imago ænea S.Pauli Apostoli, quæ prius post missam cantatam in Ecclesia Sancti Laurentii in Lucina ab Episcopo D. Camillo „ Gaetano Patriarcha Alexandrino benedicta fuit, & Columna exorcizata, facta „ processione usque ad Columnam, & finita benedictione fuerunt exoneratæ „ Bombardę. Itaque Sixtus SS. Apostolorum Petri, & Pauli imagines publicæ Populi Romani adorationi exponens veteres Romanos Pontifices æmulatus est, quos pro sacrarum imaginum veneratione insigniter laborasse, in suis centuriis contra Iconomachos apertum fecit eruditissimus Simon Majolus Episcop. Wlturariensis. Quamobrem Sixti laudes recolens Guilielmus Blancus inscriptionem hanc apposuit Emblemati 13. quo in Bibliotheca Vaticana repræsentatur hujus statuæ dedicatio.

Jure Antoninum Paulo vis Sixte subesse,
Nam verè hic Pius est, impius ille Pius.

„ Quodsi statuas Colosseas, vel pedestres, vel equestres (referente Lampridio „ in Vita Severi) Imperatoribus in foro D.Nervę, quod transitorium dicitur loca- „ vit, omnibus cum titulis, & Columnis æreis, quę gestorum ordinem contine- „ reitt, exemplo Augusti, qui summorum virorum Statuas in foro suo è mar- „ monre collocavit additis gestis. Ut scilicet docente Erizzo antiquorum factis veluti stimulis ad præclara Posteri excitarentur; sanius quidem Populo Romano Apostolorum Principes Sixtus proposuit, quos imitaretur; suos Cives Roma Sacra in Vaticano excitante, dum ait.

Mundi Magister, atque Cæli Janitor
Romæ Parentes, arbitrique gentium.
Per ensis ille, hic per Crucis victor necem
Vitæ Senatum Laureati possident.

„ *Isti enim* (inquit S. Leo) *sunt viri, per quos tibi Evangelium Christi Roma* „ *resplenduit, quæ eras Magistra erroris facta est Discipula veritatis. Isti sunt Pa-* „ *tres tui, verique Pastores, qui te Regnis Cælestibus inserendam multò melius, mul-* „ *toque felicius condiderunt, quam illi, quorum studio prima mœnium tuorum funda-* „ *menta locata sunt, ex quibus is, qui tibi nomen dedit fraterna te cæde fœdavit.* „ *Isti sunt, qui te ad hanc gloriam provexerunt, ut gens sancta, Populus Electus,* „ *Civitas Sacerdotalis, & Regia per Sacram B. Petri Sedem, Caput Orbis effecta* „ *latius præsideres religione divina, quam dominatione terrena.* Serm. 1. in festo.

Quibus adde cum S. Jo: Chrysostomo *Civitas illa hinc facta est insignis magis quam ab aliis rebus omnibus, tanquam corpus magnum, & validum duos habet oculos fulgentes, Sanctorum videlicet Petri, & Pauli Corpora. Admiror hanc Urbem non propter copiam auri, non propter Columnas, nec propter aliam quamcumque rerum speciem, sed propter Columnas illas Ecclesiæ.* In epist. ad Rom.

FOELIX

XVII

FOELIX PRAESIDIVM 1588.

XVIII

TERRA MARIQVE SECVRITAS 1588.

DEcem Triremes diverſimode in Mari diſpoſitas duplex oſtendit numiſma, quod eas Prçſidium eſſe ac ſecuritatem Italię dicit in utraque inſcriptioue. Parari eas juſſit anno 1588. ut conſtat ex Bulla *Immenſa Æterni Dei &c.* in qua inſtituit quindecim Congregationes S. R. E. Cardinalium ad varia Romanæ Curiæ negotia expedienda, inter quas fuit Congregatio pro claſſe paranda, & ſervanda ad ſtatus Eccleſiaſtici defenſionem. In ea ſic loquitur Sixtus „ Poſtquam Dei benignitate, nec ſine magno noſtro labore, & ſumptu perditorum hominum licentia compreſſa publica tranquillitas in locis mediterraneis reſtituta eſt, ut jam unicuique abſque timore ullo ſub vitę ſua, & ſub ficu ſua quieſcere liceat, cupientes ut littora quoque, & orę maritimę ditionis noſtræ ſuperi inferique maris à Piratis, ac Prædonibus quantùm fieri poteſt tutæ ſint, ne dum ad noſtrorum ſubiectorum ſecuritatem, verùm ut exteræ quoque Nationes ad hanc fidei petram, communemque fidelium Matrem ſecurè, prò eo quod in nobis eſt, accedant, ne à Piratis in miſeram ſervitutem, quod alias perſæpe accidit abducantur &c.

Ob eas cauſas Cardinales quinque præficimus Tiremibus numero decem parandis,ædificandis,ornandis omniq; neceſſario nautico & militari appatatu inſtruendis, curaque diligentiſſima conſeruandis, quarum ope, & Præſidio Deo adiutore piratæ, & prædones coerceantur, & à noſtris littoribus longe repellantur, quarum, & eorum Triremium idoneos Duces, ac Præfectos nobis tamen, & pro tempore Rom. Pont. conſultis deligant, & omnia ad ea, quę duximus celeriter, utiliterque efficienda prò ipſorum prudentia, & ſedulitate diſponant. Deinde operam adhibeant, ut ſubſidium pecuniarum quodcumque ab iis, qui noſtro mandato huic tam neceſſario operi contribuere tenentur fideliter, integrè, matureque exigatur, exactum verò, & receptum ad ſupradicta tantummodò opera perficienda ex voluntatis noſtræ præſcripto fructuoſe impendatur. Illud autem Cardinales ipſos magnopere admonemus, ut curent diligenter, ut in his Tiremibus Apoſtolicis Navtę omnes, & Milites, non ſolum ex nautica, militarique, ſed multò magis ex Chriſtiana diſciplina piè, & modeſte vivant; quare Viros Religioſos animarum corporumque Curatores deligant, qui valentes ad pietatem inſtruant, ægrotos multæ charitatis affectu, quovis neceſſario adiumenti genere ſpirituali in primis recreent, atque reficiant. Denique omni loco à Præfectis militibus, nautis ea piè vivendi ratio, & inſtitutio obſervetur, ut verè illos Chriſtianos, ac Pontificios eſſe omnes agnoſcant.

Ante hanc deputationem dicitur in Bullario Lugduni impreſſo Sixtum paraſſe ſubſidium annuum ſcutorum ducentum millium, & quingentorum, illudque dediſſe pro manutentione paratæ claſſis decem triremium, ſed ejus Bulla prætermittitur. Hanc autem ſummam confecit imponendo annuum ſubſidium 78. millium ſcutorum Populi ſui ſtatus Eccleſiaſtici, ſcilicet quinque millium, & 874. Provinciæ, quæ Patrimonii dicitur, Provinciæ Campaniæ ſex millium, atque 126. millium, & octingentorum Urbi Anconitanę, ſimiliſque ſummæ Civitatibus Fanenſi, & Aſculanæ. Duodecim millia decrevit deſumi ex redditibus beneficiorum Dominio S. R. E. ſubjectorum. Inſuper ex redditibus Beneventani ſtatus quinque millia aſſignavit, & octo millium à vectigalibus Romanis.

Panvinius in Vita Xiſti.

Hac dote pro Claſſis conſervatione decreta, Triremes confici juſſit. Incœptumque eſt opus à Senatu Populoque Romano, cujus expenſis, unica Romæ compo-

composita fuit in Regione propè Tyberim sita, quam *Marmoratam* dicunt, nomine accepto è Marmoribus, quę Romam Navibus advecta ibi deponebantur. Refert Paulus Alaleona in suis Diariis die 2. Aprilis 1588. in Festo S. Francisci de Paula. „ Reverendiss. D. Marianum Perbenedictum Episcopum Martoranum, „ Gubernatorem Urbis, hanc triremem benedixisse post celebratam Missam, „ eamque Triremem fabricatam fuisse sub invocatione S. Bonaventuræ, eademque die in aquam positam post prandium. Hoc nomen primæ Triremi impositum idcircò fortasse retinetur adhuc à Triremi Prętoria, quę in Classe Pontificia numeratur. *Resi. in Roma mod. na pag. 106.*

Alias duas Triremes fuisse Centumcellis compositas referunt Acta Consistorialia die 23. Aprilis 1589. celebrata his verbis. „ Fuit Consistorium secretum, „ in quo Sanctitas Sua dixit de Classe à se parata, & jàm instructa, & quod jàm „ sunt tres Triremes optimè, & benè instructæ, & quod deliberavit, ut sit tota „ decem Triremium parata per totum mensem Aprilis.

Centumcellas etiam Classe parata aquas adduxit Fossa ob id aperta, sex mille passus extensa, atque ubi in Arce desinit hæc inscriptio legitur.

SIXTVS V. PONT. MAX.
CENTVMCELLAS AQVÆ INOPIA LABORANTES
FONTIBVS SVBLEVAVIT.
AN. MDLXXXIX. PONT. IV.

Rursus alibi hæc alia.

SIXTVS V. PONT. MAX.
CLASSIS APOSTOLICÆ, ET FIDELIVM NAVIGANTIVM
COMMODITATI FIERI IVSSIT
ANNO MDLXXXIX. PONTIF. IV.


Quamobrem in Vaticana Bibliotheca monumentum extat hoc distichon.

Vrbs vicina Mari mediis sitiebat in Vndis,
Nunc dulces Sixti munere potat aquas.

Atque in Aula Palatii apud Lateranensem Basilicam hoc aliud.

Vndæ sunt liquidæ, solidum sed marmor habetur,
Marmor vi trahitur, spontè sed unda fluit.
Quid mirum est igitur ducat si fornice rivos,
Quando etiam Sixtus marmora vasta trahit?

Demum refert Paulus Alaleona in Diariis, quòd Pontifex ipse Feria 2. die 22. Novemb. an. 1588. „ In lectica vectus iverit ad Centumcellas, visendi Trire- „ mes, & aquam, quam ibi ducere curavit, cum quo iverunt septem Cardinales, „ & die 25. Novembris rediit ad Urbem.



XIX

SIXTVS V. PONTIFEX MAXIMVS.

1588.

XX

PVBLICVM BENEFICIVM.

PUblicum Beneficium Romanis contulisse Sixtus dicitur in numismate, in quo mulier duplici ex Urna aquam effundit, atque in eodem indicatur arcuatus aquęductus à magnanimo Pontifice extructus, ut tale beneficium Romę conferret.

Solo jàm Tyberi, ac Putęis quadringentorum, & quadraginta annorum spatio à fundatione Urbis usi fuerant Romani, donec multiplicatis Civibus, ac ampliore spatio Urbis occupato, tot aquarum rivos in eam advexerunt, ut earum ductus inter tria in Urbe miranda Dionysius meritissimè reposuerit, dum inquit.
Lib.3 hist. Roman. *Mihi sanè magnificentissima videntur, ex quibus maximè apparet amplitudo Romani Imperii Aquæductus, Viæ stratæ, Cloacæ*; quæ eadem maximè miratur Strabo; &
Greg. lib. 5. Plinius jure dixit lib. 36. cap. 15. *Si quis diligentius existimaverit aquarum abundantiam in publico, Balneis, Piscinis, Domibus, Euripis, Hortis, Suburbanis Villis spatioque advenientes extructos arcus, montes perfossos, convalles æquatas, fatebitur nihil magis mirandum fuisse in toto Orbe Terrarum*.

De numero earum post Augusti tempora usque ad Frontinum minimè dubium est, quia ipse novem recenset, earumque originem, & Rivi in longum mensuram distinctè describit. Posterioribus verò à Frontino Sæculis, ut novæ in veteres species aquæ corrivatę fuerunt, ità & novorum ductuum Urbi, eisque ędificiis accessio facta fuit. Quot verò ductus ultra veteres accreverint neminem adhuc scripsisse ait alias laudatus Abbas Fabrettus, imò apud recentes Scriptores
Num. 265. subortam esse confusionem.

Pag. 148. Victor in epilogo ab eodem citatus ità Aquas numerat, quæ ab Antiquis Romam delatæ fuerunt numero viginti. 1. Appia, 2. Marcia, 3. Virgo, 4. Claudia, 5. Herculea, 6. Tepula, 7. Damnata, 8. Trajana, 9. Annia, 10. Alsietina, 11. Cærulea, 12. Julia, 13. Algentiana, 14. Ciminia, 15. Sabatina, 16. Aurelia, 17. Septimiana, 18. Severiana, 19. Antoniana, 20. Alexandrina.

Temporum autem decursu variis de causis ferè omnium Rivis deperditis, aquarum penuria Roma laboravit in Collibus præcipuè, ac in regionibus à Tyberi remotioribus usque ad Pontificatum Gregorii XIII., qui aquarum venas in Montem Quirinalem corrivari peroptavit, sed ob operis arduitatem, aliasque rationes spem conceptam implęre non potuit. Sixtus denique V. ad excelsa quæque perficienda à Dei Providentia in Summum Pontificem creatus, ipsa die, qua post Coronationem Lateranensem Basilicam petiit solemni cum pompa, aquas ubique rimandas colligendasque mandavit, ut restitutis Romę Fontibus Urbis Colles deserti, iterum habitarentur. Provinciam hanc cuidam Architecto, Matthęo è Castello dicto, commisit Pontifex, qui vel ob imperitiam, vel ob incuriam post expensa centum millia scutorum opus perficere non potuit; extruxerat enim aquęductus adeò excelsiores ipsa aquarum origine, ut nullo pacto in eos immitti possent, & Romam versus effluerent. Errorem Matthæi punivit Pontifex curam hanc committendo Joanni Fontanæ Equitis Dominici Fontanæ Fratri Architecto peritissimo, qui ne ductus tot expensis jàm extructi inutiles essent excelsiores Colles variis in locis aperuit, ut fortè alias aquarum venas in eos ductus facilè immittendas, reperiret.

Annuit labori Deus, spemque illius implevit quinquaginta, ac duobus optima-

timarum aquarum rivulis, inter subterraneas eorum Montium glebas à Fontana repertis, quos omnes in unicum receptaculum corrivavit, ex quo deindè extructi ductus exugerent.

Aquis ità paratis lateritium specum, qui deerat extruxit, & quidem sub tellure quindecim milliariorum tractu, in aperto autem septem, arcuato opere substructum, cujus Parastatæ ad septuaginta palmorum altitudinem passim ascendunt, ubique palmorum duodecim latitudinem æquantes. Io eo opere perficiendo spatio decem, & octo mensium bis mille Operarii assiduè laborarunt, additis persæpe aliis usque ad quatuor mille. Bis centum septuaginta millia nummorum in eodem Sixtus insumpsit, solutis ex his vigintiquinque Excell. Principi Martio Columnæ pro damno illato ob vias ad aquas perscrutandas, in ejus ditione apertas.

Ex relatione aquæ Fœlicis Francisci Fontanæ.

Derivatur enim hæc aqua propè Oppidum *Columna* dictum. Quamobrem erravit P. Kircherus noster, qui in suo Latio part. 2. cap. 4. ibi inesse aquæ Virginis originem dixit, meritò reprobatus ab accuratissimo Rimatore aquarum in Agro Romano D.Abbate Raphaele Fabretto de aquis differt. prima. Erravit etiam Auctor historiæ Summorum Pontificum ex nummis exceptæ P. Molinetus, vocando aquam Fœlicem Bullæ Sixtinæ *Virginem*, hinc longè remotam, & in regione infima latitantem, ut demonstrat idem Fabrettus ibid; Qui affirmat ad num.388. hanc Sixti aquam eandem esse proprio ductu, atque insigni opere arcuato à Severo Alexandro Cæsare, & posteà à Sixto V. alio quamvis itinere Romam devectam. Inspiciat Lector Tabulam Topographicam, Ductum aquæ Alexandrinæ continentem cum aquæductibus aquę Fœlicis, quam tabulam exposuit ad differt. primam idem Fabrettus. Hanc opinionem negavit Eques Franciscus Fontana in Relatione aquæ Fœlicis typis edita anno *1696.* ob aliquas rationes in eadem expositas. Nos ejus aquæductus prosequentes Arcum indicamus, qui secundo ab Urbe lapide in via Neapolitana extat sub eodem specu magnificè extructus, hic duplicem inscriptionem ostentat. In ea parte quæ Romam spectat sic legitur.

SIXTVS V. PONT. MAX.
PLVRES TANDEM AQVARVM SCATVRIGINES INVENTAS
IN VNVM COLLECTAS LOCVM, SVBTERRANEO DVCTV
PER HVNC TRANSIRE ARCVM A SE FVNDATVM CVRAVIT.
AN. MDLXXXV. PONT. I.

In opposita verò parte.

SIXTVS V. PONT. MAX.
QVO FONTIBVS RESTITVTIS
DESERTI VRBIS ITERVM HABITARENTVR COLLES
AQVAS VNDIQVE INVENIENDAS MANDAVIT.
ANNO MDLXXXV. PONT. I.

Ubi Romæ mœnia alluit prope Portam S. Laurentii dictam, in arcu paritèr ejus Ductum substinente hęc alia inscriptio legitur.

SIXTVS V. PONT. MAX.
DVCTVM AQVÆ FELICIS
RIVO SVBTERRANEO
MILL. PASS. XIII.
SVBSTRVCTIONE ARCVATA VII.
SVO SVMPTV EXTRVXIT
AN. M.D.LXXXVI. PONT. II.

Romam tandem ingressa in Area Quirinali ad Templum S. Susannæ se exonerat, ac primarium Fontem efficit, quatuor columnis, & tribus arcubus magnificè extructum, sub quibus Fons tria aquæ, ut vulgò dicitur *Capita*, seu ostia de-

monſtrat. Supra horum medium ſtat Moyſis ſtatua marmorea, ad lævam ſupra alterum aquæ oſtium hiſtoria Gedeonis exculpta cernitur, quando ex decem millibus hominum trecenti ſelecti ſunt ad præliandum, nempè ii qui ad aquas ducti inſtar canum aquas lambere viſi ſunt, cæteris excluſis. Ex altera parte hiſtoria apparet Moyſes cum è ſaxo Hebręorum beneficio aquam excuſſit. Ad columnarum baſes ſunt quatuor Leones marmorei, aquam faucibus evomentes, quorum duo ſunt ex marmaridum lapide ſubnigro, qui in area Pantheoni olim extabant. Putavit Nardinus lib.6. cap.9. eos è proximis Neronis, ſeu Agrippæ Thermis illuc advectos, vel ex Templo Iſidis ablatos. Refert in ſuis Diariis Vacca num.34. alterum ex his Leonibus ſub Eugenio IV. fuiſſe repertum ſub ruderibus in Campo Martio, iterumque ruinis obrutum detectum fuiſſe ſimul cum alio à quodam Octaviano è Valle Viarum Pręfecto ſub Clemente VII., eoſque in Fonte à Sixto V. collocatos, ut ejus inſigne Gentilitium exprimerent. Supra Fontis verticem inter duos parvos obeliſcos cernuntur inſignia Pontificis à duobus Aligeris ſublevata. In marmore autem ſubjecto hæc inſcriptio cubitalibus litteris inſculpta legitur.

SIXTVS V. PONT. MAX. PICENVS
AQVAM EX AGRO COLVMNÆ
VIA PRÆNESTINA SINISTROSVM
MVLTARVM COLLECTIONE VENARVM
DVCTV SINVOSO A RECEPTACVLO
MILL. XX. A CAPITE XXIII. ADDVXIT
FELICEMQVE DE NOMINE ANTE PONT. DIXIT.
COEPIT PONT. AN. I. ABSOLVIT III.
M.DLXXXVIII.

Vocabatur enim Fœlix antequam Pontifex toti terrarum Orbi præeſſet. Potuit etiam dici Aqua Fœlix per metonimiam, ſeu tranſnominationem, eòquod ſui irrigatione felices colles, hortos, campos, & incolas reddat, quæ ob aquarum penuriam infelices quodamodo erant. Deindè primùm Quirinales mirę amœnitatis hortos humoris inopia laborantes irriguos fecit; In Villam etiam quam inibi Cardinalis paraverat immiſit, Fontes varios tum in Quirinali foro, tum in Capitolii area eâdem aqua dotavit. In platea etiam ad Thermas circa Fontem Fullonicas in publicam vtilitatem extruxit, in cuius fronte ſunt hi caracteres.

SIXTVS PP. V.
PAVPERVM COMMODITATI MVLIERVM EXTRVI FECIT.
AN. MDLXXXVIII. PONT. III.

Tum domibus aliis, Religioſorum Cœnobiis, ędibuſque publicis copiosè diſtribuit, atque ut eâdem frui quamplurimi poſſent, erexit in Regione Montium Burgum Felicem S. Bernardi, diplomate publicato 13. Aprilis anno 1590., quo privilegia multa conceſſit omnibus habitantibus, & fabricantibus in via, quę *Pia* nuncupabatur, ac etiam in aliis Viis propè, & circa ſupradictam forſan aperiendis.

Vt autem præclaro hoc beneficio in aqua adducta Roma inpoſterum ſine amiſſionis metu perfrui poſſet, aliam Bullam confecit, *Suprema cura Regiminis &c.* in qua ejus curam, & cuſtodiam commiſit Congregationi S. R. E. Cardinalium, quam pro Viis, Pontibus, & Aquis inſtituerat, annuumque proventum pro Aquęductus, & Fontium conſervatione ſeptingentorum ſcutorum perpetuò conceſſit, ea quidem lege, ut dictus annuus redditus, illiuſque ſors nunquam in alios uſus convertatur. Viſitatores inſuper duos Cives Romanos quotannis eligi juſſit, quibus munus pręſcripſit, ut ſingulis tribus menſibus ſemel ſaltem ipſum Aquæ caput per ſe ipſos inuiſant, inſpiciantque ſingula receptacula, portas omnes, quas ibidem ad purgandos alveos extruxit, puteoſque, & foramina, & ſordibus egeſtis expurgari jubeant, forniceſque integros tueantur, ne pluviis è Cęlo cadentibus, aut humo fluentibus aquis inficiatur. Quod ſi eorumdem Viſitato-

rum


pag. 404
SIXTVS V. PONT MAX PICENVS AQVAM EX AGRO COLVMNÆ
VIA PRÆNESTINA SINISTRORSVM MVLTARVM COLLECTIONE VENARVM
DVCTV SINVOSO A RECEPTACVLO MILL. XX. A CAPITE XXIII. ADDVXIT,
FELICEM QVE DE NOMINE ANTE PONT. DIXIT COEPIT PONT. AN. I.
ABSOLVIT III. MDLXXXVIII.
Alexander Specchi incidit

rum culpa aliquid incommodi Aquæductus contraxerint, id totum ipsorum Visitatorum sumptibus reparetur, pœnasque contravenientibus iis, quæ præcepit, imposuit; Quibus preterea ut in eo munere obeundo minus dispendii, quam fieri possit patiantur, annuum redditum scutorum centum viginti trium constituit.

Ob hæc à Sixto V. magnificè peracta Inscriptio in Aula Palatii Lateranensis legitur quatuor carminibus compacta.

Sicca velut Nilo stagnante Aegytus inundat,
Dum Sol Siderei signa Leonis habet,
Sic quoque magnanimo terras moderante Leone
Arida Fœlici Roma redundat Aqua.

At postquam hanc aquam pluribus Urbis locis concesserat Sixtus, non æqua moderatione Cives dispensatam accipiebant, sub Paulo V. siquidem aquariorum fraudibus intercœptam, aut inertia perversam, ductibus quassatis, sæpe etiam dolo subripiebant. Semper inferioribus incolis majori ubertate aqua sufficiebat, largioribus profluviis sese dejiciens, cursuque rapiens superiorem, eminentioribus parcior emergebat, ut majori, vel minori pressura cogebatur. Quare hi graviter querebantur, jusque sibi aquarum violatum dolebant. Qua ratione tanto malo subveniri posset diu ab Architectis, Aquariisque quæsitum est. Anceps Pontifex animo cuinam difficillimam provinciam demandaret, inter Curiæ Romanæ Primates, & sapientissimos Viros Lælium Bisciam ex Clerico Camerali S. R. E. postea Cardinalem, cujus fidem, & probitatem, & ingenium aliàs sæpiùs expertus erat, electum, reficiendis aquis præficit. Is non cunctatus opus sanè magnum, & arduum inchoavit, consumavitque feliciss imè. *Leo Allatius de Roman. ædif. pag. 10.*

In hortis primùm Columnensibus fundamentis defossis supra Thermarum Constantianarum plateam ingens ædificium, solidissima substructura erectum in fomicem curavit. In medio ad recipiendam aquarum copiam Vas satis amplum nullis vicinis parietibus conjunctum, sed insulæ modo imminens extruxit, ut inibi aqua jucundissima servaretur, circuitu item longiore ut accommodandis, distribuendisque fistulis aptissimum esset: adeoque per omnes sui partes circum circa deambulantem admitteret. In Vas ipsum tres aquarum ductus, qui Plateam Quirinalis subterraneo opere præterfluunt sese exonerant, fistulęque omnes eidem innexæ sunt.

Verùm ut splendidissima, ac lenis eò aqua perveniret, neque unam tantùm vasis partem urgendo premeret, minor Conca non dissimili altitudine exædificata est in medio ad muri normam, qui ipsam à vase majori dividit, perforata ubi quasi respirante rivorum cursu quidquid grave, externęque materiæ rapida fluenta devolutum importaverint, deponunt, sicque omni limoso in ea exonerato, purissima, quę sursum nititur, per foramen in castellum sese immergit, ac tum demum depurata, quieta costantia vim, quam inferret structuræ emollit, æquamque se præbet ad partitionem Fistularum ex metallo duorum digitorum crassitudo, altitudo semipalmi: cęterum earumdem latitudo aquarum distribuendarum pro cujuscumque mensura vim ęquat.

Aquæ erogandæ mensura quadrata est, vnciaque in ea habet minuta tria, & trientem; qui modulus partiundæ aquæ Fœlicis ad eam diem jam primùm institutus fuerat, posteà verò ipsius Curatoris ope, ut situs amplior esset, minuta hæc, & triens ex æquo quoad latitudinem bipartita sunt. Verùm ità poscente, altitudine, foramen in lamella ad duas uncias alium excavatum est, & ità aucta per æqua proportione in omnibus, sequentię suę regulam fistulę servant. Qua ratione factum est, ut eodem tempore minima, & maxima fistula ad modum aquę attributæ fluenta hauriat sola aquæ altitudine ad fistulas omnes non dispari lance implendas sufficiente.

Propè fistularum radicem in quatuor partes nota inducta, & in ea Summi Pontificis insignia exculpta. Id aquariorum fraudem omnem depellit, nec amplius, quam impetratum fuerit, cum is laxari non possit, duci permittit supra radium numeri. Sit exemplum *numerus primus. Patres Capuccini unciam cum dimi-*

dimidia. Quod & in aliis obſervatum eſt. Quo efficitur ut in poſterum de aquis uſurpatis querelę nullus locus ſit.

Aliqui, iique non pauci ſubterraneis ductibus aquam, antequam Caſtellum ingrediatur, devoluunt in proprios uſus, quamobrem eorum Canales ad Caſtellum ſi velles revocare, difficilis, ac plene intolerabilis impenſa eſſet; ideoque ne cæteris aquarum poſſeſſoribus, qui è Caſtello transferunt, officerent, proviſum fuit, ut quiſque proprios aquarum ductus excitaret ad libram altitudinis Caſtelli, ordinaretque ad reliquorum ductuum Caſtello annexorum normam plumbeo ductu trajecto per marmor, in quo nomen poſſeſſoris inſcriptum eſſet, ut in via, quæ dicitur Pia manifeſtiſſimè apparet.

Supra marmor alius ductus impoſitus, qui in rectum ſe attollens Cælum aſpicit, ejus extrema pars altitudine ſuperat alterius ductus radicem, quo aquam evomit. Sic enim ductus illi inſtar Siphonum nuſquam majorem quam conceſſa fuerit aquarum vim attrahent, ſed ad certam regulam redacti juſto ſervent Ductus, cujus foramen reſeratum eſſe diximus, ductibus majoribus, dum acrior ventus incumbit ſpiramenti loco eſt. Hac ſubtiliſſima arte librandi, prudentiſſimoque temperamento difficillimo negotio Biſcia opem tulit.

Modulus aquę librandę in Caſtello Quirinali conſtitutus ità cæteris arriſit, ut ad hunc diem nuſquam alius aquarum eminentiarum diſtribuendarum & menſurandarum, in aliis fontibus obſeruetur. Fuit namque penes omnes diſtributionis aquarum tanquam certa, ac definita lex admiſſus.

Simili curatoris providentia plurimis publicis fontibus aquæ, vel ductuum antiquitate pereuntes, largiore, quàm antea copia non minus ad privatorum commodum redditę ſunt, & aquarum ubertas publicata.

Inter eos pulcherrimum ſane ſe prębet,qui in eodem Quirinali adverſus Pontificiæ domui inter Alexandri Macedonis manu ferocientem Bucephalum tenentis, ſtatuas aſſurgit. Quantum aquis Caſtellum profuerit, vel hoc uno fonte colligi poteſt; item quatuor fontes, qui in quadrivio quod geminæ interſectæ viæ, altera ſcilicet, quæ dicitur Fœlix, altera quæ Pia ad Baſilicam Liberianam efficiunt.

Fontes præterea Sanctæ Mariæ Montium, Fori Boarii, nec non venuſtus admodum Marphorii in Capitolio, cui tanta copia adiecta eſt, ut alio majore, qui Capitolinis Scalis ſubjacet, minime minor ſit, ſed eádem aquarum affluentia æque ſpectabilis. Quare etiam horum fontium aquæ deinde per varias fiſtulas derivatę fontibus publicis, uſibuſque privatorum melius ſufficiunt; ut dignoſci facile poteſt in duobus Leonibus, qui in primo aditu Clivi Capitolini ore effundunt, & ante eos in fonte, qui conſpicitur in Area prope Muciorum domum, & in fonte fori Olitorii hodie *Piazza Montanara*; in fontibus item Judæorum Platee, & Matthæjorum.

Fontem, quem deſcripſimus indicat numiſma à nobis ſub numero XIX. expoſitum, ſed cum in anguſto circulo rudiťer exprimatur, illum exacte delineatum in adiecta Tabula contemplari licebit.

Terni eius aquarum fontes ſimul uniti uncias octingentas nonaginta quatuor conficiebat, ut narrat in ſua relatione Æques Franciſcus Fontana pag. 9. quarum numerum regnante Innocentio XI. valde diminutum invenere unciarum eſſe ſexcentarum octuaginta ſex; dolentibus Romanis ob ducentarum, ac octo unciarum aquæ jacturam.

Huic damno remedium parari juſſit Pontifex Innocentius, Congregatione trium Cardinalium erecta, quorum prudentia viros peritiſſimos elegit, qui defectus originem recognoſcerent. Fuerunt hi Joannes Baptiſta Continus, Angelus Torronus, & Cornelius Mayer Architecti, quorum ſolertia deinde aliquod augumentum aquę Romanis fontibus acceſſit, non tamen in ea menſura, quam jis Sixtus Pontifex impertiverat.

Anno idem 1695. regnans fœliciter Innocentius XII. demortuo Æquite Matthia de Rubeis aquę Fœlicis Pręfecto, ejuſdem curam commiſit Æquiti Franciſco Fontanę, celeberrimi Æquitis Caroli Fontanę non impari filio, qui poſt nouum circa eandem aquam examen, ſumma ſolertia habitum, eam demum non ſolum reſtituit, ſed copioſi, ac ſaluberrimi humoris acceſſione fœliciſſime auxit.

Ille

pag. 382.

XXI



XXII



XXIII




XXIV



XXV



XXVI



XXVII



XXVIII



XXIX



XXX



XXXI



XXXII



XXXIII



XXXIV



XXXV




XXXVI



XXXVII



XXXVIII



XXXIX



XXXX



Ille enim æque accurata, ac audaci perquisitione antiquas, & incognitas specus sub adiacentium collium glebis detexit, è quibus latices dispersos colligere potuit, & Sixtinę aquę ità coniungere, ut omnium quantitas uncias mille, ac centum expleret.

Talem aquæ quantitatem exactissime dimensi sunt anno præterito *1696.* Viri peritissimi coram Illustrissimo Præsule Laurentio Corsino S. R. E. Thesaurario aliisque ejus aquæ Ministris: extant publica monumenta typis edita ab ipso Fontana in sua relatione.

Equitem proinde aurei calcaris providum Architectum Summus Pontifex declaravit aureo torque donato, ex quo Crux rubea dependet, multisque privilegiis additis, quibus Pontificia liberalitas, & Architecti Virtus comprobatur.

✠ XXI ✠

BEATVM DIDACVM HISPANVM IN SANCTORVM NVMERVM RETVLIT.

✠ XXII ✠

DIEGO DI ALCALA' IN SPAGNA CANONIZATO DA PAPA SISTO.

Didacus Hispanus ex oppido S. Nicolai de portu Diœcesis Hispalensis ab ineunte ætate pii sub Sacerdotis disciplina sanctioris vitæ solitariæ tyrocinium exercuit, deinde ut firmius Deo se coniungeret in Conventu Fratrum Minorum, quos Observantes vocant, S. Francisci Regulam in statu Laicali professus est. Magna ibi alacritate humilis obedientiæ, & regularis observantię jugum subiens, contemplationi in primis deditus, mira Dei luce perfundebatur, adeò ut de rebus cælestibus litterarum expers mirandum in modum, & plane divinitus loqueretur. Post varia miracula variarumque exempla virtutum, Compluti finem sibi vitæ adesse intelligens lacera tunica indutus, coniectis in Crucem oculis, singulari devotione illis verbis ex sacro hymno pronunciatis. *Dulce lignum dulces clavos &c.* animam Deo reddidit. *In lect. Breviarii 12. Novemb.*

Ejus corpus cum menses non paucos insepultum mansisset, quasi jam incorruptionem induerit, odorem suavissimum afflavit. Illum multis, & illustribus miraculis clarum Sanctorum numero adscriptum Hispania præcipue desideravit. Quare Rex Hispaniarum Philippum unà cum Carolo filio Pium IV. prò ejus canonizatione rogavit, qui Cardinales ad id deputavit, idem Rex apud Pium V. Gregorium XIII. & apud Sixtum V. Pontificem institit, qui die 2. Julii ejus festum die 12. Novembris celebrari jussit.

Hanc sacram solemnitatem memorat numisma XXI. & ipsum Beatum repręsentat numisma XXII. in quò Crucem arundineam manu gestat eo plane modo, vultu, & habitu, quibus eum in somnis conspexerat Carolus Philippus II. Hispaniarum Regis filius, cum ipsum à gravi capitis uulnere Cælesti virtute sanavit. *Relatio pag 396.*

Opportunò igitur tempore Pontifex Sixtus in Sanctorum numero B. Didacum constituendum censuit precibus repetitis à Carolo Rege per Henricum Gusmanicum Comitem de Olivares suum Regium Oratorem, eamque ob rem à Rotæ Auditoribus duos delegit Roscium Decanum, & Robusterium, ut causæ acta cognoscerent. Omnibus itaque recognitis, atque mature perspectis, Sixtus in Consistorio, quod decimo Kalen. Februarii anno 1587. habuit, amplissimis octo Cardinalibus Alexandro Farnesio Decano, M. Antonio Columna, Michaeli Bonello, Julio Antonio Sanctorio, Antonio Carafa, Costantino Sernano, Ferdinando Medices, & Hieronymo Matthæjo mandavit, ut omnia eadem acta recognoscerent.

Quamobrem tredecim Congregationes habitas fuisse à Judicibus his delegatis

gatis narrat Petrus Galesinus, qui luculenter acta hujus Canonizationis descripsit, in quibus omnibus diligentissime examinatis, nihil deesse statuerunt, ad rem perficiendam, ad quam Sixtus Consistorium secretum duodecimo Kalen. Julii habuit, atque in eo Cardinales Canonizationi suffragati sunt magna pietatis significatione. Tum Pontifex Consistorium publicum habuit, in quo ut moris est amictu Pontificio rubro, & Mitra pretiosa ornatus in Solio sedit. Et Pompejus Arigonius Advocatus Consistorialis oratione latina narravit admirabiles Beati virutes, & miracula, rogavitque, & Regis, & Toletanæ Ecclesiæ nomine, ut inter Sanctos adscriberetur. Autonius deinde Buccapadulus Secretarius Apostolicus vir doctus, & eruditus ex præscripto Pontificis apposite respondit, & voluntatem Pontificis propensam ostendit. Sed quia præterea ritus ratio postulabat, ut postremo Consistorium haberetur, in quo non solum Cardinales, sed Patriarchæ, Episcopi, omnesque Prelati suffragium ferrent, id habitum est, & Pontifex concionem habuit è Solio ad horæ spatium sententiarum divinarum pondere gravissimam, & argumentorum majestate decoratam: probavitque Summum Pontificem verum Caput Ecclesię in Sanctorum Canonizatione errare, & falli non posse; deinde omnes sententiam dicere jussi uno consensu dixere, dignum esse B. Didacum, qui inter Sanctos adscriberetur. Qua de causa Pontifex diem sexto nonas Julii prò solemni actu decrevit, qui dies Beatissimæ Virginis Mariæ Visitationis sacer in sabbatum incidit.

Basilicam Vaticanam Santissimus Dominus ex antiquissimo instituto delegit, ubi maxima illa solemnitas ageretur; ejus rei conficiendæ curam Cardinali Gesualdo dedit, quem sacrorum rituum Congregaioni præfecerat.

In Basilica igitur primò suggestum firmissima contignatione extructum; longè id patebat palmos sex nonaginta, late septem, & quadraginta. A pavimento autem altitudine erat cubitorum circiter quinque, totum constratum pannis colore viridi, à parte verò ubi Solium Pontificis erat stragulo purpureo. Supra suggestum Altare cernebatur, in quo Pontifex missam celebraturus erar, supra Altare illius umbellam Crucis signum eminebat; clavibus duabus lumine artificioso elucescentibus hinc inde ornatum. A quatuor suggesti lateribus suspensa erant Vexilla totidem, quę singula Sancti Didaci effigiem exhibebant. Sixti Pontificis, & Philippi Regis insignibus ornatam.

Tum verò cum universus Clerus supplicationis causa ad Basilicam procedens adventavit, ejusdem imago in medio suggestu pendebat. Ascendebatur ad suggestum per aliquot gradus, ingressusque fiebat januis duabus, quas Helvetii Milites custodiebant. Erat autem seggesti locus undique ornatus tum Solio pro Pontifice, tum subselliis pro Cardinalibus, & reliquo Antistitum Choro. Extrinsecus autem Clerus Romanus omnis, qui suam quisque candelam cerę albę manu gestabat, solemnem actum spectaret. Basilica apparatu sumptuoso fulgebat luminibus undique prælucentibus; omnis denique apparatus omnes alias Canonizationes ante actas longe superavit.

Rebus his rectè paratis Pontifex die constituta clamide Pontificali purpurea inductus in Corona Cardinalium à Cardinali Petro Deca Regio nomine tres cereos accepit, quorum unum Oratori Reipublicæ Venetæ; alterum Oratori Ducis Sabaudiæ tradidit, tertium qui tenuior erat in processione manibus ipse prætulit. Post hæc Pontifex orsus est hymnum *Ave Maris Stella*, quem in supplicationis initio cani ritus Canonizationis postulat, quo absoluto, surgens Mitram pretiosam accepit, in sellaque gestatoria sedit, & cum Clero tùm Sæculari, tùm Regulari ad Basilicam è Palatio processit hoc ordine.

Primùm Familia Pontificis vestibus rubris amicta antecedebat, deindè Secretarii Apostolici, postea Advocati Consistoriales vestibus violaceis induti incedebant, tùm Tubicines, proximè sequebatur Procurator Generalis Observantium Ordinis Minorum planeta albi coloris vestitus, qui insignę vexillum S. Didaci effigie ornatum ferebat. Propè hunc quatuor ejusdem Ordinis Sacerdotes vestitu albarum. His propinqui erant Cantores. Mox præcedebant Abbreviatores, Acolythi Apostolici, Auditores Rotæ, Subdiaconi item Apostolici omnes superpelliceis, & rochettis vestiti. Erat in iis subdiaconus eodem ornatu Crucem Pontificiam

ciam præferens, cui Ministri duæ Virgæ rubræ aderant. Crucem comitabantur Pœnitentiarii Basilicæ S. Petri, deindè Abbates, tùm Episcopi, Archiepiscopi, Patriarchæ, Prælatique Sanctiss. D. Nostro Assistentes pluvialibus, & Mitris ornati. Iis proximè Cardinales Diaconi incedebant Dalmaticis, & Mitris, post Cardinales Episcopi Pluvialibus, & Mitris induti. Hos sequebantur Diaconi Cardinales tres, à lateribus eorum duorum Cardinalium progrediebantur Oratores duo, unus Reipublicæ Venetæ, alter Ducis Sabaudiæ cereos magnos portantes. Pontifex deindè in sella sub umbella deferebatur. Sequebantur Cubicularii intimi duo, in quorum medio Vice-Decanus Rotæ ad Mitræ Pontificiæ functionem loco Decani absentis. Ultimo loco erant Prothonotarii, eodem ut supra vestitu, & ornatu. A Pontificis lateribus Helvetiorum Cohors prestò erat ad turbas repellendas. Omnes, qui in processione erant, cereos albos accensos manu gestabant.

Basilicam Pontifex ingressus, suggestum causa Canonizationis paratum ascendit, oravitque ante Altare: oratione absoluta Mucantius Cæremoniarum Magister Cardinalem Decam accersivit, qui cũ Arigonio Advocato Regio nomine rogavit, ut B. Didacus in Sanctorum numerum adscriberetur; Respondit Buccapadulus Secretarius nomine Pontificis dicens, opus esse divino auxilio ad rem perficiendam. Dictæ sunt propterea Sacræ Lytaniæ cum precibus aliis, quibus finitis, iterum indictæ sunt preces, quas taciti omnes genibus flexis perfecerunt. Deindè Pontifex inchoavit Hymnum, *Veni Creator Spiritus*. Hymno absoluto dixit orationem *Deus, qui corda fidelium &c.* Qua pronunciata Deca Cardinalis tertiò institit, & Pontifex sententiam pronunciavit, qua inter Confessores Sanctos B. Didacum adscribebat, decrevitque ejus Festum pridie Idus Novembris celebrari. Sententia pronunciata, Cardinalis Deca Pontifici gratias Regio nomine egit, & decreta à Pontifice Bulla Canonizationis, Advocatus Notarios præsentes rogavit, ut publicæ rei gestæ Tabulæ conficerentur ad memoriam perpetuam.

His actis signa lætitiæ facta sunt tubarum clangoribus, Campanarum sonitu, & explosionibus Bombardarum.

Ad solemnitatis actum progrediens Pontifex hymnum *Te Deum laudamus*, exorsus est, quem Cantores sunt prosequuti, & eo finito Pontifex orationem de Sancto dixit, quam ipsemet composuerat, scilicèt

Omnipotens sempiterne Deus, qui dispositione mirabili infirma mundi eligis, ut fortia quæque confundas, concede propitius humilitati nostræ, ut piis Beati Didaci Confessoris tui precibus ad perennem in Cælis gloriam sublimari mereamur.

Missa deindè solemnis peracta est, quam in suo Commentario enucleatim exposuit idem Galesinus, ex quo à nobis enarrata accepimus. Ibi etiam refert sacrarum vestium apparatum, & supellectilis ad Canonizationis hujus celebritatem adhibitæ. Oblationes fecerunt Marcus Antonius Cardinalis Columna, Michael Cardinalis Alexandrinus, & Hieronymus Cardinalis Matthæjus. Fuerunt illæ juxta Ritus prescriptos in Cæremoniali Romano, quod prodiit sub Pontificatu Leonis X. de quibus sic ait. „ Episcopus Cardinalis offert duos magnos cereos, & „ cum eo primus Orator offert cereum suum, & canistrellũ deauratum cum duabus „ turturibus. Tùm Presbyter Cardinalis offert duos magnos Panes cum mappulis „ & secundus Orator cereum suum, & canistrellum argentatum cum duabus Columbis albis. Ultimo loco Diaconus Cardinalis offert duo vasa Vini; & tertius „ Orator suum cereum, & canistrellum diversorum colorum cum variis aviculis.

Pag.80 &c.

Lib.1.tit.1.

Ibidem.

Quæ dona mysteriis plena sunt, ut diximus in Canonizatione S. Nicolai Tolentinatis ab Eugenio IV. inter Sanctos adscripti.

In hujus solemnitatis monimentum extat Bulla *Rex Regum &c.* edita anno 1588. in Bullario relata pag.635. edit. Lugdunensis.

XXIII

PONTINAS PALUDES SICCARI CONCESSIT.
1588.

INtra eum veteris Latii districtnm, qui ab Ortu Solis Amaseno fluvio, & Anxure Oppido, modò Terracina, à meridie Mari Tyrrheno, Circumcei promontorio vulgò *Monte Circello*, ab Occidente Austura fluvio, & Septentrione denique Norbanis, Setinisque Montibus terminatur, ingens se spectandam exhibet, nulli non veterum Scriptorum monumentis celebrata Planities Pomptina, à Pomeria Volscorum Colonia dicta, quam Abb. Leander hortum Latii Halicarnassæus horreum, & Penuarium Romanorum appellat. Totum hunc tractum priscis temporibus fuisse habitatione frequentissimum idest 23. Oppidis cultum Mutianus ter Consul, Plinio teste, tradit. Inundationis deindè illuvies, & Campos, & Urbes omninò delevit.

Hanc Pontinam paludem efformant plures in unum collectę paludes, eas faciunt Flumina exundantia, Amasenus pręcipuè, & Ufens, fundunt, juvat & Asturius, Juvant, & imbres, quorum aquæ Velitræ vicinisque montibus in illa loca decurrunt, & cum non habeant, quo se exonerent, putrescunt, & aerem inficiunt. Manserunt itaque Paludes immemorabili tempore usque ad Appium Claudium, qui anno Urbis Romę 442. facto omnibus Sęculis memorando primus per dictas Paludes viam tentavit, quam teste Livio Fœlici ausu confectam viam Appiam appellari voluit. *Lib.19.*

Pontinas Paludes Cornelius Cethegus Consul, cui ea Provincia evenerat exsiccare tentavit, ut idem Livius. Secundò Pontinæ paludes à Cornelio Cethego siccatæ, agerque ex his factus, cujus Consulatus fuit ante Christum an.156. Sed opus diù salvum non permansit, & Campi nonaginta annis post Cethegi peractam operam novam inundationem passi sunt, donec Julius Cęsar damno, quod indè Romanę Annonę impendere poterat, animadverso, paludum exsiccationem tertiò aggressus est. Ita Svetonius in eodem Julio cap.43., & Campos inundatione squalidos ad culturam revocavit. Undè vetus commentator Horatii dicit *Divum Augustum duas res divinas fecisse, & Pontinam paludem exsiccavit, deindè Portum Lucrinum munivit*. Trajanus etiam per Pontinas paludes viam saxo stravit, extruxitque, ut refert Dio. apud Xiphylinum, *per eadem hæc tempora in Pomptinis paludibus via saxo strata est secundum quam domus ædificatæ sunt*. Cujus rei monimentum extat in Trajani numismate relato ab Augustino, in quo Via Trajana specie mulieris rotam, & arundinem manu tenentis. At nunc magna ex parte Paludibus mersa est; Quamobrem Româ Neapolim proficiscentibus ad lęvam versus Terracinam, in editiora deflectendum est. Strabo ad eam fossam fuisse scribit, quę palustribus, & fluvialibus impleta aquis navibus patebat, ac noctu maximè navigabatur, *& multos*, ait, *per eam fossam naves loris trahere*. *Lib.46.* *Tab.76. n. 5.*

Duravit cultus agrorum usque ad Barbarorum irruptionem, quibus ob aquas pristinas stationes repetentes, Campi denuò aquarum jugum subiere usque ad Theodoricum Gothorum in Italia Regem. Hic de damno à paludibus Pomptinę Regioni illato instructus, animum ad eas exsiccandas adjecit, cujus operam describit Cassiodorus lib.2. epist.32.

Expulsis tandem Româ Gothis, ruptis iterum aggeribus, Campi denuò illuviem passi sunt. Ex Pontificibus deindè primus fuit Bonifacius VIII. è Familia Cajetanorum, qui ut Sermonetani Ducatus Campos ad culturam revocaret, palustres aquas in flumen Territorii Setini exoneravit. Sic paritèr Martinus V. spatiosam aruorum planitiem ab aquis liberavit, ut refert Philippus Maria Boninus tract. de Tyberi lib.3. cap.4. *Kircher. in novo Latio l.v.4. c.2.*

Tandem Sixtus V. Sapientissimus Pontifex ingenti, & prorsus heroica animi sui magnitudine non solùm Romæ Annonæ laboranti coempto frumento succurrit, ejusque ubertati ducentorum millium scutorum in perpetuum attribuit, sed ut *Oldoi. 114.*

Italiæ

Italiæ universę succurreret, inposterum ad Paludem pontinarum exsiccationem animum adjecit, & ut negotium ardentius in executionem mitteretur, ipse exsiccanda loca adeundum duxit. Et post maturam singulorum considerationem negotium fœlici suo, & prorsus divino consilio auspicatus, fossam novam, quæ in hunc diem ab ejus nomine Flumen Sixti dicitur, fieri pręcepit; quamobrem longitudine ad viginti, latitudine verò ad septem milliaria factus est ager, ducentis millibus aureis in eam rem impensis. Quam rem Blancus ingenioso Epigrammate in Aula Palatii Lateranensis edidit, in quo lusu Poetico solem ipsum ab altero Sole, idest Sixto, superatum fuisse commentatus est dicens.

Cynthius ut Sixtum vidit siccare Paludes
Pallenti tales misit ab ore sonos.
Sol suus est Terris, quid ego mea lumina fundam
Nam mihi nec licuit, quod tibi Sixte licet.

Et in Bibliotheca Vaticana hoc aliud legitur.

Pontinas Sixtus potuit siccare Paludes,
Fontibus ut potuit sicca rigare loca.

At morte præventus Pontifex, uti Fossam jam ferè ad Mare deductam ad optatum finem deducere non licuit; sic præcelsa in magnifico pectore concepta molimina Successoribus perficienda reliquit. Quod tamen opus si Vita superfuisset, haud dubiè, vel ad Veterum (si ità loqui licet) invidiam pręstitisset.

Illustrissimus Casalius cap. 17. de Urbis splendore proponit modum hujusmodi paludes exsiccandi, quod si obtineretur, cessaret noxius, & pestilens aer, qui æstivis mensibus loca ista reddit inaccessa, & magno cum fœnore tellus semina caperet, & tantus indè proventus accederet ex frumentorum collectione, ac animalium pascuis, ut non solùm hæc ad Urbem sustentandam, verùm ad cæteras regiones eadem transuehenda cum maximo proventu suppeditaret. Quæ maximè Romanorum Principum animos excitare deberent ad opus tale aggrediendum. *Pag. 67.*

XXIV

IN TE SITIO.

Piam erga Divum Franciscum Assisiatem animorum devotionem excitare studuit Sixtus percusso numismate, in quo ipsum Sanctum expressit sacris Stigmatibus radiosis telis è Cælo emissis vulneratum. Notissima ille de causa pingitur vulneratus, quam habet S. Bonaventura cap. 3. ejus Vitæ continua traditio ad nos transmisit, multiq; oculati Testes, inter quos, & Romani Pontifices. Verùm ut fulgorem novi, & Sanctissimi Ordinis invidi quorumdā oculi ferre non potuerunt, sic etiam Sacra Stigmata Francisci, & Calumniam, & gravissimam pertulere injuriam. Fuerunt enim in Regnis Castellæ, ut narrat Molanus Religiosi, & Sęculares, qui in imaginibus stigmata hęc passim deleverunt inungendo Pictoribus, ne deinceps ea depingerent. Quorum insaniam Alexander IV. compescuit litteris datis ad omnes utriusque Regni Episcopos; posteà cum multorum etiam offendiculo nonnulli Paulum Apostolum Doctorem Gentium, & Catharinam Senensem cum impressione stigmatum depinxerunt, sed Sixtus IV. pluribus litteris, & sub pœna excommunicationis prohibuit, ne pręterquam S. Francisci, ullius Sancti, aut Sanctæ imago cum stigmatibus exprimeretur, sine speciali consensu Sedis Apostolicæ. *Lib. 3. cap. 44.* *Extant in Firmamento Ord. Minor.*



XXV

SVPER HANC PETRAM.

BAſilicam D. Petro Apoſtolo, firmæ Dei Eccleſiæ Petræ, dicatam in Vaticano Colle numiſma exponit. Quid Sixtus V. in ea Baſilica magnificè extruxerit enarravimus in noſtra Baſilicæ Vaticanæ hiſtoria cap. 18. ſcilicet Tholum maximum, cujus Baſim ſuprà quatuor latiſſimos fornices poſuerat Michael Angelus Bonarota, ſed morte ablatus illum perficere non potuit. Ne paginas haſce ſupervacaneis verbis impleamus, ejus conſtructionis ſeriem omittimus; unicam obſervationem circa ipſum numiſma proponentes. Repręſentat hoc frontem ejus Baſilicę cum duplici minori tholo, quæ ſub Sixto V. ędificata non fuerunt, non tamen improbandus eſt ejus Sculptor, utpotè qui ea, quæ tunc temporis haud extabant expreſſerit. Oſtendit enim Baſilicæ frontem, quam faciendam præſcripſerat idem Bonarota, delineatione facta, non quidem ut ſub Paulo V. Carolus Madernus extruxit, ſed cum Porticu aperta, Pantheonis inſtar Romani, ut in noſtra Tabula 19. exactè delineatam exhibuimus.



XXVI

CRVCI FOELICIVS CONSECRATA.


QUatuor Ægyptios Obeliſcos in numiſmate exculptos hic vides, Trabes, ſcilicèt lapideas (ut ait Henricus Salmuth in notis rer. memorab. Panciroli) Pyramidibus minores, deorſum verſum ſpecie quadrata, in anguſtum verticem deſinentes, & paulatim gracileſcentes. Has Solis numini conſecratas fuiſſe Iſidorus tradit, proptèr quod ad radiorum ſimilitudinem fiebant. Apud Ægyptios nomen habuerunt à radio. De eorum varietate, & præſtantia agit Plinius lib. 36. cap. 9. De forma Blondus tractat. lib. 1. de Roma inſtaurata, ut & de eorum primis Auctoribus Polid. Virg. lib. 3. de Invent. Rer. cap. 11.

Libr. 18. cap. 81.


Quatuor ex his reliquias veteris magnificæ Urbis, vel ſemiobrutos ruinis, vel etiam altè defoſſos celeberrimis Urbis locis erexit Sixtus Unum in Vaticano ſtantem, in media Area ante D. Petrum collocavit, Trium qui jacebant, minimum quidem à tergo Baſilicæ Eſquilinæ, alterum longè majus in introitu Portæ Flaminiæ, altiſſimum verè omnium antè Baſilicam Lateranenſem erexit, atque à nefaria Solis veneratione (cui decepta olim eos conſecrarat Antiquitas) ad veri Numinis cultum, defixa in vertice eorum cruce, traduxit.

Hinc Garrulorum voces refutantur, quorum Studium Sixti glorioſum nomen obliterare conatur. Non enim inanitèr prodiga manu ingentem auri vim ille impendit, cum Divini Redemptoris cultum propoſuit, atque prophanas moles pietatis in uſum vertit.

Certè virtuti tribuimus, Conſtantinum Magnum globo, cui victoriam Ethnici Cęſares imponebant, honoris cauſa Crucem indidiſſe, qua Crucifixi virtute ſe viciſſe, ac triumphaſſe indicaret, quod res eſt vetuſtis ex numiſmatibus explorata; ſed de ſingulis hiſce Obeliſcis aliquid enunciandum ſequentia numiſmata nobis imponunt.



SACRA


OBELISCVS VATICANVS
OBELISCVS APVD LATERANVM
OBELISCVS IN MONTE ESQVILINO
OBELISCVS ANTE PORTAM FLAMINIAM
pal. 36
pal. 32
pal. 33

XXVII

SACRA PROPHANIS PRAEFERENDA.

XXVIII

CAESARIS OBELISCVM MIRAE MAGNITVDINIS ASPORTAVIT, ATQVE IN FORO DIVI PETRI FOELICITER EREXIT. ANNO DOMINI M D LXXXVI.

NUmismata hæc sunt ex illis, quæ in fundamento pro Obelisco Vaticano facto posita fuisse diximus in nostra de Templi Vaticani historia. Fuit hic Obeliscus in Foro Vaticano erectus, tempore Sixti V. neglectum *humi jacentem, ruderibusque, ac terra penè obrutum, ac delitescentem* dixit P. Molinetus, cujus opinioni adhęsit D. Jo. Baptista Palatius, sed contra historiæ veritatem, in cap.33. & Tab.74. ostendimus locum propè Basilicæ sacrarium, in quo erectus stetit usque ad Sixti tempora, id contestantibus quamplurimis historicorum monimentis, atque etiam Pictura in Vaticana Bibliotheca expressa.

Quæ enarrari possent hoc in loco de hujus saxi è primævo situ scilicèt è Circo Caii ablatione, & ad novum translatione, atque in eo collocatione jàm satis dicta sunt supradicto in Capite, quod curiosus Lector consulat, hic tantùm addam dubitari inter Auctores num Saxum obelisci hujus integrum semper hac forma fuerit, vel potiùs majus fragmentum è duobus, in quę divisum existimant plerique. Adeat curiosus Lector Michaelem Mercatum, qui capite 15. de Obeliscis hanc indaginem instituit, & pro utraque sententia rationibus expositis concludit longiorem in Ægypto illum fuisse, quàm Romæ, antequam Sesostridis filius Nocoreus erigeret, & in erectione diffractum.

Mensuras etiam ille affert, quas exactissime suo tempore depræhensas affirmat, scilicet longitudinem Obelisci qui (vocatur radius, utpotè qui veluti radium efformat solis, cui Obelisci dicabantur ab Antiquis) esse centum tredecim palmorum cum semisse, soleam pal. duorum, & trium unciarum, basim è lapide pario pal. 4. $\frac{1}{2}$. aliam verò basim ex quatuor fragmentis marmoreis sienitis pal. 32. $\frac{1}{2}$. Qui omnes in unam summam collecti sunt palmi 154. $\frac{1}{4}$. seù pedes 125. & 5. minut. sivè cubiti 83. & semis. *Mercatus pag.178.*

Nunc alium Obeliscum nobis proponit numisma.

XXIX

POPVLI CHRISTIANI TROPHAEVM.

HIc ille est, quem Sixti jussu in acclivitate Montis Esquilini propè Basilicam Liberianam Septentrionem versus collocatus fuit post erectionem Obelisci in Area Vaticana.

Esquilinus propterea ille dicitur, vel etiam Claudianus à Claudio Imperatore, qui hunc Romam transtulisse putatur, & posuisse in Mausoleo Augusti anno post Christi Nativitatem 62. quod in Valle Martia magnificentissime contruxit, collocatis in eis statuis æneis, atque marmoreis ingentibus, pręterea columnis. In ejus summitate Cæsaris Augusti erat simulachrum ex ære, unus hic est ex duobus à Smarre, & Efre Ægypti Regibus confectis: jacebat tribus partibus fractus, in strage à Gothis Urbi illata, latebatque sub ruderibus, è quibus Sixtus extraxit. Habuit sine fulcris à basi usque ad verticem sexaginta palmos, in longitudine cum fulchris pal. 96. Est autem sine notis factus vel quia Rex Auctor aut morte præventus,

aut

aut alia causa impeditus fuit, vel quòd Hieroglypte, qui id præstarent sæculo illi defuerunt.

In eo loco ubi celeberrimus Architectus Fontana lapidem collocavit, tota ejus structura à terra usque ad Crucem elata centum duobus palmis est, atque in basi quatuor inscriptiones leguntur, quas ipsemet Sixtus composuit, scilicet in latere Meridionali.

CHRISTVS PER CRVCEM POPVLO PACEM PRÆBVIT, QVI AVGVSTI PACE IN PRÆSEPE NASCI VOLVIT.

Orientem versus. Hæc est;

CHRISTI DEI IN ÆTERNVM VIVENTIS CVNABVLA LÆTISSIME COLO, QVI MORTVI SEPVLCHRO AVGVSTI TRISTIS SERVIEBAM.

Ad Boream verò.

CHRISTVM DOMINVM, QVEM AVGVSTVS DE VIRGINE NASCITVRVM VIVENS ADORAVIT, SEQVE DEINCEPS DOMINVM DICI VETVIT, ADORO.

Ex parte Occidentali.

SIXTVS V. PONT. MAX.

OBELISCVM ÆGYPTO ADVECTVM, AVGVSTO IN EIVS MAVSOLEO DICATVM, EVERSVM DEINDE, ET IN PLVRES CONFRACTVM PARTES IN VIA AD S. ROCHVM IACENTEM, IN PRISTINAM FACIEM RESTITVTVM, SALVTIFERÆ CRVCI FOELICIVS HIC ERIGI IVSSIT.

AN. D. M D LXXXVII. PONTIFIC. III.

XXX

AD LATERANVM PVBLICVM CONSISTORIVM CELEBRAVIT.

Ubi est palatium, in quo Apostolicum Consistorium Sixtus dicitur celebrasse vetustissimum palatium fuit Laterani cujusdam Civis Romani Consulis designati, qui jussu Neronis interfectus est, ut D. Hieronymus affirmat. (*Tom. I. epist. 30.*) Post Lateranum ædes illas incoluit Constantinus Imperator, & ad fidem conversus Sancto Sylvestro Papæ, à quo hic fuerat baptizatus, donavit. Lateranense adhuc vocitatur, sicut, & Ecclesia S. Joannis illi proxima, quòd eo in loco extructa sint, ubi olim erat Palatium Lateranensium, clarissimæ apud Romanos Familię. Donationem hujus Palatii sic narrat Panvinius. (*Lib. I. cap. 4. de Basil. Later. MS.*) " Igitur circa annum D. 315. " Ædes illas magnificas, & egregias Lateranenses B. Papæ Sylvestro, & S.R.E. " donavit, & publicis sumptibus eas in magnificentissimam sub S. Salvatoris D. " N. Jesu Christi nuncupatione Basilicam convertit; propinquo etiam Palatio ad " Romanorum Pontificum usum à fundamentis extructo, in quo Pontifices Ma- " ximi per annos plus mille usque ad Benedictum XI. juxta eandem Basilicam " habitarunt. Illud fuisse omnium augustissimum affirmat idem Panvinius.

Hoc idem Palatium (addit Victorellus) Patriarchium dicebatur, eò quod Sedes esset Romani Patriarchatus, & ob præeminentiam supra cætera, ut explicat Dyonisius Lopez de vera quat. Patriarch. sed. erect. cap. 16. num. 42. Ejus Ichnographiam typis edidit Severanus de sept. Eccles. & Illustris. Ciampinus de Sacris ędificiis cap. 2. qui etiam addidit ejus ortographiam acceptam è Bibliothe-

ca

ca Vaticana, ex qua in suas paginas transtulerat Floravantes Martinellus lib. de S. Maria in Via Lata pag. 137.

In Lateranensis Patriarchii ædibus plures Basilicas fuisse refert Alemannus Inter alias erat Basilica Leoniana, siue Leonianum Cænaculum, in cujus summo loco apsida sinuata, sicut in reliquis Basilicis solebant esse, idest Tribunalia Principibus, ac Magistratui constituta, eò quod in ipsis causæ agitabantur, jusque dicebatur à Magistratu. Hanc Basilicam à Leone III. & Successoribus destinatam fuisse non dubitavit Alemannus agendis negotiis, publicoque Senatui cogendo, quem hodie Consistorium appellant, ex eo quod ex Anastasio in Nicolao I. proditum est: in hac Leoniana Basilica contra Joannem Archiepiscopum Ravennatem in jus adductum frequenti Episcoporum, & Cardinalium consessu Nicolaum primum Pontificem sententiam tulisse. *De pariet. Lateran. cap. 5.*

Suo autem tempore, ut affirmat Panvinius, Palatium omne, quod ab Area, quæ ante frontem Basilicæ Constantinianæ erat altissimis parietibus, mœnianis, porticibus, & multis, maximisque parietinis refertum, penè totum dirutum erat, & sine contignatione, tecto, solariisque cernebatur. Quamobrem Sixtus V. disiecto vetusto Palatio aliud excitavit magnificentius, Aream ante porticum ampliavit æqualibus ædificiis, quæ hinc inde surgebant, ut recta ad Constantini Baptisterium, Nosocomium Lateranense, & Palatium Apostolicum procederetur; eius parietes picturis elegantissimis exornavit, ac aureis bracteis Laquearia. In aula maxima Imagines sunt eorum Pontificum, qui post S. Petrum, usque ad Sancti Sylvestri tempora vixerunt, additis fabricis à Pontifice Sixto V. extructis. In proxima visuntur Imperatorum post Constantinum. Cubicula precipua nominibus Prophetarum denominantur, quorum facta coloribus expressa repræsentant. Illud anno IV. Pontificatus absolvit, ut indicant characteres sequentes in illius facie positi. *In Præfat. lib. 4.*

SIXTUS V. PONT. MAX. ANNO IV.

Illud absolutum voluit Sixtus Pontificia, solemnique actione condecorare. quamobrem die Martis 30. Maii anni 1589. fuit in eo Consistorium publicum, in quo admisit ad pedum, manus, & oris osculum Reverendiss. D. (verba sunt ex
„ actis Consistorialibus accepta) Hippolitum Cardinalem Aldobrandinum è Le-
„ gatione Poloniæ redeuntem cum solitis cæremoniis. Eas refert in suis Diariis
„ Paulus Alaleona his verbis. Fuit dictum Consistorium in Aula Imperatorum,
„ quæ est secunda dicti Palatii pro reditu ad Urbem Illustrissimi, ac Reverendis-
„ simi D. Cardinalis Aldobrandini Legati de Latere apud Regem Polonię.
„ Hodie mane Illustrissimi Domini Cardinales hora decima iverunt ad Mona-
„ sterium Sancti Petri ad Vincula, ad quod pervenerat dictus Illustrissimus Car-
„ dinalis Aldobrandinus Legatus, qui obviam ivit Cardinalibus ad eum venien-
„ tibus, ut honorarent, & ad publicum Consistorium conducerent, & omnes
„ Cardinales se congregarunt in quadam cammera magna apud Claustrum. Om-
„ nibus congregatis, cum fuit tempus, à dicto Monasterio fuit equitatum ad
„ Palatium Lateranense. Cardinales bini in mulis Pontificalibus ornamentis ru-
„ beis ornatis equitantes, & primi fuerunt antiquiores. Illustrissimus Legatus
„ equitavit medius inter duos Diaconos Cardinales antiquiores in ultimo loco,
„ & primo ordine prępostero. Fuit enim equitatum per viam Colisæi, ab extra,
„ & per viam novam constructam Sancti Clementis, & inter Sanctum Clemen-
„ tem, & plateam Sancti Joannis Cardinales Diaconi antiquiores relinquentes
„ Illustrissimum Legatum medium inter duos alios Diaconos subsequentes perve-
„ nerunt ad Palatium Lateranense, ut Pontificem induerent paramentis, & cum
„ pervenerunt ad cammeram accomodatam pro paramentis, quæ fuit cammera
„ post Aulam Imperatorum, fuit dictum Sanctissimo, quod erat hora, qui acce-
„ pta falda in alia cammera post dictam paramentorum venit ad eam, & accessit
„ apud lectum Paramentorum, & paramenta accepit, & indutus amictu, alba,
„ cingulo, stola, pluviali rubeo, & mitra pretiosa præcedente Cruce, & Car-
„ dinalibus, qui jam pervenerunt, venit ad locum Consistorii pedester, & ascen-
„ dit solium, sedit, & recepit Cardinales ad obedientiam.

Interim

„ Interim vero Illustrissimus Legatus cum duobus Cardinalibus expectabat „ ad locum ante Lodium benedictionis præstita obedientia à Cardinalibus Papę, „ Advocatus Consistorialis, qui fuit Dominus Joannes Garzias Millinus Romanus incœpit proponere suam causam, & dicto periodo fuerunt à nobis vocati „ duo Diaconi antiquiores, qui finita obedientia jverunt ad sedendum in locis „ suis inter Cardinales, & facta reverentia Pontifici, me precedente jverunt „ ad Illustrissimum Legatum, ut eum ad Papam conducerent, & duo alii „ Cardinales Diaconi, qui cum Illustrissimo Legato erant, quando venerunt „ duo antiquiores Diaconi discesserunt, & jverunt ad Consistorium, obedientiam Pontifici præstiterunt, qua præstita sederunt inter alios Cardinales, quo „ peracto duo antiquiores Diaconi Cardinales, qui fuerunt Illustrissimi Montaltus, & Sfortia conduxerunt medium inter ipsos Illustrissimum Legatum „ ad Consistorium, Mazzeriis, & me præcedente, & factis tribus reverentiis „ Papę, videlicet prima in ingressu quadraturæ Scamnorum Cardinalium, Secunda in medio, & tertia ante infimum gradum Solii relinquentes ibidem Illustrissimum Legatum jverunt ad assistentiam; deinde Illustrissimus Legatus ascendit „ Solium, & genuflexus ante Pontificem osculatus est pedem, & manum, & „ sublevatus à Pontifice receptus fuit ad osculum oris, deinde Illustrissimus „ Legatus, & prædicti Diaconi Cardinales antiquiores descenderunt de Solio, „ & simul facta reverentia Papæ, dicti Cardinales Diaconi duxerunt Illustrissimum Legatum ad singulos Cardinales, qui mutuò se amplexi sunt, factis „ reverentiis mutuis ante, & post, & etiam dicti duo Cardinales Diaconi Ductores Legati in locis suis amplexi sunt Illustrissimum D. Legatum post amplexum „ Cardinalium Præsbyterorum, quo peracto Illustrissimus Legatus accessit ad „ Pontificem, & ei gratias agit, & petiit, ut Sanctitas Sua contenta esset, ut „ Prælati, qui cum eo jverunt, & ejus familiares oscularentur pedes Sanctitatis „ Suę, quod benigne concessit, & osculati sunt pedem Papæ circa 40. Personæ, „ Prælati erant induti Rocchettis, & Mantellettis, qui fuerunt tres, & erant Referendarii duo, & unus Prothonotarius non de participantibus. Adfuit etiam, „ & primò osculatus est pedem Papæ Reverendiss. D. Laurentius Blanchettus „ Bononiensis Auditor Rotę, quo peracto, Pontifex data benedictione cum signo „ Crucis nihil dicens rediit pedester ad Cammeram Paramentorum, ubi Paramenta deposuit, & accepta mozzetta, & bireto de raso rubeo ingressus est „ aliam Cammeram, & deinde rediit ad suam vineam, unde venerat. Cardinales „ vero omnes postquam Pontifex paramenta reliquit collegialiter bini jverunt „ ad Aulam magnam Pontificum, ubi fecerunt circulum, & Illustrissimus „ Legatus, qui veniebat in ultimo loco medius inter duos antiquiores Diaconos „ Cardinales fecit reverentiam singulis Cardinalibus stantibus in circulum „ incipiens ab Episcopis Cardinalibus, reverentiam ipsi fecerunt, & abierunt. „ Fuerunt exoneratę Bombardę apud Ecclesiam Sanctorum quatuor Coronatorum, & in Platea S. Joannis in equitando ad Palatium Lateranense. In hoc „ Consistorio nullam relationem fecit Illustrissimus Legatus, sed eam faciet in „ proximo Consistorio secreto, quia ità consuetum est. Et hoc de Consistorio facto in Palatio Lateranensi. Hactenus supracitatus Magister Cæremoniarum.

Antequam ab eo Palatio discedamus observanda est porticus duplex inferior, & superior ab eodem Sixto extructa, ex qua Populo benedictiones Pontifex elargitur, ideo hæc inscriptio in illa patet.

SIXTVS PP. V.
AD BENEDICTIONES EXTRVXIT
M D LXXXVI. PONT. II.

Titus Studio di Pittura pag. 188.

In ea Sacras tum Veteris, tum novi Testamenti Historias coloribus expræsserunt Balthasar à Cruce Bononiensis, Paris Nogari, Jacobus Stella Brixiensis, Ventura Salimbeni Senensis, Ferrarus Faventinus, Joannes Baptista Novariensis, Andreas Anconitanus, & Joannes Baptista à Puteo Mediolanensis. Qui etiam depinxerunt in Palatio à nobis exposito, quod triplicem faciem ostendit, cujus prima

Obe-

Obeliſcum verſus extenditur ad longitudinem trecentorum, & quadraginta pedum ſecunda quę Liberianam Baſilicam reſpicit pedum trecentorum triginta quinque, altitudo verò à ſolo uſque ad tectum pedes numerat triginta ſeptem ſupra centum.

Ad plenam numiſmatis lucubrationem remanet Obeliſci explicatio, quem habet exculptum. Illum Sixtus eodem anno 1588. quo palatium extruxit, die decima Auguſti S. Laurentio Sacra Sanctiſſimę Cruci conſecravit. *Michael Mercatus de Obeliſc. cap. 42.*

Obeliſcum hunc Rameſſes Ægypti Rex, quem Euſebius Ramiſem, Joſephus Ramphetæm, Herodotus Rampſinitum vocat, Thebis in Solis Templo Sacris Ægyptiorum notis inſignitum collocavit, à Cambiſe flammis, quibus Thebę deflagrarunt ſubtractum, Conſtantinus Magnus Imperator novam Romam ornaturus Alexandriam, Conſtantius eo defuncto Romam deferri juſſerunt; hic illum in Circo maximo erexit. Gothorum deinde vi everſum è circi maximi ruinis in paludoſo ſolo ad vigintiquatuor palmos alte ſepultum Sixtus V. amplitudine, & excelſitate animi, qua ad efficiendas res arduas æſtuabat, erui curavit, fuitque tertius, qui Urbi reſtitutus fuit, de cujus erectione videri poteſt ipſius Architecti Dominici Fontanæ ratio, in ſcriptis hac ſuper re ab ipſo editis.

Maximus ille dicitur à maximo Circo ubi Conſtantius erexerat, nec non quia celſiſſimus ſit Obeliſcorum. P. Athanaſius Kircherius in Obeliſco Pamphilio refert talem Obeliſcum à Rameſſe erectum maximum fuiſſe eorum, qui unquam ad illud tempus viſi erant, refertque verba Plinii, qui lib. 36. cap. 8. & 9. Rameſſes (inquit) quo regnante Ilium captum eſt, quatuor Obeliſcos erexit quadragenum cubitorum; idem digreſſus inde, ubi Mnevidis Regia, poſuit alium longitudine *undecenis* pedibus, per latera cubitis quatuor; quod verbum *undecenis* non intelligendum eſt idem ac undecim, ut explicat in ſua Amalthea Joſeph Laurentius cum Auctore Theſauri linguę latinę, ſed cum Calepino hoc eſt nonaginta novem, qui pedes fortaſſe æquivalent centum quadraginta octo palmis, quos ſua longitudine contineri Obeliſcum Rameſſæum refert idem Kircherius. At Michael Mercatus, qui cum detegeretur, eundem exacte dimenſus eſt, refert ejus longitudinem, additis baſe, abacis, & eſtragalis, continere tempore Coſtantini palmos circiter 174. erroremque tribuit Plinio ſcribenti *undecenis* ſi hoc verbo cum aliquibus undecim tantum intelligamus. Piramidio autem pila aurea impoſita fuiſſe fertur, qua fulmine dejecta, in ejus locum poſtea à Conſtantino figura ex metallo inaurato in formam flammę verſatilis ſubſtituta fuit. *Lib. 1. c 8. §. 3.* *§. 4.* *De Obeliſc. c. 42. conſiderat. 5. pag. 73.*

Subdit Plinius, *Opus id feciſſe dicuntur viginti millia hominum. Ipſe Rex cum ſubrecturus eſſet, vereretur que, ne machinæ ponderi non ſufficerent, quo majus periculum curæ Artificum denuntiaret, filium ſuum adalligavit cacumini, ut ſalus ejus apud molientes prodeſſet lapidi. Hac admiratione operis effectum eſt, ut cum Oppidum id expugnaret Cambyſes Rex, ventumque eſſet incendio ad crepidinem Obeliſci, extingui ignem juberet molis reverentia, qui Urbis nullam habuerat.* Itaque ſubdit idem Plinius, *plùs laboris fuit in erigendo, quàm in fabricando.*

Ut tantam Molem in Circo maximo conſepultam Architectus detegeret, Peritique quamplurimi præmium conſequerentur, quod Sixtus V. inventori propoſuerat, haſta ferrea pluribus in locis demiſſa die 15. Februarii 1587. in lapidem inciderunt, ultra vigintiquatuor pedes ſub Cœnoſa tellure latitantem, in tres partes diviſum, quarum major ad ſexaginta quinque palmos cum ſemiſſe extendebatur, altera minor ad quadraginta tres cum ſemiſſe, minima verò ad triginta novem, qui, omnes ſimul collectè ſummam efficiunt palmorum centum, & quadraginta octo.

Refert ſupracitatus Michael Mercatus, ex his partibus maximam adeò laceram habuiſſe ut aliud veluti pyramidis cacumen effingeret; Ex eo tandem loco aſſiduis laboribus quingentorum hominum amotos hoſce lapides ad Lateranum translatos, atque ſimul mira arte compactos ſupra excelſam baſim collocarunt. Juxta ejuſdem Auctoris relationem baſis altitudo triginta, & octo palmos adæquat, Obeliſcus autem propter ablationem partis extremæ centum, ac triginta palmorum habet extenſionem, cui ſi addatur cacumen quatuordecim palmis longum, tota altitudo à ſolo ad ultimum ſaxi apicem explet palmos centum octua- *Ibidem.*

ginta duos. Duo latera circa basim inter se opposita latitudinem habent tredecim palmorum cum quadrante, alia verò palmorum duodecim, ac novem unciarum. In superiori verò parte binæ facies novem palmorum sunt, ac trium unciarum, aliæ septem, ac novem unciarum. Quod si tota saxi moles in palmos cubicos dividatur, æquivalet quindecim millibus centum, ac viginti novem palmis, quorum omnium pondus conficit ter centum mille libras, ac millenas nonaginta quatuor, supra alia decies centena millia librarum. Eminet in cacumine salutiferum Crucis signum montibus gentilitiis Sixti impositum; In quadripartita Basis facie inscriptiones sunt ab eodem Pontifice additę, videlicèt in parte Meridiem respiciente.

Vn milione trecentum mila, e 94. libre.

CONSTANTINVS PER CRVCEM VICTOR
A S. SYLVESTRO HIC BAPTIZATVS CRVCIS
GLORIAM PROPAGAVIT.

Orientem versus.

FLAVIVS CONSTANTIVS AVG. CONSTANTINI AVG. F.
OBELISCVM A PATRE LOCO SVO MOTVM, DIVQVE
ALEXANDRIÆ IACENTEM TRECENTORVM REMIGIVM
IMPOSITVM NAVI, MIRANDÆ VASTITATIS PER MARE,
LIBERVMQVE MAGNIS MOLIBVS ROMAM CONVECTVM
IN CIRCO MAX. PONENDVM.
S. P. Q. R. DD.

In parte Boreali.

SIXTVS V. PONT. MAX.
OBELISCVM HVNC SPECIE EXIMIA TEMPORVM CALAMITATE
FRACTVM CIRCI MAX: RVINIS HVMO LIMOQVE ALTE DEMERSVM
MVLTA IMPENSA EXTRAXIT HVNC IN LOCVM MAGNO LABORE
TRANSTVLIT. FORMÆQVE PRISTINÆ ACCVRATE RESTITVTVM
CRVCI INVICTISSIMÆ DICAVIT. A. MDLXXXVIII. PONT. IV.

In Occidentali verò.

FL. CONSTANTINVS MAXIMVS AVG. CHRISTIANÆ FIDEI VINDEX,
ET ASSERTOR OBELISCVM AB ÆGYPTIO REGE IMPVRO VOTO
SOLI DEDICATVM SEDIBVS AVVLSVM SVIS,
PER NILVM TRANSFERRI ALEXANDRIAM IVSSIT,
VT NOVAM ROMAM AB SE TVNC CONDITAM
EO DECORARET MONVMENTO.

In Basi autem antiqua cui Obeliscus insidebat Carmina legebantur insculpta, sed quia lapideis fragmentis ablatis multa verba deerant, eis sensum restituit Michael Mercatus tali pacto, scilicèt in parte Australi.

Patris opus munusque suum tibi Roma dicavit
Augustus toto Constantius Orbe recepto,
Et quod nulla tulit tellus, nec viderat ætas
Condidit, ut claris exæquet dona triumphis
Hoc decus ornatum genitor cognominis Vrbis
Esse volens cæsa thebis de rupe reuellit.

In Orien-

In Orientali.

Sed grauior Diuum tangebat cura vehendi
Quod nullo ingenio nisuque manuque moueri
Caucaseam molem discurrens fama moneret,
At Dominus Mundi Constantius omnia fretus
Cedere virtuti terris incedere iussit
Haud partem exiguam montis pontoque tumenti.

In Septentrionali.

Credidit, & placido vecta est velocius Euro
Litus ad esperium populo mirante carinam
Interea Romam Taporo vastante Tyranno
Augusti iacuit donum studiumque locandi
Non fastu spreti sed quod non crederet ullus
Tantæ molis opus superas consurgere in auras.

In Occidentali.

Nunc veluti rursus rufis excelsa metallis
Emicuit, pulsatque polos hæc gloria dudum
Auctori seruata suo, cum cæde Tyranni
Redditur atque aditu Romæ virtute reperto
Victor ouans Vrbique locat sublime Tropæum
Principis, & munus condignis vsque triumpis.

Duas voces hisce inscriptionibus exaratas *Tropæum* videlicèt, & *Triumpum* declaravit luculentèr Angelus Rocca pag.18., ne eis qui antiquam scribendi formam ignorant menda esse viderentur. Nos ut brevitati consulamus talem declarationem omittimus.

Notæ autem instrumentorum, nec non animalium species Obelisco insculpte sunt litteræ, quibus olim Ægyptii utebantur, quas licet nemo singillatim declaraverit ad hoc usque tempus, eorum tamen sensum retulit Angelus Rocca pag. 20. illeque est, quem in latinam linguam transtulit ex græca versione Ammiani Marcellini Hieronymus Brunellus Soc. Jesu Vir eruditissimus.

XXXI

BEATAE MARIAE DE POPVLO QVARTVM ANNO IV. EREXIT.

XXXII

QVARTVM ANNO QVARTO EREXIT 1588.

Retulimus in superiori numismate Obeliscum Lateranensem repertum fuisse in Circo maximo, ad quem Constantius Imperator transtulerat, modò quartum Obeliscum numismata duo proponunt, quem pariter eodem tempore detectum fuisse affirmat Michael Mercatus in eodem Circo, ubi Augustus statuerat, advectum ex Urbe Heliopoli in qua Semneserteus, teste Plinio, excidit. Eum tamen erroris evincere conatus est P. Athanasius Kircherius de Obelisco Pamphilio cap.8. §.6. asserens illum non à Semneserte, sed à Rege Psammirtao erectum fuisse. *Lib.36.c.9.*

Circus autem ille Maximus appellabatur, vel quia maximus erat circorum omnium, quorum nomina recenset Nardinus videlicèt circum Alexandri, Antonini, Caracallæ, Aureliani, Domitię, Flaminium, Floræ, Intimum Vaticanum alium propè Portam Collinam, & Maximum; vel quia teste Annio Vertunno Jano Deorum Maximo ab ipsis Gentilibus sacratus erat. Hic locus in quo ludi fiebant passuum 437. latitudine verò 125. à Tarquinio primùm constructus, à Cęsare autem Dictatore in ampliorem formam redactus ducenta, & sexaginta hominum millia sedentium capiebat. Est tamen hic Obeliscus Lateranensi, & Vaticano longè minor, non enim excedit teste Michaele Mercato centum, ac septem palmos, cui si basis altitudinem addamus, attollitur ab humo centum, ac quadraginta. Ex qua dimensione evincitur Plinium errasse cum dixit *centum viginti quinque pedum, & dodrantis fuisse præter basim ejusdem*. Quod si verum esset jam superaret Obeliscum Ramessæum ut optimè notavit supracitatus à nobis Kircherius. In parte inferiori duo latera continet palmis decem, ac novem unciis lata, alia duo novem totidem unciis habet. In superiori verò parte duo latera sex palmis, & octo unciis extenduntur, & duo palmis quinque, unciis novem.

Lib. 36. c. 9

Ibidem.

In duplici fronte basis antiqua adhuc legitur inscriptio hæc.

IMP. CÆSAR DIVI F. AVGVSTVS PONTIFEX MAXIMVS IMP. XII.
CON. XI. TRIB. POT. XIV. ÆGYPTO IN POTESTATEM POPVLI
ROMANI REDACTA SOLI DONVM DEDIT.

In aliis verò frontibus in quibus nulla erat inscriptio hasce alias addidit Sixtus Pontifex scilicèt in parte, quæ Templum D. Mariæ Sacrum respicit.

ANTE SACRAM ILLIVS ÆDEM AVGVSTIOR LÆTIORQVE SVRGO
CVIVS EX VTERO VIRGINALI AVG. IMPERANTE
SOL IVSTITIÆ EXORTVS EST.

In opposita.

SIXTVS V. PONT. MAX.
OBELISCVM HVNC A CÆS. AVG. SOLI IN CIRCO MAXIMO
RITV DICATVM IMPIO MISERANDA RVINA FRACTVM,
OBRVTVMQVE ERVI TRANSFERRI, FORMÆ SVÆ REDDI,
CRVCIQVE INVICTISS. DEDICARI IVSSIT.
AN. MDLXXXIX. PONT. IV.

Signum Crucis æneum altum palmis octodecim cum dimidio sustinet, quod sacra benedictione antequàm imponeretur, Sixtus ipse consecraverat, decemque annos Indulgentiæ totidem quarantenas decrevit pro singulis quibuscumque, qui eam adorarent.

Gaspar Alveri in sua Roma pag. 39.

Animo inerat Sixti hoc saxum Cruci dicare ante Basilicam à Constantino Magno extructam in honorem Sanctissimæ Crucis prope Urbis mœnia, quod in Hierusalem denominatur, verùm cum in solitario loco illud futurum esse perpenderet, consilium mutavit, atque ante Portam Flaminiam inibi collocavit, quo tres præcipuè Vię collimant, scilicèt ea quæ sub Colle Pincio circa ortum Solis extenditur, media quæ *Flaminia* dicitur, ultima verò *Leoniana* nuncupata à Leone X., qui eam propè Tyberim Fluvium aperuit.

Tanti operis difficultate superata à Sixto Pontifice, qua cęteri qui præcesserunt deteriti vel nec cogitarunt, vel ne inchoare quidem ausi sunt, Canonicus cognomento Vidalis carmina Italica ingeniosè exarata eodem die Sixto obtulit, quę à Pontifice laudes, ac præmium Auctori demeruerunt. Insignitus enim fuit dignitate Archipresbyteratus in Basilica S. Crucis, addito Pingui aureorum proventu.

His laudes Crucis enunciat, ac Deiparę, cujus Templum de Populo dictum Cruce ipsa in Obelisco elevata Sixtus illustravit; de quo Templo satis alibi dictum est.

ME-

XXXIII

MEMORIA FLAVII CONSTANTINI RESTITVTA.

Duplicem Alexandri Magni Bucephalum domantis effigiem collosseam videmus in præsenti numismate, quàm temporis injuria obrosam, in Platea quę contra Palatium est in Monte Quirinali, pristinæ formę, atque elegantiæ restitutam Sixtus collocavit anno Salutis 1589. Pontificatus IV.

Plerique narrant Historici in diversis Urbis locis viginti quatuor æneas ex metallo deaurato efformatas, quadraginta quatuor ex ebore, è marmore verò plusquam bis mille à Romanis collocatas fuisse statuas. Nostra hac ætate quinq; tantùm supersunt, quorum una ænea, ac insuper duæ marmoreæ extant in Capitolio è Theatro Pompei acceptę, aliæ verò in Monte Quirinali à Quirini Fano sic olim dicto, vel à Quiritibus, qui cum Tatio venientes ibi Castra posuerunt, nunc autem Mons Caballus vulgò vocitatur ab Equis illis marmoreis, & celeberrimis, de quibus loquimur. Pario è lapide illi sunt, qui parius dicitur à Paro Insula Ægei, candido, ad Deorum simulacra olim maximè expetito.

Horum equorum Artifices multi referunt Phidiam, & Praxitelem fuisse, prout innuitur adjectis inscriptionibus OPVS PHIDIÆ, OPVS PRAXITELIS; de quo tamen aliqui dubitant apud Angelum Roccam de Biblioth. Vatic. pag. 258. Inter quos noster Donatus referens Phidiam, & Praxitelem è vivis excessisse antequam Alexander Magnus viveret, qua de causa illum exprimere non potuerunt Bucephalum domantem, cujus ferocitas tanta erat, ut nemini tractabilis videretur, nullumque Sessorem admitteret. Putat tamen ob artis excellentiam, qua sculpti fuerunt ab incerto fortasse Auctore, Phidiæ, atque Praxitelis opus ab Alexandrinis existimatum fuisse.

Erant enim ambo insignes Statuarii. Phidias autem in ebore longe citra ęmulum claruit, ut Quintilianus ait, illumque referunt in vinculis vitam absolvisse, eò quod statuam Minervæ conflans aurum ab Atheniensibus oblatum in ea celaverit, ut inde facilè deprædari quis posset. Praxiteles verò, ut ait Gabriel Barrius, fuit Calaber, ex oppido Peripoli in magna Græcia adeò peritus in Sculptura, ut equum visa equæ statua hinnitum edidisse dicant. *Lib. I. et 3. de antiq. Calab.* *Ex Valer. Max. lib. 8.*

Referunt aliqui hosce marmoreos à Tiridate Armenorum Rege Romam advectos, ac Neroni donatos, eos tamen deceptos asserit Donatus, eo quòd Sextus asserat æneos equos fuisse, quos Neroni Tiridates obtulit, non verò marmoreos. Panvinius in prima parte de Rom. Republica enarrat Constantinum Alexandria Romam transtulisse, ut Thermas à se extructas exornaret. Putavit tamen Flaminius Vacca insignis Sculptor, è vestibulo Domus aureæ Neronis à Constantino ablatos, ac in Thermis proximis in Monte Quirinali extructis erectos; Erant enim Thermæ Constantini ubi nunc Palatium, è Mazzarina Familia, *Mazzarinum* appellatum. *Epist. MS.*

Sixtus igitur Collossea hæc signa temporis vi deformata, ac penè omnino lacera refici jussit, & in Quirinalem Aream transferens memoriam Flavii Constantini restituit, Urbemque exornavit, adjectis hisce inscriptionibus, nempè ad basim Equi Phidiæ.

PHIDIAS NOBILIS SCVLPTOR AD ARTIFICII PRÆSTANTIAM
DECLARANDAM ALEXANDRI BVCEPHALVM DOMANTIS
EFFIGIEM E MARMORE EXPRESSIT.

Ad basim Equi Praxitelis.

PRAXITELES SCVLPTOR AD PHIDIÆ ÆMVLATIONEM
SVI MONVMENTA INGENII POSTERIS RELINQVERE CVPIENS,
EIVSDEM ALEXANDRI BVCEPHALIQVE SIGNA FOELICI
CONTENTIONE PERFECIT.

Ad

Ad basim Equi Phidiæ dexteram item legitur inscriptio.

SIXTVS V. PONT. MAX.
SIGNA ALEXANDRI MAGNI CELEBRISQVE EIVS BVCEPHALI
EX ANTIQVITATIS TESTIMONIO PHIDIÆ, ET PRAXITELIS
ÆMVLATIONE HOC MARMORE, AD VIVAM EFFIGIEM EXPRESSA
A FL. CONSTANTINO MAX. E GRÆCIA ADVECTA, SVISQVE IN
THERMIS IN HOC QVIRINALI MONTE COLLOCATA TEMPORIS
VI DEFORMATA LACERAQVE AD EIVSDEM IMP. MEMORIAM
VRBISQVE DECOREM IN PRISTINAM FORMAM RESTITVTA
HIC REPONI IVSSIT.
AN. D. MDLXXXIX. PONT. IV.

Anno deinde 1634. cum Urbanus VIII. Quirinale Forum ampliari jusserit, extendique usque ad Templum S. Sylvestro dicatum, hisce inscriptionibus ablatis, in quibus aliqua contra veram historiam inerant, aliam inscribi voluit, cujus caracteres delineavit Fabritius Romanus Scriptor insignis sub Paulo V. Gregorio XV., & Urbano VIII. scilicet

SIXTVS V. PONT. MAX.
COLLOSEA HÆC SIGNA TEMPORIS VI DEFORMATA RESTITVIT,
VETERIBVSQVE REPETITIS INSCRIPTIONIBVS
E PROXIMIS CONSTANTINIANIS THERMIS
IN QVIRINALEM AREAM TRANSTVLIT
ANNO SALVT. M.D.LXXXIX. PONT. IV.
OPVS PHIDIÆ. OPVS PRAXITELIS.

XXXIV

PONS FOELIX AN. DOM. MDLXXXIX.

XXXV

PVBLICAE COMMODITATI.

Pontem qui Fœlix denominatur in numismate supra Tyberim Fluvium PVBLICAE COMMODITATI impositum, Janicularem quondam vocatum ait P. Molinetus, & postquam à Sixto IV. reparatus est *Pontem Sixtum dictum fuisse, deinde à Sixto V. restitutum, ejus Pontificis priori nomine Pontem Fœlicem appellatum*. De tali Authore loquens D. Abbas Fabrettus hæc habet. *Quin imò aquæ perductæ nempe Fœlicis (quantum in se fuit) & Pontis ad Tyberim prope veterem viam* Flaminiam *sub Ocriculo integrè constructi gloriam generosissimo Pontifici auferre non veretur, dum num.22.pag.*118. *Aquam Virginem designari ait, quam Sixtus V. copiosiorem in Urbem invexit, de quo suo priori nomine Fœlicem appellavit. Proh fidem historicam, & authorem Romanum maximarumque rerum Religiosissimum?* (Dissert. II. de Aquis num. 153.)

In eundem errorem incidit D. Jo: Baptista Palatius, ubi scripsit Pontem Janicularem quondam vocatum supra Tyberim reparatum à Sixto IV., ideò Pontem Sixtum dictum, cum tandem Sixtus V. restituisset Pontem appellarunt Fœlicem à priori nomine Sixti V. de hoc duo habes numismata XXVII. & XXVIII. Hoc sub Epigraphe PVBLICAE COMMODITATI. Illud PONS FOELIX ANNO 1589. (Pag. 400.)

Erro-

Errorem dixi, quem tamen absentia ab Urbe Auctoris excusant, non tamen vulgata in paginis monimenta. Pontem enim quem Sixtum olim Janiculensem dictum, nunquam Sixtus V. refecit, sed alium Tyberi imposuit, ubi Faliscorum Mons est, quibusdam Soractes, nunc *Monte S. Oreste* in Provincia Patrimonii Sancti Petri è regione Sabinorum inter Ocriculum, & Pagum, cui nomen *il Borghetto*, atque hunc Pontem è suo nomine appellavit, PVBLICAE COMMODITATI jure extructum, quia Viam Flaminiam à Tyberi Fluvio divisam conjungit, per quam è toto pene Terrarum Orbe Romam exteræ Nationes proficiscuntur.

Erat olim ibi transitus per Pontem Augusti lapideum, cujus deinde prægrandes ruinæ prolapsæ fluminis alveum obstipabant prope Ocricoli Oppidulum, quamobrem Sixtus publicæ commoditati prospiciens, opus cæteroqui arduum aggressus fuit, quod tamen ob mortem absolutum non vidit.

Dominicus Fontana celeberrimus Architectus, cui ejus Pontis extruendi cura commissa fuit, in lib.2.pag.20. totam fabricæ seriem enarrat. Fossam ille primùm pro novo fluminis alveo aperuit latam palmis septuaginta, in qua pilas tres magnis molibus jactis usque ad profunditatem septuaginta palmorum posuere, plateam insuper, supra quam transiturum erat flumen, lateritio deinde opere quatuor arcubus pilas coniunxere, quorum duo in medio extructi cæteris majores diametrum habent palmorum nonaginta duorum, alii verò palmorum sexaginta quinque.

Hoc tamen opus Fontana haud potuit absolvere, sed alii post ejus mortem perfeceruut, & quidem ingentibus expensis cum in cænoso loco, & illuvionibus obnoxio decurrentes aquæ Pontem impositum persæpe eludant, aliamque viam sibi aperire conentur.

D. Benedictus de Benedictis omni mathematicarum facultatum genere peritissimus in sua Dissertatione Phisico-Mathematica Romæ impressa enumeravit expensas omnes à tempore Sixti V. factas usque ad Clementem IX. in ejus Pontis extructione, & conservatione, quas è libris rationum Rev. Cameræ Apostolicæ à se acceptas asserit videlicet

Sub Sixto V. scuta - - - - - - - - - - - -	scut.	40600
Sub Clemente VIII. - - - - - - - - - - - - -	scut.	36035
Ejusdem tempore pro repurgando Alveo. - - - -	scut.	60177
Sub Paulo V. - - - - - - - - - - - - - -	scut.	16155
Gregorio XV. - - - - - - - - - - - - - -	scut.	660
Urbano VIII. - - - - - - - - - - - - - - -	scut.	41336
Alexandro VII. - - - - - - - - - - - - -	scut.	26022
Clemente IX. - - - - - - - - - - - - - -	scut.	59615
Quæ omnia summa efficiunt - - - - - - - - -	scut.	280600

Ex quibus constat quantum auri vel in unico Ponte publicę commoditati impendant Pontifices Romani, quos opes dedecere detrahentium mentes affirmant.

Observandum demum est discrimen inesse inter duo hæc proposita numismata. Alterum enim Pontem repræsentat quinque arcubus compositum, alterum verò quatuor. Eundem tamen Pontem ab utroque significari haud ambigendum; nam inscriptio addita PONS FOELIX omnino declarat cusum esse numisma ad talem Pontem significandum, licet quintum arcum falso exprimat.

Alia vero commoditati publicę idem confirmat. Notum enim est Pontem Felicem quatuor arcubus componi, illumq; publicis in paginis expressit ad amussim delineatum anno 1676. Eques Augustinus Martinellus in descriptione Pontium *pag. 26.* sub quibus Tyberis decurrit, qui etiam addidit hujus Pontis longitudinem repertam palmorum 430.

ANCON

XXXVI

ANCON DORICA CIVITAS FIDEI.

NUmisma hoc in usum pecuniȩ vulgatum sub Sixto V. supponitur in quadam monetarum collectione Parisiis expressa typisque vulgata cum regia declaratione anno *1636.* pag. *39.* ejus Pontificis effigiem demonstrat, & in parte aversa Urbis Anconitanȩ insigne elogium duobus tantùm verbis complectitur. Ideft ANCON. DORICA CIVITAS FIDEI. Ancon illa dicitur sive Ancona grȩca dictione, qua locus significatur ubi ossa bracchii componuntur, latine cubitus, unde *Ancus* dicitur, qui aduncum bracchium habet teste Festo, ut exporrigi non possit, & jure: Urbs enim est in ora apud Crumerum promontorium, quæ recurvato in ea sinu portum efficit exadverso Dalmatiȩ in plaga Italiȩ Occidendentali uti Lucanus lib. 2. ait.

Illinc Dalmaticis obnoxia fluctibus Ancon.

Urbs est Episcopalis, & Emporium Piceni, quod propterea ex ea denominatur primarie, media inter Pisaurum, & Firmum ab Urbe Roma 150. mill. pass. distans. *Baudrandus.*

Dorica denominatur à Doricis Græcis, quos Georgius Bruinus Cosmographus ait; *eam à fundamentis primùm incœpisse, postea Siracusanos, aut Siculos eam auxisse, vel Anconitanum portum Doricum esse opus oppidum vero Siculorum, &c. Græcum enim omne nomen*, referente Petruccio ex Appolodoro lib. 1. aliisque Antiquis Auctoribus, ac genus ab Hellene Deucalionis filio propagatum in tria fastigia dividitur, in Æolicum genus, Doricum, & Jonicum, & quidem Doricum à Doro Hellenis Filio, cui cessit ea Regio, quæ Parnasso subest, ab eoque Doris Regio nomen accepit. *De rat. temp. cap. part. 1.*

Dorienses postea in Peloponnesum jvere teste Strabone, ubi Regna ibi præcipua fundarunt duo Lacedemonium, & Corinthiacum. Tandem Siciliam ingressi Italiam tenuere, ubi Anconæ Primordia posuerunt. Ita Gabinus Leti antiquissimus Scriptor de origine Urbium, & oppidorum ait. *Ancona Civitas magnifica, & illustris juxta Mare ab Exchilo Duce Doricorum condita anno Septimæ Olimpiadis, & post tres annos ab aboriginibus ampliata, post tempus vero egregiis structuris à Siracusanis exornata.* Syracusani enim Dyonisii Tirannidem fugientes varias Italiæ partes tenuere. Quamobrem Coloniam Siculorum etiam dicta fuit. Confirmatur ex Plinio Leandro, Alberto, Jacobo, Philippo Bergomense, aliisque quamplurimis tum Geographis, tum Historicis. *Petau. lib. 1. cap. 13.*

Cur autem *Civitas fidei* Urbs Anconitana dicatur non unica suadet ratio. Primò dici potest ob fidem, quam Dorici ejus Fundatores pluries Populis diversis servarunt, eaque de causa teste Diodoro Siculo *Dorica fides* passim dicebatur in in eorum commendationem contra vulgare, ac falsùm dictum, *Græcia nunquam novit fidem.* Suos Fundatores imitata Urbs Anconitana fidem servare semper conata est Reipublicȩ Romanȩ, quamobrem bello civili inter eam, & Cæsarem excitato, è suis mœniis districto ense depulit Cassium Ducem, ac Milites omnes, quos ut Prȩsidio essent idem Cæsar post Urbem captam ibi reliquerat ex relatu Ciceronis scribentis ad Atticum his verbis. *Cassium erat hic auditum expulsum Ancona, eamque Urbem à nobis teneri &c.* *Lib. 2. epist. 17.*

Compagnonus vero in sua Regia Picena illam Urbem fidei denominari existimat à fide Catholica, quam inter omnes Piceni Urbes primùm tenuit, cum anno à Christo nato trigesimo quarto, lapis quo S. Martyrem Stephanum Ethnici impie lapidaverunt, in eam delatus fuit, ut referunt antiqua Martyrologia, vel, ut existimat Galesinus, ob fidem firmatam cum D. Petrus Romam è Dalmatia proficiscens Anconitanam Urbem visitavit.

Fidelis etiam titulo illustrari potuit hæc Urbs quando Emanuel Comnenus Costan-

Costantinopolitanus Imperator insigne Vexillum dono ad eam misit ob fidem servatam ejus Oratoribus Anconæ hospitantibus, quos sibi captivos tradi efflagitabat Imperator Occidentis Fridericus, ut narrat Niceta lib. 7. circa an. 1172.

Non absimilis de causa Anconitanam fidem laudavit Eugenius IV. in suo Diplomate 11. Septembris an. 1443. exarato, postquam Francisci Sfortiæ arma valide repulerunt, ne à Pontificis dominio desciscerent: verba Pontificis hæc sunt. Dilectis Filiis Prioribus Civitatis nostræ Anconitanę &c.

„ Hortamur devotiones vestras, ut per honorem vestrum, & pro conser-
„ vanda fide, & devotione vestra, quam semper ad Romanam Ecclesiam incon-
„ cussam tenuistis &c. sub qua vera semper vobis vestrę Reipublicę augmentum,
„ & exaltatio patuit &c. Ità pariter in diplomate Nicolai V. 12. Augusti 1454. dicitur Constantia fidei inconcussæ, & eximiæ devotionis affectus, quibus dilecti filii Cives Civitatis nostrę Anconitanæ erga nos, & Romanam Ecclesiam hactenus clarverunt, & adhuc clarere non sine magno laudis præconio dignoscuntur &c.

Quamobrem asserit Lazzarus Bernabeus in hist. Anconitana à se visum anno 1497. hoc verbum *Fides* sericis caracteribus expressum supra dexterum brachium singulorum famulorum Magistratus Anconitani; Et in magnifico arcu prope forum Urbis hæc verba leguntur exculpta.

FIDES, ET VNIO LIBERTATEM ANCONITANAM
CONFICIVNT MCCCCXVI.

Et in alio proximo arcu distichon extat.

Alma Fides, Proceres, vestramque condidit Vrbem
Gaudet in hoc socia vivere pace loco.

Militem armatum, ac districto gladio equo insidentem sub elogio numisma ostendit, quem in suis Vexillis pro insigne gerit Urbs Anconitana.

✠ XXXVII ✠

ECCE . REGNVM . DEI.

SAnctum Franciscum Tiaram Pontificiam Sixto indicantem cernimus, verbis prolatis ECCE REGNVM DEI. Hac expressione percusso in numismate Pontificatum uni Deo acceptum tribuit Pontifex, atque oneri caput demisse submittens pro signo usurpavit verba Davidica. *De ventre Matris meæ tu es protector meus*. Quod etiam Ethnicos docuit ratio, licet cultu superstitioso illud exprimeret, namque in nummo Pertinacis mulier est stolata, quæ recipit de Cælis delapsum Orbem, quo indicabat ille Imperator se Deorum providentia Imperium accepisse. *Psal. 70.* *Jos. Maria Suaresius de num. pag. 22.*

Voluit etiam significare sagacissimus Pontifex Pontificatum haud Regnum esse privato Pontificis commodo institutum à Deo, sed ob ipsam Divinam gloriam, atque Ecclesiæ illi subditæ utilitatem, ad quam vnice procurandam Summi Pontifices eliguntur. Leo & canis hic assidentes Summam Sixti vigilantiam, nec non vulgarem animi fortitudinem demonstrant, de quibus satis in superoribus numismatibus dictum est.

Cæterum Pontificiæ Coronæ nomen Regni inest, ab ipso ore Christi sumpto nomine (ut advertit Paschalius de coronis.) Adveniat inquit Regnum tuum, idest hoc à te Domino supplices petimus, ut difflata errorum omnisque superstitionis caligine, tu solus hic regnum possideas. Quod si hoc regnum crebris Christi victoriis emersit, Christus victor hoc suum decus communicat cum Ecclesia, quam ea de re Ecclesiam dicimus regnatricem, ob idque ejus caput, cui Deus claves dedit Regni Cælorum, diadematum incedit. Adnotavit Philo Scriptor eruditissimus, & quidem è sacra historia, Summum Pontificem capite gestasse cidarim, *Lib. 9. cap. 27.*

quippe ęquum fuit eum, qui Deo Sacra facit, excellere etiam inter ipſos Reges.

Et etiam ut Regnum Chrſti ſupereminet omnia Regna, ita æquum fuit hoc diadema eminere inter omnia diademata. Cętera de hoc diademate ſive Regno percurre apud eundem Paſchalium. Alias etiam rationes hujus appellationis videre eſt apud doctiſſimum P. Jonnem Morinum in hiſtoria liberationis Eccleſiæ per Coſtantinum Magnum; ex quibus patet ad Molinæi inquiſitionem, quo tempore cœperit Rom. Pontifex triplicem geſtare coronam, luculenta reſponſio.

Part.3.cap. 26.

Alia fortaſſis ſignificatione Tiaram Pontificis regnum Dei vocitari demum dicit Illuſtriſſimus Sauſajus, quòd ſplendenti hac gemmis, & auro Corona non Regnum Papę temporale, ſed ſpirituale Chriſti Imperium, & æternum electorum cum eo Regnum deſignetur, ad quod omnes fideles triplici potiſſimum virtute aſpirant, fide ſcilicet ſpe, & charitate.

De Mitra pag. 77.

XXXVIII

IN.FLVCTIBVS.EMERGENS.

NAvicula D. Petri cum Apoſtolis rete jactantis in Mare ſępe in Pontificis numiſmatibus repetitam cernimus, in qua ſemper Eccleſiæ Romanæ Typus includitur. In fluctibus emergens dicitur, cum nulla adverſitatum procella obruatur. Portæ enim non prævalebunt unquam, ut Divino Oraculo ſtatutum eſt, quamuis ex eis omnium ventorum claſſis, contra illam erumpat, ac Inferi ipſi conſpirent. Suam hinc Tyrannorum Barbaries inſaniam agnoſcat, & ingnorantiam videant Hæreticorum Turbæ contra Romanam Eccleſiam arma ſumentes; è ſanguine enim Martyrum ejuſdem fides fœlicius germinavit, atque ex Hæreticę pravitatis erroribus veræ fidei dogmatum veritas ſemper clarius eluxit. Hac doctrina edoctus Religioſſimus Pontifex Sixtus ſuas ſpes erigebat in Eccleſię calamitatibus, cujus clauum regebat, & Fidelium omnium fiduciam vulgato numiſmate excitabat.

XXXIX

CVRA PONTIFICIA.

QUatuor vias reprę́ſentatas habemus in numiſmate, adiectis Iconibus Sanctorum, ad quorum templa facilius adeunda Sixtus Pontifex illas aperuit ab Eſquilino Monte in quadam ſyderis forma, collibus, & montibus explanatis. Prima eſt ab Æde Sanctiſs. Trinitatis in Pincio colle eſt ad S. Mariam Majorem, ſecunda *Fœlix* appellata à Baſilica Liberiana ad Templum S. Crucis in Hyeruſalem tendit, in qua extat Paries cum hac inſcriptione.

SIXTO V. PONT. MAX.
QVOD VIAM FOELICEM APERVIT STRAVITQVE
PONT. SVI ANNO I. MDLXXXV.

Tertia ab eadem Baſilica juxta Templum S. Antonii, ubi Templum Dianæ Sacrum olim fuit uſque ad Templum S. Laurentii extra muros extenditur. Quarta ab hoc Templo ducens ad Thermas Diocletiani S. Mariæ Angelorum dicatas, habetque in arcu pro aqua Fœlice extructo hanc inſcriptionem.

SIXTVS V. PONT. MAX.
VIAS VTRASQVE, ET AD S. MARIAM MAIOREM, ET AD SANCTAM
MARIAM ANGELORVM AD POPVLI COMMODITATEM, ET
DEVOTIONEM LONGAS, LATASQVE SVA IMPENSA
STRAVIT ANNO D. MDLXXXVI. PONT. I.

Quin-

Quintam etiam viam extruxit Sixtus ad radices Montis Quirinalis, scilicet à Theatro Trajani per Ædes Decii Imperatoris, ubi nunc Templum S. Laurentio dicatum, quod vulgo dicitur *in Panisperna* usque ad radices Collis Esquilini. Aperuit primum hanc viam Gregorius XIII. ut dicitur inscriptione prope Columnam Trajanam posita, idest.

GREG. XIII. PONT. MAX.
VIAM, ET COLLEM QVIRINALEM SVPRA TRAIANI THEATRVM RVDERIBVS EGESTIS COMPLANAVIT, ET AEDIFICIIS ORNAVIT.

HIERON. ALTERIVS, ET PAVLVS BVBALVS AEDILES CVRABANT

ANNO DOMINI MDLXXXII.

Sicque Pontifex Sixtus Pontificia cura Populi commoditati consuluit, Urbemque apertis viis amplitudine, & longitudine spectabilibus exornavit.

XXXX

MONTALTO 1588.

PAtriæ dignitatem, & Religionem addere conatus fuit Pontifex Sixtus, ob idque dum erat Cardinalis publicum Gymnasium in Oppido Montis Alti nuncupandum in Civitate Bononiæ pro quinquaginta Alumnis de Civitate eadem, aliisque locis Provinciæ Marchiæ instituit, annuos redditus assignans, & privilegia donans prout in Bulla 89. edita an.1588. apparet.

Alia insuper Bulla anno 1586. edita Oppidum Montis Alti in multis commendat, & à Diœcesi Ausculana, Firmana, & Ripana separat, illudque erigit in Civitatem, & Collegiatam Ecclesiæ S. Mariæ in Episcopatum. Causa autem erigendi hæc fuit, Augmentum Divini Cultus, & spiritualis animæ profectus; etenim difficile est in lata, & diffusa Diœcesi partes boni Pastoris, quoad singulos implere. Undè Joannes XXII. Episcopatum Tolosanum in Metropolim erexit, & quatuor Episcopatus indè creatos ei subjecit. *Pag. 558. Bullar.* *Cherubin. Comp.Bull. pag.124.*

Quandoquidem de Episcopatu erecto agimus non injucundum erit adnotare, quòd quamvis Episcopatus sit à Deo, assignatio tamen particularis, ac terminatio propriæ Diœcesis à Pontifice pendet, tanquam à Summo Pastore, & Vicario Christi, sicut olim in primodio Ecclesiæ primùm à Divo Petro, subindeque à ceteris uti extraordinariis Christi dicti sunt Pareciales, sicuti Episcopi Diœcesani Pastores, à quibus Presbyteri illi dependent.

At undè digressi sumus revertamur. Sixtus igitur secundo anno Pontificatus Montaltum in Civitatem, & Ecclesiam S. Mariç, quam nova nobilique structura exædificandam incœperat, in Cathedralem erexit, sed antequam Patriam Episcopali dignitate decoraret, illam Sanctorum Reliquiis multis ditavit inclusis theca ex argento, ac pretiosis lapillis ornata, aliis quoque ornamentis, scilicet Candelabris sex cum Cruce ex solido argento ponderis tertiæ supra centesimam libram, ac Faldistorio, ex Auricalco ad usum Episcopi fabricato. *Oldoi. 129.*

Hujus rei monimentum est numisma propositum, in quo Imago Deiparæ sedentis duodecim Stellis coronata, ut in Apocal. 12., & in CAPITE EIVS CORONA STELLARVM DVODECIM. Exprimitur etiam in eodem S. Laurentii imago cum craticula, supra quam flammas ignis sustinuit. Non ingratum hic erit scire, quod & paucis notum, idest antiquitus Romæ, Bononiæ, & Viterbii D. Laurentii imaginem imprimi in monetis. Extat in Edicto lato Viterbinis à Desiderio Rege Longobardorum, & narratur à Leandro in sua Italia. Hoc autem fecisse putat Molanus lib.3. cap.30. ut tanti Viri exemplo, cui Thesaurorum Ecclesiæ dispensatio commissa erat, discerent omnes pecunias dispergere, & dare Pauperibus. Est insupèr Imago Divç Apolloniç, cujus dies festus antiquitùs celebrabatur ab Officialibus, quos dicunt, seù Magistratus Ministris.

Hujusmodi numismata, quæ etiam argentea in usum pecuniæ facta vidi, in fundamentis novi Templi posita fuere ab Illustrissimo Paulo Emilio Joannino, ut testatus est D. Joanni Baptistæ Lucido ejus Pater, qui adfuit cum primus lapis poneretur.

Ex epistola eiusdem ad Illustriss. Præsulem Philippum Gualteriũ.

Expressæ autem illæ fuere ob cultum, quo venerabantur Cives Montis Alti, similes Imagines depictæ in Pariete Palatij Magistratus, ex quo deinde ablatas in novo Templo collocarunt, quod Sixtus V. excitaverat.

Nunc verò Imaginem tantùm Deiparę venerantur, cęteris duabus ablatis ob nova ornamenta, quæ Piorum sumptibus addita fuerunt.

XXXXI

BIBLIOTHECA VATICANA.

Latus externum Meridionale Bibliothecæ Pontificiæ, quàm Sixtus V. propè Basilicam Vaticanam extruxit, videmus in numismate, de qua non pauca dici possent. Illam integro volumine Posteris absentibus eruditè retulit Frater Angelus Rocca. Nos autem pro nostro instituto aliqua exponemus, & quidem ab antiquiori tempore exordiri opus esse duximus, de Bibliotheca Pontificia dicturi.


Cum ergo Res Christiana, Dei verbo sata divinorum Oraculorum Testimonio, & scriptis dictante Numine innitatur, quibus pręcepta traditiones, & ritus omnes nostrę Religionis vallantur adversus conatus hostium, eorumque perversa Dogmata, idcircò Sacris Codicibus servandis mirum est quanto studio Christianæ Rei Promotores invigilaverint. Ex Hebręorum namque disciplina Prædecessores nostri prodierunt, apud quos Sacrorum librorum opes diligentissimè condi, & in concione repeti Festisque diebus explicari perpetuò consueverunt, quibus Populo mandata Divini numinis interprętabantur. Et B. Paulus asserit Corinthiorum Ecclesiamscripta Sanctorum Vatum in Conventibus explicare suetam. Neque verò de Romana Ecclesia omnium Ecclesiarum Principe secùs est existimandum, cum idem Paulus Timotheum jubeat in Urbem libros, & membranas afferre, Petrus autem Apostolici Senatus Princeps plebem admonet, ut divinis Oraculis evolvendis insistat, Pauli præcipuè commendans epistolas. Quare ut constans majorum nostrorum opinio refert, ad B. Petri pręceptum exemplaria perpetuò habebantur. Igitur hæc antiqua, & prima creditur institutio Bibliothecę postea in tuenda, augendaque re Libraria Pręsulum Romanorum ardor fuit, ut etiam provocarent hominum industriam, ut ingentem librorum copiam servarent. Quibus enim magis Divinorum voluminum cordi fuisse tutelam existimandum est, quàm Romanis Pontificibus, quos Terrarum Magistros Deus esse voluerit? Cum Dei placita pervestigare, majorum scripta consulere sępius opus foret, ut indè suis jussionibus robur augeretur. Sicut igitur Bibliothecam Vaticanam jam inde à Petro originem trahere opinamur, ità etiam ab eodem de ea conservanda curam Successori suo demandatam conjectari licet, ut ex inscriptione, quæ in Bibliotheca Sixti legitur, ubi S. Petrus repræsentatur, qui uni genuflexo mandare videtur, ut Sacros Codices super Altare positos asservandos curet, idest

S. PETRVS SACRORVM LIBRORVM THESAVRVM IN ROMANA ECCLESIA ASSERVARI IVBET.

Primus autem S. Clemens Petro proximus Septem Viros integerrimos conscribendis piorum Virorum certaminibus pro Christo susceptis instituit, alendos Ecclesiæ sumptu, quos Notarios appellavit. Notariorum verò scripta diligentèr conquisita primus in Ecclesia condidisse fertur Anterus Papa insigni cum incremento Sacrę Bibliothecæ, cui posteà locupletandæ Fabianus intentus septem Subdiaconos jussit preesse Notariis, Martyrum acta conscripturis, ne quid falsi irreperet, neve rectè cõscripta postmodum injuria ulla deperirent. Hinc in dies majora incrementa

res

XXXXI



XXXXII





XXXXIII





XXXXIV














res libraria capiebat, & librorum numerus ubiq; congerebatur, quorum pretiosa supellex prɛsertim patuit, cum ferali Cæsarum edicto ubique Christianorum scripta, medio in Foro ignis concremaret. Turpissimi facinoris Auctor Diocletianus arcem veræ pietatis everti sibi suasit, si Codices sacri dissiparentur; Nonnulli tamen ad Nos usque incorrupti mansere, quibus aliquando Bibliotheca ditaretur studio Christianæ plebis illos occultantis. Phanteni, & Pamphili Bibliothecas intactas evasisse pluribus argumentis docemur, ex quibus fragmenta Romani Pontifices studiosè colligenda curabant. Indagaverunt postea remotissimas Terrarum oras, quò Cæsarum furor non pervaserat, ut in Sacram Bibliothecam scriptas divitias reportarent, & ex universo Terrarum Orbe congestas diligentissimè tutarentur. Sic Evangelica historia, Apostolorum acta, & Epistolæ, veteris Testamenti paginæ, ab Apostolis tradita, sacrique Ritus, labores Martyrum, Patrum conventus, in Pontificiam Bibliothecam sunt illata; cujus Perennitati plurimum contulit Julius, reponi præcipiens scripta undique collecta in Ecclesiis creans Scriptorum Magistrum, quem Notarium Primicerium voluit appellari. Per eundem quoque Primicerium transigi voluit actiones singulas, quibus rei Familiaris cura contineretur, cujusmodi sunt pacta, res emptæ, venditɛ, donatɛ &c. & in Ecclesiasticis Scriniis servarentur. Hinc Sacra Bibliotheca paulatim ingenti accessione crescebat. In nostra Vaticani Templi historia Tabula 7. quæ ædificia ichnographicè ostendit Templo Vaticano addita, sub numero 9. indicat Bibliothecam Pontificiam, ubi perantiquæ Pontificum, & Basilicɛ scripturɛ servabantur.

Ingenti postea exorta rerum perturbatione, impiis Arianorum conatibus disturbatam, & flammis absumptam Magnus Athanasius elegantissimè deflevit. Nostras tamen ærumnas miseratus Deus tàm sævam calamitatem non est passus adolescere. Cum enim fœda illa Arianorum procella citò deperiisset, instauratas Bibliothecas gravissimus Doctor Hieronymus epist. 52. ad Pamach. lɛtatur, & primus è Romanis Pontificibus binas ad Lateranum Bibliothecas erexit Hilarus, ut refert Anastasius, *fecit autem Bibliothecas duas in Laterano*, cujus liberalitas difficile est relatu, quàm profuerit Christifidelibus, cùm non dùm usu impressorii Typi reperto, describendi labor obsisteret, quò minus ingenia in disciplinarum studio excolerentur. In his Bibliothecis superiorum Principum Donationes, primæ Sedis jura, pacis initɛ leges, fœdera populorum, & in B. Petri Sedem obsequia gentium numerabantur. Tantis opibus, perpetuoque succedentium Pontificum studio ità Bibliotheca Lateranensis ditescere potuerat, ut vix iniri posset numerus membranarum, tabularum, & voluminum, quɛ decem Seculorum labor congesserat. Narratque Platina Lateranensem Bibliothecam à Zaccharia Summ. Pont. refectam. *An. 759.*

Tandem cum Aula Romana in Galliam commigrasset, singularis Bibliothecɛ Thesauros Pontifices Avenionem asportavere, unde jàm altero labente sæculo *Clement. V.* reducem Bibliothecam sedes Vaticana amplexa est cum Martino V., non tamen sine detrimento librorum quos omnes hucusq; recipere non licuit; Namq; sedatis dissensionū temporibus, quibus res Christiana nimis distrahebatur, Martinus V. Orbi tranquillitatem, & Templis turpi squallore sordescentibus veterem conciliavit.

Nicolao deindè V. Christiani Orbis Rectore lux ingens illuxit Reipublicæ in spem recuperandæ pristinæ dignitatis. Tunc plurima ingenia propositis premiis ad magnos conatus excitata claruerunt. Missis duobus Viris, quorum Albertus Enochus Rethor Asculanus, de quo Joseph Lentus in libello de Prɛclaris facinoribus Asculanorum pag. 36., ut undique Codices exportarent innumera Scripta Virorum illustrium, quos olim aluerat Græcia ex conflagrantis Orientalis Imperii rogo Nicolaus eripuit, devastante Turcarum ferro pulcherrimam Regionem musarum parentem, & artium altricem, atque coempta in Orbem sunt advecta, quɛ addita veteri, Bibliothecæ jàm speciem præferebant. *Volater. lib. 22. Anthrop.*

Testantur hoc Carmina, quibus ejus Epitaphium clausit Æneas Sylvius idest.

Attica Romanæ complura volumina linguæ
Prodidit: en tumulo fundite thura sacro,

Nicolao cælestes in Sedes recepto, immensos librorum, & membranarum acervos ferè neglectos tineis corumpi diutius non tulit Sixtus IV., ut erat animo ad omne prɛclarum opus erecto. In amplissimas igitur aulas, & solis splendore nitentes

tentes universam Bibliothecam transtulit, & volumina in suas classes distribuit, retulit in suos Indices Auctorum nomina eademque numeris aptè signata forulis distinxit, & pluteis. Cubicula Ministris, quos constituerat destinavit, tanti operis custodes probos eruditos, & industrios Viros, quibus Platinam præfecit, ejusque utilitati Scriptores Codicum sex adjunxit Latinos duos, Græcos tres, & alium Hebręum, denique nihil omninò prætermisit, quo florentis Bibliothecæ perpetuo splendori consuleretur. Locum in quo libri omnes servabantur Baccius Pintelius Architectus extruxit. In eodem effigiem Sixti IV. Andreas Mantenga depinxit, cui hęc inscriptio addita est.

Vasar. p. 2. pag. 299.

TEMPLA DOMVM EXPOSITIS, VICOS, FORA, MOENIA, PONTES
VIRGINEAM TRIVII QVOT REPARARIS AQVAM
PRISCA LICET NAVTIS STATVAS DARE COMMODA PORTVS,
ET VATICANVM CINGERE SISTE IVGVM
PLVS TAMEN VRBS DEBET, NAM QVÆ SQVALLORE LATEBAT,
CERNITVR IN CELEBRI BIBLIOTHECA LOCO.

Locus hic ad longitudinem palmorum 120. protendebatur, ad latitudinem verò triginta, & supra januam hanc inscriptionem ingredientes intuebantur.

SIXTVS PAPA IIII.

In alia verò janua.

SIXTVS IIII. PONT. MAX.
BIBLIOTHECARIO, ET CVSTODIBVS LOCVM ADDIXIT.

Quanto postea Studio Pontifices, qui Sixto Successere, Vaticanam Bibliothecam exornaverint, supervacaneum est referre, cùm duo Julii Secundus, & Tertius, duo Pauli III. & IV., duo Pii IV. & V. versentur in conspectu singulorum. Sixtus autem V. ex area squallenti, ac depressa maligno lumine in editiorem partem extulit. Constructa siquidem ædificatione ad Theatrum Vaticanum Testudines, & Parietes pictoria arte, & auri fulgore radiantes, ora veterum heroum spirantia, tabulæ præseferentes præclara pietatis nostrorum majorum documenta, ædes nobilissimæ excitatæ, & attributę custodibus, singula sunt ejus munificentię copiosa argumenta. Angelus Rocca Præsul, Pontificii Sacrarii Præfectus, eam edito volumine celebravit. Dominicus Fontana Eques auratus, & Sixti Architectus ejus Architecturam præstitit eamque tribus ordinibus distinctam, Doricam scilicet primam altitudinis palmorum 51. Jonicam alteram palm. 38., tertiam verò compositam, compositione à recentioribus inventa Corinthia prętermissa palmorum 36. In ea parte, quæ Theatrum spectat, Frontispicium est longitudinis palmorum 325. altitudinis 125. Moles ejus à fundamentis excitata tot porticibus sublevata, tot cubiculis amplificata, tam vasto fornice circumducta, tot picturis, & imaginibus intus, & extra insignita, unius anni curriculo fœliciter consumata fuit. In cujus rei testimonium hæc ad eam partem, quæ meridiem spectat legitur inscriptio marmore incisa.

SIXTVS V. PONT. MAX.
BIBLIOTHECAM ÆDIFICAVIT, PORTICVS CONIVNXIT
ANN. MDLXXXVIII. PONT. III.

Hęc quatuor habet facies, unam quę vergit ad Orientem, ad Occidentem alteram, tertiam ad Meridiem, postremam ad Septentrionem. Porta autem primaria est ad Orientem, in cujus vestibulo variæ sunt picturæ ad operis ornamentum, & ad Typographicam artem pertinentes. Bibliothecam verò ingredienti, & suspicienti statim fornix sese offert, variis picturis, & imaginibus distinctus, in quo pueri Aligeri coronas repręsentantes sibique invicem libros porrigentes cernuntur, & in cujuscumque Chori medio Imago alicujus scientiæ adstat.

Libri in armariis clausis asservantur ad hominis altitudinem. Quod reliquum est vacui in parietibus spatii ornant elegantes hinc Conciliorum, illinc celeberrimarum Bibliothecarum picturæ, emblematibus, & inscriptionibus interjectis. Emblemata num. 16. quæ Sixti V. præcipua gesta repræsentant, singula singulę inscriptiones, ideſt singula disticha explicant, Auctore Guillelmo Blanco. Ad stru-

cturam

ctûram murorum circitèr centum Operarios adhibuisse dicitur Fontana Architectus, totidemque ad artem pictoriam, inter quos Cæsar Nebbia Urbevetanus; Bibliothecarum, Conciliorumque historias, litterarumque inventores delineavit, cætera verò Joannes Guerreus Mutinensis, deindè ab aliis Pictoribus omnia fuere absoluta. Harum rerum inventionem Ranaldus Bibliothecæ Custos Sixto obtulit, Sylvius Antonianus Cardinalis eas disposuit, & inscriptionibus illustravit adjuvante Petro Galesino Protonotario Apostolico. Hęc omnia luculenter idem Rocca supracitatus explicavit.

Nos tantum duas præcipuas inscriptiones huc adduximus, quarum altera antiquam Bibliothecæ Vaticanæ institutionem, incrementum, & translationes explicat; altera continet edictum, quo anathematis vinculum minatur iis, qui ejusdem libros tractandi modum præscriptum contempserint. Ad Portę igitur partem dexteram est.

SIXTVS V. PONT. MAX.

Bibliothecam Apostolicam à Sanctissimis prioribus illis Pontificibus, qui Beati Petri vocem audierunt in ipsis adhuc surgentis Ecclesiæ primordiis inchoatam pace Ecclesiæ reddita, Laterani institutam, à Posterioribus deindè in Vaticanum, ut ad usus Pontificios paratior esset, translatam, ibique à Nicolao V. auctam, à Sixto IIII. insignitèr excultam, quo fidei nostræ, & veterum Ecclesiasticæ disciplinæ rituum documenta omnibus linguis expressa, & aliorum multiplex Sacrorum copia librorum conservaretur ad puram, & incorruptam fidei, & doctrinæ veritatem perpetua successione in nos derivandam toto Terrarum Orbe celeberrimam cum loco depresso, obscuro, & insalubri sita esset, aula perampla vestibulo cubiculis circum, & infra scalis porticibus, totoque ædificio à fundamentis extructo, subselliis, pluteisque directis libris dispositis in hunc editum, perlucidum, salubrem, magisque opportunum locum extulit, picturis illustribus undique ornavit, liberalibusque doctrinis, & publicæ studiorum utilitati dicavit. Anno M D LXXXVIII. Pontif. IIII.

Edictum autem hoc est ad portę lęvam. Sixtus V. Pont. Max. Perpetuo hoc decreto de libris Vaticanæ Bibliothecæ conservandis quæ infra sunt scripta hunc in modum sancita sunto, inviolatèque observantur.

Nemini libros codices volumina hujus Vaticanæ Bibliothecæ ex ea auferendi, extrahendi aliove asportandi non Bibliothecario, neque Custodibus, Scribisque, neque quibusvis aliis cujusvis ordinis, & dignitatis, nisi de licentia Summi Rom. Pontif. scripta manu facultas esto.

Si quis secùs fecerit libros partemve aliquam abstulerit, extraxerit, depserit, rapseritque, concerpserit, corruperit dolo malo, illico à Fidelium communione ejectus maledictus anathematis vinculo colligatus esto à quoquam præterquam Rom. Pont. ne absolvitor.

Volumina hujus Bibliothecæ ad numerum duodecim millium pervenisse suo tempore scilicèt anno 1590. affirmat Mutius Pansa dissert.9. pag. 247. Refert P. Mabillonus tom.1. Musæi Italici pag.63. Codices membraneos ad sexdecim millia modo numerari.

In hujus enim vasis capite duæ hinc inde ingentes porticus se se reflectunt, à dextris codices Græci cum libris, quos à Bibliotheca Christinæ Suecorum Reginæ Alexander VIII. post ejus mortem coemit ab Hæredibus. A sinistris, vero Bibliothecæ duæ, Palatina scilicet & Urbinas ambas porticus occupant parietes. Primam Bavarus Dux Maximilianus Gregorio Pontifici XV. dono dedit, ut Vaticanæ addita quasi Turris esset mille clypeis ad veritatem S. R. E. & fidei hostes defendendam instructissima. Postquam Analthinum supremum copiarum Bohemicarum Ducem fregit, atque rebelles Hæreticorum acies Friderici Palatini repressit. Hanc Bibliothecam Lucas Holstenius à Gregorio missus Heidelberga capta *Ciaccon. pag. 469.*
Bononiam deduxit, at Gregorio interim è vivis erepto, tempore sapientissimi Principis Urbani VIII. vaticanos in lares evecta est tanquam Bavaricæ pietatis in B. Petri Sedem monumentum, quod eo splendore, & magnificentia admirantes nostro ævo gratulamur excultum: manuscripta volumina plura in ea numerantur

rantur Hebrȩorum, Chaldeorum, Arabum, Græcorum, Latinorum, Germanorum, Gallorum, Italorum Idiomate ſcripta, aliaque typis edita plura, ſingulaque his verbis, & Ducis ejuſdem inſignibus nobilitata conſpiciuntur.

SVM DE BIBLIOTHECA, QVAM HEIDELBERGA CAPTA SPOLIVM FECIT, GREGORIO XV. TROPHEVM MISIT MAXIMILIANVS VTRIVSQVE BAVARIÆ DVX S. R. IMPERII ARCHIDAPIFER, ET PRINCEPS ELECTOR ANNO MDCXXII.

Alteram ſcilicet Urbinatem Alexander VII. addixit quamplurimis ex illa voluminibus ſelectis, quæ in Bibliotheca Univerſitatis ſtudiorum, quam Sapientiam dicunt, collocavit, ut ſuo loco clarius enarrabimus.

At ne à Sixti V. geſtis evagemur reliquum eſt, ut breviter exponamus Typographicam facultatem, quam illæ Bibliothecæ à ſe ædificatæ conjunxit. Fuit ſane egregium Sixti V. facinus hujus Typographiæ Apoſtolicæ inſtitutio ad Concilia generalia Sanctorumque Patrum opera imprimenda. Hujuſce Typographiæ Vaticanæ cura demandata fuit Dominico Baſæ Veneto, qui ad inſtruendam officinam aliaque in ea re præſtanda quadraginta aureorum millia expendit. Hęc ars, quo primum anno, quoue Pontifice Romam invecta ſit diſputant Auctores; Polydorus id factum cenſet an. 1458. per Germanum quemdam nomine Conradum.

P. Mabillon. tom. 1. Muſæi Ital. pag. 64.

Volateranus poſt annos ſeptem per duos Germanos, qui Auguſtini libros de Civit. Dei, & Lactantii inſtitutiones primùm Typis Romanis ediderint, id Paulo II. Pontifice qui anno 1464. ſedere cœpit accidiſſe conſtat ex Joanne Epiſcopo Alerienſi, qui in Epiſt. ad Paulum ipſum, cui primum Volumen S. Heronymi Epiſtolarum anno 1470. nuncupavit, eum hac de re laudat „ Tuis certe temporibus ad reliquas Dei gratias hoc etiam felicitatis Orbi Chriſtiano munus „ accepit, ut pauperrimi quique parva pecunia Bibliothecas poſſint redimere. An „ parva eſt hæc tuæ Sanctitatis gloria, ut quæ volumina vix centum aureis emi „ poterant aliis temporibus, viginti hodie ac minoris bene exarata, & non „ mendoſiſſime facta redimantur, quæ vix viginti aureis lecturi mercabantur, „ quatuor, & vilius etiam nunc emantur. Et infra; Ego poſteris in his ſcriptis „ conſtanter ſemper admirationi futurum trado, præſtantiſſimos characterum „ imprimendorum Auctores ſub Pauli II. Veneti Pontificatu Romæ artem exercere cœpiſſe; in fine rogat Paulum, ut foveat artis hujus utiliſſimæ Conradum, & Arnoldum germanos homines artis imprimendi præſtantes advectores. Hæc ex Joanne Alerienſi Epiſcopo Sixti IV. Bibliothecario, ac Secretario, qui obiit anno 1475. annos natus 57. ut docet ejus Epitaphium in Baſilica Sancti Petri ad Vincula. Verùm quod rudi Minerva Romæ primum inchoarunt duo illi germani id deinde Nicolaum Fenſonum Gallum mirum in modum ibidem illuſtraſſe refert P. Mabillonius loco ſupracitato.

Extabat in Palatio Vaticano ſupra januam hæc inſcriptio.

TYPOGRAPHIA VATICANA
DIVINO CONSILIO A SIXTO V. PONT. MAX. INSTITVTA
AD SANCTORVM OPERA RESTITVENDA
CATHOLICAMQVE RELIGIONEM TOTO ORBE PROPAGANDAM.

Hæc Typographia elegantia, & varietate, ingentique characterum copia latinis ſcilicet litteris, Græcis, Hæbraicis, Arabicis, & Servianis cæteras antecelluit, viris eruditiſſimis ad exemplaria recognoſcenda ſelectis, quam conſiderans F. Angelus Rocca ait. *Nihil Typographiæ Vaticanæ præclarius, & opportunius ad Catholicam fidem defendendam excogitari potuiſſe.*

Hanc nobilem erectionem factam fuiſſe à Pio IV. affirmat Mutius Panſa de Bibliot. Vatic. pag. 323. & Gregorium XIII. proſequutum fuiſſe teſtantur verba in Porticu Vaticana exarata, quę ſunt.

„ Imprimendi artem Hæbraicis, Græcis, Chaldeis, Arabicis, Armenis, „ Illyricis characteribus ab ſe præcipuè inſtructam ita promovet, ut jam Orientis, „ & oppreſſæ à Turcis, & Schiſmaticis Europæ Populis miſſis Cathechiſmis, propria ad pietatem lingua inſtituantur.

At nobilis hæc erectio non habuit illud incrementum, quod à bonis ſperabatur neſcio quo fato.

URBA-


I
VRBANVS. VII. PONT. MAX. ANNO. I
M.D.LXXXX
II
SPONSVM. MEVM. DECORAVIT. COROM
1590.
III
SIC. LVCEAT. LVX. VESTRA.
IV
NON POTEST. ABSCONDI
V
DEXTERA. DOMINI. FACIAT. VIRTVTEM.
VI
OMNIBVS GRATVS
VII
ROMA
VIII
POP. QVIES. ET SECVRITAS
GEN. PR


IX
IN. VERBO. TVO.
LEX DOMINI NOBISCVM EST
SVPRA FIRMAM
PETRAM

URBANI VII. NUMISMATA.

I

VRBANVS VII. PONTIFEX MAXIMVS.



OANNES Baptista Castanea prius dictus, Patre Cosmo Castanea Genuensi, & Matre Constantia Riccia natus, anno postea 1583. inter Presbyteros Cardinales relatus à Gregorio XIII. Post Sixti V. obitum anno 1590. omnium suffragiis Cardinàles tres, & quinquaginta summo Sacerdotio illum præfecerunt, qui Urbanus VII. vocari voluit, ut se Urbis utilitati natum ostenderet. Magna fuit Populi Romani ex hac Creatione lętitia, cui tamen ocius, quam par erat gravis omnium sollicitudo, & acerbissimus dolor successit, nam Urbano Pontifice insperato morbo laborante, quos in ejus Coronatione, & Basilicę Lateranensis possessione ludos Romanus Populus destinaverat, in publicas precationes convertit pro salute optimi sui Civis, atque Pontificis. Ergo vehementi, & maligni morbi vi superatus Urbanus post duodecimum à sua electione diem antequam Pontificiis insignibus coronaretur in Vaticano Palatio è vita migravit.

Ciacconius pag. 203.

II

SPONSVM MEVM DECORAVIT CORONA.

1590.

QUamobrem numisma hoc veritati non congruit, cum tam repente Deus illum Romę vix ostensum eripuit, ut neque tergemino diademate potuerit coronari; cusum fortasse fuit cum ejus imagine, ut apud multos servatum vidi, & R. P. Molinetus affirmat ejusmodi numisma servari in Cimelio S. Genovefæ Parisiensis, scilicet, ut decretam à populo Romano pompam celebrarent. At quandoquidem fictitium haud existit, numisma, sed tempore Gregorii XIV. cum ejus imagine iterum impressum fuerit, ejus elucubrationem suo loco afferre conabimur.

Pag. 121.

III

SIC LVCEAT LVX VESTRA.

NUmisma à Populo Romano publicatum, ut demortui Pontificis laudes celebraret simul, & omnium studia ad ejus imitationem excitaret: exprimendo Candelabrum mosaicum in sublimi loco positum Pontificiam dignitatem expressit, cum Prælati, ac pręcipuè Pontifex summus in eminentiori gradu collocati sint, ut cęteris ad virtutem facem pręferant juxta illud, quod Christus

Ecclesiæ Prælatis præcipit apud D. Matthęum. *Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona*. His adde, quòd etiam apud Antiquos Pontificatus maximus Ethnicorum Candelabrò significabatur, ut observari potest in nummo Augusti apud Augustinum, in quo Candelabrum intra Coronam ex craniis Boum, & patellis vittisque factam. Debet enim ex omnium sententia Pontifex ceteris ad virtutem facem pręferre, quod semper, & ubique prestitit Urbanus VII. inter laudes, quas Pompejus Ugonius in funebri oratione habita ad sacrum Collegium Cardinalium in Basilica Vaticana recensuit, (illam invenies apud Ciacconium) hęc verba protulit; *Solis luce clarior perspectiorque vobis ejus virtus semper extitit, ideo illum Pontificatu Maximo dignissimum judicavistis. Quas ille tam brevi tempore ingentis gloriæ fulgurationes emisit? Quas significationes dedit optime de administrando Pontificatu voluntatis? Tantus Pontifex datus universo terrarum Orbi summæ suæ religionis in Deum, & in pauperes exiguo tempore, quo vixit signis, ut in omnem viveret æternitatem mortuus est*. In templo S. Augustini de Urbe, ubi sepulchrum sibi paraverat legitur in pariete.

Tabul. 14. num. 9. — *Pag. 206.*

VRBANVS VII. PONT. MAX. BREVIS IMPERII PRINCIPI, SED MEMORIÆ DIVTVRNÆ, ILLVD FORTVNÆ FVERIT, HOC ERIT VIRTVTIS. Quæ quidem nullo alio symbolo melius exprimitur, quam lucentiface, ut scilicet indicetur. Probos viros ob virtutem, etiam post mortem extictos splendescere.

Ut autem de ipso symbolo in numismate exculpto, idest Candelabro mosaico aliqua exponamus, illud ante omnia notandum, scilicet candelabri ejus formam magnam secum ferre difficultatem.

Fortunatus Scacchus ex ordine Eremitarum S. Augustini in libro eruditissimo sacrorum Eleochri smatum Mirothecio 11. cap. 45. illam perscrutatur, & pag. 442. exprimit formam, quàm excogitavit Benedictus Arias Montanus vir doctissimus, quàm in nostra tabula ponimus sub numero I. sic illam describit Montanus tomo 8. sacrorum Bibliorum apparatus lib. de Sacris Fabricis pag. 9.


„ Pes ipse humani fœmoris figuram habuisse videtur ex nomine hebraico, „ quod fœmur significat. Est enim fœmur sedentis hominis basis. Igitur pedem „ inferius latum, & superius angustiorem obelisci fere forma pingimus, quod „ oportuna mensura, quanta videlicet fœmoris ad Tibiam ratio est, habile subtilius produceret, ut tibia ex fœmore connexa producitur. Hoc hastile ex he„ breo latinè cannam sonat, hæc ut sibi fœmori pedi ęqualis erat, deinde pomi, „ sive mali figura erat, quod veluti nodus tres ramos productos emittebat, me„ dium unum rectum, duos utrimque paulo altius. Duo etiam alii rami deduce„ bantur, recto perpetuò crescente, & pomo similiter deductionem proferente; „ Duo item alii eodem ordine prodibant ex pomi figura. Erat igitur ipsum me„ dium hastile, quod singulariter Candelabrum vocatur rectum, ad summum „ usque, & sex rami ex duobus lateribus utrinque tres prodeuntes cum tribus „ nodis ad pomorum instar fabrefactis. Rami singuli ternis patulis sciphis ornati „ erant oblongis, bina latera æqualia habentibus, ac binos angulos efficientia, „ alterum acutiorem, obtusiorem alterum, ut amigdalæ apertæ dimidium cavum „ referrent singuli sciphi. Præterea singuli rami pomum habebant, ex pomo pro„ deuntem florem, quo imponenda lucerna exciperetur &c.


Idem auctor Scacchus citat Antonium Torniellum inter Latinos Scriptores doctissimum, aitque illum agere de hoc sacro Candelabro in suis Annalibus sub anno Mundi 2544. post numerum 72., sed non tradit visendum typum ab illo expressum, aitque se Judice in multis peccare. Nos illum expressimus sub numero 2. cujus formam putat Torniellus esse congruentiorem descriptioni in sacro Textu vulgato traditę. Idem Torniellus ad annum 3885. post numerum 10. delineatum ponit Candelabrum, qualę dicit exculptum Romæ in Arcu Titi, expressitque illud prout vetustate corrosum, & nos fideliter transtulimus ad numerum 3. Hoc idem Candelabrum expressum habemus in paginis, quæ representant arcum à Romanis Titi memoriæ extructum post Hierosolymæ expugnationem, exculptum à Petro Sancti Bartolo typisque impressum Dominici de Rubeis Romæ, estque in nostra tabula sub num. 4. sed quam à protypo distet judicare is poterit, qui intuebitur imaginem sub num. 5. quam fidelissimè accepi ex arcu ipso, & miror, cur

adeo


pag 434.





1


3


6


4


5

adeo in expreſſione peccarit vir alioqui peritus, & antiquitatis amator, cum adeò facile ipſi fuerit arcum Titi adire, ut Candelabri partes in eo expreſſas attentè perluſtraret.

Candelabrum hujuſmodi in arcu Titi expreſſum cum prototypo optimè convenire quamplurimi judicant, cum à Tito Romam advectùm obſervari commodè potuerit à Sculptore. Joannes enim Diaconus, & Canonicus Lateranenſis ex relatione Benedicti Millini, qui ſcripſit circa annum 1300. in libro de Eccleſia Lateranenſi vulgato à P. Mabillonio in appendice ad ordinem Romanum cap. 3. affirmat aſſervari in Baſilica Lateranenſe ſub Altari ſeptem Candelabra, quæ fuerant in Tabernaculo, & cap. 5. ait Romam cum multis vaſis Templi Hieroſolymitani delata fuiſſe à Tito, & Veſpaſiano, additque hoc; „ Idem uſque hodie liquido perpenditur „ in triumphali arcu, qui appellatur Septem Lucernarum, qui conſtructus fuiſſe „ probatur ad memoriam prædictorum Principum totiuſque Populi Romani juxta „ Eccleſiam S. Mariæ novæ, in quo Candelabra, quæ fuerunt in priori Tabernaculo, & arca cum vectibus ſuis, quæ fuit in ſecundo intra velum manifeſtè, ac „ mirifico opere ſculpta fuiſſe cernuntur. Pag. 23.

At deceptum fuiſſe Joannem Diaconum ex eo patet, quod narrat Joſeph Hebręus lib. 7. cap. 37. apud Nardinum de Roma antiqua, ſcilicet Veſpaſianum repoſuiſſe in templo Paci dicato, ea templi Hieroſolymitani ſpolia, quæ deinde ablata à Genſerico Vandalorum Rege, & in Affricam delata Beliſarius in ſuo triumpho Conſtantinopolim aſportavit, atque Juſtinianus variis Hieroſolymorum templis diſtribuit, ut narrat accuratiſſimus Scriptor Procopius lib. 2. de bello Vandalico, relicta tamen fuit Romæ arca fœderis, quam ſervat Baſilica Lateranenſis. Lib. 3. cap. 12.

Ut ut hæc ſint tanquam veram ſententiam ſupralaudati Scacchi amplector affirmantis Candelabrum, quod in Titi arcu cernitur nequaquam formam retinuiſſe, quam Moyſes conſtituerat, aut quam Hebræi in ſacro Candelabro retinuerunt, adeoque tale ſchema divinis oraculis non conſentire: ſuam ſententiam deducit ex verbis Joſephi Hebræi ſic loquentis de ſpoliis in triumpho Titi. *Eminebat autem inter omnia (ſpolia), quæ reperta fuerunt in Templo, quod eſt Hieroſolymis aurea nimirum menſa ponderis talenti magni, & candelabrum ſimiliter factum eſt, ex auro autem commutatum à noſtræ conſuetudinis uſu. Erat enim media Columna innitens baſi, tenues autem canulæ ab ea producebantur, fuſcinæ ſchematis habentes ſimilem conſtitutionem; ſingulis ipſorum ſuper ſummitatem lucerna fabricata erat*; hucuſque Joſeph. Quamobrem conjecturis, & auctoritate ſacrarum paginarum viam ſibi aperuit Scacchus ad aliam fabricam conſtruendi Candelabri, cujus formam delineatam exhibet cap. 46. eſtque illa in noſtris paginis numero 6. indicata. Lib. 7. c. 7. de bello Judaico.

Joannes autem Villalpandus tom. 2. de viſione Ezechielis aliam formam exprimit, cujus partes ſunt haſtile, calami, ſcyphi, ſpherulæ, & lilia, eſtque à nobis poſita ſub numero 7. Erigitur à baſi haſtile, quod in partes quatuor diviſit, harum quamlibet rurſum in tres ſcyphum, ſpherulam, & lilium. Ex utroque deinde Candelabri latere tres procedunt calami, velut arboris rami quorum unuſquiſque in tres partes dividitur, harum unaquæque rurſum in alios tres ſcyphum, lilium, ſphęram, ſingulis demum ſummis ſphęris lucerna imponitur, ſuntque omnes pares, & æque à terra ſublimes, ita ut in uſu recta linea conſtitutæ videantur, eſtque iſta compoſitio juxta dictum Joſephi Hebræi, *cujus auctoritas* (ait Villalpandus cap. 60.) *cordatis viris ſatis eſſe debet, quippe qui candelabrum ſæpius viderit, erat enim Sacerdos, & attentius computare potuit candelabri partes*. Joſeph igitur ſic ait referente eodem Villalpando ibidem; *ab una baſi compoſitum ſurgebat in altum, & totidem conſtans partibus, quot planetas cum Sole perhibent; Exhibant autem in ſeptem capita ordine inter ſeſe reſpondentia, quibus imponebantur ſeptem lucernæ, ſecundum totidem planetarum numerum*. Ex quibus verbis facile conjici poteſt, quis nam ex his Authoribus formam Candelabri moſayci genuinam fidelius repræſentarit. Certè, ut notavimus, Joſephus Hebræus Candelabrum à Moyſe extructum haud unquam vidit, vidit tamen illud à Tito Romam adductum, ſed *opere commutato* ab uſus conſuetudine. Par. 2. cap. 59.

Fuerunt enim Templi Hieroſolytani Theſauri multis vicibus, diverſiſque tempo-

Libr. 2. in Glossa ad cap.122. temporibus direpti, ut scripsit Jacobus Jehuda, Leo hebręus in libello de templo Hierosolymitano, quem latinè vertit Joannes Saubertus an.1665., & in Glossa cap.181. numeratis multis Regibus, à quibus direpti illi fuere, addit. *Tempore verò Templi secundi direpti fuere Thesauri, illi primùm per Antiochum* (intellige Epiphanem) *impium, postea per Titum omnesque impios exercitus sui viros*. Quæ verba ut melius intelligantur, huc adducam, quæ Benedictus Ariamontanus in sacrorum Bibliorum apparatu, hoc est in ultimo tomo, ubi habet multa opuscula, inter quæ est liber de sacris Fabricis pag.17. dicit. *Post destructionem primi Templi à Salomone extructi, quod duravit annos decem supra quadringentos, secundum Templum, quod secundum appellatum est, ab Herode denuò constructum fuisse structura longè præstantiori, quàm primum, ut ab ipsis Scriptoribus hebræis affirmatur, quod secundum Templum quadrigentesimum, ac vigesimum annum ferè peregit*.

Itaque Antiochus ex calculo Tornielli in suis tabulis anno à Mundi exordio 3885. Hierosolymis Templum spoliat, qui dicitur lib.1. Mach. cap.1. *Accepisse altare aureum, & candelabrum, & mensam propositionis, quæ erat in Sancta*. Tito autem Vespasiani filio post Christi ortum anno circiter 71., Hierosolymam urbem Lib.7.c.10. expugnante, templum flammis exuritur, invito ipso Tito, ut Joseph Hebræus asserit, atque ex illo cum ceteris spoliis Candelabrum ablatum est, non quidem mosaycum, sed restitutum juxta mosaycas traditiones. *Hæc enim tria mirabilia habebat tunc temporis Templum* (ait Joseph lib.6. cap.6.) *Candelabrum, & mensam, & Thuribulum*; & cap.24. lib.7. describens Titi triumphum, hæc subdit. *Spolia verò alia quidem passim ferebantur. Eminebant ea, quæ apud Hierosolymam in templo reperta sunt, mensa aurea ponderis talenti magni, & Candelabrum similiter quidem auro factum, sed opere commutato ab usus nostri consuetudine &c. nam media quidem columna basi hærebat, tenues autem ab ea cannulæ producebantur formatæ ad similitudinem fuscinæ &c.*

Ex quibus verbis Josephi confirmatur sententia Villalpandi tribuentis Candelabro longum hastile supra basim erectum, ut diximus coniectura tamen accepta, nam dimensiones ipsius candelabri, & ramorum ejus, nimirum altitudo, & latitudo nequaquam descriptæ reperiuntur in sacra Scriptura. Sed ex auri pondere quod in ipso candelabro insumptum traditur, licuit Authoribus coniicere, quanam forma extiterit. Quandoquidem omnes ejus partes ex uno tantum auri talento confectæ perhibentur. Pendebat autem unum sanctuarii talentum minas centum, singula vero mina uncias triginta ex probatione Tornielli sub anno mundi 3043. num. 4. quo fit ut totum candelabrum, non plus tribus millibus auri unciis penderet. Idem asserit Joseph Hebræus de antiq. Judaic. lib. 3. c. 7. Jacob vero Jehuda, & Leo Hebręus cap.3. lib.3. sic candelabrum describit. *Factum fuit candelabrum totum aureum, pondere æquavit talentum auri, fuit autem solidum, & ex uno tantùm frusto. Altitudo ejus tres continuit cubitos duos latitudo. Superne in fastigio ejus sex rami divisi fuere exeuntes, ab utroque ejus latere, tres rami candelabri, ab altero ejus latere, & rursus tres ab altero. In ramis istis fixi fuere scyphi malogranata, & flores amygdalati hoc ordine. In medio stemmate extitere quatuor scyphi, & quinque malogranata, & tres flores, in singulis verò cæterorum sex ramorum, tres scyphi malogranatum, & flos. Quæ omnia ascendunt ad numerum duorum, & viginti scyphorum, undecim malogranatorum, & novem florum. In capite septem istorum ramorum Sacerdos, qui cinerem candelabri removebat, figebat sicuti opus esset septem lucernas, aut scutellas, quibus indebat ellychnia, & oleum, ut incenderent in templo. Verum funiculis sex lucernarum ab utroque latere existentium, versi erant ad mediam lucernam, mediæ autem lucernæ orificium versus Occidentem, quandoquidem illic esset situm Sanctum Sanctorum.* Hactenus supradictus Author.

Illud autem, in quo conveniunt omnes, est, fuisse compositum ex scyphis spherulis, & liliis, septemque lucernas ardentes, totidem ramis impositas habuisse. Dicebatur ideo septifidum, & sicut erat typus septem Planetarum apud Philonem, & Josephum, sic allegorice inquit Cornelius, septem ejus lucernę sunt omnes Doctores, qui tota nocte præsentis seculi lucent vita, & doctrina, juxta In Matthæi c.5.16. illud Matthæi 5. 15. *Vos estis lux Mundi*, ut Mundum errorum, uitiorumque tenebris obscuratum, luce doctrinæ vitæque Evangelicę illuminent, ita S. Hilarius apud

apud Cornelium innixus verbis Domini. *Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona &c.*

Eandem sententiam confirmat Torniellus ad an. 2544. num. 72. in fine ubi addit. „ Forte autem tali ratione (nempe calamis scyphis, sphærulis, & liliis) „ candelabrum, & non aliter fieri jussum est, ut sic aptius præfiguraret, quales „ postea esse deberent, qui in S. Dei Ecclesia cæteris, vel dignitate, vel evangeli- „ zandi munere prçfulgent. Etenim lilia symbolum sunt castitatis, & innocentię, „ spherulæ vero perfectionis, scyphi autem bene possunt aquam sapientiæ salu- „ taris ac vinum doctrinæ spiritualis significare, quemadmodum certum est septem „ lucernas fuisse typum septem donorum Spiritus Sancti, quæ in Sanctis Prç- „ sulibus, ac verbi Dei Prædicatoribus potissimum præfulgere debent, qui „ etiam tanquam in oculis omnium positi magis studere tenentur castitatem, & „ innocentiam, & super omnia charitatem, in auro illo purissimo, ex quo totum „ factum est candelabrum, præfigurata sectari; ut non solum per doctrinam cæte- „ ris propinatam lucere, sed & bonis vitæ exemplis cunctos ædificare valeant; hactenus Torniellus Congregationis S. Pauli Clericus Regularis.

Ex quibus omnibus clare constat, quam apte Summus, atque Optimus Pontifex Urbanus VII. candelabro Mosayco fuerit in numismate adducto significatus.

IV

NON . POTEST . ABSCONDI.

Affinitatem habet nummus iste, cum priori, ut inscripta verba docent, & Civitas in Monte posita, de qua dicens Christus. *Non potest Civitas abscondi supra Montem posita*, hoc est in sublimi perfectionis statu, ex- *Math. 5. 15.* pressit Ecclesiæ Prælatos; sicut enim Urbs in Monte sita latere nequit, sed omnium circa degentium oculos ferit, sic & Prælatus in omnium oculos incurrit, *Ibid.* ut Christi Evangelium (ait Cornelius à Lapide) moribus magis, quam sermonibus prædicet, multos ad Christum trahat, & ab omnibus laudetur.

Sic Urbani virtutes omnium oculis patuerunt, ut meritò cunctorum suffragiis Pontifex fuerit renunciatus. *Homo pacis immo Angelus pacis semper cognitus fuerat*, in oratione funebri, inquit Ugonius, *& ea animi magnitudine præditus, qua posset ubique terrarum strenue Pontificiam tueri auctoritatem.*

Fuerat ille Archiepiscopus Rossanensis à Julio Papa III. delectus, postea *Oldoin.201* ab eodem Pontifice Fani, à Paulo IV. Perusii, & Umbriæ gubernationi Præfectus à Pio IV. ut excitatas inter Spoletanos, & Interamnenses de confiniis altercationes pacaret, electus, ac mox ad Concilium Tridentinum missus, deinde in Hispaniam Sedis Apostolicæ Nuncius. A Pio V. in eodem Nuncii munere confirmatus, magno sui nominis tam Regis, quam Pontificis probatione septennium in Hispania mansit; quo tempore fœdus initum inter Pontificem Pium V. Philippum, & Venetos, quo Turcica classis expugnata, & capta fuit, multùm promovit. Post hæc Urbem repetens Venetiarum Nuncius à Gregorio XIII. factus, inde cum Bononiensi Gubernationi per annum præfuisset, Coloniam subinde venit, ut pax inter Belgas, & Philippum Regem Apostolicæ Sedi decora, & utilis iniretur, quo legationis munere perfunctus totius Ecclesiastici status, & S. Inquisitions Consultor, ac tandem anno 1583. inter Presbyteros Cardinales relatus, reliquo Gregorii XIII. Pontificatu Bononiæ legationem exercuit. Et Sixto V. Ecclesię Imperium tenente Ecclesiastici status, querimonias, & expostulationes jussu Pontificis audivit. Hujus ergo sapientia, & virtus omnibus cognita, ac toto rerum publicarum clare perspecta muneribus post Sixti V. obitũ summo Christianæ Religionis Magistratu, omnibus Electoribus dignissima visa fuit. Quamobrem Pompejus Ugonius illum celebrans in oratione funebri ait. *Quis adeo dubitat dicere, quod de S. Pontifice Cornelio gloriosus Martyr Cyprianus affirmat? non iste ad Episcopatum subito pervenit, sed per omnia Ecclesiastica officia promotus, & in divinis*

divinis admirationibus Dominum sæpe promeritus sacerdotii sublime fastigium cunctis religionis gradibus ascendit.



DEXTERA . DOMINI . FACIAT . VIRTVTEM.

EJus generis est pręsens numisma, quod diximus adulterinum cum Patino ex duabus matricibus formatum, quorum altera caput Pontificis Urbani *Cap. 10.* continebat, altera verò Pontificem Summum Vexillum militi tradentem cum epigraphe, DEXTERA DOMINI FACIAT VIRTVTEM, quę expressio Gregorio XIV. tribuenda erat. Extat tamen hoc numisma in præclaris, ac divitibus cimeliarchis, non quidem dolo inductum, sed fortuitò sicuti fortasse ex artificum incuria genuina pars cum adulterina copulata fuit.



OMNIBVS GRATVS.

INter Romanorum Pontificum symbola unum recenset Ægidius Sadeler, videlicet Terrę globum cum tiara Pontificia, Cruce, & pedo Episcopali *Pag. 37.* cum lemmate OMNIBVS GRATVS. Pontificem Urbanum insignia Pontificia indigitant. Globus vero terrestris, terrigenarum universitatem, cui gratum fuisse meritò affirmavit, qui symbolum hoc expressit. Quod autem unus vir probari se omnibus existimet, extremę dementię est ait Tipotius, at quod de Urbano VII. alius affirmaverit justissimum fuit. Illo enim morbo laborante (narrat Ciacconius) pro salute optimi sui Principis atque Pontificis pręcationes solemni pompa tanta pietatis, & amoris significatione Populum Romanum *Apud Ciac. col. 205.* instituisse, ut tota Civitas, non de unius hominis incolumitate, sed de Reipublicę universę conservatione suspensa, sollicita videretur. Addit Victorellus quòd templa nonnulla Urbis interdiu noctuque omnibus patentia fideles ad 40. horarum precationes, quę ad bonam valetudinem Urbano impetrandam habebantur, incitabant, ut die, qui Pontificis obitum præcessit mira frequentia ordine, & pietate Sodalitates, Regulares Ordines, Romanus Clerus Populus fere innumerus, Romanus Magistratus insigni supplicatione ad Principis Apostolorum Basilicam pro Pontificis salute supplices processerunt: comprobatum itaque fuit *omnibus gratum* Urbanum VII. extitisse.



NUmisma post mortem Urbani vulgatum à Sodalitate B. Virginis ab Angelo salutatæ, cujus imago in eo repræsentatur exculpta. Erexit hanc Sodalitatem in Templo Sanctæ Mariæ ad Minervam nuncupato sub nomine SS. Annunciatæ circa annum 1431. Joannes Turrecremata natione Hispanus ex illustri Dominicanorum Familia, postea Presbyteris Cardinalibus adscriptus. Illius interest quot annis in festo Annunciationis Virginis Puellas Romanas inopes certa pecunię quantitate nuptui tradere. In Sacrario ejusdem Ecclesiæ S. Marię ad Minervam hi versus appositi, ut ferunt, ab ipso Joanne Cardinali leguntur.

Ne male patrandis stupris, quod avara merendo
Forma puellaris, sæpe coegit inops
Annua pauperibus stips est, hic pensa viritim
Dosque maritandis condita Virginibus

Munus

Munus, & officium sancti celebrate Quirites
Cum vicena venit, Martia quinta dies
Terrestri ut censu, Cælestia Regna paretis
Pollicita & vobis centupla messis erit.

Hæc Societas, quæ ab ipso originem sumpsit, adeo aucta est juribus, & proventibus, ut cum superioribus temporibus quadraginta, aut ad summum sexaginta virgines nuptui traderentur, Eugenius IV. ducentis & pluribus virginibus pauperibus, quæ se viris matrimonio jungere volunt, dotem donat, atque etiam iis, quæ Deo sese desponsare desiderant. Subsecuta deinde est Urbani VII. Pontificis Max. largissima donatio, qui totum suum Patrimonium prædictæ Societati concessit; idcirco, quæ singulis puellis dari consuevit sexaginta nummorum dos, opulenta adeo, & pingui hæreditate adita, ad octuaginta excrevit. Patet id ex novo Archisodalitatis statuto cap.37. pag.55. Hanc hæreditatem ad triginta aureorum millia ascendisse refert Ciacconius, illisque (addit Victorellus) qui ut coniunctas sibi sanguine hæredes faceret, suadere conabantur, respondit. *Nunc dies salutis*. *Oldoinus in Eugenio.* *Col.205.*

Quamobrem Sodalitas eadem præter numisma propositum grati animi ergo inscriptionem hujusmodi apposuit ejus sepulchro in Vaticano.

HOC PLVMBEO LOCVLO CONDITVM EST
VENERABILE CORPVS
D. VRBANI PAPAE SEPTIMI ROMANI
EX FAMILIA CASTANEA PONT. MAX.
QVI SEDIT IN PONTIFICATV
DIES DVODECIM MIGRAVIT AD DOMINVM
XXVII. SEPT. FERIA V. HORA XII. ANN. MDXC.
NON SINE MAXIMO VRBIS DOLORE
ANTE SVAE CORONATIONIS INSIGNIA.
VIXIT ANNOS LXVIII. MENS. I. DIES XXII.
HIC IN PACE DEPOSITVS EST.
SODALITAS DEIPARAE VIRGINIS ANNVNCIATAE
SVPRA MINERVAM EX TESTAMENTO HÆRES
OPTIMO BENEFACTORI POSVIT
ET E VETERI IN NOVAM BASILICAM
TRANSFERRI CVRAVIT
ANNO MDCVI DIE XXII. SEPTEMBRIS
PAVLI V. PONTIFICATVS SECVNDO

Ferdinandus tamen Ughellius tomo 9. Italiæ Sacræ in serie Rossanensium Archiepiscoporum scripsit, tanti Pontificis Corpus ad Sacellum Divæ Annunciatę ad Minervam translatum jacere in nobili tumulo, statua marmorea, & sequenti Elogio exornatum ab eadem Sodalitate Sanctissimæ Annunciatæ. Illud exhibitum reperies à P.Augustino Oldoino in addit. ad Ciacconium tom.4. pag.212. Elogium autem est.

D. O. M.
VRBANO VII.
CHRISTIANÆ REIPVBLICÆ BONO NATO
CVI QVICQVID IN EGREGIVM HOMINEM LAVDIS DICI POTEST
FVIT BENEFICIO NATVRÆ COLLOCATVM
AD SVMMI PONTIFICATVS APICEM EO TARDIVS EVECTO
QVO CELERIVS INVIDA MORTE PRÆREPTO
INCONSOLABILI VRBIS, ET ORBIS MOERORE ÆTAT. ANN. LXX. PONT. DIE XII.
ARCHICONFRATERNITAS SANCTISSIMÆ ANNVNCIATÆ
OB AMPLIFICATOS SINE EXEMPLO REDDITVS
IN PAVPERVM VIRGINVM DOTES EROGANDOS
HÆRES EX ASSE PROTECTORI MVNIFICENTISSIMO
MVNVS SINGVLARI RELIGIONE DEBITVM
DEDICAVIT.

Hæc

Hæc ſunt quæ ad hiſtoriam pertinentia nobis numiſma propoſuit. Remanet aliquid obſervatione dignum, circa exculptam in eodem imaginem. Et primò notandum in hiſtoria Annunciationis ſæpe appingi lilium, non quòd illo anni tempore lilia haberentur, aut quòd Beata Virgo apud ſe lilium habuerit, aut acu pictum, aut cera confectum; ſed ad ſignificandam puritatem Deiparæ, quæ fuit velut lilium inter ſpinas. Apud Belgas lilium iſtud uſitatius in poculo depingitur collocatum, apud Italos frequentius ſceptri loco Gabriel Angelus manu geſtat. De hoc autem Archangelo D. Chriſoſtomus monet volitantem illum exprimi, non quòd Deus pennatos Angelos condiderit, ſed ut eum è ſupremo domicilio, & cæleſti Collegio ad terram, & genus humanum deveniſſe intelligas.

Hom. 3. de incom. Dei natura.

Eſt & aliud in pictura Annunciationis diligentius excutiendum, quod ad hæreſim vergere videatur. Difficultas hæc eſt. Pingitur aliquando quibuſdam in locis in hiſt. Annunciationis corpuſculum quoddam humanum inter radios, quos Spiritus Sanctus diffundit, quo ſignificatur Jeſum mitti in uterum Virginis, quaſi non eſſet de ſubſtantia Virginis Corpus ejus aſſumptum, ut ſentiunt Anabatiſtæ, vel quòd anima Chriſti fuerit prius in Cælo beata, deinde à Patre miſſa in uterum Virginis, qui error fuit Origenis, cum anima Chriſti fuerit quidem à Deo in initio conceptionis infuſa, non autem à Cęlo delapſa.

❦ VIII ❦

POPVLI QVIES ET SECVRITAS.

Vir depoſita caſſide æquam bilancem dextera tenens haſtæ innixus quietem populi ſignificat, & Principatus ſecuritatem; ubi enim armis depoſitis Juſtitia regnat, quiete Cives fruuntur. Illam ſub juſtiſſimo Principe ſibi ſpondebant Romani, ſuamque ſpem in vulgato numiſmate declaravere.

Quòd autem haſta Regni ſecuritas exprimatur, non uno antiquorum monumento conſtat. Videtur in nummo Opelii Macrini ab Auguſtino relato Jovis figura cum fulmine, & haſta in terram fixa, videtur in nummis aureis Tiberii, & Septimii Albini expoſitis à P. Pedruſio Societatis Jeſu num. 4. pag. 49. docente, apud Antiquos haſtam non ſolum militum virtutem, ac robur ſignificaſſe. Qua de cauſa poſt relatas victorias illis haſtæ donabantur, ut ex Sigonio; ſed imperii, ac Summi Pontificatus firmitatem.


Tab. 55. num. 4.

Aliud numiſma vidi in pretioſo Cimelio Eminentiſs. Cardinalis Petri Otthoboni S. R. E. Vice-Cancellarii, in quo Urbani VII. effigies, & in parte averſa duæ mulieres ſeſe invicem reſpicientes cum inſcriptione IVSTITIA ET CLEMENTIA COMPLEXAE SVNT. Sed cum binæ ejus facies ſibi invicem ad amuſſim non reſpondeant ſpurium illud judicavi, ac prſertim quia inter numiſmata plurimorum Pontificum numeratur. Idcirco illud omittendum putavi.



GRE-


I
GREGORIVS · XIIII · PONT · MAX
II
GREGORIVS · XIIII · PON · M
III
A TEMPORALI · AD · ÆTERNVM ·
ROMA
IV
DIEBVS · FAMIS · SATVRABVNTVR
V
DEXTERA · DOMINI · FACIAT · VIRTVTEM
1591
VI
IN · GRAM · PHILIPPINARVM ·
ROMÆ · AN · 159
VII
IVPITER
PIVE · MEI
VIII
SPONSVM · MEVM · DECORAVIT · CORONA
1590



GREGORII XIV. NUMISMATA.



I

GREGORIVS XIV. PONTIFEX MAXIMVS.



IMAGO exhibetur Nicolai Sfondrati, qui anno ætatis suæ 21. Senator Mediolanensis à Philippo II. Hisp. Rege creatus, à Pio IV. electus Episcopus Cremonensis anno 1560, & anno 1583. in amplissimum S.R.E. Cardinalium Collegium cooptatus, tandem ad summam Opt. Max. Pontificiam dignitatem publicis (quod raro accidit) omnium Patrum votis electus, assumptusque Gregorius XIV. dictus est anno 1590. octava die Decembris in festo Conceptionis B. Mariæ fuit Coronatus apud S. Petrum ab Em. Card. ab Austria. Die 13. Decembris in die festo S. Luciæ à Palatio Apostolico ad Lateranensem possidendam Ecclesiam equitavit. A Senatu Romano eum triumphali arcu, & nobilibus quibusque partim equitibus, partim peditibus eum præcedentibus receptum populi acclamationibus, & insolito plausu salutatum refert Ciacconius. Obiit tandem anno sequenti feria tertia die 15. Octobris.

Paulus Alaleona in Diar.

Col.214.



II

GREGORIVS XIV. PONT. MAX.

INsignia gentilitia Familiæ Sfondratæ intueris, in quibus Cyaneæ duæ stellulæ, seu radiorum circa Cyaneum baltheum utrimque pinnullatum in area scuti argenteola, Laurus insuper viridis exprimitur in campo argenteo; si originem inquiras audi Salvatorem Vitalem Ord.Min. Regul., qui in Theatro triumphali Mediolanensis urbis magnalium analisticaproportione digesto, sic habet tit.60.

Petra Sancta in tess. Gentil.464

Sfrondatorum genus antiquum nobile perillustre notissimum claret vbique,
„ Germaniam quippe ortu conspicuo, sobole generosa, Cremonam equestri or-
„ dine, & Senatoria dignitate Mediolanum bellicorum Consiliorum prudentia,
„ & rebus præclarè, & insigniter gestis Belgium, sacra Purpura, & Pontificia
„ dignitate Romam, Hispanias, Galliam innumerarum Legationum muneribus,
„ Orbemque propemodum claritatis suæ illustravit. Arbor, satis superque re ve-
„ ra nobilis fronde flore, & germine, ortum à Germania duxit, Conradus Archi-
„ genes fuit, primusque Sfrondatus agnomine insignitus hic est; fracto enim in
„ pugna ense, ulmum vicinam arripuit, illoque stipesculo frondibus exuto per-
„ versos hostes coegit in fugam, unde tum factum est reportata victoria à trunco sfrondato, sfrondatus evaserit, laurumque pro insigni gestare cœpit; ut refert Raphael Fagnanus Doctor I.C. Coll. Henricus III. cum in Italiam Procerum magna comitante Caterva venisset, inter illos duxit etiam Petrum Sfrondatum, qui primus Cremonæ pedem fixit an.1081.

Henricus Farnesius de simulachro Reipublicæ lib.11. differens de Sfrondatorum insigni quærit. Quo spectet ille candore fulgens lauri alveolus? & dicit *esse temperantiæ colorem, sicut Laurus habet imperatoriæ virtutis, & gloriæ adumbrationem.*

III

A TEMPORALI AD AETERNVM.

NUmisma argenteum æquè eleganter exculptum, ac rarum, in quo Pontifici ante Deiparam genuflexo infans Jesus Pontificiam coronam imponit, adstante Cardinali Diacono, ad quem spectat Pontificem coronare, ut alibi observatum est, atq; aliam coronam supra nubes positam indigitante, adjectis in giro numismatis his verbis A TEMPORALI AD AETERNVM. Quibus suggerit, summum Pontificem hominum conditionem non mutare ob Pontificiam dignitatem, sed è terreno ad Cæleste Regnum brevi transiturum. Hęc omnia in sua assumptione optimè meditatus est Pontifex Gregorius die Conceptioni B. Virginis Sacra electus, ab ejus Filio divino Redemptore dignitatem sibi collatam fassus est assumpto signo cum verbis Psalmi 117.16. *Dextera Domini exaltavit me.* Ob idque Pontifex creatus cum aurata in sella Pontificio ornatu collucens humeris hominum deferretur, exultantesque gestientis populi acclamationes personarent. *Salve Gregori incolumen, te nobis Deus servet, diutissimè vivas, felicissimè vivas Gregori.* Ipse vultus colorem variavit, lachrymas fudit, cæloque defixit oculos. Hæc narrat Victorellus; Quid his ille indicaret, explicavit Blasius Garzia ex coniectura. *Liceat mihi conucere ab eo usurpatam fuisse hujus numismatis inscriptionem.*

Col. 216.

IV

DIEBVS FAMIS SATVRABVNTVR.

CIrca mulierem, Annonæ typum exprimentem, verba habes exculpta Regii vatis, Dei providentiam vaticinantis, meritò à Populo Romano usurpata in numismate in laudem Gregorii Pontificis percusso.

Col. 215. Ex relatione enim Ciacconii cum post Sixti V., ac mox post Urbani VII. obitum magna frumenti copia ex urbe fuisset evecta, & Civitas annonæ caritate laborare cœpisset; deinde frugum inopia succederet tanta brevi tempore multis Italię oppidis, & in ipsa Urbe fames orta est, ut esurie homines enecti reperirentur herbis ori ingestis, quibus more pecudum vesci, fame dominante, cogebantur. Pontifex huic cladi, qua nil populo gravius, aut miserius est, opem laturus, supra centum mille nummos aureos dari jusserat, quibus annonæ consuleretur, & privatas, publicasque eleemosynas benigna liberalitate distribuit. Edixit etiam graviter, & severè ut frumentum quisque proderet, ac omnibus in locis diligenter exquireretur. Quadragesimæ tempore pauperibus, qui pane egebant, carnis usum permisit, adeo enim fames processerat, ut ex milio, hordeo, fabisque tritico mixtis, panis viritim distribueretur, At si destinatam aliundè Cladem amovere repente non poterat, eam tamen quoad potuit Fideli egregiaque opera depulit. Huic liberalitati id possumus adnectere, quòd cum primum Pontifex creatus fuit, pauperibus aliquot Cardinalibus mille aureos nummos singulis præbuit, & non parvum argenti pondus piis etiam locis dari præcepit.

Ut tantæ Pontificiæ liberalitatis extaret monimentum, in triumphali arcu quo in Capitolio exceptus fuit Gregorius, sex ejusdem virtutes expressæ fuerunt præcipuæ, inter quas numerabatur Charitas, & Liberalitas, & Sollicitudo. Charitati erat addita inscriptio ex cap.11. Proverbiorum, *Benefacit animæ suæ vir misericors.* Liberalitati autem ex cap.28. Proverb. *Qui odit avaritiam, longi fient dies*

Victorellus col.216.

ejus

ejus. Sollicitudini ex cap. 6. Proverb. *Veniet ut fons messis tua, & egestas longè fugiet à te*. In altera ex gemina facie fornicis triumphalis Palatium Capitolii respiciente hæc caracteribus expressa.

GREGORIVS XIV. PONT. MAX.
OB EGREGIA, ET FOELICIA PONTIFICATVS AVSPICIA
PRISTINA MVNERA, ET BENEFICIA CAPITOLIO RESTITVTA,
CIVITATEM EGESTATE, ATQVE ANNONA LABORANTEM
LIBERALITATE SVBLEVATAM INSIGNIBVS EIVS VIRTVTIBVS.
S. P. Q. R.



DEXTERA DOMINI FACIAT VIRTVTEM.

1591.

NUmisma quod Luckius votivum appellat cusum post quam Gregorius suum ex Fratre nepotem contra Regem Galliæ cum Copiis miserat. Illum dicit Luckius Franciscum Sfrondatum, Herculem cæteri authores. Cum igitur nova Henrico IV. Galliæ, & Navarræ Regi auxilia ex Anglia pariter, atq; Gallia submitterentur non deferendum Maynium, cæterosque S. Fœderis asseclas censuit Gregorius XIV., ac primò Italorum, Helvetiorumque sex millia, Cataphractos equites mille quingentos in Galliam misit, summum iis Ducem præficiens Comitem Sfondratum suum Nepotem. additis ei Conciliariis Marchione Corniæ, Virginio Ursino, & Octavio Cæsio. Deinde verò Nepotem ablegat bullis instructum, quibus Principes, & alios hortatur, ne Navarræ Regi tunc hæretico, deinceps adhæreant, vel quoquo modo foveant. Cernis ut in nummo nepoti suo Vexillum Ecclesiæ tradit, deque re bene gerenda admonitum cum benedictione à se dimittit. Rem enarrat Paulus Aleleona in suis Diarijs his verbis. Pag 329.

„ Die Dominica 12. Maii 1591. Pontifex de mane ivit ad Ecclesiam S. Mariæ Majoris, ubi dixit Missam præsentibus 38. Cardinalibus, & dedit Baculum generalatus, & duo Vexilla, videlicet unum S.R. Ecclesiæ, alterum Papæ Excellentiss. D. Comiti Herculi Sfondrato ejus nepoti Generali S.R.E. Galliam versus ituro contra Regem Navarræ, in favorem Ligæ, quem in Missa de Corpore Christi communicavit indutum habitu Militiæ S. Jacobi de Spata, sine ense (narrat hic diffusè ceremonias adhibitas in benedictione talium Vexillorum, deindè subjungit) Præstito juramento Pontifex accipiens Baculum Generalatus tradidit illum Excellentissimo Comiti dicens, Accipe baculum potestatis, auctoritatis, & coronationis, quo uteris contra inimicos D.N. Jesu Christi, deinde accipiens vexillum primum, in quo erat depicta Sanctissimi Crucifixi imago cum imaginibus hinc inde Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli, & sub imagine Crucifixi insigne S.R.E. cum inscriptione.

HÆC EST VICTORIA, QVÆ VICIT MVNDVM FIDES NOSTRA.

„ Et tradidit eidem Excell. Duci, qui illud dedit Illustrissimo D. Paulo Sfortiæ Locumtenenti Generali S.R.E. armato. Postea Pontifex accipiens aliud vexillum cum imagine Sanctiss. D.N. Gregorii Papæ XIV. cum inscriptione.

DEXTERA DOMINI EXALTAVIT ME.

„ Tradidit eidem Excellentissimo Duci, qui illud dedit Illustriss. D. Petro Gaetano armato Generali equitum, & dum Pontifex vexilla Excell. D. Duci tradebat, ex libro legebat infrascripta, videlicet, *Accipe Vexilla cælesti benedictione sanctificata, sintque inimicis Christiani nominis, & S. R. E. terribilia, & det tibi Deus gratiam, ut ad ipsius nomen, & honorem cum illis hostes vincas potenter penetres incolumis, & securus*. Dictus verò Dux discesso Pontifice fuit associatus usque ad Palatium suæ habitationis, cum solemni equitatione, (quam idem

„ Alaleona describit) deinde eodem die circa horam 18.in habitu itineris discessit „ Roma, & fuit associatus ab aliquibus Baronibus, & Domicellis Romanis extra „ Portam de Populo, & abiit cum aliquibus militibus. In hoc bello contra hæreticos prter quadraginta millia, quæ suo ex ære impenderat, quinquies centum millia aureorum insumpsisse Gregorium, affirmat Ciacconius.

Col.714.

Quandoquidem signum, seu vexillum militare exhibet numisma à Pontifice datum aliqua circa illud indicanda hic sunt.

Signorum, Vexillorumque Militarium prisco Romanorum usu sub Imperatoribus Republica oppressa quatuor fuisse genera secundo fastorum libro doctè collegit Onuphrius Panvinius. *Manipulorum, & equitum vexilla dicebantur, Cohortium signa, Legionum Aquila, totius verò exercitus, sive Imperatoris Labarum.*

Hoc Labarum erat signum bellicum purpureum appensum hast præferri solitum ante Imperatorem, quod asservabatur in Tabernaculo ipsius, quia ei soli Jus, & arbitrium erat proponendi, quod esset insigne cum ad arma concurri oporteret, ut ait C. Cæsar lib.2. de bello Galli, præcedebatque alia signa, ut apparet in lib.27. Ammian. Marcellin. Hoc signum transtulit in expressam Crucis Christi formam Magnus Constantinus, in eo non imaginem suam, ut olim ad id usque tempus consueverant Imperatores, sed Crucis, cum in somnis audivit, *In hoc signo vinces.*

Formam requiris Christiani Labari, audiatur Cæsar Eusebius lib.1. de vita Constantini cap.25. Qui se vidisse illud testatur, quod Constantinus efformavit. Sic ait: „ Hastile erat oblongum, & erectum, auro undique obductum cornu „ habens transversum ad formam Crucis supra in fastigio ipsius operis Corona „ affixa lapidibus pretiosis, & auro polito circumtexta, in ea Salutaris Christi „ appellationis nota inscripta, duobus tantum expressa elementis idest duabus „ primis litteris, nominis Christi erat enim littera P, in ipso medio litteræ X „ curiosè, & subtiliter inserta, quæ totum Christi nomen perspicuè significabant, „ quas quidem litteras deinceps semper Imperator in Galea gestare consuevit. „ Ad cornu illius particul, qu ex transverso trajecta erat per hastile velamen „ quoddam pertenue appensum adhærebat regali videlicet, & magnifica textura, „ mirabili varietate lapidum pretiosorum artificiosè conjunctorum, lucisque suæ „ claritate pulchrè resplendescentium depicta, & multo auro intexta, quæ dici „ non potest, quantam spectatoribus ob suam pulchritudinem excitaret admira- „ tionem. Istud velamen ad cornu affixum longitudinis, latitudinisque Crucis „ mensuram penitùs exæquavit. Julianus deinde apostata restituit priscam La- „ bari formam, Christi nomine, & Cruce adempta, Jovis reponens imaginem, „ atque aliorum Demonum, & suam.

Refertur & alibi Labari forma à Baronio tom. Annal. sub an. 312. & tom. 4. sub an. 364. & 378. quod puram habet in velo Crucem à Valente Imperatore restitutam cum labefactatum invenisset à Juliano Apostata Labarum.

Cur autem vocetur Labarum vide cap. 1. lib. 19. Llii Bisciolæ horarum subsecivarum. De Vexillis, etiam vide Polymathiam Josephi Laurentii lib. 3. sinopsim. 18. de Aquila militari. Milites quinquanginta Labaro in præliis ferendo antiquitus constitutos esse ex protectoribus, & domesticis narrat Julius Cæsar Bulengerus, qui dicti fuerunt laborum preposili. Ii erant clarissimi, ita ut ex consularibus haberentur, inde Labarum, seu Laborum solutio dictum, ut Nazianzenus in primo steliteut., & Sozomenus lib. 2 cap. 4.

De Imper. Rom. lib.5. cap.5.



IN

VI

IN GRATIAM PHILIPPINARVM ROMAE ANNO 1591.

INnter fere innumeras Insulas, quę Indicum Mare occupant, sunt Sinarum Regno approximantes Philippinę, quas Baruffias, sive Maniolas Ptolemei interpetrantur. Harum maxima Lutzon, in qua Hispani Urbem condiderunt Maniliam, secunda est Mindana, tertia Calamianes, dein reliquæ minores inter has dissipatę. Feruntur hæ aliæ esse numero decem, ait Ptolemeus tab. 11. sed ex Historia earum, quam exactissime scripsit P. Franciscus Colinius, accepimus eas quadragenarium numerum excedere, sub Zona torrida omnes positas quam linea Æquinoctialis, & Cancri Tropicus compræhendit; hæ Insulę anno 1521. ab Hernardo de Magallanes detectæ anno 1542. sub Philippo Hispaniarum Rege fuerunt occupatę ab Aloysio Lopez de Villalobos, cujus opera prima fidei Christianæ semina sparserunt viri ex Augustiniana Familia Religiosis, quorum antesignanus erat P. Alphonsus de Alvarado, quibus anno 1577. labores suos addidere Patres Franciscani, qui Minores de Observantia dicuntur. Cum autem Manilę degeret primus harum Insularum Episcopus D. Dominicus de Salazar, qui ex Dominicana olim Familia nostram Soietatem singulari quadam benevolentiæ significatione complexus erat, cum nostris egit, ut in remotissimas illas Insulas à nostris fieret missio, quod sane à nostris viro tam Pio, & Societatis nostræ amantissimo nullo negotio concessum est. Itaque illuc duo cum litteris, tum pietate insignes Societatis Patres anno 1580. missi sunt à R. P. Everardo Mercuriano tunc Societatis Præposito Generali, hoc est Alphonsus Sanchez, & Antonius Sedegnus, qui ex Mexicana Provincia anno 1581. Manilam tenuere. Semen sane minimum minimæ Societatis nostrę brevi ea suscepit incrementa, ut in amplissimam segetem excreverit. Post multos ab ipsis exantlatos labores P. Alphonsus Sanchez omnium tum Religiosorum, tum Sęcularium votis electus fuit, ut in Hispaniam, deinde Romam proficisceretur, atque apud Regem Catholicum Summumque Pontificem earum Insularum bono cousuleret, variosque supplices libellos utique publico nomine porrigeret. Provinciam hanc licet vario discrimini obnoxiam non respuit indefessus Christi operarius Alphonsus, solvens proinde vela die 28. Junii an. 1586. Hispanicum littus tenuit anno subsequenti 1587. atque post multa negocia Regi Catholico delata Romam proficiscitur anno 1589. ubi paterno amore Sixtus V. ad pedum oscula illum admittit.

Philip. Clo-ver. intro-duct. Geog. lib. 5. c. 11.

Libr. 1. c. 1.

Colinius lib. 1. cap. 21. & 22.

Sixto autem è vivis erepto varia diplomata earum Insularum utilitati emanata eidem concesserunt Urbanus VII. Gregorius XIV. ac Innocentius IX. interque illud numerabatur, quod præsens numisma commemorat & in sua Historia lib. 2. c. 20. recenset P. Franciscus Colinius anno 1591. publicatum à Cardinali Paulo Sfrondato ejusdem Ponificis nepote. Facultatem in eo tribuit Pontifex, ut Pater Sanchez sacra numismata erogare possit, in quibus exculptę sint sacrę Imagines Christi Redemptoris ac Beatissimę Virginis aut Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli, atque cum iis varias ex Cælesti Thesauro indulgentias impartiri, quæ in eodem diplomate recensentur. Eorum numismatum numerum decem millium primùm præscripsit, deinde ad majorem benignissimus Pontifex extendit, ut novos Christifideles cælestis bono ditaret. Sunt enim indulgentiæ ex definitione Cardinalis Bellarmini, *Absolutiones judiciariæ pœnæ Deo debitæ annexam habentes solutionem ex Thesauro Ecclesiæ*. Quamuis oblaterare audeant, qui adversus indulgentias ac Pontificiam potestatem linguam, & calamum acuerunt, primus hostis, ac impugnator Hæreticus indulgentiarum Montanus fuit deinde fuerunt Vualdenses à Valdesio cive Lugdunensi ita appellati, unde & pauperes de Lugduno dicti circa annum 1570. quando jam undecim Sæculis carun-

Lib. 1. de indulgen. c. 5.

earundem usus in Ecclesia obseruatus fuerat. Dicebant autem indulgentias nihil valere. Valdenses sequutus Joannes Wicleff asserebat fatuum esse credere indulgentiis Pontificum. Damnatus hic error fuit in Concil. Costantiensi sess. 8. hunc sequuti sunt Hussitæ. Lutherus, qui ab impuro hoc erroris fonte, indulgentiarum videlicet repræhensione, sectæ suæ originem, & probationem produxit, ut constat ex initio libri de captivitate Babilonica; sed omnium copiosissime eas impugnavit Joannes Calvinus lib: 3. Institut. cap. 5. & Martinus Kemnitius 4. part. Exam. Concil. Triden: quorum tamen omnium jacula erudite retundit Robertus Card. Bellarminus lib. 1. de indulgen. cap. 1. Quis autem nisi temerarius sit, aut ignorans audeat negare post tempora Apostolorum usque ad nostram ætatem hac facultate Petro ejusque Successoribus à Christo concessa, Romanos Pontifices, semper usos fuisse; quamobrem Clemens VI. Pontifex Dominicæ Passionis meritum exponens, affirmat hujus Thesauri fidelem dispensationem esse S. Petri clavibus creditam, & commissam à Domino Deo. Et S. Gregorius Magnus ut habetur lib. 7. Epist. 26. ad Recaredum Visigotorum Regem misit paruulam clavem, quę D. Petri Apostoli Corpus tetigerat, & habebat parum ferri de catenis ejusdem; *Ut quod collum* (inquit Pontifex) *ad Martyrum ligaverit vestrum ab omnibus peccatis solvat*, quæ verba non videntur aliter posse intelligi (ajunt Doctores Scholastici) quam de plenaria indulgentia, quam simul cum clave illa benedicta misit Gregorius. Eadem de causa solent Pontifices sacras Imagines in numismatibus exculptas cum indulgentiis elargiri.

Jo: à Turrecremata lib. 4. summæ par. 2. cap. 33.

Matth. cap. 10.

Litt. ad Episc. Tarracoven. Provinciæ.

Quòd autem Christi, ac divorum Imagines Christifidelibus expressæ tradantur, duplicem ob causam hoc fieri asserit Fridericus Archiepiscopus Trajectensis de sacrarum Imaginum usu. Altera est, ut quędam sint ad virtutem, ac pietatem incitamenta, & eorum sectanda vestigia; movent enim obiecta potentiam: Altera verò causa est, quòd ob imperitiam assequi nequeunt lectione librorum, id pictura magis discant, & cognoscant Idiotæ, quare & apud Græcos pictura vocatur viva scriptura, quę velut stimulo quodam spectantes invitat ad ęmulationem virtutis.

Cap. 9.

Cęterum Imaginum usus in Ecclesia ut plane vetustissimus est, ita ab ipso quoque Christo velut fonte, & Authore promanasse videtur, eidem laudato Archiepiscopo, qui cap. 7. asserit absque dubio Deiparam Virginem crebrius depictam fuisse pro eorum affectu, qui tanto erga eam desiderio flagrabant ejusque videndæ supra modum cupidi erant. *Magnum quippe solatium hominibus fuit* (ait ille) *videre Matrem in terra, cujus Filius dominabatur in cælo*, ut liquet ex epistola S. Ignatii antiquissimi martyris, & Antiocheni Episcopi scribentis ad S. Joannem Apostolum, & Evangelistam his verbis, *si licitum mihi est apud te ad Hyerosolimæ partes volo descendere, & videre Sanctos, qui ibi sunt præcipue Mariam Jesu, quam dicunt universis admirandam, cunctis desiderabilem, quem enim non delectet eam videre, & alloqui, quæ verum Deum peperit, si sit nostræ Fidei, & Religionis amicus?*

Hujusmodi verò Imagines non nisi benedictas solent Summi Pontifices elargiri; Gulielmus Durandi Mimatensis Episcopus, qui & speculator antomastice dictus est, quique doctissimus illius sæculi in Pontificio jure quasi singulare sydus effulsit, atque de Imaginibus adeo pie sensit, ut ipse constitutiones aliquot in Concilio Lugdunensi jussu Gregorii Decimi promulgari curaverit. Hic Pontificum cęterorumq; Episcoporum ritus perpulchro ordine disttinxit illo libro, quem *Pontificalem* inscripsit, in quo & de benedicendis tum Imaginibus, tum Cruce juxta ea, quæ traditione Ecclesiastica, ad sua tempora derivarant, aperto stylo formulas in scriptis redegerat. Vixit sęculo decimo tertio post an. 1200. si plura desideras, vide Simeonem Majolum contra Ichnomachos centur. 13. cap. 21.

VII

IVPITER PLVE MEL.

IN sua Hierographia Romanorum Pontificum Jacobus Tipotius numisma exhibet, quo arbor gentilitia Gregorii, sub roscida nube, adiecto lemmate IVPITER PLVE MEL. Quibus verbis Gregorium intelligamus, peroptare se manna cælesti perlui in arbore gentilitio, non quidem ob privatam utilitatem, sed publicam populorum, quos alere debere suis fructibus sibi pro certo suadebat. Quod à Jove hoc petat nulli Ethnicæ religionis vitio tribuas, sed veritatem sub poetica larva recognosce; sicuti Religio olim fuit figura Jovis exhibere Deum, sic sub Jovis nomine verum Deum intellige invocatum, qui docente D. Paulo *Dat omnibus vitam, & inspirationem, & omnia in ipso enim vivimus, movemur, & sumus*. His adiutum in publicum bonum se crescere posse jure credidit Gregorius: nisi velis dicere sub multiplici arbore Ecclesiam totam illum agnovisse, pro qua publica vota Deo nuncupavit.

Pag. 36. num. 33.

Act. Apost. 17. 1[illegible]

Cap. 61.

VIII

SPONSVM MEVM DECORAVI CORONA.

VIdimus hoc numisma in Urbano VII. illudque sub eodem vulgatum non fuisse diximus cum è vivis fuerit ablatus, antequam ad Vaticanam Basilicam Pontificali solio invehi potuerit. Mutata propterea imagine cusum fuit postquam Gregorius apud Sanctum Petrum die octava Decembris coronatus fuit, ut diximus ab Eminentissimo Cardinali Diacono ab Austria dicto.

Religionem sub typo mulieris expressam cernimus Crucem manu sustentantem, quæ Christianæ salutis præcipuum instrumentum fuit. Sedentem meritò expresserunt, ut ejus stabilitatem intelligamus; fundata enim est supra lapidem angularem, & supra firmam petram, ut sacræ paginæ docent. Pectus nudatum exhibet, ut animi sui candorem indicet. Decet enim hoc candoris amicum respondit ille inquirenti, cur nudum pectus? apud Ripam in Iconologia pag. 523. Vestem dum vides, albam pingi debere intelligas, juxta ritum Ægyptiorum exprimentium Religionem sub candido amictu, quem morum puritatem unicè decere affirmabant, ob idque Sacerdotibus linea tantum veste uti fas erat, cui albedo facilè inducitur.

Sponsum meum decoravi corona, ait illa verbis inhærens Isaiæ Prophetæ. *Dedit me quasi Sponsum decoratum corona*. Non *decoravit*, ut P. Molinetus scripsit. *Pag. 121. num. 1.* Romanus enim Pontifex, quemadmodum Caput Ecclesiæ universalis est, ita & Sponsus illius dici potest. Namque Prælati sunt Sponsi Ecclesiarum suarum, ut in *C. Sicut alterius uxor*, ubi dicit B. Calistus Papa. *Sponsus uxorque Episcopi dicitur ejus Ecclesia, undè in ejus signum Episcopus portat annulum, sicut enim in electione alterius Prælati fit matrimonium inter unam Ecclesiam particularem, & Episcopum, ita* (docente Turrecremata) *in electione Summi Pontificis per Cardinales vice totius Ecclesiæ fit matrimonium spirituale inter Papam, & universam Ecclesiam*, sicut apertè colligitur in *Cod. Ecclesiæ meæ* dist. 97. hinc Extrau. de immunit. Eccl. in cap. *Quoniam* lib. 7. dicit Papa. *Nos justitiam nostram, & Ecclesiæ Sponsæ nostræ nolentes negligere &c.* Quod autem Christus communicet aliis, etiam nomen Sponsi habet expresè Glossa Isaiæ 61. super illud. *Dedit me quasi Sponsum*, quæ ita ait. *Christus Ecclesiæ Sponsus, sed tamen perfectus in Ecclesia Sponsus, eodem nomine dignatur. Nulli ergo debet in dubium verti, quin Episcopus Sponsus dici posset Ecclesiæ, & per consequens Papa Sponsus universalis Ecclesiæ, cui præest tamquam Rector, & Pastor*; Et Sanctus Thomas contra impugnantes Religionem dicit. *Sponsus Ecclesiæ*

Pag. 121. num. 1.

Lib. 2. c. 27

siæ propriè loquendo Christus est, de quo dicitur Jan. 3. *Qui habet Sponsam Sponsus est. Ipse enim de Ecclesia nomini suo filios generat. Alii autem dicuntur Sponsi, sicut Ministri Sponsi exterius cooperantes ad generationem spiritualium filiorum, quos quidem non sibi, sed Christo generant. Qui quidem Ministri in tantum Sponsi dicuntur, in quantum vicem veri Sponsi obtinent; & ideò Papa, qui obtinet vicem veri Sponsi in tota Ecclesia, universalis Ecclesiæ Sponsus dicitur.* Hæc Sanctus Thomas; atque de Gregorii XIV. numismatibus dicta sint satis.



INNO-


I
II
III
IIII
INNOCENT. IX. PONT. MAX.
AN. I.
INNOCENTIO IX. PONT. MAX.
IVSTITIA ET PAX
OSCVLATÆ SVNT
RECTIS CORDE
1591
V
VI
VII
VIII
IN VERBO TVO LAXABO RETE
TV DOMINVS ET MAGISTER
S. PETRVS APOST.
S. PAVLVS APOST.
IX
X
S. PHILIPPE ORA PRO NOBIS
ROMA RESVRGENS
1591


DONEC EXVRGAT PONTIFEX

INNOCENTII IX. NUMISMATA.

✠ I ✠

INNOCENTIVS IX. PONTIFEX MAXIMVS ANNO I.



MAGO Innocentii IX. qui priùs Joannes Antonius Facchinettus vocatus est, Italus Bononiensis anno Christi 1519. natus, à Gregorio XIII. Cardinalibus adnumeratus, & post Gregorii XIV. obitum à Cardinalibus septem supra quinquaginta Pontifex Maximus electus anno 1591. Egregias ejus virtutes percurre apud Ciacconium, & alios: nos brevitati consulentes tantùm innuimus, illum in porticu ante Basilicam Principis Apostolorum suæ dignitatis insignibus ab Andrea Austriaco S. R. E. Archidiacono decoratum Innocentium IX. vocari voluisse, ut Innocentii Papæ III. memoriam revocaret.

✠ II ✠

INNOCENTIO IX. PONTIFICI MAXIMO.

DIcatum numisma præsens, Quercum gentilitiam viridem in Campo argenteo demonstrat, de qua nihil peculiare pro nostro instituto suggerit historia.

✠ III ✠

IVSTITIA, ET PAX OSCVLATAE SVNT.

NUmisma uberrima fructuum, florumque corona redimitum in signum lætitiæ, quàm Orbis Christianus concepit in electione Innocentii IX. usurpavit propterea inscriptionem IVSTITIA, ET PAX OSCVLATAE SVNT à Psalmo 84. acceptam, de qua sic S. Augustinus: *Amant se duo ista Iustitia, & Pax, & osculantur se, ut qui fecerit justitiam inveniat pacem, osculantem justitiam.* Quam aptè in assumptione Innocentii IX. ea sint prolata, abundè doceat Ciacconii relatio sic scribentis. „ Pristina incorruptę vitę laude commendatus post Gre- Col. 235.
„ gorii XIV. obitum tertio die ingressus conclavis, à Cardinalibus septem, &
„ quinquaginta magna animorum omnium consensione Pontifex Maximus eligi-
„ tur. Nec tantùm nomine, sed morum probitate justitiam in suis amoribus habuisse ostendit Innocentius, de quo illud aptè dici poterat, *Dilexisti justitiam, &*

odisti iniquitatem. Quamobrem in oratione funebri habita in Purpuratorum conventu Benedictus Justinianus Societatis Jesu hæc verba pronunciavit. *Jam tum quasi viro innocentissimo Innocentii nomen, quod tibi in Pontificatu non sine divino consilio placuit, jure tuo debere tibi quodammodo videretur*.

Hos virtutum amplexus indicant Claves Pontificiæ in Crucem dispositę mutuoque contactu invicem adhærentes. Quid insuper Claves Pontificię designent alibi dictum est satis, in præsenti earum expressione, observandum est ligamen, quo simul conjunguntur, scilicet funiculus è serico contortus, quem cyaneo colore imbutum affirmat P. Sylvester Petrasancta his verbis. *Subiiciuntur Tiaræ Pontificiæ binæ decussatæ claves ex auro, argentoque, atque ambæ revinctæ laciniola luminis cyanei, quia penes ipsum est potestas eadem cum Cælo ligandi, atque solvendi*, Dabantur propterea antiquitus in Basilica Lateranensi Pontifici electo binæ claves, ut refert inter alios Io: Baptista Casalius, & in Pontificali Rom. legitur. *Prior Ecclesiæ Lateranensis accedit, & genuflexus dat illi ferulam in manu in signum correctionis, & regiminis, & claves ipsius Basilicæ, ac palatii Lateranensis in signum potestatis claudendi, & aperiendi, ligandi, atque solvendi*. Juxta verò recentiorem ritum in porticu, quæ partem Orientalem respicit, Pontifici in solio sedenti, cum Basilicam eandem primùm accesserit post electionem simul cum solemni equitatus pompa binas pariter claves offert unus ex Canonicis, quas ligamen aureum, & argenteum connectit.

De Test. Gentil. cap. 73.

De veter. sac. ritibus cap. 79.

Ceterùm color, quo ut plurimum Summus Pontifex utitur est purpureus, & albus ut notat Antonius Stephanus Cartarus in suo Prodomo Gentilitio, ut scilicet divinis oraculis non dissentiat, quibus Ecclesia suum Sponsum candidum, & rubicundum appellat, Tunc etiam meritò Summo Pontifici convenit color purpureus (ait in sua Iride Sacra Abbas Carolus Bartholomeus Piazza) ut authoritas Regia, ac Imperialis significetur, insuper fulgor doctrinę quo prælucere omnibus debet, qui in tenebris, & umbra mortis sedent. Purpureus enim color ignem adumbrat, demum ut eo colore declaret, se paratum ad sanguinis effusionem pro sibi creditis ovibus à Cęlesti Pastore, cui rubrum est indumentum.

Lib.2.c.1.

Cart. c.5.

Cap. 16.

Quando autem rubro indumento uti cœperint Summi Pontifices nullo veterum monimento clarè comprobatur. Illius primò meminit in Leone IX., qui vixit anno 1049. Otho Frisingensis in suis Chronicis lib.6. cap.33. vide supracitatum Authorem de Iride Sacra pag.223.

✠ IV ✠

RECTIS CORDE. 1591.

IN Angelo Pontificiam Tiaram porrigente Divinum Consilium Electoribus datum agnosci debere existimo, edoctus à Riccardo à S. Victore. *Angelus quandoque designat Divinam inspirationem*. Omnium Electorum Animis illa suasit Dignitatem Pontificiam rectis corde maximè convenire, scilicet Dei imitatoribus, de quo Regius Vates Psal.91. *Rectus Dominus Deus noster*. Quamobrem quamvis sexdecim inter Eminentissimos Patres dignitate Pontificia dignissimi adessent ex relatione Antonii Cicarelli, omnium tamen consensu electus est Innocentius ob suam præclaram morum probitatem. *Honestatis enim* (ait de illo Victorellus) *multarumque aliarum virtutum studio se à puero addixerat in ipso ferventis adolescentiæ flore quicquid nefaria titillatione Corporis sensum demulcet voluptatesque Deo invisas, quasi syrenas mortiferis illecebris blandientes horruit, & vitavit, perpetuoque incorruptæ continentiæ nitore floruit, syrtes ardentis ætatis prætervectus purus, & innocens ad Rempublicam accessit*. De eodem Pontifice summo scribens P. Joannes Rho Soc. Jesu hæc habet. „ Ante Pontificatum vitæ suæ innocentiam, „ quam unicè amabat non nisi mortis contemplationi custodiendam committere „ voluit, quæ ut facilior esset, excitato pictis argumentis animo, geminas pictas tabel-

5. de Arca [illegible] 13.

Apud Ciacconium.

In exempl. Virtutum.

„ tabellas habuit invicem commiſſas, ac plicatiles, in quarum altera nuda humani Capitis calvaria, in altera funeris pompa videbatur. Has ille in interiori cubiculo preciosa cum ſupellectili collocatas habebat, ad quas in quacumque deliberatione oculos animumque converteret, ac ſalutaria æternitatis ab ipſa morte caperet conſilia.

Tali cum merito innocentiæ, ac cordis rectitudine Tiaram Pontificiam Innocentius accepit, ſed privatim in Xyſto, quo forum Sancti Petri reſpiciebat, & ubi Bulla Cœnæ Domini legi ſolebat; quod ab aliis Summis Pontificibus publicè, ac maxima pompa ſuper gradus ante Portam Baſilicæ Vaticanæ fieri conſuevit.

Traduntur fuiſſe duo futuri ejus Pontificatus indicia; unum, quòd cum obedientiam Gregorio deceſſori de more, ut fit, in publicis ſacris præſtarent, mota è capite Gregorii infula in Caput ejus deciderit. Alterum, quòd in partitione cellarum Conclavis fortè illi obvenerit ea, quæ eo loco, quo Pontifices in Conſiſtoriis ſolium collocare ſolebant extructa erat. *Ciaconius col. 230.*

V

IN VERBO TVO LAXABO RETE.

NAvicula D. Petri recurrit, Chriſto reſpondentis IN VERBO TVO LAXABO RETE. Fiduciam ab Innocentio conceptam intelligimus, dum ſe tanto oneri ferendo imparem agnoſceret. Petrum in Navicula ſolùm expreſſum dum intuemur D. Ambroſii documentum nobis objicitur. Ille enim in cap. 5. S. Lucæ ſic ait. *Et ſi aliis imperatur ut jactent retia ſua, ſoli tamen Petro dicitur duc in altum, hoc eſt in profundum diſputationum. Quid enim tam altum, quàm altitudinem divitiarum videre, ſcire Dei filium, & profeſſionem divinæ generationis aſſumere? Quam licet mens non queat humana plenè rationis inveſtigatione comprehendere, fidei tamen plenitudo complectitur.*

VI

TV DOMINVS, ET MAGISTER.

DE lotione pedum in numiſmate expreſſa abundè ſuperius diximus, nec pluribus immorandum hic eſt, cum præcipuè numiſma propoſitum, quòd tamen apud multos ſervatur, adulterinum exiſtat. Lotionem enim pedum ſummi Pontifices Chriſti exemplo edocti feria quinta, in Cœna Domini dicta, ſolent exercere, quæ ut plurimum menſe Martii quotannis recurrit. Innocentius autem die vigeſima nona Octobris anni 5591. ad Pontificatum evectus, die trigeſima Decembris ejuſdem anni ab hac vita, ad meliorem migravit, ut conſtat omnium hiſtoricorum conſenſione.



VII

S. PETRVS APOSTOLVS.

NUmifma votivum in venerationem Principis Apoftolorum cufum cum ejufdem imagine. Pontifices enim Summi hac in re cultum Sanctorum augere ftuduerunt, & ficut Hæretici nefariam fuam improbitatem per nummos, tanquam per appofitiffimum medium propagare ftuduerunt (ut docet Commentariolus Gretferi in duo numifmata de Colloquio Ratisbonenfi, & in laudem Lutheri, Huffi, & Rabi cufa, & fparfa) ita Pontifices Sanctorum gloriam propalare, & amplificare volentes, ftudio laudabili imagines facras etiam in nummis fulgere jufferunt. Judæi, Turcæ, Calviniftæ omnefque Iconomachi tùm Crucem, tùm Sanctorum imagines, quæ multis, tàm aureis, quàm argenteis nummis imprimuntur, tolli debere contendunt; & tamen quis Judęus, quis Turca, quis Calvinifta ad hunc ufque diem repertus eft, qui Ducatum, ut vocant Ungaricum rejecerit, quod altera ex parte imagine B. Virginis puerum Jefum in ulnis geftantis decoratus fit cum hac epigraphe PATRONA VNGARIAE. Quis Judęorum, Turcarum, Calviniftarum fe non prædicat beatum, fi marfupium hac fplendefcente moneta turgeat, videlicet amor nummi vincit, & non nihil tegit odium Sanctorum, illud tamen fatendum eft, fi rerum fumma penes Calvinianos foret, jamdudum pecunia Crucis, Sanctorumque fpecię careret, & ut à templis, ita à nummis omnes cælitum imagines profcriptæ effent turcico more, qui, quæ ipfi cudunt numifmata, nulla imagine, fed nefcio qno litterarum, & florum genere exornant.

Igitur D. Petri imaginem ob dictum finem exculptam nobis prębet Innocentii numifma, circa quam memoratu digna funt, quę fubjiciam. Scribunt S. Sylveftrum Rom. Pontif. hujus nominis primum Apoftolorum Petri, & Pauli offa partitum, dimidiamque partem unius cum alterius dimidia collocaffe in urna adjunctis eorumdem imaginibus colorum varietate expreffis: hanc autem S. Petri effigiem ad fua ufque tempora confervatam refert Eufebius, eamque ita defcribit. „ Petrus haud craffa corporis ftatura fuit, facie fubpallida, & alba admodum „ capilli capitis, & barbæ crifpi, & denfi, fed non valdè prominentes, oculi quafi „ fanguine referti, nigri, fupercilia propè evulfa, nafus autem longior, ille qui- „ dem non tamen in acumen definens, fed preffus. Hæc ille apud Ciacconium „ pag.67.

Lib. 4. cap. 14. Venerabilis autem Beda in hiftoria Ecclefiaftica gentis Anglorum narrat. Puero infirmo fimplicis, & manfueti animi SS. Apoftolos Petrum, & Paulum apparuiffe, & interrogatum, dum hæc narraret, quales effent habitu, vel fpecie viri, qui fibi apparuiffent refpondiffe. „ Præclari animo, habitu, & vultu erant lætiffi- „ mi, aç pulcherrimi, quales nunquam ante videram, neque aliquos hominum „ tanti decoris, aut venuftatis effe poffe credebam, unus quidem attonfus erat, „ ut clericus, alius barbam habebat prolixam, dicebantque, quòd unus eorum „ alius vocaretur Paulus, & ipfi effent Miniftri Domini, & Salvatoris noftri Jefu „ Chrifti, & in cap.12. lib.12. 5. ait inter Catholicos de tonfuræ differentia, aliquam fuiffe differentiam, additque. „ Inter omnes tamen, quas vel in Ecclefia, „ vel in univerfo hominum genere reperimus tonfuras, nullam magis fequendam „ nobis amplectendamq; jure dixerim eam, quam in capite fuo geftabat ille, cui fe „ confitenti Dominus ait *Tu es Petrus &c.* Neque verò ob id tantum in coronam „ attondimus, quia Petrus ita attonfus eft, fed quia Petrus in memoriam Domi- „ nicæ Paffionis ita attonfus; idcircò, & nos, qui per eandem Paffionem falvari „ defideramus, ipfius paffionis fignum cum illo in vertice, fumma videlicet Cor- „ poris noftri parte, geftamus.

Ex his documentis deducitur non bene fuiffe expreffam à Sculptore D. Petri imaginem, quæ calvitiem potiùs, quàm tonfuram in capite repręfentat.

S. PAV-


VIII

S. PAVLVS APOST.

EFfigiem D. Pauli aliud numiſma ſuperiori ſimile repræſentat, cujus lineamenta Nicephorus in libr. 2. ſuę Hiſtorię poſt narratum ejus martyrium his verbis deſcribit. *Erat Paulus corpore paruo, & contracto, & quaſi incurvo, facie candida annoſque plures præſeferente, capite modico & oculis admodum venuſtis, & gratia plenis, ſupercilia deorſum verſus devexa, naſus pulchre inflexus, idemque longior; barba denſior, & ſatis porolixa, eaque non minus, quam capitis coma canis aſperſa. Cum inſpiciebatur ab aliis, divinum quid præferebat, atque toto ore ſpirabat, ut qui eum cernerent fideles ex ſolo aſpectu arcanam quandam, & latentem conciperent gratiam, & ad bene ſancteque vivendum incitarentur.* Cap. 37.

Similem habent S. Pauli deſcriptionem Baſilius Seleucienſis, & Metaphraſtes in vita S. Theclę, ſed putant aliqui apud Baronium ad an. 69. hæc non tam ab ipſius Pauli aſpectu fuiſſe deſumpta, quam ex antiqua ejus Imagine, quę apud Chriſtianos à primis Eccleſię temporibus conſervabatur. Nihilominus non omnia haberi potuerunt ex ſolis picturis, cum optime conſentiant iis, quę ab oculatis teſtibus afferuntur; hos inter Lucianus, qui ea vixit ætate, Chriſtianis licet infenſiſſimus, quædam inducit de hoc Apoſtolo referens. *Quando enim Galilæus ille convenit recalvaſter naſo aquilo, qui tertio uſque ad Cælum per aerem ingreſſus eſt, quæque optima, pulcherrima ſunt inde didicit &c.* Dial Philop. Præterea S. Joannes Chryſoſtomus oratione de SS. Apoſt. apud Surium die 29. Jan. loquens de parva Tom. 5. ſtatura S. Pauli dicit illum fuiſſe trium cubitorũ, unde occaſionem habuerunt Pauli obtrectatores, ut indicatur in 2. Epiſtola ad Corinthios cap. 10. dicendi fuiſſe illum præſentię quodammodo contemptibilis. *Qui in facie quidem humilis ſum inter vos &c.* cum humani corporis menſura juſta eſſe ſoleat quatuor cubitorum, ſed advertit noſter P. Thomas Maſſutius in vita D. Pauli lib. 13. cap. 12. more concionatorio Chryſoſtomum Pauli corpoream parvitatem nimis extenuaſſe, ſicut extulit ejus ſpiritus celſitudinem, ut apparet ex verbis ejus *Paulus es Chriſti, qui tricubitalis es, & Cælum pertingis.*

Unde nam hoc nomen Pauli Saulo primum obtigerit, non adeo certum eſt apud Patres, & Doctores Eccleſię. Supracitatus P. Maſſutius in vita S. Pauli, quam plenam ſacra eruditione conſcripſit, lib. 1. c. 1. plures refert ſententias, adhæretque poſtremæ, quæ diſtinguit uſum nominis ab ejus primæva impoſitione, citatque Origenem, qui putavit Apoſtolum à Nativitate duplici nomine fuiſſe vocatum, & Sauli, & Pauli quorum primum vſitatum magis fuiſſe, quam ſecundum. Paulum vero tunc appellatum fuiſſe quando Græcis, & gentibus legis pręcepta conſcripſit. Pauli autem nomen ſit ne Latinum, Græcum, an Hebraicum à quibuſdam ambigitur; ſed eſſe latinum, atque Romanum apparet multo veriſimilius, & ſignificare *paruum, puſillum, vel modicum*, ut docuit S. Auguſtinus ſerm. 7. de tempore. Nec deſunt qui veluti conflatum partim ex Hebræo, partim ex Græco vocabulum quaſi *os Tibiæ, vel Tubæ* reddiderunt. Quæ omnia optime conveniunt Divo Apoſtolo Paulo in numiſmate expreſſo.



PRO

IX

PRO PHILIPPINIS, ET ALIIS.

1591.

IN numiſmate VI. Gregorii XIV. diximus ab eo Pontifice plura numiſmata cum indulgentiis miſſa fuiſſe ad Chriſtifideles Inſularum Philippinarum, conceſſa P. Alphonſo Sanchez Soc. Jeſu, publico eorum nomine ad Pontificem Oratori. Gregorii munificentia ſe vinci haud paſſus eſt Innocentius IX. hic enim diploma dedit ſub die 21. Decembris anni 1591. in quo eundem Patrem Alphonſum Legatum ad Sedem Apoſtolicam declarat, gratias à Pontificibus Deceſſoribus ſuis conceſſas confirmat, novaſque elargitur, inter quas facultas compræhenditur eligendi ſacra numiſmata, quorum pars altera imaginem præferat Chriſti Domini, aut B. Virginis, aut aliorum Sanctorum, in averſa verò Pontificis effigies, ſeu Pontificum aliquod ſymbolum appareat. Extat tale diploma lingua Hiſpanica exaratum in capite decimo libri ſecundi Hiſtoriæ Philippinarum, quem P. Colinus deſcripſit. Ex eo numiſmatum genere eſt præſens à nobis propoſitum, quo Chriſti Domini, & in averſa parte Pontificis imago extat. Nec ſine ratione harum imaginum coniunctio proponitur. Salvator enim ſuggerit Theſaurum infinitum ſatisfactionum, qui poſſidetur ab Eccleſia, & poteſt per indulgentias fidelibus applicari, emanaſſe ex infinito pretio Paſſionis Chriſti, & nunquam poſſe exhauriri, cum poſſit per indulgentias Chriſti nomine conceſſas in homines diſpenſari.

Bellarm. in cont. de Sac. Pœnit. lib. 5 c. 2.

Pontifex verò docet, ipſum ejus Theſauri cuſtodem eſſe, ac diſpenſatorem, quæ poteſtas probatur ex promiſſione Chriſti apud S. Matth. c. 16. *Quodcumque ſolveris ſuper terram, erit ſolutum & in Cælis*; cum ergo unum ex vinculis, quæ poſſunt hominem impedire, ne conſequatur Cæleſtem gloriam ſit reatus pœnę temporalis in hac, vel in altera vita ſolvendæ, utique poteſt Pontifex per indulgentias illa pœnę temporalis vincula relaxare. Quas claves hujuſmodi Theſauri tantummodo Petro ejuſque Succeſſori Romano Pontifici commiſſas abſque ulla ſententiarum diſcordia Theologi omnes docent; eſt enim ille ſicut Summus Eccleſię Paſtor, ita Spiritualium divitiarum ſummus Economus, ſine cuius arbitrio nihil poteſt expendi. Expenditur autem per indulgentias ab ipſo conceſſas.

Michael Medina de indulg. diſp. 9.

Indulgentię ait Bellarminus controv. de Pœnit. lib. 5. c. 1. tum in ſcripturis, tum Scriptoribus ſacris dupliciter ſumitur, ſcilicet pro remiſſione, & pro facilitate, ſive condeſcenſione. Veteres Imperatores, ac Iuriſconſulti indulgentiam appellant ſolemni, ac proprio vocabulo, remiſſionem generalem criminum, quam aliquando Principes publicę lętitię cauſa faciebant, & in Codice Theodoſiano deſcribitur remiſſio criminum, quoad ſolam debitam legibus pœnam. Hinc ergo Eccleſia, & Theologorum ſchola indulgentias vocat. Remiſſiones pœnarum luendarum poſt remiſſionem culparum, à Summis Pontificibus rationabili de cauſa fidelibus conceſſas ex paterna lenitate, & condeſcenſione. Quidquid oblateret Lutherus, Melanchon, Calvinus, & alii, qui indulgentias oppugnarunt; eas docuit Lutherus, eſſe pias Eccleſię fraudes, quę excitant fideles ad opera bona, cum tamen revera, neque remittant pœnam coram Deo, nec Theſaurus meritorum Chriſti ſit in poteſtate Pontificum, aut expendendus in re adeo vili, ſed ejus errores clarius evincendi conatus ad noſtrum inſtitutum non pertinet.

In reſolut. de indulg.

Pro coronide hujus numiſmatis notandum, optimè ſimul in eo copulari Imagines tum Chriſti Domini, tum Pontificis Summi juxta morem Antiquorum, apud quos numiſmatis Præpoſiti Magiſtratus ex Senatus Conſulto Deos, Deaſque Romam frequenter, ac Maiorum ſuorum Imagines, Triumphos, præclaraque facinora ſignavere, ſic paganorum exemplo ſua ſymbola in numiſmate imprimentium moti Imperatores Chriſtiani, ſuę pietatis, ac venerationis eſſe duxerunt Servatoris noſtri Jeſu Chriſti Imagine numiſmata ſua inſignire, hac addita epigraphe

Patinus hiſt. numiſ. cap. 4.

phe

ghe IESVS CHRISTVS REX REGVM. Quin etiam eodem pietatis affectu Crucem gemmis distinctam hac ornarunt inscriptione IESVS CHRISTVS VICTOR.




X

ROMA. RESVRGENS.

ROmam Palladis habitu stantem atque hastę innixam habet numisma in signum lętitię cusum post Innocentii IX. electionem. Licet in quacumque nova Pontificum electione dici possit Roma resurgere, quę suo viduata Pastore, mœrore prostrata jacebat; post assumptionem tamen Innocentii peculiari ratione resurgere sibi visa est ob electi Pontificis providentiam, qua uberiori Annonę consuluit. Narrat Ciacconius Innocentium altera post creationem die consilium habuisse Annonę consulturum, cujus ea fuit summa, ut Romani omnes nobiles, ac Proceres triticum, quod foris haberent, in Urbem confestim inveherent, & Annonę Præfecto Vitellio, ut à se jussa acriter, & severè persequeretur, imperavisse. De militari habitu, quo Romę imago tegitur in superioribus diximus. Col. 236.

TOMI PRIMI FINIS.





34. BONANNI, PHILIPPUS – Numismata pontificum romanorum quae a tempore Martini V ad annum MDCXCIX vel authoritate publica, vel privato genio in lucem prodiere, explicata, ac multiplici eruditione sacra, & prophana illustrata. Tomus primus (secundus) ... – Romae, D. A. Herculis, 1699. L. 650.000

Due voll. in folio piccolo. Leg. coeva in pergamena. Antiporta, 4 cc.nn., XXXVI-455 pp.num.; frontespizio, 457 a 869-(1) pp.num. Complessivamente, 95 tavv. f.t. incise su rame: 60 raffigurano monete circondate da putti, figure allegoriche, motivi ornamentali; 33, di cui 10 ripiegate, rappresentano monumenti di Roma (tra esse spicca una splendida « suite » di 11 tavv. raffiguranti ponte S. Angelo e, in dettaglio, le statue che lo adornano); 2 tavv., infine, raffigurano candelabri. Bei capilettera, testatine, finalini. Le tavv. su Roma sono state incise quasi tutte da A. Specchi e A. Van Westerhout; le altre, da G. Frezza e B. Thiboust.
Splendido e raro libro ricco di notizie sui monumenti di Roma. *Schudt*, 1261. *Cicognara*, 2779. *Brunet*, I, 1086. Manca allo Choix di Olschki e al Fossati Bellani. Un piccolo e leggero alone di umidità sul margine bianco di qualche foglio del primo volume; saltuarie bruniture, quasi sempre molto leggere. Buon esemplare.



